Catalogus Sanctorum.



Sanctorum Catalogus vitas: passiones: ꝛ miracula cõmodissime annectens: Ex varijs voluminibus select⁹. Quē edidit Reuerēdissimus in christo pater dominus Petrus de Natalibus Venet⁹: Dei gratia eṗs Equilinī. simulqȝ ꝛ cura non vulgari: et emaculate quantum fieri potuit prelis nostris indidimus.

1 * 5 * 4 * 5

¶ Venerit lugd. apd Jacobū Giūcti in vico Mercuriali.

Antonius Verlus Vincentius Christianis S.

Possemus:et merito quidē:ingratitudinis ac invidie nota suggilari:quum omnium pene authorū volumina in medium prodierint:si Catalogum sanctorum:tam concinnum:elegans:luculentum:et rarum:vt fere vnicum opus omnibus communem cum authore iacturam:in lucem pariter non ederemus:et eo amplius:quod ex ipsiusmet artificis manu fidelem habemus archetypum. Idcirco:cum vt fidei nostre conducibile quicquam ageremus:tum et apprime vt torquenda in nos tanquam laudis aliene interceptores:iacula declinaremus. Hunc quoq nobis modo accuratissime recognitum pluribus exemplaribus effigiendum curauimus:tot labores et exactas lucubrationes:que vt extincte hactenus delituerant:ab interitu vindicaturi. Quod omnibus perutile:et multis fore non iniucundum arbitramur:nec pigere eos qui superno calent igne:huic mystico diuinoq codici boni aliquid ocij tritū ire:vt hinc discere valeant ethice religioseq viuere:quum nulla aut rara sit tam remota:tam abstrusa barbaries:cui nature vel dei nutu aliqua q̄uis erronea religio non collatur. Quam (vt omittamus assyrios:egyptios:hebreos:quibus semper cure fuit vt pontifices imperarent) quanti fecerint romani patres:quo cultu:qua reuerentia excoluerint:ex decem principum filiis senatusconsulto hetrurie:vt ita dicam:vicatim destinatis:sacrorum disciplina imbuendis:ex priuatis etiam duobus lucijs petilio et aluanio:caio fabio sacris onusto:satis luculenter habemus. Et vt extera non obticeamus: nonne ex vmbilico barbarie sublatum ebur melitā remisit masanissa? Quorsum hec? profecto vt intelligamus: quod nos deceat:quibus:bone deus:indubitabilis ac vera religio est propalata. Constanter incumbendum est: sedulo riteq deo famulandum. Hinc enim luxuriant vectigalia:florent vrbes:procera pullulat soboles:omnia ad vota succedunt:et hoc ipsos non latuit quirites:qui semper omnia post religionem duxerunt:dijs curiose libando:se orbi posse imperare non dubitantes:quod nisi fecerimus:eam aspernantes:ecce sirio torretur humus: degenerat progenies:irrepunt pestes:diruta iacent menia:cuncta ruunt in preceps:et quod miserabilius est:illibata nusquam seruatur pudicitia. Hanc ob causam potiorum puberes perijsse:horum in semet manum vertisse:et varrone consule ad cannas infeliciter dimicatum senatorū patres vere et optime iudicarunt. diuina differtur ira:non irritatur. Eia agite nobis nosmetipsi consulamus. perimus profecto/indies perimus:nec vite certam habemus horam. diuinis igitur literis vacandum est:quibus celum expugnare instruamur:vbi eternam feliceq vitam degamus. Non desunt quidem libri:qui hac de re nos affatim instituant:sed qui lenius excitent: ardentius exhortentur:et exempla que emulari debeamus magis idonea subijciant oculis:aliunde magis q̄ ex his voluminibus decerpere non possumus:que concinna historiarum annexione:vitas sanctorum omnium:sic inuentu facillimas:vt in prefatione duodecimi huius innotescit:tam succincte tam perfecte per anni curricula complectuntur:vbi nihil non excultū:nihil probatissimorum virorum authoritatibus non fulcitū enarratur:vt ne doctissimi quidem debeāt respuere:qui tametsi ferulis substraxerint manus:et aliunde didicerint: discent tamen hinc bene viuere:nam bonitate non doctrina tantum vendicatur celum:vt illud. Indocti rapiunt celum:cum scientijs mergimur in profundum. Discent preterea et fidelibus inesse vim animi non exiguam:vt non vlterius tantopere penelopes:aut lucretie pudicitiam predicent:sceuole constantiam mirentur:et attilij fidē super astra tollant. Intelligent christicolas occidi posse non superari cesarum immanitates parum valere:inter miranda obstupescere:et profiteri:se orbem posse vincere:non animos. Ecquid sunt hec egregia facinora:turres et fidei nostre mollimina:non inspicienda? minime quidem:quum precipue sint nulle domus:nulle vrbes:nulle nationes nisi christo rebelles:que hinc aliquid emolumenti sibi adipisci non valeant. Quam facile:qui per templa declamationibus insudant:his authoritatibus et exemplis regiam auditoribus viam persuadebunt? hinc docemur virtutes sequi:vitia debellare. et nos:quod nequiuit orbis domitor alexander:nosmet rationi parendo subiugare:celum pro stipendio consecuturi: et famam in terris haud obscuriorem:q̄ qui terrarum monstra deuicere. Exinde nanq famam tantum et quidem breuem traxerunt:tot erumnis vix partem. Hinc merces. Hinc indelebile nomen:et quod heroum nulli contigit:diem insuper sibi perpetuo colendum:syncera vi animi comparandum. tutius profecto quam credere nos pelago tumidis fluctibus circunquaq vallātibus semper in labijs (vt audeam proferre) animas gerētes:vt fecundi opibus sardonicati et conchyliati ad infructuosam huius terreni seculi gloriam inter vrbium primates incedere valeamus. Heu homo infelix. et vanum animal:lōge nimio profecto longe sunt erumne pro tam momentaneis voluptatibus:quibus euo tam diuturno acquisitis:tam breui simus cardituri. hinc eterna manat gloria et verus delitiarum thesaurus:multis incognitus:non qualem tagus lusitanis:aut lydijs vehit hermus harenis. sed quali fruitur ipsa celi curia. hoc est dicendum. hic sunt implende crumene:nequum illuc applicuerimus:pecunijs hospitaturi:dicatur nobis. sunt hec cesaris numismata. hic non admittuntur:alio diuertite. His itaq diuitijs insudemus:ciuili rabie:tyrannica cupiditate:et hostilibus rapinis non surripiendis. quibus locupletati decoratiq celestem hierusalem ingredientes nobis inter summi regis paranymphos locum nanciscamur. perpetua in terris gloria:eternis in celo delitijs in eternum fruituri.

Valete.

In christi nomine Amē.

Incipit prologus totius operis Catalogi sanctorum & gestorum eorum ex diversis et multis voluminibus collecti editi a Reverē dissimo in Christo patre do. Petro de natalibus de Venetijs dei gratia epo Equilino.



Increata sapiētia summi verbi ex substantia patris ante secula eternaliter generata secundum ordinatissimam sui dispositionem: ex substātia matris in seculo temporaliter humanata: volens omnes homines salvos fieri: ut electas sanctorū animas vocaret ad arces & ad superne menia civitatis edificavit sibi domum ecclesie sacrosancte septē excisis columnis fundatam septēplici fundamento: videlicet septiformis gratie stabilitam: muris & munitissimis: & turribus altissimis circū septem: nō quidem sculptis lapidibus: aut manufactis lateribus erectis: sed sanctorum meritis invisibiliter fabrefactis inchoatam equidem vite presentis decursu: in qua ipsam peregrinari voluit & cum martha solicite ministrare: perficiendam vero predestinatorum numero future vite successu: in qua in electis dei singulis iam stolis amictis: rursumq; resumptis corporibus duplicibus vestiendis triumphatura speratur: & cum maria sedule contemplationi vacare. In cuius nempe celestis structura palatij quasi tot inseritur lapides: quot beatorum merita cumulantur: cuius ecclesie caput christ' describitur ipsiusq; corpus unum efficiunt instar mēbrorum compagis diversa officia ministrantium fideles cuncti in unitate fidei omniquaq; diversis ex nationibus congregati. Ita quidem ut ipso capite per membra singula vitalem spiritum influente sic invicem connectantur: ut alterū alterius officio egeat: dum christi legem adimplent: altera alterius onera supportando. Et sicuti viatorum cura solicita currens in stadio: quatenus bravium apprehendat: comprehensorum precibus iuvari desiderat sic & triumphantium gloriosa sublimitas dum dei visione beatur in celis: militantium celebritate devota venerari letatur in terris. Ac per hoc quod utriq; amant: illi iā adepti per hos optāt obtineri: hi vero obtinendum per illos sperant adipisci. Convenit itaq; devotioni fidelium sanctorum certamina diligēter recolere: quatenus eorum exemplis atq; suffragijs sic dirigamur in via ut eorum consortio sociemur in patria. Quis autem mortalium intellectus finiti: sanctorum numerum infinitū deprehendere valeat? Quis enim stellas dinumerare queat: nisi solus ille qui stellas claudit sub signaculo qui & numerat multitudinē stellarum: & omnibus eis nomina vocat. Si enim abrahe a deo pro impossibili suadetur: inspice celum & numera stellas si potes: & additur: sic erit & semen tuum: quod certe non de filijs abrahe ex voluptate carnis & hominis semine propagandis: sed de filijs ecclesie ex dei bonitate & spiritus adoptione generandis dabatur intelligi: dum soli eterne sapientie stellarum numerositas nominanda servatur: humane cognitioni sanctorū infinitas cognoscenda precluditur. Quo enim vel facile curiosus quisq; cunctator etiam olim si facultas adsit: que a mundi exordio cōscripta sunt rimator voluminū: sanctorum gesta: vitas: passiones: & nōia colligere audeat: cū ex martyrologio beati Hieronymi chronographorum cunctorū scrutatoris solliciti: certo & unico die anni decimi scilicet kalendas Martij apud tyrum civitatem beatorum martyrum quorū numerum solius dei sciētia colligit pro christo passorum festum contingere legatur: & in eiusdē prefatione libelli quem chromatio & heliodoro episcopis dirigit: eundem doctorem astruentem audiat: nullum dierum per totum anni circulum pertransire: in quo plusquā octingētorum vel nongētorum milium martyrū in diversis mūdi partibus occisorum anniversarium nō occurrat: Ultra quos etiā sanctorum veteris testamenti patrum & prophetarum noviq; pariter apostolorum: discipulorum: doctorum: confessorum: anachoritarum et sanctarū virginum ordines superadditi: qui plures martyribus extitisse credunt: infinite martyrum infinitatē excellūt. Porro & ubi sanctorū oīm gesta a maiorib' descripta fuissent: quod nec asserere quis presumit: ea tamen videre nec tēpus ad legendum sufficeret: nec studium prevaleret. Cū igit sanctorum infinitatē numerare vel nominare non liceat: de multis vel paucissima brevius exarare sufficiat ceterorum ignotorum numero divine rōni relicto exēplo peritorum: qui de astrorum sciētia philosophati sunt: potissime aūt famosissimi illi' astrologi ptolomei: qui ex oī celorum ambitu pter septē planetas cētū & quinquagintaseptē astra tantū modo sibi nota: eorumq; proprietates et motus descripta dimisit. Ad quorum instar doctores eximij & sacrorum voluminum historiographi ex infinito sanctorū numero summam exiguam militanti ecclesie notā decerptāq; collegerunt & venerādam in eorum opusculis posteris reliquerūt: per hoc arbitrātes (ut pie credit) sic in paucorum notorū modicitate ceterorum ignotorum infinitatem a fidelib' coli: sicuti eterna sunt in patria charitate coniuncti: ubi gloria singulorū est gloria cunctorum: & gloria cunctorū est gloria singulorum. Ex quib' post divine pagine veteris & novi testamenti eloquiū a sanctis patribus divino flante spiritu diversis voluminibus compilate: in qua nonnulli sanctorum xpm humanitate precedentium & primitive ecclesie fundatorum acta conscripta sunt. Que Petrus comestor historie scholastice opere elegantius declaravit. Prior et potior ille eusebius cesariensis ecclesiastice historie volumine: a capite ecclesie christo initiās & usq; ad sua tempora chronicā protendēs omniū pene martyrum cūctarū provinciarū historias texuit & passiones & certamina luculenti stilo digessit. Cuius opus rufinus aquileiensis presbyter de greco transferens in latinū: & nonnulla sanctorū acta intermiscens ac subsequentis addiciēs temporis continuando protraxit. Inde quoq; hieronymus prenominatis episcopis martyrologiū oīm quos utcunq; invenire potuit pro christo passorū usq; ad sua tempora copiose dictavit. Eundē quoq; libellū usuardus & ado chronographi insignes: confessorū festivitates: que in primitiva ecclia minime colebātur addentes celebritatib' martyrū ampliarūt. Ceterū & his exceptis: alij plurimiq; fuerūt legēdarum sanctorū scriptores illustres: utpote Ambrosi' & Augustin' doctores egregij in pluribus eorū voluminib' & libellis. Gregori' in libro dialogorū. Hieronym' in vitis patrū: et in lib. de viris illustrib' Gennadi' in eiusdē nominis intitulato libello. Beda pbr in gestis anglorū. Gregori' turonēsis in gestis francorū. Heraclides in libro de paradiso. Odo viennēsis archiepiscopus. Hugo de scto victore Hellinand' & Sigibert' ac Guilelm' antisiodorensis. Nec nō frater Bartholome' in chronicis suis. Cassiodorus insup in historia tripartita quā de greco trāstulit in latinū. Frater vincēti' i speculo historiali. Et frater martin' in sua chronica martiniana: aliq; multi: quorū & si opuscula legunt: nōia subticent. Demū frater iacob' de voragine ordinis pdicatorū venerabilis archieps ianuēsis sanctorū gesta quorū solēnia ab ecclesia recolunt: & in kalendarijs ascribunt: generaliter collegit: & cōpendio breviavit. Novissimus omniū frater Petrus calo venet' eiusdē ordinis: sanctorum multorum quorū vitas passiones & nōia undecunq; sumere valuit grādi volumine & diffuso opere dictavit: qd eius plurī

tate nedum commendare memorie sed nec intente quis legere poterit:nisi longeuitate temporis et assidui tate lectionis. Hec igitur attendens ego petrus de venetiis equilinus episcopus inter sacerdotes minimus et ecclesie prelatos indignus sanctorum exiguitatem ecclesie notam ex prenominatis omnibus codicibus et voluminibus:necnon ex aliis pluribus diuersarum ecclesiarum antiquis libris et passionariis quoscunque inuenire potui:non sine multis laboribus crebrisque vigiliis studiosius recollectam:et per consequens ceterorum beatorum nobis ignotorum infinitam multitudinem breui opusculo:cupiens vt deus annuerit bono rare:quatenus eorum meritis post agonem coronam excipiam:et ne talentum mihi qualiscunque gratie creditum terre suffodiam quinimmo domino et si non quintuplatum:vti saltem restituam duplicatum:ad vtilitatem filiorum militantis ecclesie:sanctorum omnium noui ac veteris testamenti nomina:gesta:vitas:passiones et triumphos compendioso stylo substantialiter recollecta illustrium virorum fretus authoritate sanctorumque omnium capitis iesu christi et beati ipsius genitricis Marie duodecim apostolorum atque cunctorum supernorum ciuium confisus patrocinio:presenti catalogo curaui retexere et breuissima oratione narrare. Studiosum lectorem obsecrans vt si in opusculo nouo grata repperit:gratias agens deo totum attribuat. Si vero incomposita aspexerit:humane fragilitati ascribat.quod si dubia aut fore minus credibilia lectitauerit:authoritati eorum a quibus sumpta sunt fidem adhibeat. Cum libellus noster nulla referat nouo edita:nisi que sola nouit magnis ab authoribus compilata.

¶ Diuisio totius operis per tempora reuolutionis anni.

Quoniam autem tam sacre pagine quam sanctorum testimonio christi domini et sanctorum ecclesie vnio humano matrimonio comparatur: ipsa veritate in parabolis attestante. Quod simile factum est regnum celorum homini regi qui fecit nuptias filio suo quod de verbi dei et nostre humanitatis commertio doctores exponunt:merito ad instar temporalium nuptiarum in agni nuptiis quinque concurrere manifestum est: videlicet ipsius matrimonii pertractatio:consensus mutui pollicitatio sponse per anulum subarratio:eiusdemque a sponso solennis transductio:et per carnalem copulam matrimonii consummatio:ex qua sequitur et sextum. quod est liberorum propagatio. Hec enim omnia in viri et mulieris connubio conuenire nulli ambiguum esse potest. Totius igitur vite humane decursus a mundi exordio vsque ad finem in quinque partes diuiditur. in quibus premissa quinque in diuino coniugio concurrentia liquido colligere possumus:que omnia sancta mater ecclesia per anni circulum in quinque eius diuisionibus representat. ¶ Primum ergo tempus in quo facta fuit agni nuptiarum pertractatio:fuit ab adam vsque ad aduentum christi:in quo more humani contubernii tractatus plurimique matrimoniales precesserunt ipsius scilicet verbi et ecclesie vnioni:quorum tractatuum et colloquiorum hincinde habitorum mediatores fuerunt patres et prophete veteris testamenti: incarnationem christi nedum fiendam summis affectibus peroptantes:sed etiam affuturam assiduis oraculis prophetantes. Hoc autem tempus representat ab aduentus principio vsque ad natiuitatem domini in personam patrum et prophetarum ipsis diebus christum venturum flagitans:et quodammodo vaticinans. Et quia tractatus idem connubiales quadriformiter precesserunt: scilicet per legis naturalis inspirationem ab adam vsque ad abraham. Per indictam patribus circuncisionem ab abraham vsque ad moysem. Per collatam legis scripte impositionem a moyse vsque ad dauid. Et inspiratam prophetie contestationem a dauid vsque ad ipsum christum. Que quidem quatuor fuerunt quasi mutui per mediatores sponsi et sponse tractatus et collocutiones diuinum coniugium precedentes:non ab re tempus dominici aduentus in quatuor diuiditur septimanas Quarum prima denotat legis naturalis aspirationem: vnde in dominicali epistola mandata naturalis legis continentem que sunt honeste viuere et proximum non ledere:dicitur enim ibi:induamur arma lucis:sic vt in die honeste ambulemus non in comessationibus et ebrietatibus:non in cubilibus et impudicitiis:quod est honeste viuere:non in contentione et emulatione:quod est proximum non offendere. ¶ Secunda designat in dictam patribus circuncisionem: vnde et in epistola paulus exclamat dicens: dico enim christum iesum ministrum fuisse circuncisionis ad eua cunctas promissiones patrum. ¶ Tertia figurat legis scripte collationem:vnde et in epistola paulus in personam moysi legislatoris et ministri dicit sic vos existimet homo vt ministros christi et dispensatores ministeriorum dei. ¶ Quarta representat prophetie attestationem vnde et apostolus in epistola personam induens prophetarum christum venturum et propinquum asseuerat dicens:gaudete in domino semper:iterum dico gaudete dominus enim prope est. ¶ Secundum tempus in quo facta est verbi et hominis mutui consensus obligatio et stipulatio:fuit a christi incarnatione vsque ad eius baptismum:in quo tempore verbum caro factum est:et habitauit in nobis et per incrementa puerilia educatus apparuit quasi vnus ex nobis. Hoc vero tempus representat ecclesia a christi natiuitate vsque ad septuagesimam quanto videlicet incarnati verbi ortus et actus infantie recollitur:quod etiam tempus in tres subdiuisum est decisiones. Nam quia filius dei descendit ad homines principaliter pro salute peculiaris populi iudeorum. ¶ Primo agitur de matrimonio inter dei verbum et hebreorum populum contracto a festo videlicet natiuitatis in qua ipse mundo editus confestim et primotenus pastoribus iudeis per angelos reuelatur:et ab eis vti notissimis visitatur vsque ad epiphaniam. ¶ Secundo agitur de eodem commertio inter idem verbum et gentilium populum approbato a festo scilicet epiphanie in qua magis primitie gentium filius dei natus stella apparente nunciatur:et ab eisdem oblatis muneribus adoratur vsque ad ipsius octauam epiphanie. ¶ Tertio agitur de vtroque populo in vnum ouile per idem connubium copulato ab octaua epiphanie vsque ad septuagesimam. Tunc enim pauli leguntur epistole in quibus et potissime in epistola ad romanos Christum deum nedum iudeorum imo et gentilium apostolus affirmat:et pro vtriusque plebis salute aduenisse euidentius probat. ¶ Tertium vero tempus in quo facta est dei sponse ecclesie per anulum subarratio fuit a christi baptismate vsque ad resurrectionem in quo christus eam vti reginam et sponsam illustrissimam triplici aureo anulo trium gemmarum incomparabilium desponsauit. s. anulo saphiri coloris celestis fidei [videlicet superne:eidem ecclesie per triennium predicando. Anulo smaragdi hoc est virentis spei pro eadem se quadragena penitentia affligendo. Et anulo carbunculi ignite videlicet charitatis pro eadem mortem acerrimam patiendo eamque suo preciosio sanguine redimendo:hoc autem tempus ecclesia representat a septuagesima vsque ad pascha:in quo nempe tempore primo tribus dominicis humanitas nostra anulo fidei desponsatur per christi predicationem:de qua tunc in officiis agitur. ¶ Quam predicationem

in ipsa septuagesima christus primo p discipulos adimplevit: quando septuaginta duos predicatores ante faciem suam misit: quod in euangelio mystice denotatur in patre familias qui exiit conducere operarios in vineam suam. Christo domino scilicet qui predicatores in ecclesiam intromisit. ¶ In sexagesima vero christus eiusdem predicationis officium per seipsum perfecit: quod vtiq; in euangelio figuratur in seminatore christo qui semen diuini verbi exiit seminare: quod ipsa veritas de semine predicationis exponit. ¶ In quinquagesima autem eandem predicationem dei filius miraculis confirmavit: quod etiam in euangelio per illuminatum cecum exprimitur: genus humanum significans a cecitate culpe per verbi dei predicationem illustratum. ¶ Sequentibus autem quatuor dominicis hoc est ab initio quadragesime vsq; ad dominicam passionis dei sponsa anulo spei subarratur per christi penitentiam de qua tunc insignis memoria celebratur: cuius opera in quatuor principaliter consistunt: scilicet in ieiunio oratione: elemosyna: et peregrinatione: que christus tunc cepit facere et docere. ¶ Idcirco in prima dominica quadragesime agitur de christi ieiunio: de quo in euangelio specialiter commemoratur. Nam cum ieiunasset quadraginta diebus ⁊ quadraginta noctibus postea esuriit. ¶ In secunda agitur de oratione de qua in euangelio mētio fit. Nam ideo christus montem thabor excelsum subiit vt oraret: solusq; orans transfiguratus est: quod licet Mattheus taceat: Marcus ⁊ Lucas testantur. ¶ In tertia agitur de elemosyna non quidem materialis pecunie quam christus pauper vnde daret non habuit: sed spiritualis gratie quam egros sanando concessit: adeo in euangelio cecus surdus mutus et demoniacus ab omnibus ipsis passionibus liberatus introducitur. ¶ In quarta agitur de peregrinatione ideo in euangelio christi itinerario recolitur. Abiit enim iesus trans mare galilee ⁊c. ¶ Ultimis vero duabus dominicis passionis videlicet et palmarum ecclesia sancto anulo charitatis decoratur per christi passionem que tunc deuotius excolitur. Et quia duo sunt pcepta charitatis dei videlicet amor dei et proximi: ideo talis anulus duabus hebdomadis confertur. ¶ In quarum prima agitur de christi passione mentali quam pertulit a iudeis expulsus et effugatus: quod ad literam in dominicali euangelio ⁊ per totam septimanam ostenditur. ¶ In secunda agitur de christi passione corporali quam sustinuit in carne passus ⁊ crucifixus: quod ad literam in quatuor passionibus quatuor euangelistarum exhibetur. ¶ Quartum quoq; tempus in quo facta fuit sponse per sponsum solennis transductio fuit a resurrectione domini vsq; ad penthecosten: quo tempore dominus sponsam suam ecclesiam eius precioso sanguine desponsatam in persona sanctorum patrum de manu inferi eruit et quodammodo de domo paterna hoc est de presenti seculo nequam eduxit in animabus ⁊ corporib⁹ mirifice dotauit et secum ascendente ad celestem et propriam patriam feliciter introduxit: quod tempus ad literam representat ecclesia a resurrectione domini vsq; ad penthecosten. In quo quidem tempore pronuba christi figuratiue in festo resurrectionis: et per octauam de domo patris imo victrici tyranni scilicet diaboli: qui pater eius factus fuerat decipiendo educitur: cui et dicitur per psalmistam. Obliviscere populum tuum et domum patris tui: quod Ambrosius exponit vt dictum est: ideoq; tale festum pascha id est transitus dicitur: quia scilicet humana natura de tartaro erepta ad celos ascensura transiuit. ¶ Secundo ipsa eadem nupta ab octaua pasche vsq; ad ascensionem mystice induitur: colitur ⁊ dotatur. ¶ Nam in prima dominica post pascha glorificatur in corpore et dotatur immortalitate. In cuius figura dominica ipsa vocatur in albis stolisq; candidis neophyti vestiuntur: quod denotat dotes corporis immortalis: et in euangelio de gloria corporis christi ad discipulos ianuis clausis intrantis agitur: quod est figura future corporalis glorificationis. ¶ In reliquis quatuor dominicis subsequentibus glorificatur in anima cuius dotes secundum Augustinum visio et dilectio. ¶ Ideo in secunda ⁊ tertia dominica representatur visio beata in libro apocalypsis qui tunc legitur vbi fit mentio de viginti quatuor senioribus: et de angelis ac turba magna sanctorum stantibus ante thronum diuina fruentibus visione. ¶ In quarta ⁊ quinta dominica representatur dilectio in epistolis canonicis que tunc leguntur: in quibus de dilectione precipue pertractatur. ¶ Tertio ipsa eadem sponsa a die ascensionis vsq; ad penthecosten vt dictū est subarrata et feliciter dotata in domum sponsi solenniter introducitur et hoc in personam christi et patrum glorificatorum. Ideo tunc cantatur. Ascendit deus in iubilatione. ⁊ Ascendit deus in altum captiuam duxit captiuitatem. ¶ Quintum denique et vltimum tempus in quo facta est diuini matrimonij consummatio ex qua sequitur iugis liberorum procreatio fuit a die penthecostes: ⁊ durabit vsq; ad secundum christi aduētum: quo quidem tempore christus dominus coniugi sue ecclesie per spiritus infusionem spiritualiter vnitus imo ⁊ per sacre eucharistie sumptionem corporaliter quodammodo copulatus filios adoptionis neq; ex voluntate carnis: neq; ex voluntate viri: sed ex deo ⁊ spiritu propagare non desistit. Et ipsum tempus ecclesia representat a die penthecostes vsq; ad aduentum: quod etiam tempus in duas subdiuisum est partes. ¶ In prima quarum agitur de matrimonij consummatione. ¶ In secunda de filiorum propagatione. Ideoq; coniugium christi ⁊ ecclesie in principio huius temporis consummatur. ¶ Primo per spirituum vnionem que principalis esse debet. ¶ Hoc autem ecclesia representat in festo penthecostes ⁊ per octauam: in quo promisso spiritusancto in filios adoptionis effuso membra capiti speciali compage connectuntur. ¶ Secundo etiam per corporum copulationem: quod ecclesia representat in subsequente festo corporis christi vsq; ad eius octauas: in quo agit memoria illi⁹ venerabilis sacramenti per cuius sumptionem fideles christo etiam corporaliter coniungūtur. ¶ In secūdo autem tempore videlicet ab octaua corporis christi vsq; ad aduentum filiorū ecclesie generatio propagatur: quorū quidā fuerūt fundatores vt apli: quidā edificatores vt doctores: quidā cōseruatores vt confessores: quidā defensores vt martyres: quidā augmentatores vt virgines. ¶ Reliquum itaq; tempus quod restat in quinq; partes subdiuisum est. ¶ Nam primo mystice figurantur filij ecclesie fundatores scilicet apostoli a festo corporis christi vsq; ad kalendas augusti. Et hoc typo regnum israel et iuda: quorū tunc libri ponūtur: per quos apostoli designantur: qui certe principes populorum facti et a deo super omnem terram principes constituti cum christo in duodecim sedibus in die iudicij consessuri eidem regi regum conregnare creduntur. Nam ⁊ mattheus euangelista in generatione christi sexdecim reges a dauid vsq; Ieconiā ponit: a quibus christus est per carnem editus: significantes vtiq; duodecim apostolos: quorum duo euangeliste fuerunt: et alios duos euangelistas: necnon paulum et barnabam doctores gentilium: a quibus dei filius per euangelium quo ad mundi notitiam quodammodo est regeneratus. ¶ Secundo figurantur ecclesie constructores. s. doctores a Kalendis augusti vsq; ad kalendas septembris sub figura sapientissimi salomonis cuius tunc libri leguntur: cuiusq; vices gerunt in ecclesia sancti doctores diuina sapientia imbuti ex quibus tam in grecorum q̄ latinorum ecclesia quatuor principaliores extitūt per quatuor libros sapientie designati. ¶ Tertio figurantur ecclesie conseruatores: videlicet sancti confessores per totum mensem septem-

bris. Et hoc sub figura sanctorum Job: Tobie: Esdre: Judith: et Hester: quorum tunc gesta recoluntur: confessionem et patientiam confessorum notitia qui in tribulatione positi mũdum: carnem: et diabolum triumpharunt. ¶ Quarto figurantur ecclesie defensores: hoc est sancti martyres per totum mensem octobris: sub typo sanctorum machabeorum: quorum tunc libri leguntur: qui vti sancti martyres pro fide: sic ⁊ illi pro dei lege vsq; ad effusionem sanguinis viriliter decertauerunt. ¶ Quinto figurantur ecclesie augmentatores scilicet virgines per totum mensem nouembris vsq; ad aduentum: et hoc sub figura prophetarum quorum tunc vaticinia recoluntur: qui vt plurimum spreto carnali coniugio: in corporis ⁊ mentis integritate domino seruientes: aduentum christi ⁊ futura tempora per spiritum predixerunt. ¶ Nec est mirandum quare doctorum ⁊ confessorum tempus ante martyres ponatur: cum quis enim martyres merito ⁊ honore vtrosq; precedant: ⁊ ideo in ordinibus sanctorum immediate post apostolos locantur: doctores tamen quia ecclesie magis vtilitati profuerunt in tempore precedunt: nam vt dictum est doctores fuerunt ecclesie constructores: martyres vero defensores. Confessores autem ideo premittuntur: quia nemo martyr extitit quin prius cõfessor non fuerit: quod similiter ⁊ de doctoribus dici potest. Ideo enim martyres passi sunt: quia christum docebãt ⁊ confitebantur. Opus ergo presens in duodecim partes siue libellos ad instar duodecim apostolorum quorum prefectus ecclesie librum presentem inchoauit: diuidendum fore disposui. ¶ In primo libro agetur de festiuitatibus sanctorum occurrentibus intra tempus in quo ecclesia representat nuptiarum christi pertractationem ⁊ collocationem: quod est ab aduentu domini vsq; ad natiuitatem. ¶ In secundo agetur de festis que occurrunt intra tempus in quo ecclesia representat mutui consensus obligationem ⁊ contrectationem: quod est a natiuitate vsq; ad septuagesimam. ¶ In tertio de illis que occurrunt intra tempus representans sponse subarrationem et desponsationem: quod est a septuagesima vsq; ad pascha. ¶ In quarto de his que occurrunt intra tempus representans solennem sponse transductionem ⁊ dotationem: quod est a pascha vsq; ad penthecosten. ¶ In quinto de his que occurrunt intra tempus representans matrimonij consummationem et confirmationem a penthecoste vsq; ad octauam corporis christi. ¶ In alijs quinq; libris agetur de festis occurrentibus intra tempus representans liberorum generationem ⁊ propagationem. ¶ Ita ꝙ in sexto libro agetur de festis occurrentibus intra tempus representãs filios ecclesie fundatores: scilicet apostolos ab octaua scilicet corporis christi vsq; ad kalẽdas augusti. ¶ In septimo agetur de festis que veniunt intra tempus representãs filios ecclesie constructores scilicet doctores per totum videlicet mensem augusti. ¶ In octauo de festis que veniunt intra tempus representans filios ecclesie conseruatores: scilicet confessores per totum scilicet mensem septembris. ¶ In nono de his que veniunt intra tempus representans ecclesie defensores scilicet martyres per totum videlicet mensem octobris. ¶ In decimo de his que veniunt intra tempus representans ecclesie augmentatores hoc est virgines: scilicet per totum mensem nouembris vsq; ad aduentum. ¶ Hoc addito ꝙ quia multorum sanctorum festa: quibus dieb⁹ per annum occurrant inuenire non valui quorundam ex eis gesta aliquorum sanctorum festiuitatib⁹ subieci: prout mihi congruentius visum fuit ex aliqua similitudine vel attinentia precedentis aut ex nominis equiuocatione: vtpote sancti iuliani cenomanensis festo: cui subijciuntur acta plurium eiusdem nominis sanctorũ quorum festiuitates nesciuntur: aut ex aliqua temporis cõgruitate: vtpote gesta patrum omnium prime etatis quorum dies ignoti sunt: que septuagesime applicantur: quia tunc eorum tempora ab ecclesia releguntur: ⁊ sanctorum secunde etatis que sexagesime subijciuntur quorum etiam acta tunc ab ecclesia recoluntur. ¶ Et notandum ꝙ aduentus domini ⁊ cetera festa mobilia: vt est pascha cum precedentibus ⁊ subsequentibus dependentibus ab eadẽ: qualia sunt septuagesima: ⁊ sexagesima: quinquagesima: quadragesima: passio domini: ascensio ⁊c. quia in kalẽdarijs sedem certam nõ habent: sed diuersimode cõtingunt: iuxta quod mihi melius visum fuit certis diebus apposui. Nam vt festum sancti andree quod est primum in officijs aduentui cõtinetur. Idcirco aduentum domini tertio kalendas decembris: hoc est in vigilia sancti andree locaui. Resurrectionis vero dominice diem sexto kalendas aprilis posui: eo ꝙ ad literam tali die dominus resurrexit: ⁊ per consequens omnia festa a die pasche dependentia tam precedentia ꝙ subsequentia illis diebus locanda decreui quibus eo anno contigissent quo dominus ad literam passus est si tunc temporis celebrata fuissent. ¶ In vndecimo vero huius voluminis libro illorum sanctorum gesta describentur quorum dies festiui penitus sunt ignoti: ⁊ quorum legende in aliqua ceterorum librorum parte nequiuerunt commode collocari: aut illorum qui forte per obliuionem quam humana fragilitas euadere plerunq; non valet: suis locis ponendi forent omissi: vel eorum etiam quorum legende post ceptum opus de nouo apparere contigerent: quod propter numerositatem sanctorum facile satis esset. ¶ In duodecimo vero et vltimo libro tabula totius voluminis supponetur: in qua sanctorũ omnium per alphabetum nomina conscribentur: ⁊ vbi reperiri debeant: quo scilicet libro vel capitulo designata: vt facilius quod quisq; optauerit eidem occurrat: sicq; tot⁹ presentis catalogi materia concludetur.

¶ Explicit diuisio totius voluminis.

⁋Sequitur prologus Libri Primi.

Primus ergo liber huius catalogi continet sancto-rum gesta quorum festiuitates occurrunt intra tempus in quo ecclesia represen tat christi sponsalium collationem z tractationem: quod fuit ab adam vsq3 ad fi lij dei natiuitatem. ⁋Et hoc tempus ecclesia pretēdit ab aduentus initio vsq3 ad diem natalis dominici in personam patrum z prophetarum christum venturum prenūciāns z assiduis clamorib9 deposcens. Quatuor vero dominicis ipse aduentus celebratur: eo q tractatus ipsarum nuptiarum quatuor modis precesserunt scilicet per legis natura-lis inspirationem: per indictam patribus circuncisionem: per imposite legis scripte collatio nem: z per afflictam prophetie testificationem. ⁋Primum tempus fuit ab adam vsq3 ad abraham decursu duarum etatum: in quo tempore lex naturalis homines docebat de duo-bus: scilicet q honeste viuerent: z proximum non lederent. Hoc autem in prima hebdoma-da figuratur: eo q in dominicali epistola mandata legis naturalis continentur. Dicendo enim apostolus in die honeste ambulemus: non in comessationibus z ebrietatibus: non in cubilibus z impudicitijs docet honeste viuere. Et subdendo non in contentione et emula-tione admonet proximum non offendere. ⁋Secundum fuit ab abraham vsq3 ad moysen decursu tertie etatis: in quo tempore circuncisio patribus indicta dei populum a gentilib9 superauit. Hoc vero in secunda hebdomada pretenditur vbi paulus in epistola dominicali dicit: christum iesum ministrum fuisse circuncisionis ad euacuandas promissiones patrū. ⁋Tertium fuit a moyse vsq3 ad dauid decursu quarte etatis: in quo tempore lex scripta ad bene viuendum hominibus collata fuit: cuius lator z minister extitit moyses. Hoc autē etiam in tertia hebdomada ostenditur in qua paulus in epistola dominicali in personam moysi dicit. Sic vos existimet homo vt ministros christi z dispensatores ministeriorum dei videlicet legis scripte. ⁋Quartum fuit a dauid vsq3 ad christum decursu quinte etatis: in quo tempore prophetia sanctis vatibus inspirata christum affuturum z propinquū p-sonabat: z futura tpa predicebat. Hoc etiā declaratur in quarta hebdomada in qua in epi-stola dominice apostolus in personam prophetarum dominum esse cum gaudio quodam modo prophetizat. Ad huius ergo temporis festa describenda procedamus.

⁋Finis prologi.



Per signū sancte crucis liberet
nos de inimicis nostris domi
nus deus noster. Oratio.


Deus qui vnigeniti filij tui
precioso sanguine viuifice
crucis vexillū sanctificare
voluisti: ꝯcede quesumus
eos qui eiusdē sancte crucis gaudent
honore tua quoqꝫ vbiqꝫ protectione
gaudere. Per dn̄m nostrum ꝛc.

Reuerẽdissimi patris

z domini Petri de Natalibus Veneti epi equilini Catalogi sanctorum opus feliciter incipit.

Liber primus ab aduentu dñi vsq ad eius natiuitatem.

De aduentu domini in carnem. Cap.j.



ADuẽtus dñi generalis duplex ab ecclesia colitur. Primus ad saluãdum. Secũdus ad iudicandum. Primus de preterito celebratur. Secũdus de futuro formidatur. De primo Luc.xix. Venit filius hois q̃rere et saluũ facere qd perierat. De scdo Esa.ij. dñs ad iudiciũ veniet cũ senatorib⁹ ppli. Aduẽt⁹ ergo in carnẽ/ q̃ fuit ad saluãdũ/ q̃tuor agit septimanis pp̃ter causas superi⁹ assignatã: qr scz tpm aduẽtũ Xpi pcesserũt legis naturalis inspiratio: circũcisiõis indictio: legis scripte impositio: z pphetie attestatio: q̃ oia in quatuor dñicis: vt superi⁹ ponit: figurãt. Circa aduentũ aũt ad saluandũ duo vidẽda sunt: scz aduenĩẽdi opportunitas: z aduẽtus vtilitas. Opportunitas ostẽditur primo ex parte hominis qui cõuictus fuit. Primo de malitia tẽpore legis naturalis: quia cum ipsa lex iuberet proximum non ledere: primogenitus Ade Cain Abel fratrẽ innocentẽ occidit. Secũdo de ignorãtia tẽpore circũcisionis/ qñ vz homo idololatrans in pessimos errores decidit: nã z tũc tpis idololatria incepit. Tertio de impotentia tpe legis scripte: q quidẽ lex iugũ importabile et mãdatũ homini fragili impossibile imposuit. Opportune ergo filius dei venit qñ homo de malitia: ignorãtia z impotẽtia cõuictus fuit: ne si ante venisset homo medicine gratus non fuisset. Ipse etiam veniẽs sua potentia hominis impotentiã subleuauit: sua sapientia ignorantiã illustrauit: suaqz gratia malitiam expugnauit. Scdo ex parte tẽporis: quia vbi venit plenitudo temporis/ misit deus filium suum zc. Gala.iiij. quod quidem tempus adimpletum fuit per quatuor premissa: que aduentum dominicum precesserunt. Cum enim vidit dei filius hominem nec lege nature/ nec circũcisionis signaculo: nec lege scripta: nec prophetarum oraculis a peccato liberari posse: decreuit conferre gratiã in qua nos decorari possemus: gratificans a pctõ redemit. Tertio ex parte vulneris et morbi vniuersalis. Nã cũ morb⁹ erat vniuersalis oportunũ fuit vniuersalẽ adhibere medicinam. Etenĩ ante aduentum Christi eramus ignorãtes sine ceci: penis eternis obligati: serui diaboli: mala peccati cõsuetudine vincti: in tenebris obuoluti: exules a patria expulsi. Ideo egebamus doctore/ redẽptore/ liberatore/ eductore/ illuminatore et saluatore. Hec autẽ omnia in septem antiphonis maioribus habentur que cantantur ante Christi natiuitatem. In prima dicitur veni ad docendũ nos viam prudentie. In secunda/ veni ad redimẽdum nos in brachio extento. In tertia: veni ad liberandum nos: iam noli tardare. In quarta: veni et educ vinctum de domo carceris zc. In quinta: veni z illumina sedentes in tenebris zc. In sexta: veni saluã hominẽ/ z hoc in personam gentiũ: quia illa antiphona incipit. O rex gentiũ. In septima: vero clamat pro salute iudeorũ quibus deus dederat legem: adeo incipit. O emanuel rex et legifer noster: et infra: veni ad saluandũ nos zc. Vtilitas autẽ ipsius aduentus patet Luc.iiij. vbi se missum testatur dicens. Spirit⁹ domini super me zc. Ad pauperum consolationem. Ad contritorũ sanationẽ. Ad captiuorũ liberationem. Ad indoctorũ instructionẽ. Ad pctõrũ remissionẽ. Ad humani generis redemptionem. Et ad meritorum retributionem. Hec omnia originaliter prophetãtur de Christo. Esa.lxj. Augustinus autem ponit alias vtilitates dicens q Christus more mercatoris veniẽs dedit z accepit. Accepit quod hic abũdat scz nasci: mori z laborare. Dedit renasci: resurgere et in eternum regnare. Bernardus insuper ponit tres vtilitates supra tactas dicens q necessarius fuit nobis saluatoris aduentus/ vt in nobis per fidem habitans illuminet cecitatẽ nr̃am: z nobiscũ manẽs adiuuet infirmitatẽ nr̃am: z p nobis stãs ppugnet z purget iniq̃ta ẽ nr̃am.

De aduentu domini ad iudiciũ. Cap.ij.



Aduentus dñi ad iudicium/ sicut et aduentus in carnem quatuor agitur septimanis: eo q z ipsum aduentum sicut z primum quatuor tempora precedere debent. Primum fuit tempus apostolorũ: in quo fuit persecutio iudeorum: qui Christum ecclesie caput primo in seipso/ deinde in suis apostolis persecuti sunt: et durauit vsqz ad tempora Neronis imperatoris. Scdm fuit tps martyrũ: in quo fuit psecutio paganorũ a Nerone p̃ter xp̃ianorũ psecutore vsqz ad Cõstantinũ Augustũ. Tertiũ fuit tps doctorũ: in quo fuit psecutio hereticorũ a Cõstãtino imperatore vsqz ad Carolum magnũ. Quartũ est tempus confessorum/ in quo ad presens sumus a Carolo magno vsqz ad antichristum. Et notandum q ecclesia in ad-

uentu domini quedam cantica leticie canit: vt alleluya: et hoc propter primi aduentus consolationem: quedam vero deponit: vt te deum laudamus: et gloria in excelsis: propter secundi aduentus trepidationem. ¶ Circa secundum aduẽtum duo videnda sunt: scilicet antecedentia iudicium: et concomitantia. Antecedentia sunt tria: scilicet signa terribilia: antichristi fallacia: et ignis vehementia. Signa terribilia ponuntur Luce. xxi. Erunt signa in sole etc. quod Apocalypsis. vi. declaratur. Sol factus est niger tanq̃ saccus cilicinus: et luna facta est sicut sanguis: et stelle celi ceciderunt super terram: quod ad literam de eclypsi solis et lune: et de superabundantia intelligi potest/ vel metaphorice de imperio romano eclypsato: et ecclesia sanguine innocentium maculata: et de predicatoribus de celo ecclesie cadentibus propter errores põt exponi. ¶ Hieronym⁹ aũt in annalib⁹ Hebreorũ inuenit quindecim signa iudiciũ p̃cedẽtia: Sveruñ cõtinua/an interpolata nõ expssit. Pria die mare se eriget quadraginta cubitis sup montes stãs in loco suo q̃si mur⁹. Scda die tñ descẽdet: vt vix possit videri. Tertia marine belue apparentes super mare dabunt mugitus vsq3 ad celum. Quarta ardebit mare et aqua. Quinta arbores et herbe dabunt rorem sanguinis volatilibus congregatis in campis. Sexta ruent edificia: et flumen ignis ab occasu vsq3 ad oriens contra celum exurget. Septima petre adinuicem collidentur et scindentur. Octaua erit generalis terremotus ita vt nullum animal stare possit. Nona montes solo equabuntur. Decima exibunt homines de cauernis et velut amentes ibunt: nec loqui poterunt. Undecima ossa mortuorum super sepulturas colligentur. Duodecima stelle ex se igneas comas emittent: animalibus cunctis in campis specietenus congregatis. Decimatertia morientur viuentes: vt cum mortuis resurgant. Decima quarta ardebit celum et terra. Decimaquinta fiet celum nouum et terra: et resurgent omnes. ¶ Antichristi autem fallacia fiet quatuor modis. Primo per callidam suasionem et falsam scripturarum opinionem. Nitetur enim ex scriptura ostendere se messiam in lege promissum: et legem Christi destruere. ps. Constitue domine legislatorem super eos glossa. i. antichristum legis prauc latorem. Secundo per miraculorum operationem. ii. Thes. ii. Cuius aduentus secundum operationem sathane in omnibus virtutibus et signis et prodigiis mendacibus. Tertio per donorum largitionem. Daniel. xi. Dabit eis potestatem in multis: et terram diuidet gratuito: quod glossa de antichristo exponit. Quarto per tormentorum illationem Daniel. viii. Supra q̃ credi potest/ vniuersa vastabit. ¶ Ignis autem vehementiam dominus premittet. Primo propter mundi innouationem: quia purgabit et renouabit elemẽta. Secundo propter hominum purgationem: vt sit tunc bonis viuentibus in locum purgatorii. Tertio propter malorum damnationem/ et sanctorum illuminationem quia secundum Basil. Deus facta mundi purgatione in igne illo diuidet calorem a splendore: et totum calorem mittet ad regionem damnatorum: vt amplius crucientur: et totum splendorem ad regionem bonorum: vt amplius iocundentur. ¶ Concomitantia autem iudicium erunt octo. Primum est disceptatio iudicis. Johe. iii. Congregabo omnes gentes in vallem iosaphat: et disceptabo cum eis: statuet enim oues a dextris: hedos autem a sinistris: et cum eis disceptabit: vt dicitur Mat. xxv. Secundum est differentia ordinis/ nam in iudicio illo quidam iudicantur et pereunt: sicut mali christiani: quib⁹ dicetur. Esuriui: et nõ dedistis mihi mãducare. Quidam non iudicantur: et pereunt: sicut infideles: de quibus dicitur/ qui non credit iam iudicatus est. ¶ Quidam iudicantur et regnant/ sicut iusti/ quibus dicetur. Esuriui et dedistis mihi manducare. Quidam iudicantur: et regnant: sicut apostoli quibus promittitur: sedebitis super sedes iudicãtes duodecim tribus israel. i. iudicanti assistentes et sententiam approbantes: et hoc fiet eis p̃pter ipsorũ honorẽ: propter sententie confirmationem: et malorum reprobationem. Tertium erit insignia passionis: scz crux: claui: et cicatrices in corpore: vnde cantat ecclesia: hoc signum crucis erit in celo cum dominus ad iudicandum venerit: et hoc faciet Christus ad ostensionem sue victorie: vt ostendat signa in quibus triumphauit. Ad declarationem sue misericordie: vt ostendat qualiter boni misericorditer saluantur. Et sue iustitie vt ostendat qualiter praui iuste damnãtur. ¶ Quartum erit seueritas iudicantis: non enim flectetur timore: cum sit omnipotens: nec odio/ nec amore/ cum sit iustus: nec errore: cum sit sapientissimus. ps. Deus iustus fortis et patiens: idest sapiens: quia qui patiens est: multa gubernatur sapientia. ¶ Quintum erit accusatio horribilis: habebit enim homo accusatores. primo diabolum. Apocalypsis. xii. Proiectus est accusator fratrum nostrorum etc. Secundo proprium vitium. Sapien. iiii. Uenient in cognitionem peccatorum suorum/ et traducent illos ex aduerso iniquitates eorum. Tertio totum mundum. Greg. Si queris quis te accuset: dico totus mundus qui offenditur creatore offenso. ¶ Sextum erit testis infallibilis: habebit enim peccator tres testes vnum supra se: scilicet deum qui est iudex et testis. Hiere. xxix. Alium intra se/ scilicet propriam conscientiam. Tertium iuxta se: scilicet proprium angelum. ¶ Septimum erit arctatio peccatoris: de quo Greg. Latere inquit erit impossibile/ apparere intolerabile. ¶ Octauũ erit sententia irreuocabilis. Nam tribus ex causis appellatio non recipitur. Primo propter iudicis excellentiam: vnde non appellatur a sententia pape vel imperatoris: quia non habet superiorem. Secundo propter criminis euidentiam. Nam in crimine notorio non potest appellari. Tertio propter rem non differendam: vt est in sententia capitali: que non exigit dilationem sed statim exequitur. Propter hec tria sententia irreuocabilis erit: quia nec superiorem habet: et oĩa ibi notoria erunt: et nihil quod ibi agetur dilationẽ patiet. Oĩa enĩ fient in momẽto: in ictu oculi etc.

¶ De aduentu dñi in speciali. Cap. iii.



Aduentus domini specialis duplex est. Prim⁹ in mẽte ad sanctificandũ: de quo Jo. xiiii. Ad eũ veniem⁹: et mansionẽ apud eũ faciem⁹. Scds in morte ad premiãdum: de quo Luce. xii. Et vos estote parati: q2 qua hora non putatis filius hominis veniet. Horum duorum aduentuũ festa q̃uis ab ecclesia nũq̃ cõmemorentur/ a plurib⁹ tñ deuotis frequẽtissime recoluntur.

¶ De sanctis Saturnino et Sisinnio martyribus. Capitulum. iiii.



Saturnin⁹ et Sisinnius martyres Rome passi sunt sub Maximiano imperatore: q̃ rediẽs de partib⁹ Aphrice dũ omnes christianos ad afflictionẽ laboris cõpelleret ad thermas edificandas: ad fodiendam harenam: et Saturninus iam senex sarcinam ferre non posset: Sisinnius et Syriacus

diacones Marcelli pape cum iuuabant: vt dicetur
infra in passione Marcelli xvij. kal. februarij. Quod dum
Maximiano nunciatum fuisset: iussit eos teneri in car
cerem a Laudicio prefecto: qui eos. xvij. diebus carce
ri mancipauit. A quibus multi paganorum conuersi
sunt. Deinde prefecto presentati Saturninus senex et
Sisinnius diaconus dum idola sibi oblata comminuis
sent / conuersi sunt duo milites papias et Maurus: tūc
Laudicius iussit Saturninum et Sisinnium in eculeo
leuatos attrahi neruis et fustibus et scorpionibus ce
di. Papiam vero et maurum se christianos profitentes
ora lapidibus cesos carceri trudi fecit. Saturninū ve
ro et Sisinnium eculeo depositos decollari mandauit:
qui ducti via numentana miliario secundo ab vrbe ca
pite cesi sunt: quorum corpora tarson cū Joanne presby
tero sepelierunt in predio suo via salaria vetere. iij. kal.
decembris.

De sancto Saturnino episcopo et martyre.
Capitulum. v.



Saturnin⁹ episco
pus et martyr ab apostolorum disci
pulis ordinatus est: qui primus epi
scopus Tholosane vrbi directus xp̄m
predicauit: et dum sepius iuxta capito
lium quod inter domum suam et ec
clesiam situm erat / iter ageret: demo
nes a responsis cessabāt. Quod dum
gentiles virtute sancti fieri cognouis
sent: Saturninum comprehēsum in
arce capitolij statuunt compellentes
ad immolandum: qui dum nisi vni deo se immolaturū
assereret: funē ab vno capite tauri latera alligantes: qui
ad immolādum ductus fuerat: ab alio vero pedes san
cti vincientes stimulatum taurum per scalas precipi
tant. Qui sanctū sibi alligatum post se trahens per ca
pitolii grad⁹ eliso capite cerebroque excusso Christi mar
tyrem fecit. Cuius corpus occulte propter metum gen
tilium due christiane femine sepelierunt: quod postmo
dum a successoribus sancti martyris honorifice tumu
latum est. passus est aūt tpe Decij. iij. Kalen. Decēbris.

De scto Amos egyptio abbate. Cap. vj.



Amos egypti⁹ flo
ruit tempore Constantini magni de
quo refert Sozomenus primo histo
rie tripartite: quod inuitus ipse parēti
bus cogentibus duxit vxorē: nec ta
men eam expertus fuit. Nam primo
die nuptiarū solus cū sola in thala
mo / dum sibi virginitatē laudaret /
eam ad virginitatem seruādam in
duxit: vnde et ambo virginitatē vo
uentes in singulis cubilibus separa
tim dormierunt annis. xviij. demum cōmuni voto ab
inuicē diuisi sunt: ipseque mulieri domum propriam cō
cessit / et ad eremum properauit. Atque in monte Nitrie.
xxij. annis permansit eremiticam vitā ducēs: de quo re
fert Hieronym⁹ in vitis patrū: quod apud Thebaidē fuit
pater triū milium monachorum. Dum autē Amos
cum discipulo suo Theodoro iter agens ad fluuiū deue
nisset: dum alter alterum nollet nudum videre / māda
uit discipulo ad horam secedere. Et dum seipsum etiā
nudū videre pauderet: diuina virtute ad aliam partem
fluminis trāslatus est. De quo discipulus mansiens mi
ratus: quia nec vestem / nec pedes infusos haberet / ad
uertit miraculum: adiuratus a magistro: vt illud quādiu
viueret nemini reuelaret. Hic filium hominis qui bo
uem rapuerat: quē canis rabidus momorderat: post quā
pater bouem restituit a morsu canis rabidi liberauit.
Dum autem latrones panem quo vescebatur eidem
misissent: duos dracones eductos ex antro ad custodiā
celle misit. Sed venientes fures et dracones videntes
pre timore quasi mortui ceciderunt: quos ipse exiēs cō
fortans erexit: et ad penitentiam prouocauit: optimosque
cunctorum monachos effecit. Eodem etiam tempore
dum draco alius immanis regionem vastaret: et mul
tos perimeret: et oblatum sibi puerum ex solo visu bestie
extinctum suscitauit: et draconē oratione de antro edu
ctum / in duas partes discerptum occidit. Cuius ani
mam cum gloria ad celum tendētem Antonius abbas
longe positus vidit: et discipulis nūciauit: notatoque die
et hora repertum est Amonem eodem tempore a cor
pore migrauisse: quieuit in Christo die tertia kalendas
Decembris.

De sancto Pafnutio abbate. Cap. vij.



Pafnuti⁹ Abbas
eremi cultor vltimique deserti in re
gione heracleo: cū esset angelice vite /
orauit deum: vt sibi reuelaret cui san
ctorū bene viuētium similis habere
tur. Cui angel⁹ reuelauit: quod similis
ipse esset symphoniaco cuidā in ciui
tate cantando victum querenti. Ad
quem sanctus admirās accessit: et cū
repertū secreto de sua vita quesiuit.
Qui respondit se fuisse predonem: et
ex illo statu ad officium ioculatoris venisse: nihilque sibi
boni conscium: nisi quod aliquando virginem deo conse
cratam a se et collegis raptam / dū ceteri deflorare vel
lēt ab eis eripuit: et nocti eam domū intactam reduxit.
Et alia vice mulierē profugā in eremo repertam: dum
quo tēderet quesiuisset: et illa virū cum filiis pro fiscali
debito carceratos et flagellis afflictos respōdisset se etiā
eadē causa perquiri: ob idque fugere triduo sine cibo per
acto assereret: ipse illam ad antrū suum ducens refece
rat: et trecentos solidos pro viri et filiorū redemptione
sibi dederat. Que illo precio dato virum et filios de car
cere eduxerat: quod audiens Pafnutius / et nihil se tale
fecisse protestās dū sibi a deo reuelata homini retulit: il
le abbatē ad eremum secutus in melius vitā mutauit:
cuius animā ab angelis in celum deferri post modicū
tēpus sanctus cōspexit Pafnutius. Iterum idem quod
prius querēs a deo sibi reuelari per angelum edocetur
se fore similem tali primario ciuitatis. Ad quē sanctus
veniens / cūque de ipsius sanctitate secrete requirens di
xit ille se habere vxorē cum qua annis triginta conti
nuerat: eāque nunquā nisi affectione sobolis primis tem
poribus cognouisset: ex qua tribus susceptis filiis abin
de in castitate permanserant: et hospitē nunquā dimiserat:
nec pauperem sine cibo vel alia stipe licentiauerat: con
tra iustitiā nunquā iudicauerat: et discordes pro viribus
ad concordiā reduxerat: que audiēs Pafnutius reuela
ta sibi a deo narrat. Illeque relicto seculo abbatē ad ere
mum secutus est: venientesque ad fluuium profundum
transierunt ita vt vnda vix genua pertingeret. Cui dum
sanctus cellam in eremo designasset: illeque ad vite per
fectioris apicem ascendisset / postmodum anima illius
ad celos deferri ab angelis eidē per reuelat. Pafnu
tius vero his a deo petita iuxta ratio quesiuit. Cui re
uelat ipsum esse similē mercatori ad se venienti. Cui supra
occurrens nullo ab eo amplius quesito visa et audita nar
rauit. Hic statim per famulos mandato vt merces ad
vrbē delatas et cetera sua bona pauperibus erogarent /
cum abbate mansit in eremo: qui etiam breui tempo
re ad celestia migrauit. Pafnutius vero in extremis cō
stitutus / admonuit fratres: neminem etiam peccatorē
vel cuiussuis status contēnendum premissas tres refe
rens visiones: qui etiā in pace quieuit. iij. kal. decēbris
videntibus presbyteris et fratribus animam eius in ce
lum ab angelis sublevari.

¶ De sancto Andrea apostolo. Cap. viij.



Andreas aposto-lus filius Joannis et frater Simonis Petri de ciuitate Bethsaida Galilee: qui primo fuit discipulus Joannis baptiste trib⁹ vicibus a domino vocatus est. Primo ad sui notitiam: quando videlicet audiuit a Joanne de Christo. Ecce agnus dei. Et cum alio discipulo secutus Jesum: vidit vbi manebat: et mansit apud eū die illo: inueniensqꝫ fratrem suum Simonem adduxit ad Jesum. Secundo ad sui familiaritatē: quando scꝫ iuxta mare Genezareth turbis cōcurrentibus: Christus intrauit nauem Simonis: et capta multitudine piscium/vocatiqꝫ Jacobo ꝛ Joanne secuti sunt Jesum. Tertio ad sui discipulatum: cū ambulans Jesus iuxta mare galilee Petrum et Andream de piscatione vocauit/ꝑmisso sibi qḋ fierent hominū piscatores: qui relictis rhetibus secuti sunt eū: et eiqꝫ deceterо adheserunt. ¶ Post ascensionē dñi diuisis discipulis Andreas apud Achaiam predicans multos ad fidē Christi cōuertit: et ecclesiis ꝓuinciā repleuit. Et dum quidā nobilis iuuenis inuitis parētib⁹ apostolo adhesisset: parentes domū in qua morabatur cum apostolo succenderunt: sed puer iussu apostoli tectum ascendens: et aquam ampulle super ignes spargēs flammas extinxit: et dum illi per scalas ad eum vellent ascendere: subito excecantur: multisqꝫ cōuersis parentes iuuenis post dies quinquaginta defuncti sunt. ¶ Uxor cuiusdā homicide parere non valens/sed in partu periclitans: sororem ad deam suam Dianā placandam misit. Idolum vero sorori respondit ꝙ eam iuuare non poterat: monuitqꝫ vt Andream apostolum pro auxilio adiret. Ad quam vocatus apostolus eā primo de idololatria redarguit: deinde ꝓ ea orauit: illaqꝫ mox fetū mortuum emittēs liberatur ꝛ baptizatur. Senex quidam Nicolaus venit ad apostolum: dicēs septuaginta annis quibus vixerat continere non potuisse: semper luxurie deseruisse. Et ꝙ aliquando ad carnis cōcupiscentiam refrenandam euangelium super se ferebat: et dum lupanar intrasset oblitus euāgeliū deponere audiuit a meretrice ꝙ videbat super eum mirabilia: que etiā se ab illo tāgi nō permisit. Pro quo dum apostolus a tertia vsqꝫ ad nonā ieiun⁹ orasset: et se nō comedere vouisset/nisi deus peccatori subueniret: post quinqꝫ dierū abstinētiā audiuit se obtinuisse ꝓ sene. Sicqꝫ apostolus Nicolao penitētiam sex mēses in pane ꝛ aqua imposuit: qua peracta senex in dño feliciter expirauit. ¶ Dum iuuenis christianus et pulcherrimus a matre lasciua de crimine nephando attēptatus fuisset: illeqꝫ flagitiū execraretur: mater in iuuenem crimen retorsit: et eum iudici accusauit: qui dum apostolum in suum patrocinium aduocasset/Judex iratus puerum in saccum pice linitum iussit mitti: et in flumine iactari: Andrei vero qui pro eo intercesserat in carcerem mitti: sed orante apostolo tonitruo terribili ꝛ terremotu facto omnibus exterritis mulier a fulmine percussa interiit: omnesqꝫ mortem euasit: et iudex cum multis fidem Christi suscepit. ¶ Cum apud niceam ciuitatem septem demones multos infestarent: et plures transeuntes occiderent: apostolus vocat⁹ illuc accessit: demones in specie canū adueniire iussit: eisqꝫ in Christi nomine/vt inde discederent mādauit: quo miraculo multi conuersi sunt. ¶ Post modicum apostolo nūciatur/ꝙ iuuenis quidam iuxta portam alterius vrbis a septem canibus fuerat prefocatus. Intellexit igitur illos fuisse demones quos ab oppido nicee expulerat: et compatiens patri defuncti/illuc accessit: mortuum excitauit: et discipulum christi fecit. ¶ Quadraginta viri ad apostolum venientes: vt ab eo fidei doctrinā perciperent/excitata tempestate a diabolo nauiqꝫ submersa in mare necantur. Quorū corpora vt apostolus vidit ad littus delectata: et que facta fuerant per spiritum cognoscēs: oratione sua viros suscitauit et baptizauit. ¶ Uxorem etiam egee proconsulis et maxillam senatricem ꝛ multos de populo ad christum conuertit: pluresqꝫ discipulos acquisiuit. ¶ Cum ergo egeas proconsul patras ciuitatem ingressus christianos ad sacrificia idolorum compelleret: eidem Andreas occurrens ipsum de impietate redarguit: eo quod ipse iudex hominum constitutus iudicem suum celestem agnoscere debuit. Quem dum proconsul vanum ꝛ superstitiosum diceret: eo quod christum a iudeis crucifixum coleret: apostolus christum sponte crucem subiisse respondit: et eo quod mortem suam discipulis predixit: et proditorem cognouit: addens mysterium crucis magnum esse. Cui proconsul respondit ꝙ mysterium dici non poterat sed supplicium/comminans aplm vt nisi sibi obtēperaret: ipsum mysterium in se experiri faceret. Tūc apostolus mysterium crucis cepit exponere: et ꝙ fuerat necessarium saluti hominum multis rationibus suadere. Et dum in confessione crucis persisteret immobilis: iubente proconsule in carcerem recluditur: sed a populo visitatur volentibus proconsulem occidere: et apostolum fractis ianuis liberare: quos apostolus sua predicatione ad patientiam inuitauit. Mane autem facto Andreas de carcere educitur: et dum xpm crucifixum constantissime confiteretur/iussu egee a triginta hominibus fustigatur: deinde in cruce suspendi iubetur: non quidem clauis confixus: sed quasi in equuleo extensus funibus alligatus: populi multitudine insequente ꝛ ipsum innocenter mori clamante. Qui dū crucem a longe salutans adorasset: vestibus suis exutus in cruce suspensus est. In qua biduo viuens viginti milibus astantium hominum predicauit. Sed dum turba egee mortem minaretur: territus proconsul venit vt eū deponeret: quem dum ministri vellēt soluere/brachiis in aerem stupidis effectis nullo modo ad eum potuerunt pertingere. Et dum fideles eum deponere vellēt/apostolus orauit ad dominum: vt in pace suum susciperet spiritum. Statimqꝫ splendor nimius ad instar fulguris per horam et dimidiam ipsum obtexit: cum quo lumine abscedente apostolus deo spiritum emisit. Cuius corpus maximilla senatrix cum aromatibus sepeliuit. ij. kal. Decembris/iuxta ciuitatem patracensem. Indeqꝫ processu temporis corpus eius Constantinopolim trāslatum est vt habetur. viij. idus maij. Egeas vero anteꝙ̄ domum rediret arreptus a diabolo expirauit. Cuius frater nomine stratocles cum omni eius familia ad xpm conuersus est.

¶ De sancto Nathanaele discipulo. Cap. ix.



Nathanael disci-pulus de oppido chana galilee vn⁹ fuit ex septuagintaduobus xpi discipulis: quem christus commendat Joannis primo: dicens ipsum esse israelitam in quo dolus nō est. Hic etiam post resurrectionem christi vnus fuit ex numero illorum. vij. discipulorum: quibus christus apparuit iuxta mare galilee/quando petrus piscido traxit rhete in terram plenum magnis piscibus. cliij. vt habetur Joannis vltimo. qui etiam a plerisqꝫ scribitur fuisse alio nomine vocatus vrsinus: qui ꝛ ab apostolis episcopus Bituricen. constitutus post completum predicationis officium in deo feliciter requieuit. ij. kal. Decēbris: quod tamen falsum esse reputatur. Nam corpus beatus Nathanaelis apud Treugen. ciuitatem quiescit. Corpus

v:sini in Bituriceñ. vrbe sepultum veneratur. Hec frater Uincentius.

¶ De sancto Nathanaele anachorita. Cap. x.



Nathanael anachorita/ vt dicit Heraclides: fraude demonis accidiam passus ex priore cella recessit: et aliam cuidam vico vicinam sibi collocauit. Ubi dum habitare cepisset: demon ad eū noctu veniens in specie carnificis pannis sordidis indutus/ fragoris strepitū facere cepit: dicēs se fore demonē: qui eū de priori cella eiecerat/ qui et eum de ista fugare cupiebat. Mox sanctus compunctus ad priorē locū rediit: et adeo se inclusit: vt. xxxvii. annis nūq̄ limē excederet. Multasq̄ diaboli insidias pertulit vt propositū frangeret: quas tamē oēs deuicit. Septem episcopos ad se venientes gratanter suscepit: et abeuntes vsq̄ ad limen associauit. Quē dum diaconi eo quo nō egrederetur redarguerēt: se olim seculo mortuū esse rñdit. ¶ Nocte quadā demon in specie pueri sibi apparuit asinum panibus oneratū deferēs. Et dum asellū in terrā corruisse fingeret: et abbatis auxilium peteret: ille perplexitate circunclusus/ ne aut misericordie opus negligeret: aut propositum frangeret: oratione fusa pucro sua sit: vt si vera esset visio deum inuocaret sibi subuenire paratum. Si autem tentatio esset euanesceret. Moxq̄ puer cum asino euanuerunt cum turbine maximo strepitantes. Hec omnia Heraclides in libro qui dicitur paradisus.

¶ De sancto Trophiano episcopo. Cap. xi.



Trophianus episcopus magne sanctitatis vir: et miraculorum gloria preclarus pridie kalen. Decembris apud Xanctonas in domino feliciter requieuit. Cuius corpus Tholosam translatum: ibiq̄ terris sepultum: spiritus in celis viuere multis miraculis manifestat: vt dicit Ado.

¶ De sanctis Diodoro et Mariano et eoꝝ sociis martyrib⁹. Capitulum. xii.



Diodorus presbyter/ et Marianus diaconus cum multitudine innumerabili hominum vtriusq̄ sexus: et diuersarum etatum quorum numerum: et nola soli⁹ dei scientia nouit: passi sunt Rome sub Numeriano imperatore tpe Stephani pape primi. Qui die anniuersaria dedicationis sanctoꝝ martyrū Chrisanti et Darie in loco crypte: vbi eoꝝ corpora sepulta erāt diuina celebrātes via salaria: vel extra portā vrbis in Harenario vbi p̄fati martyres terra: et lapidib⁹ obruti fuerant: accusati sunt imperatoris. Tūc imperator iussit in introitu crypte parietē leuari: et montē qui crypte imminebat ad sublonē sup eos deiicere sic oēs p̄focati sunt. Quoꝝ corpa ibidē iacuerūt: vsq̄ ad tpa Stephani pape. vi. anno. dñi. Dccclxxvi. ¶ Qui venerabilis pater effossa crypta reliq̄as sanctoꝝ innumerabiles inde collegit: ex quib⁹ quasdā laterani: aliquas apud sanctū Petrū: aliquas ad basilicā duodecim aploꝝ: quā a fundamētis renouauerat: aliquas vero p alias ecclesias: et monasteria spēciēda diuisit: in quoꝝ ossiū collectiōe odor mirabilis quasi floꝝ: et rore respersus est: et lampas in crypta accēsas sex dieb⁹ cōtinuis arsit: in qua nec quicq̄ de oleo cōsumptū est: nec flamma extincta: donec oīa sanctoꝝ ossa a cōgerie lapidū sunt collecta. ¶ Quidā aūt cū de reliquiis aliquas questus gratia subtraxisset: cōtinuo in lectū decidit graui languore detentus: et cōmissum furtū confessus reliquias restituit: et sic sanitatē recepit. Horū olim martyrū passio die kalēdarū Decēbriū celebrat.

¶ De scō Diodoro epo et cōfessore. Cap. xiii.



Diodorus Alexādrin⁹ cesariē episcopus: dū Antiochen⁹ esset p̄sbyter: clar⁹ sapiētia habebatur. Qui elect⁹ āntistes multa opuscula cōpilauit. In aplī cōmētarios edidit: aliaq̄ multa Eusebii cesariēsis secut⁹ characterem. Cui⁹ lz sensum imitat⁹ fuerit: ei⁹ tñ attingere nō potuit eloquentiā ignar⁹ seculariū lrāꝝ. Floruit tpe imperatoris Ualētis: vt dicit Hieronym⁹ in libro de viris illustribus.

¶ De sancto Ansano martyre: et Maxima virgine et martyre. Capitulum. xiiii.



Ansanus martyr ciuis Romanus filius nobilis Tranquillini duodecim annoꝝ occulte inscio patre a Protasio presbytero in xp̄i fide doct⁹: et baptizatus est: atq̄ a maxima virgine de territorio Tonagritano de sacro fonte leuat⁹: q̄ a patre imperatorib⁹ Diocletiano: et Maximiano delat⁹. xiii. anno imperii eorum cum ipsa maxima virgine ab eisdem tent⁹: et carceri traditus est diebus multis. Quam quidem sacrā virginem p̄fati imperatores tādiu fustib⁹ cedi fecerunt: donec spm̄ exhalaret. Ansan⁹ vero de carcere fugiēs venit balneo regiū: vbi visione angelica cōfortat⁹ est. Deinde veniens ad ciuitatē Senarū: dū xp̄m dñm predicaret a pconsule lysia tent⁹ in ignē iussus est: quo diuina virtute extincto: dū permāsisset illesus iuxta fluuiū arbiā educt⁹: ibiq̄ iussu presidis decollatus est: et sepult⁹ kalen. Decēbris.

De scō Proculo epo et martyre. Cap. xv.



Proculus episcopus/ et martyr de Syria veniēs Romā tpe Iuliani imperatoris totamq̄ Romanā pūinciā discurrēs xp̄m predicabat: miraculoꝝ vita resulgēs. Quē sanct⁹ Ualētin⁹ epus interamñ. cōstituit sacerdotē. Et dū die quadā celebraret p̄sente p̄dicto epo: angelus dñi acceptum de altari calicē in era vidētib⁹ oīb⁹ subleuauit: et deinde in altari reposuit sanguine cōsecrato. Silet⁹ āt p̄sor de mādato angeli sanguinē cōsecratū liberauit. Deīde pp psecutionē paganoꝝ fugit de tyro siue interano cū epo Ualētino: et veniēs ad ciuitatē nequinā a gētilib⁹ gothis tent⁹: et v̄berib⁹ affectus: atq̄ in carcere missus est: īs p angelū educt⁹ venit Iauaniū: vbi a sancto Ualētino p martyriū assumpto: cōstitut⁹ epus totā ciuitatē p multa miracula cōuertit ad xp̄m. Deinde veniēs Spoletū xp̄m p̄dicauit: inde a deo monit⁹ psecutionē fugiens venit Bononiā: vbi Theodori filiā/ q̄ manū habebat aridā sanauit: et patrē cū filia cōuertit ad fidē: et filiū Heronimi a demonio liberauit. Et post multoꝝ cōuersionē a Totila rege gothoꝝ capt⁹ ablatis sibi binis loris a tergo decollat⁹ est: et iuxta ciuitatē humat⁹: vbi p cessu tpis puer mortuus iuxta

ipsum sepult⁹ recepit. Tūcq corpus ipsi⁹ integrū reptū hōorifice leuatū ē. Huius passio agit die kalē. Decēbris.

¶ De sancto Albano martyre. Cap. xvj.



Albanus martyr in ciuitate Maguntia passus esset ibi sepult⁹. Hic habuit prēz xpianū iperatorē de partib⁹ aquilonis: qui mortua cōiuge filiā decorā ex ea hns ipsāq diligēter: cā nuptui mltis pncipib⁹ petentib⁹ tradere recusabat. Quā tandē flagitioso amore carnaliter cognouit: et ex illa albanū filiū suscepit. Mr̄ igit de cōsensu iperatoris ad tegēdā infamiā filiū in capsella pallio inuolutū in partib⁹ vngarie exponēdū mādauit: qd repert⁹ iuxta nemus a rege vngarie carente liberis suscipit: et ob eius elegantiā occulte in rure nutrit: simulataq regina pregnāte: et tpore partus puer natus fingit: et a rege adoptat⁹ vt naturalis tractat: ab oibusq baronibus: et cuiu⁹ fili⁹ regis vere putat: tā ipsis q̄ iuuene pdicto rei ignaris. Fact⁹ ergo iuuenis grat⁹ et strenu⁹: filia Iperatoris aquilonis / que est ppria mater: eidē a patre putatiuo in cōiugiū queritur: et ab impatore tradit: vere putāte filiā tradere filio pō regis. Post tps modicū rex vngarie infirmat: et ad extrema veniēs filio adoptiuo regnū cōmittēs eo q aliū nō haberet: eidē seriē facti reuelat: et qualr ab eo repert⁹ nō ei⁹ fili⁹ naturalis erat. In cui⁹ euidentiā palliū in quo ipm inuolutū ex nemore susceperat vsq tunc reseruatū albano tradidit. Quod iuuenis audiēs / cōsternat⁹ ad vxorē ingredit. Et dū sibi causam tristitie q̄renti factū pandere nollet: eo q se ex hoc contēnendū ab vxore putaret: palliū quo sylue exposit⁹ inuolut⁹ fuerat: qd tūc eidē a rege traditū fuerat de sinu iuuenis cecidit: qd dū mater vidit agnouit: et mutua collocutione habita: repertū est albanū incestu genitū: matrē incestuoso connubio cognouisse. Cōsilio inter eos habito tristitiā ex morte regis simulātes mortuūq regē vngarie iuxta cōdecentiā regiā tumulant. Deinde ad vtriusq patrē imperatorē pperant: vt eidē seriē facti pandāt. Quos ille vt filiā: et generū cū magna letitia: et solēnitate suscepit. Sz die sequenti peracta letitia mutue visionis: et imperatorē solū alban⁹: et mater in cameram vocāt: eidēq cū lachrymis factū seriosius explicant: et ad diuinam misericordiā implorandam per penitentiā regē cōfortant. Qui oēs sancto cuidam epo reatum confessi: de ipsius consilio eremitam sanctissimū adeunt pro penitentia assumenda. Qui eis septennē peregrinādi penitentiam imponit. Sicq vtroq regno epo regendo cōmisso. vij. annis peregrinantur: et cōtinue annis singulis eremitam reuisentes. Peracta igitur penitentia dum eremū sancti viri petunt in sylua deperecunt: et superueniēte nocte iuuenis parentes in lecto eisdem de folijs arborū strato collocat: ipse vero in arborē excubabat. Ac instigāte diabolo parentes vigilantes ad vomitū redeūt: et in abominandū antiquū scelus inuicem coeuntes recidunt. Quod albanus sentiens turbatus ex arbore preceps irruit: et parētes baculo impatiens peremit. Facto mane ad eremitam rediit: qui iam omnia per spiritum precognita que contigerant reuelauit. Iussu ergo ipsius albanus iterato septennem peregrinationem assumit: qua perfecta ad eremitam rediit. Et dum semper peregrinari decreuisset: vitā suam per eremitam conscribere fecit. Quam in pyxide locatā ad collum suū alligauit: et abiit. Sicq relicto regno factus anachorita: et peregrinus apud ciuitatē Maguntiā in nemore a latronib⁹ paganis inuēt⁹ dum se Christianū diceret iugulatus est: corpus quoq in flumine iactatū est. Quo cursu fluminis ad molendinū delato: dū filia militis cuiusdā leprosa se in flumine balnearet repente a lepra mūdat. Qd dū admirās deferret in vrbe multi leprosi venientes: et se in amnem tingentes mundabantur. Et mirātibus cunctis vnde talē aqua virtutem haberet perquirentes corpus martyris inuenerunt: et reperta pyxide: vitaq ipsius perlecta deo gratias agentes corpus cū honore ad ciuitatem portātes venerabiliter condiderūt kal. Decembris / vbi et quiescit miraculis clarens.

¶ De sancto Eligio epo. Cap. xvij.



Eligius nouionēsis episcopus: vt ait Sigisbertus claruit anno sexto Constantis qui et Constantinus. Hic de ciuitate lemouicen. oriūdus patre Eucherio: matre Terrigia: dum ab annis puerilibus artem aurificū didicisset: omnia que lucrabat pauperibus erogabat: et multa miracula operabat. Inter q̄ zeto cuidā elemosynam prebens dum ille manū porrigeret sanus efficitur. Et dum iam optimus magister in arte sua factus esset: et aurum certo sub pondere sibi a rege traditum fuisset: vt inde sibi sellam fabricaret: ipse sibi binas sellas fabricatas opere curioso regi tradidit: quib⁹ ponderatis in vtraq auri pond⁹ qd sibi dederat reperit: sicq miraculose aurū duplicatū inuenit. ¶ Deinde fact⁹ est eps nouioñ. Et dum die quadā hoiem ex iustitia dānatū patibulo pietate motus depositū sepeliret: et eū manib⁹ zetando suscitauit. ¶ Multa corpora sanctorū reperit deo sibi reuelante in ciuitate nouioñ. corpus sancti Quintini martyris: et in suessionen. corpora martyrū Crispini / et Crispiniani: et in beluacen. corpus sancti martyris Luciani. Defunct⁹ est autē anno vite sue. lxx. miraculis clarus. Sed dum anno reuoluto corpus eius transferri deberet incorruptū inuentum est: et barba sibi renata que die sepulture sue sibi fuerat abrasa. Quiescit autē in domino die Calen. Decembris.

¶ De sancta Natalia vxore Adriani martyre. Cap. xviij.



Natalia vxor oliz sancti Adriani martyris corpe viri: et aliorū martyrū cū eo passorū Constantinopolum translato: vt in eorū legit passiōe. vj. idus Septēbris manū viri sibi in solatiū retinuit: et Nicomedie vbi vir passus fuerat remāsit. Quā dū tribunus de voluntate Maximiani imperatoris pp̄ter eius decorē et diuitias in cōiugiū peteret: assentire simulauit triduana inducia postulata. Et dū deū pro sui corporis castitate oraret: admonet in somnis ab vno ex martyrib⁹ viri sociis: vt Cōstātinopolim fugiat. Que manu Adriani sūpta nauē cū plurib⁹ xpianis ascēdit: quā tribun⁹ dū insequit vēto insurgēte zetor plurib⁹ submersis redire cōpellit. ¶ Media pō nocte diabol⁹ in specie naute cū naui fantastica fugiētib⁹ xpianis apparuit: et q viā errarēt asseruit: atq ad sinistrā pgere docuit. Hoc aūt faciebat vt eos pderet. Hoc dū vela vterēt: Adrian⁹ cū nauicula natalie apparuit: et demonē illū fuisse reuelauit: eosq pcedēs Cōstātinopolim saluos mane pduxit. Qui dū introissent: et natalia domū vbi martyrū corpa seruabāt intrauit: et manū viri iuxta corp⁹ posuit: et post orationē dormitās a sancto martyre inuitata ad celestia p visuz eis gilans reuelata narrauit: et vale faciens oib⁹ spiritum emisit kal. Decembris. Cuius corpus a comitibus iuxta aliorum corpora sepultum est.

¶ De sctā Bibiana virgine et martyre. Cap. xix.



Bibiana v̄go sub Juliano apostata passa est Rome. Cuius pater flauian⁹ Christianus fuit: habēs cōiugem/ ꝛ filias christianas. Qui accusat⁹ apud Julianū imperatorem: ꝙ martyres plurimos sepelisset: ab eodē in exilio damnatus in pace quieuit. Post cuius obitum Julianus matrē Bibiane ꝛ filias cōprehensas tradidit fausto ꝑsidi/ vt eas ad sacrificādū cōpelleret: a quo⁹ ille cōuersus/ ꝛ ab imꝑatore martyrizatus atq̄ ab eisdē sctis sepult⁹ est. Qd Julian⁹ cōperiēs matrē ꝛ filias ꝑquirebat. Sz post dies modicos Bibiane mr̄ darphosa ꝛ germana latētes i xp̄o q̄euerūt. Bibiana v̄o a Juliano repta ꝛ tentata/ dū idolis sacrificare nollet/ plūbatis diutissime v̄berata: supueniēs triduo ꝓpter nimiā cedē/ emisso p os sanguinis ꝓfluuio ad dn̄m p martyriū p̄expit. iiij. non. Decēbris. Cuius corpus a Joāne presbytero positū est apud palatium licinianum iuxta corpora genitricis et sororis.

¶ De sancto Petro chrysologo ep̄o. Cap. xx.



Petrus chrysologus archiep̄s rauennas de ciuitate imolēsi oriūd⁹ a scto Cornelio imolēsi nutrit⁹ et doct⁹: atq̄ in diaconū ꝯsecrat⁹ est: vite sanctitate: ꝛ sapiētia insigniter pollēs. Igit episcopatu rauenne vacāte: dū q̄dā ciuitatis rauēnatis ciuis a clero ꝛ pplo elect⁹ cēt: ꝛ p cōfirmatione habēda multi nobiles Romā ad Sixtū papā tertiū accessissent: a q̄b⁹ illi ad vrbē puenirēt/ Sixtus papa a beato Petro aplo ꝛ sancto appollinare sibi apparētibus p visum admonet: vt nullū aliū in rauēne archiep̄m ꝯsecraret: nisi illū quē ipsi in coꝝ medio eidē ostēdebāt. Uenientib⁹ ergo ciuib⁹ ad vrbē ab eisdē papa p triduū req̄sit⁹: vt electū suū ꝯsecraret omnino renuit: iussa sibi a sctis referēs/ ꝛ ostēsum requirēs. Cui⁹ dū nomē ignoraret: sed eūdē ex vultu cognoscēdū diceret: p tres dies inter oēs sibi assistētes ostēsum videre nequiuit. Post triduū aūt imolēsis ep̄s cū Petro ei⁹ diacono corā papa cōparuit: ꝙ eidē p electi ꝯfirmatiōe instāter supplicauit. Sz dū pōtifex Petrū in medio multoꝝ aspexit: etiā a longe eūdē mox recognouit: ꝙ ꝙ ille esset q̄ sibi ostēsus fuerat asseruit: atq̄ ipm cūctis approbātib⁹ in ep̄atū cōsecrauit. Qui sctis laudabiliter viuēs: doctrina: vita: ꝛ miraculis floruit. Tādē obitu suo sibi diuina monitiōe reuelato imolā perrexit: ꝛ iuxta corpus scti Cassiani martyris vbi ꝛ nutrit⁹ fuerat: orās ad xp̄m migrauit: et iuxta eūdē martyrē sepult⁹ est quarto non. Decēbris. Cuius calix ꝛ patena coꝝ cōtactu sanāt a morsu rabidi canis. ¶ Hic multas homelias sup euāgeliis/ ꝛ sermones elegātes cōposuit: ꝛ ꝓpter sermonis sui venustatē Petrus chrysolog⁹/ ꝙ est sermo aure⁹: vel aure⁹ sermocinator cognomē accepit. ¶ Extat ꝛ ei⁹ epl̄a cōtra eutichētē tpe Leonis primi impatoris cōscripta: cui⁹ sentētie auctoritate postq̄ i ꝯcilio Calcedonēsi lecta est: Eutices heretic⁹ dānat⁹ est.

¶ De sanctis Uero et securo martyribus. Cap. xxj.



Uerus et securus germani apud Aphricam sub persecutione vādalica passi: glorioso martyrio coronati sunt q̄rto nonas Decēbris: vt in martylogio Adonis legit.

¶ De sancto Cassiano martyre. Cap. xxij.



Cassianus martyr in ciuitate Tingitana q̄ est metropolis Mauritanie passus est: qui exceptoris diu gerens officium: tandē celitus inspiratus execrabile duxit christianorum neci deseruire: vnde renuncians eidem officio sub christiana cōfessione triumphū meruit obtinere martyrij die tertio non. Decēbris: vt dr̄ i martylogio Adonis: cui⁹ corp⁹ in ꝑfata ciuitate tumulatū: inde ꝓcessu tp̄is ad ciuitatem imolensem trāslatū est: vbi ꝛ quiescit miraculis clarēs.

¶ De sctis Claudio Hilaria ꝛ socijs martyrib⁹. Ca. xxiij.



Claudi⁹ tribun⁹: ꝛ Hilaria vxor eius: et filij eius Jason: et Maurus cum militibus septuaginta sub Numeriano imperatore passi sunt. Nam vt in passione Chrysanti et Darie dicetur: dum sanctus Chrysantus ab imperatore traditus esset tribuno Claudio ad torquendum: Uidens Claudius qualiter omnia tormenta superaret: et qualiter deos gentium apertis rationibus confutaret: et quia fustes quibus cedebatur molles reddebantur: conuersus est ad dominum cum vxore/ ꝛ filijs/ ꝛ septuaginta suis militibus sibi commissis. Quod imperator audiens iussit Claudium ligato ad collū eius saxo in mari precipitem dari. Milites quoq̄ singulatim audiri: ita vt qui se christianum confiteretur capite cederetur: qui vero se Christicolam negaret/ dimitteretur. Prius ergo Jason ꝛ Maurus filij Claudij non interrogati se xp̄ianos confitentes decollati sunt. Quos omnes ceteri imitantes infra horam eodem martyrio coronati sunt. Quorum corpora a christianis in in cubiculo vbi decollati fuerant condita sunt noctu non longe ab vrbe via salaria. Filiorum vero corpora Hilaria mater in suo predio sepeliuit. Et dum ad tumulum oraret: ꝛ pagani superuenientes eam occidere vellent: orandi spacio accepto in confessione spiritum emisit. Cuius corpus iuxta filiorum cadauera due eius ancille clandestine sepelierunt. Horum omnium martyrum passio recolitur die tertio non. Decēbris. De quibus infra in passione Chrysanti ꝛ darie. viij. kalē. Nouēbris dicet.

¶ De sancto Lucio rege ꝛ confessore. Cap. xxiiij.



Lucius beatus cōfessor fuit rex Britannie baptizatus a Timotheo discipulo sancti Pauli. Qui regno composito: et bene ordinato/ relictis omnibus secularibus pompis multisq̄ ad deum conuersis veniens per Augustam in ciuitatem curie multis ad vite perfectionem exemplo: et doctrinis inductis die tertio Decembris in pace quieuit: vt dicit frater Bartho.


¶ De sancta Barbara virgine et martyre. Cap. xxv.



Barbara virgo passa est in ciuitate Nicomedie tēpore Maximiani imperatoris sub preside Marciano. Cuius pater Dioscorus nomine eius ciuitatis nobilis et paganus: turri excelsa fabricata filiam pulcherrimam Barbaram intromisit: ne ab hominibus videretur. Cumq̄ plurimi eam in coniugium peterent: illa ei animo chri-

stiana diuinitus inspirata: consensum denegabat. Et dum pater in balneo quod edificabatur in turri assisteret artificibus duas fieri fenestras: eo discedente Barbara tertiam erigi fecit. Et descendens in balneum depinxitque digito in marmore crucis signum: mox in petra signum crucis apparuit ac si ferro sculptum esset. Similiter et in illuc vestigia pedum illius impressa sunt. Et descendens puella in concam inundantibus aquis; orauit vt sanctificaretur aqua: et submergens corpus seipsam baptizauit in nomine patris et filii et spiritussancti. Egressa igitur de aqua turrim conscendens in idolorum facies conspuit: et respiciens in celum deum verum adorauit. Rediens ergo pater et eam interrogans cur tres fenestras in balneo fieri iussisset: audiuit ab ea: quia tres sunt qui mundum illuminant: pater: et filius: et spiritussanctus. Quod audiens pater arrepto gladio eam insequitur: vt occideret illam: que dum fugeret: et a montis crepidine preclusa arctaretur/ orauit ad dominum: et scisso lapide mons per medium diuitus virginem suscepit: et ad aliam partem eiecit. Quo dum pater ascendens duos pastores greges pascentes interrogasset / an puellam fugientem vidissent: vnus eorum cum iuramento negauit eam saluare cupiens: alter vero ipsam digito ostendit eam occidi volens. Moxque ipse cum pecoribus suis in lapides conuersi sunt vsque in presens ibi manentes. Quam pater apprehendens: et per capillos tractans: et durissime cesam: Marciano presidi die sequenti tradidit puniendam. Et dum Christum confiteretur: et idola gentium demonia esse contestaretur: iussit eam preses spoliatam suspendi: et crudis neruis ceditam: cilicinis saccis plagas eius extergi: deinde carceri immissam pedibus in ligno constringi: vbi domino sibi noctu apparente confortatur: ipsiusque vulnera consolidantur. Quod dum die sequenti preses deorum pietati ascriberet: et virgo eius insaniam derideret: iussit eam versis pedibus suspendi: et latera eius vnguibus radi atque ardentes lampades applicari. Insuper et caput malleis contundi donec de naribus ipsius sanguis abunde stillaret in terram. Deinde mammillas fecit precidi: ipsamque nudam per ciuitatem circunduci. Dum autem sic ducta orasset ad dominum/ angelus sibi apparens denudatum corpus eius candida stola contexit: et mammillis restitutis plagas omnes sanauit: quod dum preses cerneret/ furore nimio repletus eam decollari mandauit. Quam pater ad montem vbi eam comprehenderat adducens/ caput eiusdem manibus propriis amputauit. Moxque ab igne celesti consumptus est. Corpus autem virginis a Valentiano quodam Christianissimo Nicomedie sepultum est/ die secundo nonas Decembris. Indeque temporis processu Constantinopolim translatum: postmodum a venetis quibusdam nobilibus venetias delatum: requiescere dicitur in ecclesia sancte Marie cruciferorum.

De sancto Meletio episcopo ponti. Cap. xxvj.



Meletius episcopus/ et confessor apud pontum floruit. Qui cum esset eruditionum cura magnificus: virtus tamen animi/ et vite sinceritas longe in eo magnificentior: extitit: vt dicitur in martyrologio Vsuardi: qui etiam post laudabilem vitam ibidem in pace quieuit pridie nonas Decembris.

De sancto Meletio episcopo antiocheno. Cap. xxvij.



Meletius episcopus Antiochenus: vt scribit theodoricus in historia tripartita tempore Constantii imperatoris Arriani claruit. Hic dum ciuitatem quandam Armenie regeret: et Barbaros doceret: propter sui eloquii venustatem ab Arrianis: et catholicis pariter antiochie episcopus postulatur. Quem imperator Constantius videre volens: et probare vtrum esset Arrianus an catholicus/ iussit vt exponeret. Dominus possedit me etc. quod ille exponens trinitatem publice docuit: et apertissimis rationibus comprobauit: propter quod ab Arrianis electus/ et a Constantio reprobatus: et ab ecclesia sua expulsus reuersus armeniam Eusebio episcopo adhesit: et clarus miraculis vita: et scientia in pace quieuit.

De sancto Clemente presbytero et confessore. Cap. xxviij.



Clemens presbyter Alexandrinus qui: vt dicit Ado in diuinarum eruditionum scholis quam maxime floruit: panthei auditor: Origenis vero preceptor fuit. Hic libros octo condidit stromatum: quod sonat opus varie contextum. Composuit et libros octo quos informationum: vel dispositionum nominare possimus. Item libros ad gentiles exhortationum. Item librum qui dicitur pedagogus libris tribus distinctum. Item librum qui inscribitur: quis est qui saluus fieri possit diues. Item librum alium de pascha: et de disputatione: et de ieiunio: et obtrectatione. Item alium exhortatorium ad patientiam. Item ad neophitos. Item alium qui inscribitur canon ecclesiasticus. Item de his qui iudaicum sensum requirunt: quem ad Alexandrum Hierosolymorum episcopum scripsit. Item librum contra hereses. Extant et eius tam diuinarum scripturarum quam literature secularis volumina eruditionis: et eloquentie referta: in genesim etiam commentarios scribere pollicitus est. Hec Hieronymus de viris illustribus. Quieuit in pace die .ij. nonas Decembris. Seueri imperatoris tempore florens.

De sancto Sabba abbate. Cap. xxix.



Sabbas abbas ex prouincia Capadocie ciuitate mutalapsis patre Joanne: matre Sophia: clarus et Christianus originem traxit. xvij. Theodosii imperatoris anno. Qui autem pater eius militaturus cum vxore Alexandriam pergeret filium paruulum Hermie fratri commendauit. Quem dum vxor illius inuite conspiceret: puer relicto seculo occulte patruum deserens: et ad monasterium quod dicitur Scando fugiens/ ab abbate Gregorio susceptus est: et monachus effectus: qui in omni sanctitate viuens: etatis processu summa preditus abstinentia cepit etiam clarere miraculis. Interque dum tempore hyemali pistor vestes lotas siccandas in furno adhuc calido posuisset: et oblitus ipsarum clibanum pro pane coquendo ex incuria accendisset: deinde recordatus vestium damnum suum defleret: Sabbas compassione motus furnum ingressus accensum illesas vestes illesus eduxit. Post hec perrexit ad eremum ad Gerasimum abbatem vbi multa diaboli figmenta: et certamina superans diutius mansit. Deinde veniens Hierosolymam sibi locellum edificauit: et sacra loca quotidie perlustrans ad locellum redi-

bat contemplationi vacans. ¶ Die quadam apud ecclesiam sancti Joannis baptiste mulierem dudum fluxum sanguinis passam sanā effecit. Quēdam etiaz a demone obsessum liberauit. Et cum siccitas nimis populum vrgeret: adeo vt neq; in puteis/neq; in fossis aqua reperiri posset: et ex hoc ciuitas periclitaretur: fodientibus ciuibus in locis plurimis si forte aqua alicunde prorumperet: oratiōe sancti pluuia largissima noctu descendit: que foueas/et cisternas repleuit: omnēq; populum satiauit. Sicq; multorū signorum gloria clarus virtutibus pollens sub Joanne archiepiscopo quieuit in pace die sabbati non. Decembris. Anno domini. ccccxxiij. sepultus Hierosolymis inter duas ecclesias: cuius corpus inde processu temporis venetias delatum: quiescit in ecclesia sancti Antonini martyris.

¶ De sancto Basso epō et martyre. Cap. xxx.



Bassus episcopus ex Nicea prouincia dum Christum predicaret a perennio preside detentus: ad deorum sacrificia inuitatus: cū idolis immolare contemneret: primo in equuleo suspensus ac diutius tortus est: deinde laminis ardentibus circa latera appositis excruciatus Jesum Christum dominum maiori constantia profitebatur. Quapropter in equuleo leuatus fustibus: et scorpionibus presidis iussu diutissime cesus est. Post hoc depositus ad statuas deorum ligna pro sacrificio portare compellitur data sententia: vt si non sacrificaret eodem igni consumeretur: qui dum sacrificare contemneret in ignem missus: sed in eo dudum manens illesus educitur: Sicq; a preside ad iudicem Nicee prouincie destinatur cum literis sibi mandantibus vt Bassum aut sacrificare cōpelleret: aut excogitatis suppliciis puniret. Sed dum a iudice suasus sacrificare nollet: fabricatis duobus clauis ad mensuram lōgitudinis corporis eius: eisq; a plantis pedum per medium corporis vsq; ad verticem confixus in Christi cōfessione emisit spiritum nonas Decembris tempore Decii/et Ualeriani. Cuius corpus a Christianis in Nicea ciuitate sepultum est.



¶ De scā Crispina virgine et martyre. Cap. xxxi.

Crispina virgo in Aphrica apud Coloniam Thebestinam tempore Diocletiani/et Maximiani imperatorum: cum sacrificare nollet/iussu Anolini proconsulis decollata est: ibiq; sepulta nonas Decembris.

¶ De sancto Dalmatio episcopo et martyre. Cap. xxxii.



Dalmatius martyr/et episcopus de Italia oriundus patre senatore dū Christianus esset occultus ola deserens ad albā ciuitatē deuenit: ibiq; Christū pdicare cepit: et miraculis clareret: ad quē qdā Ualerianus magister militū ꝯ Rauēna veniens eius audita fama p filio suo graui infirmitate detēto supplicare cepit: oratiōeq; fusa sextio filiū liberatū cidē nūciauit: qd ille reparrās dū verū esse cognouit ad Dalmatium rediēs conuersus ad Christum ab eodem cum filio baptismū suscepit. Iterūq; ad ppria remeans: et xpm annuncians miraculi testimonio multos ad fidē cōuertit. Deinde Dalmatius angelo duce ticinum veniens dum flumen sine ponte vel naui ab angelo in momento transuectus multis coram positis transiuisset: populum multum conuertit ad xpm. Ibiq; constitutus episcopus predicationis officium fideliter perficiebat: deinde ad Gallias transiens plurimos infideliū Christianos effecit. Et post hec reuelatione diuina dum ad suam rediret ecclesiā iuxta flumen ticini ab infidelibus captus: et in cerebro gladiis percussus per martyrium migrauit ad xpm. Sed dum corpus eius exanime staret: nec dudum cecidisset: viso miraculo multi ex infidelibus conuersi sunt. Sepultusq; est ibidem miraculis clarus. Passus est autem die nonas Decembris.

¶ De scō Nicolao epō et cōfessore. Cap. xxxiii.



Nicolaus episcopus ciuis patare vrbis p̄re Epyphanio: matre Joāna diuitibus claris: et sanctis exortus prima die sue natiuitatis: dum balnearetur erectus stetit i pelui fere dimidia hora. Ad vbera matris positus quarta: et sexta feria semel in die mamillas suggebat: qui ex nomine auunculi sui Nicolai myrceorum antistes vocatus est Nicolaus. Dum adhuc puer imbuendus literis a scholis rediret: clausde fortune eidem obuie gressum rectū tribuit. ¶ Cuidam seruo dei nomine sabbati in extasi posito palatium mirificum auro: et gemmis fabricatum cum sede mirabilis claritatis intro posita ostenditur: que omnia Nicolao adhuc puero in celestibus preparata reuelantur. Factus autem iuuenis coetaneorum consortia: et mores deuitans ecclesiam frequētabat: et que de scripturis audiebat: memoriter retinebat. ¶ Parentibus defunctis quid de diuitiis sibi dimissis domino gratius ageret cogitabat. Hinc inanem gloriam si preberet incurrere formidabat. Sed post dies modicos dū quidam conciuis nobilis ad extremam deductus inopiā tres filias suas virgines fornicari disponeret: vt inde miserrimus quicq; pro victu acquireret: Nicolaus hoc audiens noctu domum viri latenter adiens per fenestram auri pondus intro clam proiecit: clamq; discessit. Quod homo ille reperiens et eo primogenitā maritauit. Et dum idem secundo sanctus confessor peregisset: secundam filiā similiter pater nuptiis tradidit. Dum autem tertio dei famulus idē opus perfecisset: homo ille qui vigilans benefactorem suū studio obseruabat: sanctū fugientem cepit: eūq; cognouit: et ad pedes eius se prostrauit. Quem ille erigens eidem superinde silentiū quoad viueret imperauit: illeq; tertiā filiam coniugio dedit. ¶ Post hoc defuncto archiepō myreorum: dum epi suffraganei pro eligendo presule orātes conuenissent: reuelatur cuidam episcopo magne authoritatis: in quo omniū vota dependebant: quod illum eligere deberent quem hora matutinali primum ad ianuam ecclesie Nicolaū nomine reperirent. Cum autem Nicolaum mane expectantem episcopus reperisset: et nomen ipsius didicisset: eundem licet satis renitentem in cathedra collocarūt. Qui gregi dominico prefectus ad amplioris perfectionis apicem: omni decoratus virtute attingere satagebat: multisq; miraculis choruscabat. ¶ Quadam die cum suis clericis ad refectionem discumbens deficiente sibi vino modicum vini in vasculo allatum quod vix tribus in mensa sufficeret cunctis inde infundi precepit: et ad sufficientiam omnibus fuit satis. ¶ Alio quoq; tempore dum vnicus solummodo panis in cellario repertus esset: operarii sui in ecclesia sua laborantibus apposuit: indeq; plene omnes refecti. Uirum et vxorem qui. xxx.

tere annis sine prole fuerant ad se venientes: et pro filio supplicantes oleo lampadis ecclesie inunxit: et orationem premisit. Eodemque anno mulier filium cuipa eundem in ministrum viro domini obtulit: quem ille baptizauit: et sacris literis erudiuit. ¶ Obsessum a demonio de regione Andronica liberauit: puellam manibus aridis de castello eiusdem sanauit: et alios multos a diuersis passionibus dei virtute curauit. ¶ Dum ecclesiam construi faceret: et lapis magnus in edificium opus esset: qui a septuaginta hominibus nullatenus moueri poterat: sanctus dei superueniens signo crucis premisso cum duobus clericis ipsum amouit: et ad locum detulit ordinatum. ¶ Quadam die tempestate seuissima quassati quidam naute Nicolaum aduocant: et continuo vir quidam eis apparuit dicens se esse Nicolaum ab eis aduocatum. Qui eos in antennis/et rudentibus iuuare cepit: statimque tempestas cessauit. Et dum ad eius venissent ecclesiam: quem nunquam viderant sine indice cognouerunt. Quod ille non suis meritis: sed eorum fidei attribuere docuit. ¶ Dum quodam tempore fame valida regio esset oppressa: et naues onerate tritico ad portum myree deuenissent: rogauit sanctus nautas/ vt saltem pro quaque naue in centum modiis eorum inopie subuenirent. Cumque illi responderent non audere hoc facere: eo quod mensuratum Alexandrie granum eadem mensura Constantinopoli in horrea imperatoris eos reddere oportebat: instat sibi vt petita adimpleant: confisus in Christi gratia quod nihil diminutionis in eorum mensura recipient. Quod cum fecissent: mensuram quam receperant integre ministris regis reddiderunt: et miraculum narrauerunt. Granum autem illud quod sanctus acceperat miraculose per biennium ad victum/et vsum seminis abundauit. ¶ Sed cum adhuc in regione illa aliqualis cultus idolorum superesset: arborem quandam Diane consecratam quam quidam colebant Rustici sanctus precidit: diabolo in aera vlulante se de sua sede per Nicolaum eiectum. Et dum quidam viri ad sanctum visitandum nauigio pergerent: demon in specie deuote mulieris eisdem in sagenula apparuit: oleum in vase tribuit: rogans vt ex eo parietes ecclesie sancti Nicolai perungerent: eo quod ipsa tunc ad ipsum locum accedere non posset. Qua discedente in alia nauicula eisdem cum pluribus vir apparuit Nicolao simillimus: mulierem illam dianam fuisse docuit: et vt oleũ sibi datum in mare iactarent admonuit. Quod proiectum in mare/cõtra naturã aquam inflammauit: qui dum myreã veniunt: Nicolaum cõspiciũt: ipsumque esse qui sibi apparuerat recognoscũt. ¶ Eodem tẽpore dũ imperator Constantinus tres principes Nepotianũ: Ursum: et Neapoleonem ꝯtra hostes imperii misisset: et illos ad portũ myree applicantes vir sanctus ad prandium inuitasset: cum essent in mensa nunciatur viro dei consulem pecunia corruptum tres iuuenes milites innocentes decollari mandasse. Ilico sanctus tribus illis principibus sibi associatis ad locũ properauit: et iuuenes iam genuflexo gladium vibrantis expectantes reperit. Audacter igitur se in spiculatorem ingerens gladiũ sibi excussit: et innocentes absoluit: quos secum adducens consulem adiit: eumque durius obiurgans: tandem penitentem suscepit. ¶ Dum autẽ principes imperiales cũ victoria redeuntes ab imperatore magnis honoribus sublimati fuissent: et inuidia apud eũ de proditiõe delati sunt: quos ille carceri traditos precepit mane sine audientia decollari. Qui liberationẽ trium iuuenum facta a viro dei recolentes eiusdem se meritis cõmendarunt. Eadẽ nocte vir dei imperatori per visionem apparuit: ipsum de impietate redarguit: et nisi innocentes dimitteret: exitiale bellũ eidem cõminatur ad mortem. Interrogatus quis esset: dixit se esse Nicolaũ episcopũ myreorum: similique visione prefectũ exterruit. Euigilans princeps viros aduocat: et si cui sancto se commẽdassent interrogat. Qui dum se sancto Nicolao commendasse dicerent/ Miratus imperator veniã petit: innocentes absoluit: et eosdem ad virum dei cum muneribus destinauit. ¶ Fertur beatum Nicolaum iã senem niceno cõcilio interfuisse: et quendam arrianum zelo fidei in maxillã percussisse: ob idque a concilio mitra: et pallio priuatum extitisse: propter quod vt plurimum sine mitra depingitur. Sed dum aliquã missam beate virginis cuius erat deuotus in pontificalibus celebraret: et priuationẽ mitre et pallii defleret: quasi zelo nimio fidei ablata: ecce cunctis videntibus duo angeli eidem astiterunt: quorum vnus mitram/alius pallium sibi diuinitus restituerunt. Et extunc insignia reassumpsit sibi celitus restituta. Qui ad vltimam horã deueniẽs/ angelos sibi occurrentes conspexit: et suum cõmẽdãs spiritum dño in pace quieuit die octauo iduũ Decembris anno domini. cccxliii. Ex cuius ossibus oleum iugiter emanare consueuit: quo liniti languidi a cunctis infirmitatibus sanabant. ¶ In multis chronicis inuenitur quod post multum temporis destructa a turchis myrea ciuitate a mercatoribus barrensibus corpus sancti Nicolai barrum translatum: et ibique iacere vsque in presens: vt plurimum creditur: et a multis peregrinantibus visitatur. Ueneti autẽ idẽ corpus asserũt venetias delatum. Cuius historia translationis debito loco: videlicet tertio kalendas iunii ponetur. Miracula autẽ sancti eius quia infinita esse dicũtur et innumera: prout collecta eius festiuitatis asseruntur etiã/ quod ea sola de sanctis ponere curauimus que vel in vita eius: vel circa mortẽ: aut erga eorum corpora contigerũt: et aliis voluminibus lectori legenda dimittimus. ¶ Hoc solo ad eius venerationẽ enarrato: quod dum beati Nicolai historia de nouo edita esset: que notata cum suo cantu ad manus quorundam fratrum monasterii sancte crucis de cesena deuenisset: et fratres eam in eius festo canere ad officium vellent: eorum prior omnino recusauit: et fratres redarguit: dicens ioculatoria in ecclesia non esse licitum decantare. Nocte superueniente sanctus Nicolaus priori apparuit: eumque vultu terribili lecto abstraxit: pauimento collisit: et incipiens antiphonam: O pastor eterne &c. per singulas differentias vocum fuste quem tenebat ictus supra dorsum patientis ingeminans: per ordinem ad finem vsque decantauit. Qui semiuiuus dimissus clamoribus fratres excitans visa et gesta narrauit: antiphonam quam nunquam audierat retulit: et centum notas in ipsa consistere didicisse ex centum percussionibus quas susceperat adiecit: et prout dixerat sic esse compertum fuit. Dataque licentia fratres nouam historiam eo dicente deinceps tam ipsi quam alii in multis ecclesiis celebrarunt.

¶ De sancto Nicolao papa primo. Cap. xxxiiii.



Nicolaus Papa huius nominis primus natione Romanus/ex patre Theodoro successit benedicto. iii. et sedit annos. ix. menses duos dies xx. Et vt in chronica martiniana habetur post magnum Gregorium papam nullus vsque ad eum apparuit in sede Romana eidem sanctitate comparandus. Floruit autem tempore Ludouici secũdi imperatoris. Hic michaelẽ Cõstantinopolitanũ imperatorẽ excõmunicauit propter ignatii patriarche iniustã depositionẽ. Excõmunicauit etiam Lothariũ regẽ Gallie propter gualderade pellicis sue societatem. Qui rex tempore Adriani

successoris Nicolai pape Romam veniens concubina dimissa absolutionem ab eo recepit: ⁊ non multo post vita decessit. Huius tempore sanctus Cyrillus pene omnium sclauorum apostolus corpus sancti Clemẽtis pape a cersona vbi in mare ponticum proiectum fuerat: ex mari exiccato auferens Romam detulit. Quod per Nicolaum papam in ecclesia sancti Clemẽtis reconditum fuit: vbi et ipse Cyrillus paucis expletis diebus sepelitur miraculis chorusçando Nicolaus vero papa post multas/et vberes collatas elemosynas: et alia multa bona que fecerat in Christo quieuit: ⁊ in ecclesia sancti Petri apostoli sepultus est.

¶ De sctis dionysia/datiua/et sociis martyribus. Capi. xxv.



Dionisia: Datiua / Leontia / et Emilianus medicus / et religiosus vir nomine Tertius: necnon Bonifacius et Seruus / et Rutilius atqȝ Maioricus adolescens apud aphricam martyrio coronati sunt. Qui omnes persecutione Vandalica sub Hunerico rege arriano pro confessione fidei catholice/⁊ ne ab arrianis rebaptizarentur decertantes: grauissimis ⁊ innumeris suppliciis excruciati: confessorum Christi numero sociati sunt. viii. Idus Decembris. Ex quibus Maioricus adolescens Dionysie matris sue eidem in tormentis assistentis exhortationibus roboratus in certamine confessionis spiritum reddidit. Hec Ado.

¶ De sctõ Ambrosio epõ ⁊ doctore. Ca. xxvi.



Ambrosius eps ⁊ doctor: cuius festum obitus occurrit. ii. nonas aprilis. Hoc vero die quo episcopus est ordinatus ab ecclesia romana celebratur filius Ambrosii romani tunc prefecti galliarum in galliis natus: ⁊ in cunabilis in pretorio positus: dum dormiret aperto ore: examen apum faciẽ eius: os impleuit: vt quasi in aluecolum suum intrarent ⁊ exirent: que postea euolantes in tantam altitudinẽ aeris eleuate sunt: vt humanis oculis minime viderentur. Quod pater cernens ⁊ territus infantulum predixit aliquid magni futurum. Et cum puer esset: matri ⁊ sorori manũ osculandam porrigebat: vt a sacerdotibus fieri conspexerat: quod soror tunc deridebat. ¶ Cum ergo Rome factus iuuenis et literis eruditus causa peroraret: a Probo prefecto pretorii iussus ad liguriam emiliãqȝ regendam prouinciam/venit Mediolanum. Mortuo vero Auxentio episcopo arrianorum populus ꝑpter presulis electionem in seditionem positus esset: ⁊ ipse pro seditione sedanda ad ecclesiam perrexisset: vox infantis subito Ambrosium episcopum clamante: ab omnibus tam arrianis ꝙ catholicis pontifex eligitur. Quod ille audiens contra morem suum homines torqueri fecit: vt sic ab eius electione cessarent. Deinde profiteri philosophiam volens quasi rem christianis suspectam: dum non permissus esset: publicas meretrices ad se ingredi fecit: populoqȝ magis acclamante: peccatum tuum super nos: nocte aufugit. Et dum se Ticinum ire putaret: mane ad portam romanam ciuitatis se reperit. Interim missa electione ad Valentinianum imperatorem eam approbauit: gaudens: ꝙ iudices a se directi ad sacerdotium peterentur. Ambrosius vero in possessione Leontii latuit. Sed relatione imperatoris veniente producitur. Et quamuis multum renitens: tandem electioni consentire compellitur. Et cum adhuc esset cathecuminus baptizatur. ⁊ octano die in episcopum consecratur. Qui cum post annos quatuor Romam venisset matre defuncta: et germana manum eius oscularetur/subridens dixit: iam in se iam impletũ quod puer vaticinatus fuerat. Ubi etiam paralyticam in lecto cubantem: solo vestimenti eius contactu sanam efficit. ¶ Sed et cum contra voluntatem Iustine imperatricis arriane catholicum in episcopũ promotus esset/multas ab ea insidias ⁊ persecutiones passus est: adeo vt etiam vna ex virginibus arrianorum vt eum ad reliquas cedendum traheret: capium per pallium cepisset: quam die sequenti Ambrosius morte defunctam subitam honorifice sepeliuit/gratiam pro contumelia rependens. Rediensqȝ Mediolanum ad suggestionem Auguste multi sibi calumniantur: ⁊ multas iniurias patitur. ¶ Et dum in exilium mittendus putaretur: ⁊ quidam vicinus quadrigam ad eũ exportãdum parasset/nutu dei iudicio anno vertente ipse in eadem carruca in exilium missus est. Cum autem plures obsessi a demonibus se ab Ambrosio torqueri dicerent: et Iustina cum arrianis Ambrosio imponerent: quod pecunia compareret qui se ab immundis spiritibus torqueri assererẽt: subito vnus ex illis demone oppressus clamabat/ꝙ vtinam qui non credunt Ambrosio vt ipse torquerentur: quem ceteri arriani in piscinam necauerunt. ¶ Hereticus quidam inconuertibilis: dum predicante episcopo/vidit angelum ad aures eius loquentem conuersus est: et fidem quam persequebatur/defendebat. ¶ Quidam magus qui demones ad eum cedendum inuocabat: audiuit ab eis ꝙ nec ad fores eius appropinquare presumerent: quoniam ignis de domo eius exibat: qui etiam eos longe positos cruciabat. ¶ Quodam demoniaco Mediolanum intrante: demon ex illo exiens alium ex vrbe egredientem inuasit: dicens ꝙ Ambrosium timebat: ⁊ ob id vrbem ingredi formidabat. ¶ Dum quidam ad preces Auguste eum noctu volens gladio percutere brachium eleuasset: subito manus eius exaruit. ¶ Cũ apud Thessalicam ex seditione populus iudices lapidasset: iratus Theodosius imperator omnes Thessalonicenses perimi iussit: nocentes ab innocentibus non secernens. Et cum Medialonum venisset volens intrare ecclesiam ab Ambrosio prohibetur: et de tanto scelere audacius increpatur. Qui cum Dauid homicidam et adulterum allegasset: audiuit ab eo ꝙ quem allegauerat delinquentem imitaretur: et penitentem. Et a doctore sancto iussus publicam agere penitentiam non est dedignatus. Cumqȝ penitentia peracta die Pasche pro communione sumenda cancellos ecclesie intrasset: Ambrosius eum extra chorum repulit: dicens locum illum clericis assignatum: ⁊ ꝙ purpura facit imperatores non sacerdotes: cui imperator humiliter obediuit: et reuersus Constantinopolim/dum in ecclesia extra cancellos maneret inuitatus a patriarcha vt intraret/miratus ait: se vnum vidisse Ambrosium sacerdotem. ¶ Dum ad palatium Macedonii magistri officiorum pro cuiusdam intercessione accessisset: et fores clausas reperisset: comminatus est illi: ꝙ cito ad ecclesiam veniens apertis ianuis intrare non posset. Post modicum tempus Macedonius ad ecclesiam fugiens timore inimicorum patentibus ianuis aditum reperire non valuit. ¶ In ciuitate Florentie filium cuiusdam nobilis nomine Pansoncm puerum obsessum a demonio liberauit. Et dum post dies modicos puer subito expirasset: mater ipsum in lecto sancti defunctum locauit: quem ille superueniens oratione et lachrymis suscitauit. ¶ Nicetius quidam notarius dolore pedum vexatus: dum ad episcopum celebrantem pro communione accessisset: et ille pedes ipsius casu calcasset: exinde

a dolore ereptus est. Hospitatus in quadam villa Tuscie apud quendam diuitē filiis et familia abūdantem: dum vir se de cunctis sibi ad votum succedentibus iactasset: et q̄ nihil sibi aduersum in vita sua aliquando contigisset: Ambrosius territus inde cum sociis festinus discessit: dicens ibi tutum non esse permanere: vbi dominus nō erat. Quo abeunte et aliquantulum procedente vir ille cum domo et omni familia terre hiatu absorptus est vsq₃ in presens quadam fouea ibidē in testimoniū permanente. ¶ Ipse suū obitum presciuit: et reuelauit q̄ vsq₃ pascha cum fratrib⁹ esset. Et dum dic quodam psalmū .xliij. cū notario dictaret / vidit notarius ignem caput eius in modū scuti operiētem et per os eius intrantem: facies q₃ eius vt nix effecta post modicū ad colorē pristinū rediit: quo die dictādi et scribendi finem fecit. Post dies modicos grauiter egrotare cepit. Et dū ad extrema ꝓpinquaret: et quattuor eius diaconi de eligēdo epō inter se tractantes simplicianum nominassent ita silenter: vt vix mutuo se audirent: ipse longe positus tertio clamauit: senex sed bonus. Quod audientes illi mirati sunt: et nō nisi illum post eius obitum elegerunt. Honoratus presbyter ecclesie Vercellen̄. expectans eius obitū cum se sopori dedisset: audiuit se tertio vocari vt surgeret festinanter: q₃ statim erat recessurus: qui surgens ei corpus domini obtulit quo sumpto vir domini manus in modum crucis expandit: et orans sub silentio expirauit secundo nonas Aprilis. Anno dn̄i. ccclxx. Celebratur autem eius festum ab ecclesia die quo episcopus est ordinatus: vt dictum est / scilicet septimo idus Decembris. ¶ Eadem hora visus est in quodam monasterio in partib⁹ orientis inter monachos psallentes orans: et notato tempore repertū est beatum virum tunc a corpore migrauisse. Et cū in nocte pasche corpus ei⁹ ad ecclesiam delatū fuisset: plurimi infantes baptizati cum viderūt sedentem quasi in cathedra tribunali: et dicebāt. Alii cum ascēdentē digito parentibus ostendebāt: plurimi quoq₃ stellam supra corp⁹ eius vidisse testati sunt. Sepultus est die pasche apud basilicā Ambrosianam vbi demonum turba se ab illo torqueri clamabat / vbi et infirmitates curantur: et demones vsq₃ in p̄sens effugantur. ¶ Hic doctor sanctissim⁹ multa vtilia opuscula in eccl̄ia dei ꝯposuit videlicet librū exameron. Item librum de officiis. Item de conflictu vitiorū et virtutum. Item librum de virginibus. Item vitam beate Agnetis. Item librum de paradiso et electione primi hoīs. Itē de oblatione Cayn et Abel: et q̄d ipsa oblatio significet. Itē de recessu Abrae de mesopotamia. Item ad Flaccillam reginam de spiritu sancto. Item cōtra arrianos libros plures. Item ꝯ Appollinarē librū vnū. Itē ad Sauinū epm̄ de trinitate librū vnū. Itē cōmētariorū in Lucā libros plures. Itē librū xp̄ianorū. Itē ad diuersos / libros .lxxv. Itē tractat⁹ .xiiij. Epistolas breues .lxxvii. Sermōes declamatorios .lxxv. Scripsit et libros de spiritusancto quos Gratiano principi direxit. Item librum de excessu Satyri. Idē rithmos sup deprecatiōe pluuie et serenitatis: et alia multa que enumerare lōgum esset. Composuit et officium et hymnos ac ordinem misse qui in ei⁹ ecclesia obseruantur.



¶ De sancto Agathone martyre. Cap. xxxvii.

Agathon martyr

apud Alexādriā sub Decio imperatore passus est. Qui cum esset miles et prohiberet quosdā gentiles volētes illudere cadaueribus martyrū / clamor repente totius vulgi aduersus eum extollitur. Oblatusq₃ iudici cum in confessione Christi persisteret capite pro pietate damnatus est septimo Idus Decembris. Hec Ado.

¶ De sancto Agathone abbate. Ca. xxxviii.



Agathon abbas

per trienniū lapidem in os tenuit donec taciturnitatem disceret. Interrogatus que virtus plus haberet laboris: respōdit orare deū / eo q̄ demones orantem semp impugnāt vt orationē interrūpant. Interrogatus a quodam quomodo cū fratrib⁹ habitare deberet. Rn̄dit sicut in prima die: nunq̄ fiduciā assumēdo: eo q̄ fiducia sit genitrix passionū. ¶ Dixit q₃ q̄ si iracundus etiam mortuos suscitaret nō placeret alicui: nec ipsi deo propter iracūdiā suā. ¶ Fuit autem Agathō sapiens ad intelligendū: impiger ad laborandum parcus in cibo et vestimēto: qui dicebat se nunq̄ dormiuisse habēs aliquid aduersus quēq̄: nec dormire permisisse habentē aliquid aduersus se. Moriturus triduo apertis oculis in extasi mansit: et pulsat⁹ a fratrib⁹ dixit se diuino iudicio assistere: et ante timere: eo q̄ q̄uis in mādatis dei laborasset pro viribus / nesciebat adhuc vtrum deo placerent opera sua: quia aliter sunt iudicia dei: aliter hominū. Quo dicto spiritum cū gaudio emisit: videbāt enim eum colligentem spiritū quemadmodum si quis salutat amicos suos dilectos. Hec in vitis patrum.

¶ De sancta Fara virgine. Cap. xxxix.



Fara v̄go de Frā

cia tempore Heraclij imperatoris claruit. Cui⁹ pater Hagerricus de Burgundia duxit originē. Hic claris natalib⁹ ortus in aula Theodeberti regis frācorū inclytus ex vxore sua Leodegunda tres filios procreauit omnes sanctos scilicet Faronem / Walpertum / et Conoaldū: filiam quoq₃ virginem Farā. Que cū iuuenilibus annis virginitatem suam deo vouere cuperet: sed a patre prohiberetur qui filiam nobilem nobili sponso tradere disponebat: tanta lachrymarum inundantia fleuit q̄ visum amisit: quem tamen dominus ei per beatum Eustasium episcopum restituit. Adhuc quoq₃ patre ad eius nuptias intendente / Fara ad ecclesiam apostolorum principis confugit: quam pater cum ministris vt eam perimeret insecutus tentam tandem carceri mācipauit. Interea beato Eustasio de legatione regis Lothar̄ redeunte: et multa precum instantia patre eius placato procurauit: vt virgo dei de carcere educeretur: et sanctimonialis consecraretur: quod vix patre annuente factum est. Et a sancto Bundo aldo Meldeñ. episcopo habitu virginitatis assumpto cenobio quoq₃ eidem virgini in solo paterno edificato ipsa in pudicitia et sanctimonia p̄seuerās plena virtutibus quieuit in pace .vij. idus Decembris: vt scribit Sigibertus.

¶ De sctō Martino abbate. Capi. xl.



Martin⁹ abbas

apud ciuitatem Sanctonas vite sanctitate et mirabilibus signis prepollens die .vij. iduum Decembris in Christo feliciter obdormiuit: ad cuius tumulum crebertime diuinitus miracula multa fiunt: vt dicitur in martyrologio Adonis.

¶ De sanctis

¶ De sanctis Benebaudo et Latrone eius filio episcopis. Cap.xij.



Benebaud⁹ eps Laudunen. a sancto Remigio episcopo Remen. sub Clodoueo rege constitutus est. Qui vxorem habebat neptem sancti Remigij: quam quidem reliquerat: tamen secum cohabitabat/ vnde ex frequenti cōuersatione cum ea peccauit: que filium concepit et peperit: quem eps Latronem nominandum mandauit: eo q in latrocinio genit⁹ esset. ¶ Uerum ne suspicio oriretur/ adhuc coniugem ad se venire permittebat. Penitentiaqz de peccato peracta: iterum eam cognouit et filiam genuit: quam Uulpeculam nominauit. In se tandem reuersus pro Remigio misit qui Laudunum venit. Et dum sibi episcopus pontificatum cum lachrymis resignaret: illeqz causaz quereret: tandem ipse peccatum suum confessus est. Remigius autem eum in ecclesia. vij. annis inclusit: interimqz pro eo episcopatum gubernauit. ¶ Post septennium nocte dominice cene Benebaudo flenti: et q ipse qui penitentes reconciliare consueuerat: nec locū inter penitentes haberet conquerenti angelus astitit: peccata sibi omnia nūciauit: et vt exiens in crastinum penitentes reconciliaret admonuit. Cūqz ille se exire non posse diceret: eo quod ostium clausum et signatū esset: Remigiusqz claues haberet: angelus saluo sigillo ostiū reserauit. Iteriūqz illo respondente etiā si ipse christus sibi mandaret: tamen egredi nollet nisi qui eum incluserat adesset: angelus eadem hora Remigio pene vigilanti et oranti in crypta beate virginis remis apparuit: et rei seriem panditet ad Benebaudum educendum/ vt veniret ex dei parte mandauit: qui etiam in momento se iuxta cellam Benebaudi translatum reperit: et iussa complens ad locum suum eodem instanti se reductum inuenit. Sanct⁹ quoqz Benebaudus in sanctitate vite perseuerās in pace quieuit. vij. idus decēbris. Cui et filius eius Latro in episcopatu successit: qui etiā sanctus fuit.

¶ De conceptione beate Marie virginis. Cap.xiij.



Conceptio sancte dei genitricis Marie/ non quidem ex generali ecclesie institutione: sed ex speciali quorundam deuotione in plerisqz ecclesiis celebrat. ¶ Huius autem celebrationis festi principiuz fuit beatus Anselmus prior monasterij becci. postmodum cātuariensis archiepiscopus: propter miraculum quod eidem apparuit quod tale fuit. Dum enim ipse tunc dicti monasterij prior/ pro quibusdam vrgentibus ad partes Britanie nauigasset: dispositisqz agendis repatriaret: contingit tēpestate nimia exorta/ et intumescēte procella nauē periclitari. Et dū cuncti in discrimine nimio positi: omniqz spe humana deserti diuinū adiutorium et beate virginis flagitarent: potissime autē prior Anselm⁹: qui beate dei genitricis fuerat singularis deuotus: subito conspiciunt quendam mirabili claritate fulgentem: pontificali habitu decoratum super vndas maris versus nauē ambulando venire. Qui proximus naui Anselmum vocat: eūqz alloquitur: vt si periculum maris euadere cupit/ et in patriam saluus redire eidē pmittat coram deo: q festum cōceptionis matris Christi annis singulis solēniter celebraret/ et celebrandū quibuscūqz poterit suaderet. Et cū ille de die festi et officio fiendo interrogasset: rñdit q. vj. idus decēbris festū illud celebrādū erat: quo die btā vgo concepta fuerat: et q idē officiū quo eccl̄ia vtitur in eius natiuitate: in hoc festo dicēdum erat mutato solū nomine natiuitatis in nomē conceptionis. Et cum prior de nomine nūcij interrogasset: respōdit se esse Nicolaū epm a btā dei genitrice pro tali reuelatione et eorū liberatione trāsmissum: mox Anselmus iussa promisit: et voto interposito confirmauit: statimqz sedata tempestate: et flante vēto prospero ad propria redierūt. Et sic ab eodē Anselmo prius in monasterio suo: et deinde in ecclesia Cantuariensi: cui prefuit dictum festum celebrari cepit. Deinde in pluribus ecclesiis huiusmodi consuetudo inoleuit/ vt festum conceptionis beate virginis sexto idus Decembris et in Calendariis ascribatur/ et solenni officio recolatur. ¶ Historia vero conceptionis beate Marie in festo eiusdeʒ natiuitatis scribetur.

¶ De sctō Zenone epō. Cap.xiiij.



Zeno Ueronen. epus et doctor claruit tempore Galieni imperatoris. Qui a cunabulis sanctus ex eadem ciuitate oriundus in iuuenili etate monachus factus/ deo sanctis operib⁹ seruiebat: orās ad dominum vt sibi aditum predicationis in populis aperiret. Egressus aliquādo de monasterio ad piscandum vidit hominem in⁹ plaustro bobus a demone arreptis precipitantibus per abrupta ad Athesim fluuium velocissime festinare: quos ille nullatenus poterat retinere. Sctūs autē signo crucis edito diabolū a bobus effugauit/ et boues retinuit: vlulante demone et cōminante q ad iniuriam sancti viri de bobus eiectus ad holes veprādos transiret. Post modicū tēpus in epm Ueronēsem electus gregē dñi verbo et exēplo pascebat. Post hec dū filia Galieni imperatoris ab eodē demonio esset oppressa: et demon per os eius clamaret: inde non egressurum nisi Zeno epus adueniret: misit imperator nuncios ad ipsum requirendum. Quem missi Ueronam venientes: piscantem in flumine Athesi reperiunt: eumqz ad imperatorē inuitant negotium exponentes. Quos ille se precedere iussit: et ex eius piscatione tres pisces de dolio sumere concessit. Illi vero quatuor abstulerunt. Et dum eos ad coquendum in cacabo feruētis aque posuissent/ tribus piscibus decoctis quartus subreptus viuus in vase: ac si in flumine natabat: donec ipsi redeuntes sancto piscatori veniam petunt et furtum restituunt. Quibus ille et piscem concessit/ et culpam indulsit. Dum ergo Romam ad palatium imperatoris aduenisset: et demon per os puelle clamaret: se ibidem amplius manere non posse: Zeno a virgine immundum spiritum eiecit: et coronam imperatoris ab eodem sibi pro mercede traditam incomparabilis precij pauperibus erogauit: atqz ab eodem crudelis christianorum persecutore/ licentiam edificande ecclesie in eius diocesi impetrauit. ¶ Rediēs igitur Zeno verbum domini instanter predicabat: libros et volumina cōpilabat: idola vbiqz destruebat: et ecclesias fundabat: multitudineʒ quoqz populi ad Christum cōuertebat. Quē et ciues nimia dilectione venerabantur. Sicqz signis et virtutibus clarus ecclia sua feliciter gubernata/ in pace migrauit ad dominum sexto idus Decembris: sepultus in monasterio

sio: vbi et multiplicibus signorũ virtutibus claret. Refert Gregorius in tertio dialogo. cap. xx. q dum fluuius Athesis maxima inundatione adeo creuisset: q ciuitatem Veronẽ. vsq ad fenestras magnorum palatiorum occupasset: excrescẽs aqua ad ecclesiam beati Zenonis deuenit: et appertis ianuis minime introiuit: sed paulisper vsq ad fenestras ecclesie tecto proximans peruenit: sicq stans aqua ecclesie ianuas et fenestras clausit: ac si elementum liquidum in parietem fuisset mutatum. Et cũ multitudo populi vtriusq sexus intra ecclesiam reperta fuisset: et fame ac siti deficere formidarent: nec inde egredi possent: ad ianuam ecclesie venientes aquam ad bibendum hauriebant: que vt aqua hauriri poterat: sz defluere vt aqua non valebat. Orantibus autem populis aqua ad alueum suum decrescens reuersa est: a qua muri ciuitatis parte ex impetu magno diruptaxet que per apertam ecclesie ianuam intrare non valuit: firmissima vrbis munimenta diruunt. hec Gregorius. ¶ Scripsit autem hic venerandus antistes libros de patientia/ pudicia/ fide/ spe/ et charitate. iii. De iustitia tractatum. j. De timore domini. j. De spiritu et corpore. j. De eo quod scriptum est. Cum tradiderit regnum deo et patri tractatum. j. De edificatione domus dei a Salomone expositionem in psalmum. De continentia tractatũ. j. De baptismo tractatus. iii. De natiuitate dñi et maiestate tractatũ. j. De hoc vbo/ attẽde tibi ne forte fiat zc. tractatũ vnũ. De circũcisione tractatũ. j. De ieiunio quatuor temporũ. Super ps. lxx. tractatũ. De auaritia. iii. Sup Genesi. viii. Super Exodo. ix. Sup Ysaya. vii. Super Daniele. iii. Super Job. j. De festo pasche. viii. De inuitatiõe ad fontes. v. De somnio Jacob sermonẽ. j. De. xii. signis celi ad neophytos tractatum. j. De fide duos. Sup Jona. j. Sup historia Susanne. j. De die dñi eo tractat⁹. ii. De Abrahã. ii. de natiuitate domini. ii. Epistolam Arcadii martyris tẽpore suo apud Mauritaniã passi.

¶ De sancto Romarico abbate. Cap. xliiii.



Romaric⁹ abbas

vt ait Sigisbert⁹ floruit tpe Heraclii imperatoris: et tpib⁹ Sigisberti regis Austrasiorũ et Clodorici regis Frãcoꝝ. Hic magn⁹ i palatio regis Theodeberti renũtians seculo: fact⁹ ẽ monach⁹ i monasterio luxouiẽsi. sub Amato abbate. Quo humanis exẽpto eidẽ i abbatie regimine succes sit vita: et miraculis clar⁹. Existens aliquãdo i oppido vosagiuas qõdã sicere qd ꝑdic fuerat mẽsis ex eo potãtib⁹ vacuatũ: dũ sitiẽtib⁹ fratrib⁹ vinũ defuisset: et vñ apponeret non adesset: oratiõe facta diuinit⁹ repletũ apportari iussit: et oib⁹ eadẽ sicera satiatis. de reliq egri qcũq bibẽtes sanabãtur. ¶ Dũ aliquãdo se balneasset: et eo de balneo egresso puella leprosa ipi⁹ balnei aq respsa ꝯtĩl a lepra mũdat. Quieuit i dño plen⁹ sctitate sexto id⁹ Decẽbris.

¶ De sctõ Eutyciano papa et martyre. Cap. xlv.



Eutycian⁹ papa et

martyr: natiõe Tusc⁹ de ciuitate Luna ex prẽ marino: marco pape ꝑmo i episcopatu successit: seditq annis. viii. mẽsib⁹. x. dieb⁹. iii. Hic cõstituit vt fruges noue sup altare bñdicant fabe: et vue solũmõ. Hic sctĩssim⁹ papa p diuersa loca. cccxlii. martyres manu sua sepeliuit. Et h ꝯstituit: vt null⁹ fid liũ martyrẽ sine colobio aut dalmatica sepeliret: q sub ꝑsecutiõe Aureliani imperatoris martyrio coronat⁹: et sepult⁹ ẽ via apia i cimiterio calixti. vi. id⁹ Decẽbris: et cessauit epat⁹ dieb⁹ viginti.

¶ De sancto Eutyciano cõfessore. Cap. xlvi.



Eutycianus con

fessor floruit tempore Cõstantini magni imperatoris: de quo in primo libro historie tripartite dicit q in bithynia circa montẽ olympũ morabatur: diuina replet⁹ gra in miraculis ostendendis: cuius tempore quidam Spatarius imperatoris ex suspitione tyrannidis habita contra eum requisitus dũ fugeret circa montẽ olympum repertus grauibus vinculis astrictus est. Quem ad preces parentum sanctus confessor oratione premissa primo quidem ianuis carcerum sponte diuinitus apertis a vinculis absoluit: deinde ad imperatorem accedens eius innocentiam allegans: et comprobans eundem plenius liberauit: eo q imperator sanctũ in maxima reuerentia haberet.

¶ De sancto Macario martyre. Ca. xlvii.



Macari⁹ martyr

gẽte lybicus apud Alexandriã tempore Decii martyriũ passus est: qui cũ a iudice multis verbis ad negãdũ fidẽ suaderet: et eo maiori constãtia Christũ ꝯfiteretur: viuus ad vltimum iubetur exurisicq martyr efficitur sexto idus Decembris. hec Ado.

¶ De sancta Leocadia virgine et martyre. Cap. xlviii.



Leocadia vgo ge

nere hispana/ et nobilis sub Datiano ꝑside i ciuitate Toletana passa est tẽporibus Diocletiani/ et Maximiani imperatorum: que dum sacrificare idolis cõtempsisset: a iudice dira carceris custodia maceratur: donec cogitaret qualiter eam grauioribus affi ceret penis. Qui cũ in emeritana vrbe beatã Eulaliã virginẽ/ et multos alios seruos xpi diuersis: et excogitatis suppliciis interemisset: et hec oia Leocadia in carcere posita audiuisset: genibus in terra positis orans in confessione domini impollutum Christo spiritum reddidit. v. idus Decembris sepulta in eadem ciuitate.

¶ De sancto Proculo epo et cõfessore. Cap. xlix.



Proculus quart⁹

eps Veronẽ. claruit tpe Maximiani imperatoris: qui dũ apud Mediolanũ degẽs xpianos persequeretur: Proculus persecutionem declinãs extra menia vrbis Veronẽ. i parua cellula latitabat: gregem dñi sibi cõmissum sermone vt poterat reficiens: et exemplo. Dũ aũt martyres xpi firmus: et Rusticus ab Anolino proconsule Veronẽ. in carcere tenti essent: p cui⁹ amodo senex desiderio martyrii flagrãs se spõte gẽtilib⁹ obtulit: ac xpm ꝯfess⁹ ab eisdẽ vict⁹ ꝓcõsuli ꝑsentat. Quẽ ille delirũ putãs: et p nimia iã senectute amẽtia ductũ solutũ abire pmisit: q a ministris colaphis: et fustibus cesus extra vrbis menia pulsus ad suos rediit: dolens q eum deus idignum martyrio iudicasset. Illi vero eum vti patrem gratissime receperũt. Deinde persecutione sedata: loca terre san

cie visitauit: cura ecclie presbyteris suis commissa: reuersus aũt dum venisset vngariã: barbã et comã prolixã minuere decreuit iuxta sacrorũ canonũ instituta. Et dũ esset in via/ fontẽ oriẽdo de terra ꝑduxit: quo in loco plures viatores viso miraculo ↄuersi sunt: et in ipso fonte baptizati. Ipse autẽ ibidẽ aqua eiusdẽ fontis ꝑfusus barbã totõdit/ et comã quodã hebeti ferro et rubiginoso sic leuiter ac si nouacula fuisset acuta. Indeqꝫ veronã rediẽs signis et virtutib9 clar9 ꝗeuit in pace. v. id9 Decẽbris sepultus in eccl'a sua.

¶ De sctõ Syro epõ et cõfessore. Cap. l.



Syrus episcop9 discipul9 beati Hermagore Aquilegieñ. epi ab eodẽ ordinat9 antistes papiã ciuitatẽ missus est ad ꝑdicandũ Inuẽto discipulo eidẽ associato. Qui venientes ad ciuitatẽ Veroneñ. dũ Syr9 filiũ cuiusdã nobilissime vidue defunctũ sua oratiõe a mortuis excitasset: et idẽ dñaꝫ cũ filio et familia: et magna ppli multitudine ad xp̃m ↄuertit: et baptizauit. Ingrediẽti ṽo papiam multitudo populi audita signorum illius fama eidem occurrit: et vt eos errantes institutis salutaribus informaret vnanimes acclamabant. Ipse vero eisdem verbuꝫ dñi predicare cepit: et quicũqꝫ cum tangebãt egroti: salui sunt integerrime restituti. Sicqꝫ cũctum populum ad fidem xp̃i conuertit: et baptizauit.

¶ Sed postq̃ sanctis martyres Geruasi9/ et Prothasius in ciuitate Mediolanensi pro xp̃o passi sunt: quidam liberius Christianus de reliquijs eorundeꝫ martyrum beato Syro amicabiliter detulit: quas ille deuote suscipiens multis in eis virtutibus vsus est: deinde extra vrbis menia ecclesiam in honore eorundem martyrum fabricauit: in qua dum sepius celebraret: die quadam Iudeus inter Christianos ad communionem accessit: et sacram sumẽs eucharistiam luto deiceret. Sed mox vt eam ore suscepit/ clamoribus dixit se ignẽ ore accepisse dicebat: cruciatusqꝫ ardẽtissimos pati. Corpore autẽ dñi a btõ viro ex ore pphano resumpto/ qđ miraculose fauces nulla parte tãgebat: sed quasi in aere pendebat: iudeus a cruciatu eripit: et peccata confitẽs baptizat. In ipsa etiã ecclesia beatus Syrus discipulos suos Inuentiũ et Pompeium diacones: Chrysantuꝫ/ et Fortunatũ presbyteros ordinauit: Qui vicos et villas ꝑdicando circuiens viri cuiusdam natum surdũ/ et mutum ab vtraqꝫ passione curauit.

¶ Et veniens ad ciuitatem Brixieñ. puerulũ obsessuꝫ a diabolo liberauit: et apud Laudeñ. ciuitatẽ cecũ quẽdam a natiuitate illuminauit. Sicqꝫ in ipsa vrbe multos ad fidem cõuertit. Deinde repatrians persecutione Christianorũ exorta: dum pagani circũquaqꝫ missi fideles opprimerent: venientes ad vrbem papiã xp̃ianos appetere minime ausi sunt: eo ꝙ multitudinẽ timuerunt. Sed dum blandis sermonibus Syrũ ad sacrificia deoꝝ mollire niterent: eiusdem predicatione versa vice ad dñm cõuertuntur. Sicqꝫ multorũ signoruꝫ gloria chorusca ns. lviij. annis epatum tenuit: et plenus sanctis operibus annoꝝ. cxv. ad xp̃m migrauit. v. idus Decẽbris. Sepultusqꝫ est i eccl'ia sanctoꝝ Geruasij et Prothasij quam ipse ↄstruxerat et dedicauerat.



¶ De sancto Cypriano abbate. Cap. lj.

Cyprian9 abbas petragoriceñ. apud eandem petragorice ciuitatem vir magnifice sanctitatis/ et clarissim9 in miraculis. v. idus Decembris/ in domino feliciter requieuit: ibidẽqꝫ sepult9 est: vt dicit in martyrologio Adonis.

¶ De sctõ Melchiade papa et martyre. Cap. lij.



Melchiades papa natiõe Afer Eusebio in episcopatu successit: et sedit annis. iij. mensibus. vj diebus. xv. hic cõstituit nulla ratione die dñica aut quinta feria ieiunium celebrandũ: q2 eos dies pagani quasi sacrũ ieiuniũ celebrabãt. Et manichei ab eode in vrbe inuenti sunt. Fecit quoqꝫ ordinationem vnam mense Decembris/ presbyteros. vij. diacones. v. epõs p diuersa loca numero. vij. Qui persecutione Constantini imperatoris anteq̃ fieret xp̃ianus martyrio coronatur: sepultus est in cimiterio calixti via apia. iiij. idus Decẽbris: et cessauit epatus dies. xvj.

¶ Hic ad vtilitatem fidei plures edidit libros aduersus gentiles. Item cõtra iudeos. Item cõtra hereticos cathaphrigas volumen precipuũ. Ad principes etiã Romanos Marcũ Antonium et Lucium verũ librum Apologeticum pro Christi religione conscripsit.

¶ De sctis Carpophoro et Abũdio martyrib9. Ca. liij.



Carpophorus pr̃sbyter/ et Abundius diaconus apud Hispalim ciuitatem Hispanie passi sunt sub Diocletiani/ et Maximiani ꝑsecutiõe agẽte preside Martiano. Qui ab eo compreheñsi primo fustibus cesi sunt: deinde in carcerẽ pluribus dieb9 negato omni cibo et potu reclusi: inde miraculose per angelum educti sunt. Et dum xp̃m populis annunciarent: iterum tenti ora eoꝝ lapidibus cõtusa sunt: post hec in equuleo leuati ac diutius torti: rursumqꝫ diu in carcere macerati. Nouissime in confessione fidei gladio percussi sunt. iij. idus Decembris.

¶ De sctã Eulalia virgine et martyre. Capi. liiij.



Eulalia virgo in ciuitate Barcinona ꝓuincie Hispanie martyriũ passa est sub ꝑside Datiano. Que a sancto Donato pr̃sbytero docta: et ad martyriũ aīata cũ esset annorum xiiij. a preside detẽta ad sacrificia deoꝝ cõpellitur. Et cuꝫ se soli deo celi sacrificare diceret: et xp̃m spõsum sibi esse assereret/ ꝑmo nodosis fustib9 ex arbore cum stirpibus raptis expoliata cedit. Dehinc mãmillis oleo candẽti perfundit. Inde in massaꝫ calcis viue demergit. Et cũ hec oīa cõstãt9 superasset: iussu Datiani olla plũbo liquefacto replet: ipsaqꝫ nuda super lectũ ferreũ extẽdit: et si dñs immolare renueret: plũbo perfunderet. Que dũ passionẽ Tyrsi martyris cõmemoraret: et ad xp̃m orationẽ fudisset: plũbũ man9 infundẽtiũ exurebat: virgini aũt tepidũ erat. Quã Datian9 rursus virgis durissime cedit: et fragmentis munitis testulaꝝ plagas ei9 ↄfricari iussit. Et cũ ad hec oīa supplicia redderet immobilis: et xp̃m p salute hoīs passũ aptis rõnib9 ↄprobaret: deosqꝫ gẽtiũ ↄfutaret: fecit eã ꝑsecs cãdelis accẽsis i genis exuri. Deinde sinapim aceto liq̃factã narib9 ei9 īfundi: mꝫ etiã calcẽ oleo ꝑmixtã sup vlnera ipsi9 aspgit: et sic i caminũ succẽsuꝫ īmitti. Ubi dũ psallẽdo i medio flãmaꝝ mãeret illesa: iussit eã Datian9 inde eductã ad ↄfusionẽ ei9 nudã: et decaluatã ꝑ totã ciuitatẽ circũduci. Deinde extra vrbis muros decollari. Cui9 ↄstãtia multi ad martyriũ aīati sunt. Et dum esset decollata exiit de corpore eius quasi species columbe: que ad celos euolauit. Cuius corpus Donat9 presb

byter se[pultus est] .iiij. idus Decembris in eadē ciuitate.

¶ De [sancta] Julia virgine et martyre. Cap. lv.



Julia virgo apud

ciuitatem eandē Barcinonē martyrium sub eodē preside passa est .iiij. idus Decēbris. Que fuit cōuirginalis btē Eulalie: et comes indiuidua eidem ad passionē properanti: propter qd ab eodem Datiano in ipso loco sine audientia decollata est: et a presbytero Donato sepulta: vt dicit Ado.

¶ De sancto Damaso papa et cōfessore. Cap. lvj.



Damasus Papa

huius nominis primus natione hispanus et patre Antonio/ Felici pape scdo in ep̄atu successit: et sedit annis .xvij. mensibus .ij. diebus .x. et est eodē ordinatur sub cōtentione vrsinus: et facto concilio sacerdotē cōstituerunt Damasum: qr fortior/ et plurima populi multitudo cum eo erat: vrsinū vero eiecerunt ab vrbe et constituerunt episcopum neapoli. Damasus in synodali iudicio dānauit liberium papā eius predecessorē hereticum: et omnia facta eius cassauit. Huic sanctissimo viro beatus Hieronymus multa ecclesie religionis scripta misit: et ad eius instantiā ipse Hieronymus officium in ecclesia Romana celebrandū excepto cantu cōposuit: psalteriū per nocturnos diuisit: et versiculum Gloria patri post p̄s. cantari instituit: que omnia papa Damasus approbauit: et per ecclesias cantari cōstituit: et vt chori in duas partes diuisi psalmos alternatim canerent mādauit. Precepit etiā: vt presbyter celebraturus confessionem faciat paulo ꝑ ad altare accedat. ¶ Hic inuidiose accusatur de adulterio: et facta synodo corā .xliiij. episcopis se purgauit: et damnauerūt diacones cōcordiunt: et calūtē eius accusatores. ¶ Hic elegās in metro cōponendo ingeniū habuit. Fecitq; basilicas duas: vnam iuxta theatrū sancti Laurentij: et alterā in catacumbam: vbi iacuerunt corpora aplorū Petri/ et Pauli: in quo loco platoniā ipsam versibus adornauit. Multaq; corpora sanctorum requirēs inuenit: quorū etiā tumbas versibus adornauit. Huius temporib' scda synodus .cl. patrū apud Constantinopolim celebratur: in qua macedonius damnatur: qui spiritum sanctū deū esse negabat: et assertū est spiritum sctm̄ esse cōsubstātialē patri et filio: dataq; est forma symbolo quā latina confessio ꝓfessio predicat in ecclesijs. ¶ Hic fecit ordinationes quinq; per mensem Decembriū/ presbyteros .xxxi. diacones .xi. ep̄os per diuersa loca numero .lxij. Octogenarius moritur .iij. idus Decēbris: et sepultus est in basilica sua via ardeatina iuxta matrem suā: et germanā: et cessauit ep̄atus dies .xxxj. ¶ Multa opuscula breuia heroico carmine cōposuisse fertur. Scripsit ad beatū Hieronymū libellū de gestis pōtificū: et eplas plures. Floruit tp̄e Theodosij senioris.

¶ De sanctis Fusciano et Victorico martyribus. Cap. lvij.



Fuscian' et Victoricus

martyres vrbis Romane ciues orūdi: inde egressi in Frāciam ad sanctū Quintinū eorū socium q̄ illuc accesserat requirēdū aduenīt: venientesq; ad ciuitatem Ambianēsi. et ipsum inde abiisse audiētes: inde recedētes: vt Parisi' tēderēt obuiā fit cuidam xp̄iano noīe Gentiano: q̄ eis Quintinum pro xp̄o passum nūciauit: et ad domum suā adduxit: et dū esset in mēsa/ nūcij rictionari presidis superuenientes hospites cū gentiano capiūt: et ad p̄sidē adducunt: q̄bus ille dū in xp̄i cōfessione ꝑsisterent: iussit sudes ferreas in nares: et aures eorū immitti: et clauis candētibus eorū corpa trāsfigi: oculos quoq; erui mādauit: deinde sctōrū corpa lāceis trāsforari: et dū adhuc palpitarēt: capita eorū p̄cidi fecit. Sup quorū corpora luce ingenti de celo ꝑfusa erecta sua capita precisa in manibus sumpserūt: et vsq; ad hospitiū sancti Gētiani eorum hospitis deuenerunt: vbi et sepulta sunt tertio idus Decembris.

¶ De sanctis Tarsone Pontiano et Pretextato martyribus. Cap. lviij.



Tarson martyr

et Pontianus ac Pretextatus ei' socij sub Maximiano imperatore martyriū passi sunt: hic Tarson in vrbe Roma locuples vir: et facultatibus plenus xp̄ianis dānatis ad fodiēdā harenā dū terme edificabant: multa necessaria ministrabat: q̄ eidē p Sisinniū/ et Cyriacū ecclie Romane diacones transmittebat: vt in passione Marcelli pape legit' .xvij. kal. Februarij. Qui post obitum Marcelli pape prefati tentus a Maximiano cū Pontiano/ et Pretextato eo q̄ xp̄iani essent capitalem iussi sunt subire sententiā. Sicq; coronam martyrij perceperunt tertio idus Decembris.

¶ De sancto Sauino episcopo. Cap. lix.



Sauinus episcopus

placētinus: vt scribit Gregori' .iij. Dialo. cap. x. vir magne sanctitatis et virtutis fuit: cui dum quidam eius diacon' nunciasset q̄ pad' fluuius alueum suū egressus agros ecclesie occupasset: mādauit Sauinus diacono: vt ex parte sua pado mādaret quaten' se cōpesceret: et ad alueū suū rediret: qd diaconus et despexit: et irrisit. Ep̄s aūt aduocato notario eidem dictauit epistolā dicens. Sauin' Jesu xp̄i seruus cōmonitorium pado precipio tibi in noīe dñi Jesu xp̄i: vt de alueo tuo in locis istis vlteri' nō exeas: nec terras ecclesie ledere presumas. Quod scriptū per notarium in aquam fluminis proīci iussit. Mox sea terris ecclesie fluminis aqua cōpescuit: ad alueū proprium reddit: et exire vlterius in loca eadem non presumpsit. Huic sancto viro diuina reuelatione ostensum est corpus sancti martyris Antonini: qd diu in ipsa ciuitate latuerat. Ipseq; iuxta sibi datā reuelationē corpus inuenit: et honorabiliter tumulauit: vt habet debito loco pridie kal. Octobris. Qui etiam post multa laudabilia opa quieuit in pace .iij. idus Decembris.

¶ De sancto Paulo sergio ep̄o. Cap. lx.



Paul' sergi' episcopus

discipulus sancti Pauli de ciuitate Paphos isule Cypri/ et vt habet Actuū .xiij. dū Paulus aplus ꝑuenisset paphū cū coaplo eius Barnaba predicātes: et ipse existens procōsul desideraret audire verbū dei aplos gratāter suscepit: vbi dū elimas Jude' magus aplo resisteret querēs auertere ꝓconsulē a fide: et Paulus ipsum ad tps lumine oculorum

lorū priuasset/credidit procōsul admirās super doctrina dn̄i. Qui ab aplo, baptizatus post aliqđ t̄ps relicto seruo discipulus Pauli effectus ipsum vsq; ad passionē secutus est. Quem ⁊ idem apl's ante eius obitum in ep̄m cōsecrauit. ¶ Post passionem ergo suam beatus Paulus apud paphū eidē per visionē mandauit: vt ad partes Hispanie/et Gallie pergeret ad predicandum. Qđ ⁊ ipse fideliter adimplere curauit. Et post aliquot dies veniens Romā cū Rufo/et Stephano diaconi⁹ suis ecclesiam beati apli consecrauit. Deinde pergens ad ciuitatē Lunc filiū cecum mulieris vidue que ipsuȝ hospitio susceperat illuminauit: eamq; cum filio ⁊ multis ad xp̄m cōuertit. Qui a saprītio procōsule captus: dū ille subito morit: paul⁹ a populo liberat. Deinde veniens Galliam eburdunensi ⁊ auriēsi vrbibus xp̄m euangelizauit. Et a beato aplo Paulo monitus veniēs Narbonam dum arelatēsi vrbi appropinquaret ⁊ Rhodani flumen transiret: nauta in flumē cecidit ⁊ absorpto corpore necatus est. Sed orante sancto corpus de pfundo enatauit ⁊ ipsum Paulus sergius suscitauit. ¶ Quo viso miraculo multi ad fidem cōuersi sunt: veniensq; Narbonā filiū olim principis ciuitatis nuper defuncti a demonio obsessum precibus matris vidue ab immūdo spiritu liberauit: eundemq; cum matre ⁊ ppl'i multitudine baptizauit. Indeq; Hispaniam circuiens predicauit. Et rediens Narbonā: postq̄ totam ciuitatē ⁊ regionē ad xp̄m cōuerterat trina visione beati Pauli apl'i monitus obitum suum appropinquare cognoscēs ecclīā Narbonen. Stephano diacono suo in ep̄m consecrato cōmisit regendā. Rufumq; presbyterū in Auinionensem ep̄m ordinauit. Et oībus fideliter dispositis orans in ecclesia sua in pace quieuit pridie idus decembris/vbi ⁊ sepult⁹ iacet miraculis clarens.

¶ De sctis Eustratio ⁊ sociis martyrib⁹. Cap.lxi.



Eustratius strinia

rius ordinis ducalis ⁊ primari⁹ ciuitatis Aurariecenorum tēporibus Diocletiani/⁊ Maximiani imperatorum cum sociis suis martyriuȝ passus est. Qui primo in ciuitate Satalia a lysia preside: tentus ⁊ eo qđ esset Christian⁹: ⁊ cingulo militari exutus: dum xp̄m confiteretur a terra leuat⁹ igne subterposito/semiustus depositus grauiter cesus est. Deinde sale ⁊ aceto mixtis vulneribus perfusus. Dū hec omnia patientissime tolerasset: oīa eius vulnera tanq̄ squamme ab eius corpore diuinitus exciderunt. Quo viso miraculo eugeni⁹ concuriō ⁊ officialis conuersus est. Tunc ambo ferro vinctos lysias incarcerauit: deinde in pedibus amborū imposita crepidine cū clauis ⁊ pedib⁹ eorū transfossis deducit eos secum ad ciuitatem auraris: quorum exēplo Auxentius/⁊ Mardarius qui vxorem ⁊ liberos dimiserat ad iudicem accedentes xp̄m publice nūciabāt: lysias igitur ambobus ipsis cōprehensis: primo quidē Auxentium decollauit: deinde mardarium immissis funibus per pedes ipsius transforatos a terra suspensum ⁊ baculis ferreis ignitis cesum interemit. Interea dum orestes quidam Christianus occultus ⁊ miles cū ceteris commilitonib⁹ iacularetur ⁊ crux quā ad collū appensam gestabat in publicū prosilisset ⁊ hoc presidi nūciatum esset eum cum multis aliis xp̄ianis quos in eadē reperit ciuitate teneri fecit. Et dū seditionē populi formidaret: ipsos omnes cū Eustratio ad Agricolaum presidē ciuitatis Sebastēsis punīēdos trāsmisit. Qui primo q̄dem orestem super lectū ferreū ignitū ⁊ flammis suppositis extendi fecit. Quo post longos cruciatus migrāte ad dn̄m Eustratiū carceri mancipauit. Ad quem episcopus ciuitatis occulte noctu veniēs ipsum cōmunicauit: vbi ⁊ postmodū voce celica confortatur. Quē mane preses eductū igne consumi fecit: reliquos xp̄ianos decollauit. Quorū omniū corpora in ciuitate Aurari cenorum a xp̄ianis sepulta sunt. Horū omniū passio recolitur pridie idus decembris.

¶ De sctis Epimacho ⁊ Alexādro martyribus. Cap.lxii.



Epimachus ⁊ Alexander

martyres apud Alexandriam passi sunt. Qui cum multo tempore in vinculis extitissent ⁊ diuersis cōfecti suppliciis perdurassent in fide: ignib⁹ tandē consumi iubent pridie idus Decembris. hec Ado in sanctorum martyrologio.

¶ De sanctis Amonaria ⁊ Mercuria ⁊ sociabus martyrib⁹. Capit.lxiii.



Quatuor sctē mulieres:

scilz Amonaria: Mercuria/Dionysia/⁊ alia Amonaria apud Alexādriā passe sunt vt scribit Dionysi⁹ libro de martyrib⁹. Quarū primā iudex immensis cruciatib⁹ affectā capite puniri fecit. Secūdā vero venerabilem anum ⁊ facundissimā virginē scz Mercuriā prefat⁹ iudex necnon reliquas duas vez Dionysiā/et Amonariā diuersis similiter penis cruciatas tandē ferro peremit. Harū passio recolitur pridie idus Decembris.

¶ De sctā Lucia virgine ⁊ martyre. Cap.lxiiii.



Lucia virgo nobi-

lissima Syracusano ⁊ cū fama miraculoȝ beate Agathe per totam Siciliā diuulgaret ⁊ Syracusanus ppl's ad ciuitatē Cathan. per.xlv. miliaria ad sepulchrum ipsius virginis pergeret visitandum: perrexit ⁊ ipsa cum matre eutycia q̄ fuerat per quatuor annos incurabili fluxu sanguinis fatigata: vbi inter missarū solenia cōtingit euangeliū legi: quo narratur dn̄m mulierē a fluxu sanguinis liberasse. Tūc Lucia matrē admonuit credere his que legebant ⁊ sepulchrū virginis Agathe deuote ptingere: qđ si faceret: plenius sanaret. Igit recedētibus cūctis ⁊ matre ac filia ad sepulchrū orātibus/ Luciā somnus arripuit: cui btā Agathe gēmis ornata stans in medio angeloȝ apparuit ⁊ ppter ipsius fidem matrem sanatā eadē hora nunciauit. Euigilās ergo: et matrē sanā aspiciēs amore beate Agathe q̄ ipsam saluā fecerat adiurauit: vt oīa que sibi datura erat in dotem cūtī ad integritatis sue corruptorē: mortalē vez volens: cui fuerat desponsata: eidē daret ad integritatis sue factorē xp̄m: cui erat spiritualiter in coniugio copulata ⁊ ne sibi de cetero spōsum tpalem nolaret ⁊ cū eutycia eidē rn̄disset: vt post eius mortē de facultatibus suis faceret q̄cq̄d vellet: pbauit eidē Lucia non esse deo gratū quicquid post mortē impendit: eo q̄ ideo quis dat qđ tunc secū ferre nō potest. Redeuntes igit Syracusas possessiones necnō predia distrahebāt ⁊ precia pauperibus erogabant: qđ vbi Lucie sponsus cōperit: nutricē puelle cur hec fierēt interrogauit. Illa aūt sponsam eī asseruit inuenisse possessionem magni precii vtiliē ⁊ venalē: quam ⁊ t nomine spōsi emeret aliqua distrahebat. Credidit stultus carnale cōmercium ⁊ cepit etiā ipse autor esse vēdentium. Postq̄ autem omnia distracta sunt: sponsus Luciā accusat paschasio cōsulari: dicens ipsam esse xp̄ianā ⁊ ꝯ leges viuere Augustorum. Quam paschasius cōprehensam cepit ad sacrificia deorū inuitare. Illa vero respondebat sacrificium verum ⁊ et im-

maculatum esse pauperibus in eorum inopia subuenire: obiecitque sibi paschasius quod patrimonium suum cum eius corruptoribus impenderat: et ideo ut meretrix loquebatur. Cui illa se corruptores corporis nec mentis aliquos cognouisse respondit. Et cum paschasius eidem comminaretur quod verba cessarent: cum ad verbera peruentum esset: respondit dei verba cessare non posse: addiciens in se loqui spiritum sanctum: eo quod pudice viuentes secundum apostolum templum sunt spiritussancti. Paschasius vero eidem comminatur quod ipsam faciet trahi ad lupanar: ut sic virginitate amissa spiritumsanctum perdat. Illa autem econtra asserebat quod nunquam inquinatur corpus: nisi de consensu mentis: et quod si inuitam eam faceret violari: castitas sibi duplicabitur ad coronam. Tunc paschasius vocatis lenonibus iussit eam ad lupanar duci: ut omni populo ad eam inuitato tamdiu illuderetur donec deficeret. Volentes autem ipsam trahere: tanto pondere eam firmauit spiritussanctus ut penitus moueri non posset: ligatisque manibus eius et pedibus a mille viris insuper et a pluribus paribus boum trahi nullatenus poterat. Et conuocatis magis nullis etiam incantationibus potuit amoueri. Et dum quidam diceret quod lotio perfusa maleficia solueret: lotio perfunditur: et ad immobilior redditur. Iratus consularis circa eam adhibitis lignis oleo et picea resina copiosum fecit ignem accendi: in quo ipsa incolumis permanebat: dicens a domino inducias martyrii impetrasse: ut credentibus timorem tolleret passionis. Videntes autem amici paschasii ipsum angustiari: in eius gutture gladium immerserunt. Que nequaquam loquelam amittens pacem ecclesie dei redditam nunciauit: Maximiano imperatore defuncto: et Diocletiano de regno eiecto: addiditque se a domino Syracusane ciuitati intercessoricem concessam. Eadem hora ministri Romanorum veniunt: et paschasium comprehensum Romam adducunt: ubi a senatu Romano de predatione bonorum fiscalium conuictus capitalem sententiam accepit. Virgo autem huiusmodi de loco in quo erat non est mota nec mortua quousque venientibus sacerdotibus sacram communionem accepit: et sic in confessione christi spiritum emisit idus Decembris circa annum domini .ccc.x. sepultaque est Syracusis. Inde processu temporis corpus eius Constantinopolim: et inde venetias translatum creditur: ut ponetur in festo eiusdem translationis .xv. kalen. Februarii.

De sancto Iudoco confessore. Cap. lxv.



Iudocus regis britonum filius anno decimo Constantini/ qui et constantius relicto regno vilique sumpto habitu per orbem diu peregrinatus est. Post hec cum vndecim peregrinis in clericali habitu Romam veniens visitatis apostolorum liminibus: inde discedens venit ad pagum ponticum: ubi a duce aymone susceptus: et eius instantia presbyter ordinatus filium eius vasinsi de sacro fonte leuauit: inde venit ad locum qui dicitur baraicus: eremiticam vitam duxit miraculis clarus. Adeo enim mirabilis sanctitatis fuit: ut columbe siluestres: et pisces de manibus eius pascendi ad eum conuenirent. Et cum habitaret in cellula cum quodam discipulo eidem ministrante vnicum solummodo habens panem: quatuor pauperibus pro elemosyna successiue venientibus diuidi fecit. Et cum discipulus hesitans murmuraret: eadem hora quatuor nauicule panibus onuste sine duce vel regimine ad eum per fluuium aduenerunt: diuinitus ut creditur perducte. Deinde dum ducem Aymonem in nemore reperisset qui aptum ceperat cum suis anhelabatur: sitebaculo terram percutiens aquam produxit ad eorum satietatem. Et cum iterum Romam visitasset: puellam a natiuitate cecam ibidem illuminauit. Et ad cellam suam rediens post modicum in pace quieuit idibus Decembris. Sepultus est in pago pontino signis choruscans.

De sancto Spiridione episcopo. Cap. lxvi.



Spiridion episcopus in Cypro fuit: de quo Cassiodorus in historia tripartita refert quod fuit de numero illorum confessorum quos Maximianus imperator dextris oculis effossis/ et sinistro pollice preciso ad metalla damnauerat. Hic cum propheticam duceret vitam: etiam signorum gloria inclytus fuit. Inter que duo latrones ad furandum sibi nocte venissent: eos diuinitus alligatos mane reperit: eosque dissoluit: de scelere eos corripuit: eisque pie arietem concessit. Apud filiam eius hirenam quidam pecuniam deposuerat: que subito decedente: nec inuento deposito/ Sanctus eam in christi nomine de tumulo vocauit: et ab ea ubi depositum erat interrogata sibi respondente didicit: et homini repertum restituit. Mos erat sibi cuicunque petenti ex frugibus collectis mutuare. Dum ergo cuidam granum mutuasset: et ille ad arcam restituendum detulisset manu apposita nihil restituit: quod sanctus per spiritum cognoscens tacuit. Sed dum ille alia die ad arcam pro alio mutuo sumendo venisset: nihil in ea reperit: que cum frugibus plena erat: et sic peccatum suum confessus est. Quieuit in pace .xix. kal. Ianuarii.

De sancto Agnello abbate. Cap. lxvii.



Agnellus abbas a pueritia innocenter viuens prefectus est in abbatem monasterii quod beatus gaudiosus cognomento septimus celius bitanensis: et Aphricane ecclesie pontifex condidit in parthenope cum tantem tempore quo ex aphrica fugerat persecutionem vandalorum: sicut dicit Augustinus. Ibique diu in sanctitate vite permansit: subditum sibi domini gregem verbo et exemplo reficiens: qui etiam .xix. kal. Ianuarii quieuit in pace. Cuius corpus Neapolim delatum sepultum est/ iuxta ecclesiam sancte dei genitricis marie: ubi et multorum deuotione venerabiliter colitur.

De sanctis Herone/ Arsenio/ Isidoro/ et Dioscoro martyribus. Cap. lxviii.



Hero: Arsenius: Isidorus/ et Dioscorus Alexandrie passi sunt sub persecutione Decii. Ex quibus Dioscorus eo quod iunior: videlicet annorum quindecim: primo a iudice auditus: diutium verberatus est. Ceteros vero cum videret iudex pari constantia fidei armatos variis tormentis diu laniatos: tandem ignibus consumi iubet. Dioscorus vero ob eius nimiam iuuentutem diuino nutu ad consolationem fidelium dimissus est. Mox martyrium celebratur .xix. kal. Ianuarii. Hec Ado in martyrologio suo.

De sanctis Nicasio episcopo et Eutropia martyribus. Cap. lxix.



Nicasius remensis episcopus passus est tempore vandalice persecutionis cum sorore Eutropia/ beato Aniano tunc apud Aurelianum presidente. Nam dum vandali ciuitatem remensem diu obsedissent: vltimo subuersionis eius die urbis die expugnantibus hostibus ciuitatem Nicasium ciues consulunt quid velit: si dum aut hostibus se traderent aut patriam defendere. Qui diuina reuelatione vrbem presciens subuertendam constanter a morte esse periculum subeundum: quod multis diu imminere dixerat propter peccata sua offerens se morti paratum.

Apertisq ianuis cum sancta Eutropia sorore sua furibundis occurrit aduersarijs i ostio Basilice beate Marie ab eodem constructe. Et dum vix facto silentio inimicos ab ouiū suarū lesione monuisset/ab eisdem decollatus est. Germanā vero eius propter pulchritudinē ipsius infideles ad illudēdum seruauerūt. Quod dū ipsa cerneret/martyrium potius q̄ violationem eligēs occasionē captauit: vt hostes de impietate in sanctum epm exhibita redargueret/vni ex carnificibus oculos digitis quasi in vltionē euellēs. Et sic in eam ceteri insurgentes trucidarunt cum alijs ciuibus multis. Ceterisq fugatis ciuitas depopulatur plurimis captiuatis. Sanctorū aūt occisorū corpora relicta sunt in expugnata ciuitate. Supra que noctibus celestia luminaria refulgebant: et angelica cantica resonabant/donec reuelatione diuina post vādalorū obscessum a ciuibus qui remanserant corpora sanctorum fragrantia: digno honore locis congruētibus tumulata sunt. Passio horum martyrum celebratur.xix.kal. Januarij.

¶ De sancto Ualeriano epo. Cap.lxx.



Ualerian⁹ episcopus apud Aphricam passus est tempore persecutionis vandalice. Nā cū ex precepto Genserici regis ad tradēdū infidelibus diuina mysteria cūcti sacerdotes arctarētur/ita vt arriani de pallijs altaris sibi camisias et femoralia facerent: sanctus episcopus ad hec compulsus viriliter contradixit: propter qd annorū plus.lxxx.extra ciuitatem expelli singulariter iussus est. Et ita preceptum: vt nullus eum in domo neq in agro dimitteret habitare. Sicq in strata publica multo tempore nudus sub aere iacens in confessione: et defensione catholice veritatis cursum beate vite compleuit.xviij.kal. Januarij.

¶ De sctis Anania/Azaria/et Misaele pueris. Ca.lxxj.



Ananias Azarias et Misael pueri nobiles de populo iudeorum: cum Daniele pphetā et alijs multis iudeis: et cum Joachim rege Juda a Nabuchodonosor rege chaldeorum rapti: de Hierusalem in Babylonē adducti sunt: vt scribitur Danie.j. Quos vti pulchriores et doctiores rex castrauit: vt ait Joseph⁹: et tradidit eos preposito eunuchorū Aphanam/et fecit eos erudiri prouincialibus literis pariter et chaldeorum lingua: et mutauit eis rex nomina/Danieli Balthasar: Ananie Sydrac: Azarie Misach: et Misaeli abdenago. His quatuor prepositus eunuchorum specialem posuit procuratorem malasar. Hi proposuerunt non contaminari cibis gētilibus: et a preposito eorum obtinuerunt diebus decem leguminibus et aqua tentari. Et cum probasset: et eos ex hoc in nullo ceteris macilētiores vidisset: accipiebat cibaria regia: et vinum potus eorū: et dabat eis legumina et aquam. Et transactis tribus annis comparuerunt coram rege prout statuerat: nec sunt inuenti eis similes in regno in omni sapientia et disciplina. ¶ Postq̄ autē Daniel visionem statue: et eius expositionem deo sibi reuelante reserauit: vt dicitur Daniel.ij. Et Nabuchodonosor rex Danielem plurimum honorauit: ad petitionem eius Ananias: Azarias: et Misael: cōstituti sunt a rege super opera prouinciarum Babylonis. Post hoc Nabuchodonosor rex fecit statuam auream: et statuit eā in campo duram fluminis iuxta quem gygantes edificauerāt turrim Babel: et conuocatis omnibus principibus et populis ad dedicationem: et adorationem statue: habetur Daniel.iij. et omnes iussu regis statuam adorassent: tres pueri statuam adorare nolentes iussu regis vincti cum vestibus in fornacem ignis septuplo accensam missi sunt. Cum quibus angelus domini descendit: et eos vinctos exoluit: flammam ignis excussit: et quasi ventum roris flantē fornacis medium redegit. Flamma autem se cubitis.xlix. diffundens ministros regis eam incendētes incēdit. Tres autem pueri in medio flamme ambulantes quasi ex vno ore benedicebāt dominum/et hymnum Benedicite componentes: omnem creaturam ad dei benedictionem inuitabāt. Cum autem rex tres viros in fornacē missos diceret: et quartum similem filio dei se videre stuperet: quod de angelo intelligendum est: eos de fornace vocauit. Qui egressi corporibus: et capillis et vestibus omnino illesi apparuerunt. Quo miraculo stupefactus rex posuit edictum quod sub pena capitis: et domus diruende nemo blasphemare presumeret deum Sydrac/Misac: et abdenago: eisdemq ampliorem contulit dignitatem. Qui post multum tempus in Babylonem quieuerunt in pace. Qui et inter sanctos veteris testamenti connumerati sunt a Matathia.j. Machabeorū.ij.cap. Quorū corpora sub quodam specu posita sunt: in sepulchro qd Daniel sibi et socijs preparauit: vbi et ipse postmodum tumulat⁹ est. Horū dies dormitionis apud Hebreos agitur.xvj.kalendas Januarij: vt in eius martyrologio Hieronymus scriptum ostendit.

¶ De sancto Lazaro episcopo. Cap.lxxij.



Lazarus episcopus frater Marthe/et Marie Magdalene Christi discipul⁹: nobilis de genere iudeorum: diues ac prepotēs pre Syro/matre Eucharia exortus: quatriduanus defunctus a domino ex mortuis suscitatus discipulus Christi: et apostolorū cōsocius fuit: et in die pēthecostes vn⁹ ex numero.lxx. discipulorum extitit: in quos spiritussanctus corporaliter effusus est. Et deinde vna cum ceteris predicationi verbi domini instabat: distractisq omnib⁹ sicut et ceteri precium apostolorum pedibus presentauit: et apostolicam vitam et formam assumpsit. ¶ Uerū persecutione iudeorum que facta est post Stephani lapidationē: ita vt cuncti discipuli dispergerent per ciuitates preter apostolos: vt dr Actuū.viij. Ipse vna cū sororib⁹ suis: et sancto Maximiano: et sancto Celidonio: q fuerat cecus a natiuitate: et cū Marcella pedissequa Marthe nauicule sine remo vel duce impositi sunt: et mari expositi a iudeorū finib⁹ expulsi. Qui deo duce Massiliā peruenerunt: vbi predicāte Magdalena: et oī prouincia ad deū cōuersa: vt in ei⁹ legēda debito loco dicet. Ipse anno.xiiij.a clero et populo episcop⁹ Massilieū. cōstitut⁹ est. Et postq̄ Magdalena deserta montium petiit: ipse Massilie degens dei populū feliciter gubernauit: vbi et in dño requieuit.xvj.kalendas Januarij. Cui⁹ ibidē in matrice ecclesia caput ostēdit. Dicit q Lazarus a dño suscitatus/confestim Christū interrogauit/an cū iterū mori oporteret: et q decetero nunq̄ risit.

¶ De sanctis Floriano/Calanico/et socijs martyribus. Cap.lxxiij.



Florianus et Calanic⁹/et alij qdraginta martyres passi sunt ab Arabis Saracenis apud ciuitates Gazam anno.xxvij. Heraclij imperatoris: q dū eādē vrbē diudū impugnatā cepissent: iussit Aberi⁹ eorū princeps oēs pfatos Xpianos ibidem repertos captos i vinculis ferreis i carcerē mitti: et post dies.xx.ad ciuitatē Cletheorypoli adductos itez vinculari: deinde calanicū

cum aliis.xv.ad terrorem aliorum decollauit:quorum nomina hec sunt Sildeuandus:Citon:Calanus:Himerius:pluscius:Theodorus:Stephanus:Deuand⁹:Rolus:Carisius:petrus:Paulus:ali⁹ Theodorus:et duo Joannes:qui passi sunt die.ii.Nouembris:quos Florianus sepeliuit:et post alios dies.xx.iussu principis Florianus cum ceteris a Saracenis cesi sunt:quorum omnium passio recolit̄.xvj.kalendas Januarij.

¶ De translatione sancti Ignatij. Cap̄.lxxiiij.



Translatio corpo

ris sancti Ignatij episcopi et martyris die.xvj.kalendas Januarij celebratur:qui tertius post petrū apostolum Antiochenam rexit ecclesiā. Hic Rome dentibus bestiarum passus kalend.Februarij/inde delatus iacet Antiochie:vt dicit Ado.

¶ De sctis Rufo et Cosmo martyribus. Cap̄.lxxv.



Rufus et Cosmus

apud Macedoniam ciuitatem Philippis passi sunt:ibiq; tumulati requiescunt. Hi ex eo numero discipulorum fuerunt per quos primitiua ecclia in iudeis et grecis fundata est. De quorū etiā felici agone sanct⁹ polycarpus scribit in epistola ad Philippēses hortans fratres in dño:vt sequant̄ vestigia martyrū predictorum in constantia martyrij tolerādi:qui passi sunt die decimoquinto kalen. Januarij.

¶ De sancto Hildefonso epo. Cap̄.lxxvj.



Hildefonsus epi

scopus Toletanus adhuc puer dei amore relictis parentibus spretoq; seculo Agaliensis monasterij monachus fact⁹ annis multis in sanctitate vite permāsit. Tandē in Toletanū epm promouet̄. Inter alia sanctitatis merita beatā virginē in summa deuotione habuit:et in ipsa ecclesia cōstituit:vt festū ei⁹ octaua die ante natale dñi celebraret̄:qd̄ vsq; hodie ibi seruat̄. Que eidē p visionē apparēs stolā candidā:et cathedrā sibi assignauit:dicens qd̄ ipse solus eidē veniēs potiretur:successoribus cūctis eisdē sede ac veste reputatis indignis. Sed post eius obitū dū siagrius ei⁹ successor eadē indut⁹ stola in ipsa sede se posuisset:tot⁹ cōtract⁹ in terrā decidit:artus sustinere nō valens:q̄ post multos dies ad penitētiā rediēs sanat⁹ est. Et vestis ac sedes in ipsa ecclesia p reliquijs cōseruant̄. Hec in mariali. Multa alia virtutū opera p sancti merita ibidem ostensa sunt. Qui eodē die quo festū virginis in ecclesia sua cōstituit celebrari:vz octaua die natiuitatē dñi precedēte feliciter in pace quieuit:que dies est.xv.kalē. Januarij. Nam eo die quo matrem dñi venerabat̄ in terris:eodem cū illa voluit honorare in celis.

¶ De sancto Nemesio martyre. Cap̄.lxxvij.



Nemesius martyr

passus est apud egyptum. Qui p̄mo Emiliano iudici per calumniā quasi latro delatus:sed ab eodem crimine purgatus et absolutus est:deinde ab ipso iudice tanq̄ xpianus deprehensus geminatis supplicijs excruciat⁹: ab eodem magistratu cum latronibus incēdi iussus est:saluatoris preferēs similitudinē:qui cū latronibus pertulit crucem:qui passus est.xiiij.kalēdas Januarij. Hec Ado.

¶ De sanctis Amone Zenone et socijs martyribus. Cap̄.lxxviij.



Amō:Zenō:pto

lomeus:Ingenius:et Theophilus apud Alexandriā martyrium passi sunt. Qui tribunalibus assistentes: cum quidam xpianus a iudice tortus in supplicijs trepidaret:et iā pene ad negandum declinaret:vultu oculis ac nutibus conabantur illū erigere. Cūq; hac de causa clamor totius vulgi in eos prosiliret: prorumpētes in medium xpianos se esse testantur:pro quorū victoria xp̄s ilico gloriosissime triūphauit:suisq; constantiā animi dedit. Qui passi sunt die.xiij.kal. Januarij:vt ait Ado in martyrologio.

¶ De sancto Thoma apostolo. Capitulum.lxxix.



Thomas aposto

lus qui dr̄ didym⁹ quasi in fide dubius/post resurrectionem xp̄i corpus dñicum/et mēbra palpauit:et dum in Christo vulnera tetigit carnis:in nobis vulnera sanauit infidelitatis:vt dicit Greg. Post ascensionē dñi dum apud Cesaream predicaret:xp̄s sibi apparens dixit regem indorum gundaphorum prepositū suū abanē ad Syriam destinasse querere hoiem architectorio opere eruditū p palatio sibi cōstruēdo:quē vna secum volebat ad indiam mittere:vt cum indos xp̄o acquisisset/ad se cū palma martyrij perueniret. Dñs ergo preposito Thomā tradidit asserens eum suum seruum in tali arte peritū. Nauigantes autē simul dum Abanes cū interrogasset:an ille dñs suus rex esset:dixit Thomas eum esse filium magni regis qui et regnū in supernis mōtib⁹ quo hostis px mare nō est:ipsumq; multos seruos diuersarū peritos artiū hr̄e quos ad multa destinat opa:et quicquid lucri acquirunt suo regi redeuntes attribuūt. Et cum multa de celesti palatio metaphorice loqueretur:ille de terreno edificio intelligebat. ¶ Cūq; die septimo Andrinopolim peruenissent vbi rex filie sue nuptias celebrabat:et oēs tam ciues q̄ aduene vocati a rege nuptijs interessent:Abanes et apls simul cū ceteris discubuerunt. ¶ puella autē hebrea dū cunctā cum fistula letificaret:et Thomā apostolū nō māducantē/sed celo intētū vidisset:intelligēs ipsum hebreū cepit iudaice canere dicēs. Vn⁹ est deus hebreorū q̄ creauit oīa &c. Que dū crebro ad cōplacendū apostolo repeteret:pincerna Thomā alapa percussit:eo quod quasi dedignans fercula apposita non comederet. Apostolus autem non optando/sed prenosticando predixit se inde nō surrecturum nisi manus que cum percusserat a canibus in medio conuiuio portaretur. Quod quia hebraice dixit:sola puella intellexit. Dum ergo pincerna ad fontem pro aqua haurienda iuisset:ipsum leo inuadens occidit:sanguinem bibit:manumq; eius canis niger in conuiuio detulit. Qd̄ puella videns factum ceteris narrauit:fistulam proiecit:et apostolum adorauit. Et stupentibus cunctis apostolus ad regis instantiam sponsum et sponsam benedixit. Quo abeunte dum illi sero thalamum introissent:in manu sponsi ramus palme dactylis plenus apparuit. De quo ambo gustantes obdormierunt:et geminatum regem per somnum viderunt:qui eos vt consilio apostoli crederent admonuit:eisq; benedixit. Quibus euigilantibus:et mutuo somnum idem referentibus

bus apostolus ad eos ianuis clausis ingreditur: eisq Christum annūcians ad seruandam virginitatem hortatur. Tūc eisdem duo angeli splendidi astiterunt dicētes se fore angelos a deo ad eorum custodiam delegatos: vt si apostoli monitis obedirent omnia que poscerent a domino impetrarent. Quos apostolus baptizauit: et de fide diligenter instruxit. ¶ Cum autem Thomas Abanc iam propter miracula vila conuerso indiā introisset: et cū prepositus regi presentasset: ac apostol⁹ sibi mirum palatium fabricandum promisisset: et modum edificationis opere Romano designasset: placuit regi: eidemq copiosum thesaurū assignauit: et in aliam prouinciam abijt. Per totū autem biennium quo rex abfuit: apostolus predicationi Christi institit: et innumerabilem populum acquisiuit: thesaurum pauperibus erogauit: et multas ecclesias fabricauit. ¶ Rex autem rediens: et que Thomas fecerat discens: apostolum cum Abanc in imo reclusit: cogitās eos viuos excoriatos incendere. Interea gad frater regis moritur: et dum ei sepulchrū preciosum paratur: quarto die gad mortu⁹ resurrexit: et fugiētibus cunctis ac stupētibus regi dixit quod homo ille quem rex perdere querebat: amicus omnipotentis dei erat: cui et ipsi angeli seruiebant: qui etiam eum defunctum in paradisum adduxerant: et ei palatiū quod sibi Thomas fabricauit ostenderant. Et quia rex se eodem palatio indignum fecerat: ipse illud reddens sibi pecuniam emere poterat: quā rex amissam existimabat. Quo audito territus rex cum fratre Thomam absoluunt: ad pedes eius procidūt: et veniam petunt. Et cum de palatio fabricato in celis contenderent: quod gad omnino cupiebat redimere: et gundaphorus pro se retinere: vel saltem cum fratre communiter habere: docuit eos apostolus innumerabilia palatia a mūdi principio in celis preparata que fidei precio: et elemosynis comparantur. Sicq regem et fratrem ad fidem cōuertit: et baptizauit. Et dum per vnum mēsem omnes egrotos regionis congregari fecisset, orationē pro salute illorum fudit: et statim splendor sicut fulgur de celo veniēs omnes territos prostrauit. Et post hore spacium confortati ab apostolo omnes incolumes surrexerunt. Tunc apostolus tam eisdem quam omni populo predicauit: et nouem milia hominum exceptis mulieribus et paruulis ad Christum conuertit. ¶ Post hec profectus est ad superiorem indiam per reuelationem insignibus miraculis choruscando: inter que scinticem cecam amicam migdonie sororis regine illuminauit. Et dū migdonia regis cognata: et vxor Carisij apostolū videre quereret: deposito cultu: et ornamentis: et induta habitu humili inter alios pauperes ad eū intrauit: vt ei scintices suaserat. Vidēs ergo migdonia apostolum miracula facientem: et eum audiens predicantem credidit: factaq ei⁹ discipula viro adherere nolebat. Tunc Carisius regē rogauit: vt reginam ad sororem mitteret: quatenus ei suaderet: vt ad se virum more solito ingredi permitteret. Quod dum regina nomine treptia faceret: sed soror ipsi econtra miracula que ostendebat apostolus enarrasset: regina Thomam videre cupiens ad domum Symphorij: vbi ipse predicabat cum sorore accessit: et multitudinem infirmorū ante ianuas reperit: quos omnes apostolus manu eis imposita sanauit: inter quos dum elephantiosus toto vlceratus corpore introisset predicante apostolo: apparuit puer splendidus q leprosum ad partem traxit: et eū vti excoriasset vitulū pelle nudauit: et omnē lepram mūdatū emisit. Quod videns treptia regina et ipsa conuersa est. Et dū reuersa hec regi asmodeo retulisset. Et exinde ei⁹ thorū exēplo sororis abhorreret: rex vocans Carisium conqueritur: q dū vxorem ei⁹ sibi acquirere voluerat suam amiserat. ¶ Igitur de consilio Carisij rex apostolū carceri durissimo tradidit. Ad quem veniēs migdonia veniā petijt: eo q ipsi⁹ causa in carcerē missus esset. Quam ille consolat⁹ hec pro Christo libenter pati asserebat. Post hec de mandato regis apostolus educitur: et super laminas ferri candētes nudis pedib⁹ sistitur: statimq fons erupit: et laminas extinxit. Quem de cognati consilio rex in fornacem ardentem emisit: q tamen adeo refriguit q die sequenti Thomas inde illesus exiuit. Demū Carisius regi suadet: vt apostolum deos ipsorum adorare compellat vt vel sic dei sui iram incurrat. Cūq ad hoc compelleretur: veniēs Thomas ad templum solis: hebraice demoni precepit: vt quā cito ipse genua flecteret: demon idolum comminueret. Demon autē apostolum rogabat: vt sibi templū diruere permitteret: quatenus omnes eius aduersarij interirent. Quod Thomas eidē minime concessit: quin potius vt neminē lederet, eidem imperauit. Apostolus ergo genibus positis hebraice Christū adorauit: mandās demoni vt simulachrum euerteret: et in abyssum iret. Statimq idolum solis sicut cera liquefactum est. Tūc mugientibus sacerdotibus pontifex templi gladiū sustulit: et in vltionem dei sui apostolum transuerberauit. Rex autem et Carisius videntes populum velle necem apostoli vindicare aufugerunt. Christiani autem corpus eius tulerunt: et honorifice sepelierunt. Quod tamē processu temporis inde translatū est ad ciuitatem edissam: vt habebitur in festo eiusdem trāslationis: videlicet quinto noñ. Julij. passus est autem beatus apostol⁹. xij. kalen. Januarij.

¶ De sanctis Dionysio epo et Pelagia virgine et martyre. Cap. lxxx.



Dionysius episcopus discipulus scti Thome apostoli fuit ille sponsus filie regis quem apostolus vna cum sponsa eius regis filia nymine Pelagia cōuertit ad Christū in Andronopoli ciuitate: vt superius habetur. Qui ab apostolo baptizatus Dionysius, spōsaq ei⁹ Pelagia noiata est. A quibus Thomas abiēs post aliquos annos misit ad eos quēdam discipulum suum presbyterum qui eos in fide cōfirmauit: et ecclesiam edificauit. In qua relicto seculo Dionysius epūs factus est: totumq populū ciuitatis cōuertit ad xpm. Pelagiam quoq sponsam suā matrem virginum consecrauit. Et est ibi sedes sancti Thome apostoli vsq in hodiernum diem. Quam sedē beatus epūs Dionysius strennue gubernauit: et post hec ad dnm plenus sanctitate perrexit. Pelagia vero vxor eius post ipsius obitum cū nollet nubere, nec idolis immolare sententiam decollationis accepit. Et sepulta est in ipsa ciuitate in eodem tumulo cum Dionysio viro suo.



¶ De sanctis triginta martyribus. Cap. lxxxj.

Triginta scti martyres Rome via Lauicana iter duas lauros sub persecutione Diocletiani, et Maximiani imperatorum oēs vna die: videlicet sexto kal. Januarij passi sunt: et glorioso martyrio coronati: vt dicit Ado in suo martyrologio.



¶ De sancto Chiridonio martyre. Cap. lxxxij.

Chiridoni⁹ martyr apud Alexandriam passus est. Qui cum ad sacrificia deorum primo blanditijs suaderetur: deinde iniurijs et comminationibus atq supplicijs cogeretur: et sacrificare cōtēneret: gladio p viscera trāsuerberatus neci traditur: et martyrio coronatur Sexto kalē. Januarij.

¶ De sancta Victoria virgine et martyre. Capi. lxxxiij.



Victoria virgo nobilissima ciuis Romana tempore Decij apud ciuitatem Tibulanam martyrium passa est. Que illustrissimo cuidam Eugenio fuerat desponsata: tamen a cunabulis xpiana. Dum autem quidam Titus aurelius virginem anatholiam siue calistenem xpianam per matronas vxorem peteret: et illa multis postulatis induciis interim omne patrimonium suum pauperibus erogasset: deinde se infirmam fingeret: vt sic in virginitate perseueraret: et ainqz Titus aurelius xpianam didicisset: rogauit Eugenium: vt Victoriam sponsam suam ad anatholiam mitteret: et eidem xpiana xpiane coniugium suaderet. Quod dum Eugenius fecisset: et Victoria anatholiam ad matrimonium hortaretur: dicens et se xpianam sponsum habere mox virum futurum: et xpus nuptias non contemnat: eo quod et patriarche et prophete coniuges habuerunt: et postea eorum a deo benedicta est. E contra anatholiam virginitatem matrimonio preferebat: et coniugia primis temporibus fuisse necessaria propter terre repletionem astruebat. Sed heliam qui celum lingua clauserat virginem allegabat. Dixitqz preterea se ab angelo qui sibi apparuerat fuisse in obseruande virginitatis proposito confirmatam. Cumqz et Victoria eundem angelum videre flagitaret: vt sic et ipsam ad pudicitiam prouocaret: angelus domini splendidus veste niuea eisdem apparuit: qui Victoriam de virginitate admonuit: assimilans virginitatem auro: castitatem argento: et iugalitatem metallo. Quibus confortatis post multa verba angelus disparuit: et Victoria votum virginitatis emisit: et facultates suas pauperibus largiri cepit. Quod vbi sponsus eius cognouit: et ab eo conquestus est quod propter coniugem sibi acquirendam ipse amiserat propriam. Et dum eam vt xpianam Eugenius accusare vellet: Titus eidem hoc dissuasit: eo quod sponsa occideretur: et bona sua fisco applicarentur. Sed consuluit vt a decio impetraret: quatenus sponsam suam extra vrbem ad predium duceret: vbi ipsam penis afflictam ad votum suum facilius inclinaret. Quod et ille fecit: et sponsam eius Victoriam in suburbio tibulani territorii adduxit. Quam fame diebus pluribus afflixit. ¶ Post dies aliquot venit ad eam Domitianus patronus Tibulane ciuitatis: et virgini panes detulit: et se ab vrbe sua fugisse nunc. aiebat eo quod draco pessimus iuxta ciuitatem erat: qui plurimos perimebat: et flatu aerem inficiebat. Cui virgo si populus vellet in xpm credere promisit se draconem ab oppido effugare: quod et ille populum facturum spopondit. Igitur post biduanum ieiunium Victoria die dominico: vt promiserat ad Tibulanam ciuitatem angelo duce deuenit: et assumpto populo ad specum draconis accessit: et in christi nomine confestim abire precepit: et sic draco cursu rapidissimo exiliens nusquam comparuit. Tunc populus ad fidem conuertitur: et Victoria in ipso draconis specu includitur: eidemqz mox nouem virgines a parentibus oblate associantur. Et post modicum temporis monasterio constructo mater .lxxiij. virginum facta est: quas diligenter instruxit: et in dei laudibus et vite sanctitate perseuerauit. Post triennium autem Eugenius rogauit Iouinianum pontificem capitolii qui misit ad eam templorum comitem taliarchum: vt Victoriam sacrificare compelleret: aut gladio necaret. Qui veniens ad eam dum dee veste immolare renueret: ipsam gladio in corde percussit: et timens populum statim aufugit. Quam sacerdotes cum populo ciuitatis in eodem loco sepelierunt decimo kalend. Januarii.

¶ De sanctis viginti martyribus. Capit. lxxxiiij.



Viginti martyres apud Nicomediam passi sunt: quos omnes Diocletiana persecutio grauissimis cruciatos tormentis vno et eodem die martyres Christi fecit: et sanctorum numero in celis collocauit decimo kalen. Januarii/ vt dicit Ado.

¶ De sancto Seruulo confessore. Capit. lxxxv.



Seruulus confessor xpi summe patientie et sanctitatis fuit: de quo Gregorius .iiii. Dialogo. cap. xv. scribit quod a prima eius etate vsqz ad vite sue finem paralyticus iacebat in porticu sancti Clementis Rome: nec tamen aliquando visus est vlla tristitia aut perturbatione moueri: sed quicquid ex elemosyna percipiebat pauperibus erogabat. Et cum literas ignoraret/ libros diuine scripture emerat: et religiosos hospitalitate recipiens eos sibi legi faciebat: qui ad extremum horam veniens vocem in celo psallentium se audire dixit: et inter eorum cantus spiritum emisit: corpore magno odore flagrante. Ad cuius tumbam Rome adud sanctum petrum sepulti miracula diuinitus creberrime fiunt. Quieuit autem in xpo. kal. Januarii.

¶ De sancto Abdia propheta. Cap. lxxxvj.



Abdias propheta: vt hebrei tradunt tempore Achab regis israel: et Iosaphat regis Juda prophetauit in samaria. Hic secundum hebreos fuisse dicitur ille vir cuius vxor relicta consilio helisei liberata est a creditoribus oleo super abundante. Et fuit Abdias de terra Sichem de agro Bethacharam: quinquagenarius ille tertius cui pepercit helias duobus primis cum suis quinquagenis igne celesti consumptis: qui relicto obsequio regis Helie discipulus factus est. Hic dum impiissima Jezabel vxor Achab prophetas domini occideret: et centum prophete in spelunca latentes eos Abdias pauit: panem et aquam sibi quotidie deferens vsqz ad mortem Achab: propter quod accepit gratiam prophetandi: et eius prophetia dirigitur contra filios Edom qui descenderunt ab Esau/ et filios israel siue Jacob semper infesti fuerunt: eo quod ipsi Esau filii siue Idumei gloriabantur de pluribus bellorum quibus filii Jacob pugnantes cum gentibus succubuerant. Vnde et propheta non generum virtute: sed dei indignatione propter peccata populi factum asseuerat: promittens filiis iuda regnum eorum perpetuo duraturum. Qui etiam propheta tempore Iozan regis israel quieuit in Samaria: que postmodum Sebasten dicta est: vbi et sepultus est Heliseus propheta: et Joannes baptista. Diem autem depositionis Abdie a iudeis agitur .ix. kal. Januarii. Hec Hieronymus et Josephus ex voluminibus hebreorum.

¶ De sancto Naum propheta. Cap. lxxxvij.




Naum propheta hebreorum traditione de Elchesi que est in tribu Symeon ante aduentum regis assyriorum/ quo .x. tribus israel captiuauit: fuisse dicitur. Nam et circa finem prophetie sue predicti regis aduentum idem propheta nunciare videtur: quod etiam predictis .x. tribubus captiuatis tempore Ezechie regis Juda prophetauit: cuius vaticinium contra niniuitas: insuebit. Nam cum Jonas propheta ipsius vrbis sub a-

versionem predixisset: ꝑ ppl'o ad penitentiam conuerso/ deum placatum sniam reuocasset: videtes niniuite Jonā fuisse mentitum diuina ingrati misericordia grauiori bus se criminibus implicarūt: ꝓpter qđ dict⁹ propheta iudiciū dei cōtra ipsam ciuitatem affuturū ꝑnunciat in eius ꝓphetia. Quod quidem nedum trāsmigratis .x. tribubus extitit cōsolatio: sed etiā reliquiis iudaeorum qui sub Ezechia rege ab eisdē Assyriis impugnabant. Dum ex prophetie Naū ꝑnunciatione didicerunt eosdē a chaldeis fore capiēdos/ sicut in ipsius libro legētibus apparet. Qui etiā ꝓpheta in diebus ꝑtsati regis iude die .ix. kal. Januarii quieuit in pace in terra sua/ in qua z sepultus est. Hec Hieronymus/ z Josephus. Predicti duo ꝓphete ex numero .xii. prophetarū sunt: q̄ minores vocant: q̄ in catalogo sanctorum veteris testamēti numerantur ecclesiastici .xlix.

¶ De scto Gregorio ꝑsbytero et martyre. Cap. lxxviii.



Gregori⁹ martyr in ciuitate Spoletana passus est tpibus Diocletiani/ z Maximiani imperatoꝝ sub flacco preside tyranno. Qui cū de mādato imperatorum ipsam ciuitatē ingressus oēs ad sacrificia deorū compelleret: nūciat eidem Gregoriū presbyterum in eadem vrbe xp̄m colere: z aliis crucifixū predicare: necnō plurima simulachra deorū destruxisse. Qui missis .xx. militibus ipsum cōprehēsum sibi p̄tari fecit: z cepit agere vt diis thura incēderet: qui dum cōstāti animo presidis minas: z blandicias derideret: iussit cū colaphis cedi: deinde ip̄m nodosis fustibus in dorso flagellari: et post hec eundē volutatū supra ventrē sūt acrius verberibus affligi: et dū hec oīa superasset/ fecit eū prectu in craticula alligari: z ignē subter poni. Sed dū sctūs Gregorius orasset: terremotus magnus factus est: q̄ totā concussit ciuitatē: z ecciđit pars vrbis que subuertit a dei oppressit .ccccl. paganorū: ignis quoq̄ extinct⁹ est: z sctūs illesus permansit. Flaccus vero et tyrannus territi fugerūt. Sedato vero terremotu fecit eum flaccus ferro vinctū in carcerem trudi: vbi angelo sibi apparēte cōfortatus est. Sequēti die eductus de carcere iussu ꝑsidis immolare cōtēnēs cordis ferreis in genibus eius: deinde lāpadibus circa latera insiammat: z et cū ad oīa immobilis redderet: mādauit flaccus tyranno vt eū duceret ad decollādū ad amphitheatrū. Quē tyrannus i mediū amphitheatri duxit: vbi sctō orante angel⁹ dñi eidē apparuit: z ip̄m ad celestia inuitauit: quē aquilinus spatari⁹ decollauit: z de mandato tyranni dimisse sunt fere plurime: vt corpus deuorarēt: q̄ corp⁹ intactū custodiētes adorabāt. Flaccus vero eadē hora vomēs interiora expirauit. Sz q̄dā matrona xp̄iana noie abiliā .xxv. aureis corpus martyris a tyranno redemit: qđ aromatibus cōditū iuxta muros ciuitatis ad pontē lapideū: z ibi sepeliuit. Passus ē aūt sub q̄ sanguinari⁹ dr sepelitur. Passus ē aūt die .ix. kal. Januarii.



¶ De sctis quadraginta virginibus z martyrib⁹. Cap. lxxix.

Quadraginta sancte virgines apud Antiochiam Syrie martyriū passe sunt. Que sub ꝑsecutiōe deciana ꝑ diuersa tormēta/ z supplicia laniate passionis coronā a dño percipere meruerūt .ix. kalēđ. Januarii. Hec in martyrologio Adonis.

¶ Explicit liber primus.

¶ Incipit ꝓlog⁹ libri scđi.

Secūdus liber p̄sentis Catalogi cōtinet sanctos/ quorum festiuitates occurrūt intra tempus in quo ecclesia representat ipsius xp̄i/ z ecclesie mutui cōsensus obligationem: z matrimonialē cōtrectationem: qđ fuit ab incarnatione verbi vsq̄ ad baptismum dñi. Et hoc tēpus ecclia designat a natiuitate saluatoris vsq̄ ad septuagesimam: q̄ñ videlicet incarnationis: z natiuitatis dominice festiū: necnō actus infantie: vt est circuncisio: magorū adoratio: purificatio: z in egyptū fugatio recolunt. ¶ Hoc autem tp̄s in tres partes subdiuisum est. ¶ Primo eī agitur de cōiugio inter deū z populū iudeorū cōtracto: pro quorum salute principaliter filius dei venit in mundū: dicens Matth. xv. Nō sum missus nisi ad oues que perierūt domus israel. Et hoc tp̄s ecclesia representat a natiuitate dñi vsq̄ ad Epiphaniā. In quo tpe ipse per humanitatē mūdo editus mox pastoribus iudeorum per angelos nunciatur: z ab eis sibi notissimus notus in iudea deus visitat. ¶ Scđo agitur de eodē cōmertio inter ipsum verbū: z gētiū populum cōfirmato/ a festo Epiphanie vsq̄ ad eius octauā inclusiue. In quo tpe dei filius magis qui erant primitie gētiū stella apparēte reuelat: z ab eisdē vti verus deus cū oblatione munerū adorat. ¶ Tertio agitur de vtroq̄ grege in vnū ouile per ipsum matrimonium copulato: ab octaua Epiphanie vsq̄ ad septuagesimā: in quo tpe eple Pauli leguntur: in quibus apl's xp̄m pro salute iudeorū z gentium aduenisse probat: z vtrūq̄ populū saluasse cōmemorat: z potissimum in epl'a ad Romanos. Ad huius igit tēporis festa pertractāda ꝑcedendū est.

¶ Finis prologi.

¶ Incipit liber secundus a natiuitate vsq̄ ad septuagesimam.

¶ De natiuitate dñi nostri Jesu xp̄i. Cap. j.



Natiuitas dñi nostri Jesu Christi secundum carnē completis ab Adā annis .v. mille .cc. ix. vt Eusebius in chronicis suis ponit facta est tempore Octauiani Augusti ꝑmi. Ueniente autem filio dei in carnem tanta pace totus mūdus gaudebat: vt vniuerso orbi vnic⁹ Romanorū imperator pacifice p̄sideret. Qz eñ nascebat q̄ pacē pectoris z eternitatis tribueret. Voluit ēt: vt ora tuū pax tpis illustraret. Cesar igit August⁹ vniuerso

orbi presidens scire voluit quot prouincie: quot ciuitates: quot castra: quot ville: quot homines in toto orbe forent: et .xlij. anno imperij sui iussit orbem vniuersum describi. Nam vt in historia scholastica dicitur: omnes homines ad vrbē vnde trahebant originem pergebāt: et quilibet denarium offerēs se Romano subditum imperio profitebatur. Et dicebatur professio: quia ore proprio fatebantur: et descriptio: quia eorum nomina scribebantur. Hec descriptio prima facta est a preside Syrie Cyrino: quia cum iudea in medio terre habitabilis esse dicitur/ prouisum est vt in ea incboaretur: et deinde per circumstantes regiones prosequeretur. Joseph autē de genere Dauid a Nazareth in Bethleem profectus est cum Maria desponsata sibi vxore pregnante: potissime quia instante eius tempore pariendi: thesaurum sibi a deo commissum noluit alicui commendare. ¶ Cum ergo Bethleem appropinquasset: vt legitur in libro de infantia saluatoris: vidit virgo partem populi gaudentem: et partem gementem. Quod sibi angelus exponens ait partem gaudentem esse gentilem populum qui in semine Abrahe eternam benedictionem erat accepturus: gementem vero esse plebem iudaicam a deo suis demeritis reprobatam. Et dum ambo Bethleem aduenissent propter viatorum multitudinem hospitijs occupatis steterunt eadem nocte in diuersorio quod erat in communi transitu inter duas domos habens operimentū vbi ciues in diebus ocij conueniebant: vbi et presepium cum feno erat: ad quod animalia in diebus fori alligabantur. In ipsa media nocte beata virgo filium suum Octauo kalendas Januarij peperit: et cum panniculis inuolutum super fenum in presepio collocauit. Quod fenum beata Helena post modū Romā transtulit. ¶ Circa Christi natiuitatem tria sunt consideranda: scilicet nouitas admirabilis: veritas infallibilis: et vtilitas inestimabilis. ¶ Nouitas admirabilis attēditur ex parte facti: quia deus homo factus est. Nam vt dicit Bernardus: in eadem persona eternum antiquū: et nouum mirabiliter conuenerunt: eternum scilicet diuinitas: antiquum scilicet caro ab Adam transducta: nouum scilicet anima de nouo creata. Quod autem dei verbum idē permanēs incarnatum fuerit: et si humanam rationem transcendat: tamen aliquali exemplo potest ostēdi. Cōstat enim verbum quod est in mēte hominis adeo occultum: quod neqȝ videri neqȝ audiri neqȝ tangi vel cōtrectari potest. Si tamen literis scribatur: nullatenus in sui substantia commutatum fit legibile: et per consequens visibile: et audibile. Insuper est manibus cōtrectabile: immo et quantum ad literarum formā destructibile redditur. Similiter verbum dei quod in mente diuina eternaliter genitū est: incōmutabile permanēs: quod erat ip̄ saliter inuisibile: per carnē assumptā visibile/ et contrectabile: immo et quantum ad humanitatē passibile factū est. Scđo attēditur ex parte modi: quia natus est de virgine/ et sine dolore atqȝ pollutione matris: et salua eius semp integritate. ¶ Hoc autē fuisse quinqȝ rationibus pbat. Primo per prophetiā Esaie .vij. Ecce virgo concipiet: et pariet filiū. ¶ Scđo per figuram: hoc enim figuratum est per virgā aaron/ que floruit: et per portam ezechielis que clausa permāsit. ¶ Tertio per custodiam. Joseph enim eo qȝ eam custodiuit testis fuerit virginitatis sue: vt dicit Augustinus. ¶ Quarto per experientiā. Nam vt habetur in libro de infantia. Joseph ad virginis puerperiū vt morē seruaret patrie: duas obstetrices aduocauit: scilicet Zebel et salome. Zebel igitur parientem considerans exclamauit virginē peperisse eo qȝ nulla signa corruptionis vidisset. Salome autē dum incredula probare vellet: cum manū apposuit: cōfestim manus eius aruit. Jussu tamē angeli sibi apparentis puerū penitens tetigit: et cōtinuo sanitatem recepit. Quinto per rationis euidentiam. Nam vt dicit anselmus quatuor modis pōt deus producere hoiem: scilicet sine homine: et sine femina: sicut fecit Adam. De homine sine femina: sicut fecit euam. De homine/ et femina: sicut communis probat vsus. Restabat igitur quartus mod⁹ de femina videlicet sine homine sicut in christo mirabiliter factum est. Alioquin diuisio modi producendi in deo apparuisset imperfecta. ¶ Tertio attenditur talis nouitas ex parte temporis. Nam in temporis nouitate filius dei natus est. Et quantum ad annū: quia in anno pacis vniuersalis in toto mundo vigētis: vt dictum est: et in anno descriptionis orbis: vt per hoc daretur intelligi qȝ ille veniebat in carne: qui electos suos ascriberet in eternitate: vt dicit Gregorius. Et quātum ad mensem: quia in mense immo in signo quo dies punctaliter incipiunt crescere: vt et hoc prefiguraretur quod Joannes baptista dixit illum oportet crescere: me autē minui. Debet enim humana vita in se deficere: in Christo proficere. Et quantum ad diem: quia in die dominica: que fuit prima dies: in qua lux corporalis a deo principium creaturarum producta est. Sic et die isto qui est post seculi renouationem: ille qui est lux mundi verax: et primogenitus ac principium creature dei: corporaliter natus est. Et quātum ad horam: quia in media nocte: vt scilicet medio tenebrarum tempore lux noua adueniens mundi tenebras illuminaret. ¶ Quarto attenditur ex parte loci: quia natus est in bethleem: quod interpretatur domus panis. Ipse namqȝ est: qui de ipso dicit Joan. vj. Ego sum panis viuus qui de celo descēdi etc. ¶ Veritas autem infallibilis natiuitatis dominice: per quam ipsa natiuitas comprobatur: ostenditur per omnes creaturas. ¶ Et primo per creaturam que habet purum esse que sunt elementa: et lapides. Primo enim declarata est per celum in parte orientali: nam in ipsa die natiuitatis vt habetur in chronicis: tres soles in oriente in celo apparuerunt: qui paulatim in vnum corpus solare redacti sunt. Per quod innuitur qȝ vnius et trini dei notitia mundo oriebatur. Item in parte occidētali. Nam vt ponit Orosius. Cum Romani Octauianum pro deo adorare vellent: eo qȝ omnia sibi ad votum succedere conspicerent: ille triduanam inducias petiit: sibyllam prophetissam aduocauit: eamqȝ superinde consuluit. Cui die natalis domini in camera cesaris oranti media die circulus aureus apparuit circa solem: et in medio virgo puerum baiulās: et literis aureis inscriptum Hec est Ara filij dei viuentis. Tunc sibylla Octauianum aduocauit: visionem ei ostendit: et puerū illum ipsa die natum dixit: quem augusto maiorem esse asseruit: quem imperator adorans eidem sacrificauit: in quo loco nunc edificata est ecclesia que dicitur sancta maria ara celi. ¶ Secundo ostensa est per elementum ignis: qui ea nocte per totum orbem cunctos sodomitico vitio laborantes extinxit: vt dicit Hieronymus in glossa. supra illo vbo Esaie ix. Cur orta est eis. ¶ Tertio per elementum aeris. Nam vt dicit Chrysostomus ea nocte magis super victorialem montem orantibus stella in aere de nouo producta: et choruscans apparuit: que eis natum dominum nunciauit: vt tractabitur in festo Epiphanie. ¶ Quarto per elementum aque: vt enim testatur Innocētius tertius. Fons aque: qui de taberna emeritoria vbi nunc est ecclesia sancte marie trans tiberim Rome consurgebat in liquorem olei versus tota die natiuitatis vsqȝ in tiberim profluxit. ¶ Quinto per elementum terre. Scribit namqȝ Damascenus super illo verbo Ps. Nox sicut dies illuminabitur: qȝ istud nocte natiuitatis dominice adimpletum fuit: que nox in hora natiuitatis eiusdem: videlicet nocte media in claritatem diei conuersa est: et quia ipsa lux ad patres qui erant in limbo descendere non poterat: terra se in pluribus locis aperuit et per eius rimas lux ad patres vsqȝ descendit: et tunc adimpleta est prophetia Esaie .ix. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam: que in missa noctis ipsi⁹ legit prout ad literā contigisse dr. ¶ Sexto per creaturam compositam que habet purum esse:

vt sunt lapides et metalla. Nã vt dicit Innocẽtiꝰ / Romani tẽplũ pacis tpe romuli construxerũt et statuã posuerũt et petentes a dño quãtũ durare deberet audierunt: donec virgo pariat: qđ impossibile arbitrantes / tẽplũ eternum putauerunt: adeo et in foribus scripserunt: hoc ẽ templũ pacis eternũ. Hoc autem in nocte dñice natiuitatis cũ idolis corruit. Legitur etiam ꝙ hieremias propheta in egyptũ descendẽs post mortem Godolie signũ regibus egypti dedit: ꝙ eorũ idola corruerent cum virgo filiũ pareret. Unde sacerdotes idolorũ imaginẽ virginis filium baiulantis in sacro loco tẽpli statuerunt: que prophetia in nocte natiuitatis dñice adimpleta est. ¶ Septimo ostẽsa est per creaturã que habet esse et viuere: vt sunt plante. In hac enĩ nocte: vt scribit frater Bartholomeus: vinee engaddi preter cõsuetũ tempus: que scilicet proferunt balsamum frondes flores et fructũ ꝓtulerũt. ¶ Experimento probatũ ꝙ si pulegium collectum sit in festo natiuitatis beati Joannis baptiste in aurora diei et ex eo factus manipulus seruetur vsq3 ad diem dñice natiuitatis exiccabitur sicut natura deposcit: ꝙ si manipulꝰ in nocte natiuitatis ponatur in altare: in quo prima missa est decantãda: missaq3 media nocte canitur in hora natiuitatis dñice pulegium aridum reuirescit. ¶ Octauo per creaturam que habet esse viuere et sentire: vt sunt aĩalia: vt enim scribitur in libro infantie. Joseph cum maria ꝓficiscẽs bethleem duxit bouem de cuius precio venditi viueret et asinũ vt pregnãtem cõmodius portaret. Natũ vero xpm ipsa duo animalia cognoscentes cunctẽ flexis genibꝰ adorauerũt: vt impleretũ illud Esa. j. Cognouit bos possessorem suũ: et asinꝰ presepe domini sui. Modico etiã tpe ante natiuitatẽ xpi vt ponit Eusebius: boues arantes bubulco dixerũt: hoies deficient et segetes proficient. ¶ Nono ostensa est per creaturam q̃ habet esse viuere sentire et intelligere vt sunt angeli hoies et demones. Nã vt dr Luc. ij. dũ pastores circa turrim hora natiuitatis dominice super gregem suũ vigilarent: vt de more antiquorũ pastorũ fuit in vtroq3 solstitio estiuali scilicet et hyemali facere: angelꝰ domini illis cũ nimia claritate apparuit: eisdem natũ saluatorem nũciauit et vt ad eũ visitandũ pergerent admonuit: et subito facta est cũ angelo multitudo militie celestis laudantiũ et dicentiũ. Gloria in altissimis deo ⁊c. ¶ Item ostensa est per hoies fideles et infideles: nã fideles pastores summo diluculo ad verbũ natũ videndũ festinarũt: et que dicta erant illis / vera cognouerũt: et mirati redeũtes eiusdẽ natiuitatis testes fuerũt. Item et prophete omnes veteris testamẽti qui huiꝰ natiuitatis nũcij / et precones extiterũt: ipsamq3 futuram infallibiliter verissimis oraculis predixerũt: que per singula narrare non est opus. ¶ Itẽ cognita et manifestata fuit etiã per infideles. De hac natiuitate Balaam ariolus prophetauit Numeri. xxiiij. Orietũ stella ex iacob ⁊c. Item Uirgiliꝰ in buccolicis. Magnus ab integro seclorum nascitur ordo. Jam redit et virgo: redeunt saturnia regna. Et noua progenies celo dimittitur alto ⁊c. Item sibylla erythrea que fuit tempore Troianorum inter cetera ait. In nouissimis autem temporibus humiliabitur deus: et humanabitur proles diuina: iacebit in feno agnus: et officio puellari educabitur deus et homo ⁊c. Item scribitur in commento Boetij de disciplina scholastica super illo verbo platonis. Probata diuinitas: ꝙ in tumba platonis reperta est lamina aurea: in qua scriptum erat. Credo in filium dei nasciturum de virgine passurum pro humano genere: et die tertia surrecturum. ¶ Item manifestata est per demones. Refert Timotheus historiographꝰ se in antiquis Romanorũ chronicis inuenisse ꝙ Octauianus. xxx. anno imperij sui capitolium ascendit: et quis post se rempublicam gubernaret a dijs quesiuit. Et responsum est sibi ꝙ puer hebreus ex deo viuente ante secula genitus: non multum post ex intacta virgine nasciturus. ¶ Utilitas autem inestimabilis est nobis collata per christi natiuitatem. Primo ꝙtum ad demonis confusionem. Nam antiquus hostis nobis vt ante preualere nõ potest: vnde legitur ꝙ Hugo Cluniacensis in vigilia natiuitatis domini vidit beatam virginẽ filium in vlnis gestantem: et de festo natiuitatis filij cõgaudentem: atq3 inimico nostro qui ante hunc diẽ hominibus preualebat insultantem. Ad quam vocem diabolus de humo erupit: et verba domine exprobrare cepit. Sed mentita est iniquitas sibi: quia ab oratorio fratrum deuotio / a refectorio lectio / a dormitorio stramẽtum vilesq3 capitulo patientia ipsum eiecit. ¶ Secundo ad venie impetrationem: vnde cum mei etiã lasciua de venia desperaret: que ad penitentiã redire volebat: cogitans de iudicio reputabat se ream: et inferno se dignã: de paradiso se immundam: de passione ingratam. Cogitans autem ꝙ pueri de facili placantur: puerum Jesum per eius infantiam adiurauit: et ante xpm desiens vocem de sua audire meruit. ¶ Tertio ad morbi curationem. Nam vt dicit Bernardus triplici morbo laborabat genus humanum. Natiuitas erat immunda: vita peruersa: mors periculosa: venit xps: et eius natiuitas nostram purgauit: eius vita nostram instruxit: eius mors nostram destruxit. ¶ Quarto ad superbie humiliationem. Nam superbia primi hominis fuit contra deum: q3 eius preceptum contempsit vsq3 ad deum: quia vsq3 ad appetitum diuinitatis se erexit: supra deum volendo quod deus noluit. At filius dei: vt dicit Damascenus: humiliauit se propter homines quia venit propter eorum salutem: vsq3 ad homines propter nascẽdi modum consimilem: et supra homines propter natiuitatis modum singularem. Hec damascenus.


¶ De sancta Anastasia martyre et socijs. Cap. ij.



Anastasia nobilissima Romanorũ filia pretextati illustris et gẽtilis a matre sua fausta xpiana: et a sancto Chrysogono in fide xpi erudita est: que tempore Diocletiani martyriũ passa est. Nam tradita publio pagano in coniugẽ: languorẽ simulans se semper ab eius ꝯsortio abstinebat. Sed vir audiẽs eam cum vna ancilla xpianis carceratis necessaria ministrare: eam in artissima custodia reclusit: ita vt etiã alimoniã denegaret. Que vincta sancto Chrysogono amarissimas epistolas destinabat: ille vero ꝯsolatorias remittebat. Inter hec vir eius moritur: et sancta a carceribꝰ liberatur. Hec habebat. iij. ancillas sorores et virgines / scilz Agapẽ: Chyonuã: et Hyrenã. Quas vrbis prefectus dulciꝰ vt xpianas tenuit: et eas nolẽtes cõsentire sibi / nec dijs sacrificare martyrium pati fecit: vt habebitur. iij. non. Aprilis. Post quarũ passionem Anastasiam de cõsensu Diocletiani comprehendit: vt si eã sacrificare faceret in cõiugium haberet. Quem cũ duceretur in cubiculũ amplexarẽ subito cecus efficitur: et ad deos accedens si a cecitate liberari possit sciscitatur. Qui eos cõtra se indignatos audiuit: eo ꝙ Anastasiã contristauit. Et rediens domũ inter manus ducentiũ expirauit. ¶ Post hec Anastasia ab eius successore detenta est. Qui audito ꝙ multas possessiones haberet: videz suadere cepit: vt si vellet libere xpianitate perfrui possessiones suas sibi daret: et tunc vera xpiana esset eo ꝙ xps oĩa eroganda iussisset. ¶ Que cũ eidẽ responderet facultates pauperibꝰ / non autẽ diuitibꝰ erogandas: diro carceri fame crucianda traditur: sz a sancta Theodora que iam martyriũ passa fuerat duobus mensibus celesti pane reficitur. Tandẽ cum ducẽtis virginibꝰ ad insulas palmarias ducta est vbi multi Christiani fuerãt relegati. Inde post aliquot dies a prefecto reuocata: et ad palos ligata ignibus concremat: ceteri vero diuersis supplicijs perimuntur. Inter quos vnus erat qui pluribus diuitijs spoliatus di-

rebat: saltem christum sibi auferri nō posse. Corpus autem sancte Anastasie in eius viridario quedā Apollonia sepeliuit: vbi postmodum in eius honore ecclesia fabricata est. Passa est autem. viij. kalend. Januarij circa annum domini. cclxx.

¶ De sancta Eugenia virgine et martyre. Cap. iij.



Eugenia filia philippi nobilissimi Romanorū fuit tēpore Valeriani/ et Galieni imperatorum: qui quidē Philippus a senatu prefect⁹ Alexandrie cōstitutus Claudiam vxorem suam: et filios Adutū: et Sergium ac filiā Eugeniam secū duxit. Que Eugenia vna cum Protho/ et Hiacyntho Eunuchis/ et seruis suis studens omnibus liberalibus artibus erudita anno. xv. etatis sue ab aquilino aquilini consulis filio in coniugium petitur: sed ipse ab eadem in virū contemnitur. Et dum in libris apostoli studuisset animo iam xpiana Prothum/ et Hiacynthum conuertit. Et assumpto habitu viri ad monasteriū monachorū quod erat extra ciuitatē Alexandrie: quibus permittebatur a paganis ibidem habitare ipsa accessit: et se virum simulans cum Protho/ et Hiacyntho fieri monachus postulauit. Quā abbas helenus per spiritum feminam cognoscens eam nihilominus de virili animo cōmendauit: et ipsam vna cum sociis monachos fecit: que in dei timore permāsit: et Eugenius vocatus in sanctitate vite perseuerās post abbatis obitum in regimine successit. Parentes igitur eam dudum requirentes: et non inuenientes lugebant: sed vates gentilium vaticinantur filiam: et socios inter deos trāslatos. Quare pater filie imaginem fecit: et eam vt deam adorari mandauit. ¶ Temporis processu dum matronam melanthiam noīe Eugenia oleo perungens a quartana liberasset: Illa fratrē Eugenium virum esse arbitrans: eumq; sepius visitans: in eius amore exarsit: et cogitās qualiter secum commisceri posset langorem simulās pro eo misit. Quem tanquā virum dum illa osculis: et amplexibus ad concupiscentiam prouocaret: eiq; amorem suum panderet: et ille sermonibus: et actibus facinus omnimode recusa: et confusa mulier et dubitans ne Eugenius factū proderet: et sic verecundiam ipsa incurreret: clamare cepit quod se Eugenius voluerit violare: prefectumq; Philippum adijt: et de crimine Eugeniū accusauit. Tunc prefectus ira accensus tam ipsam quā cunctos Christianos repertos cōprehendi iussit: et diē statuit quo omnes interirent morsibus bestiarum. Eugeniumq; sibi astantē interrogat an Christus adulteria doceat. Cumq; hoc virgo commisisse negasset: et Melanthia seruos: et ancillas prout ab ea docti fuerant: testes adhibuisset. Eugenia pro defensione veritatis: et ne Christianum nomen falsitate cōfunderet a summo vsq; deorsum coram prefecto vestem scidit: et se feminā esse ostēdit: Eugeniam videlicet Philippi filiam: et socios Prothum/ et Hiacynthum omnib⁹ declarauit. Moxq; pater filiam cognoscens cum matre: et fratrib⁹ in eius amplexus irruit: et pre gaudio lachrymas fudit. Melanthia autem cū omnibus suis a fulmine interempta est. Sicq; Eugenia parentes: et fratres ad fidē conuertit: vnde et Philippus prefecturam deserens a Christianis episcopus ordinatur: quo per martyrium assumpto Claudia cū filiis/ et Eugenia Romam redijt: vbi et virgo multos ad Christū cōuertit. Quam prefect⁹ Nicetius tentam fecit adduci ad templū Diane vt sacrificaret. Sed dum Eugenia orationem fudit: templū cū idolis subuersum est: et multis paganorū eam clamantibus innocentē. Jussu igitur presidis ligato saxo ad collum eius in tyberim iactatur: sed super aquas manēs minime mergetur: inde in fornaces thermarū mittitur: sed igne extincto illesa educitur. Post hec per dies. xx. sine lumine et cibo carceri mancipata: sed a Christo eam celesti pane reficiente confortata est: qui die quo ad thermas descenderat: promisit eam ad celestia subleuare. Die igitur natalis dñi misso spiculatore a prefecto in carcere decollatur: videlicet. viij. kalen. Januarij. Cui⁹ corpus a Christianis iuxta vrbē in proprio predio sepultū est. Ad cui⁹ tumulū dū mater oraret: eidem apparuit: eamq; cōfortans, die dñico proximo in xpo pausaturā nunciauit. Que die sibi pdicto ad xpm migrauit: et a filiis Aduto: et Sergio iuxta Eugeniā sepulta est: qui et post tempus multis paganorum conuersis quieuerunt in dño: sepulti et ipsi a fidelibus iuxta matrem: et Germanā.

¶ De sctō Stephano Prothomartyre. Cap. iiij.



Stephanus Prothomartyr vnus de septem diaconibus ab apostolis ordinat⁹ est in ministeriū viduarū: vt habetur Actuū vj. Crescente enī numero discipulorū cōuersi ex gentib⁹ aduersus grecos ex iudeis murmurare ceperunt eo quod despicerētur in ministerio quotidiano vidue eorum. Conuocata ergo multitudine per apostolos decreuerunt eligere septem viros boni testimonij super tali opere constituendos: ad hoc vt ipsi omnibus curis tēporalibus depositis predicationi intētius vacare possent. Sicq; elegerūt septem diacones primos: quor prior et primicerī⁹ extitit Stephanus prothomartyr: Philippus qui eunuchum baptizauit: et fuit episcopus in Thracia Asie/ et Procorus qui fuit episcopus Nicomedie Bithynie: et Nicanor: et Parmenas: et Timon: et Nicolaus: q̄ postea apostatans heretic⁹ fuit: a quo et Nicolaite dicunt: et orantes eis manus imposuerunt: et diacones ordinauerūt. ¶ Stephanus aūt plen⁹ gratia: et fortitudine: faciebat signa magna i populo. Inuidentes igitur sibi iudei triplici modo eū superare studuerunt scilicet disputatione: testiū productione: et tormentorū illatione. Et in qualibet pugna adiutoriū de celo sibi datū est. In prima datus est ei spiritussanctus: qui facundiam ministrauit. In secunda vultus angelicus: qui falsos testes confutauit. In tertia Christus visus est adiuuare parat⁹: qui martyrē confortauit. ¶ Ponitur ergo prima pugna. Surrexerunt autem quidam de synagoga libertinorū: idest de seruitute manumissorum: et Cyrenensium: et Alexandrinorū &c. disputantes cum Stephano. Ecce primū preliū. Et non poterāt resistere sapientie: et spiritui qui loquebat. Ecce adiutoriū. ¶ Ponitur post hoc scda pugna. Quia submiserūt falsos testes: qui eum accusabāt de blasphemia in deum: in moysen: in legē: et in templū. Ecce scdm preliū. Et intuentes in eū omnes qui sedebant in cōsilio videbāt faciē eius tanq̄ faciē angeli. Ecce auxiliū. Deinde ponitur secunde pugne victoria. Nam principe sacerdotū eum interrogante: si hec ita se haberēt de quatuor blasphemiis sibi impositis se excusat. ¶ Primo de blasphemia in deū: dicens deū qui locutus est patribus deum glorie fuisse. ¶ Scdō de blasphemia in moysen cōmendans moysen a feruore zeli: q: percutientem iudeū egyptium interfecit: ab operatione miraculorū: que in egypto: et deserto ostēdit: et a familiaritate dei: quia cum deo locutus fuit. ¶ Tertio de blasphemia in legē. Nam cōmēdat legem ex parte dantis: qui fuit deus: et ex parte ministrantis: qui fuit moyses: et ex parte finis: qui dat vitam. ¶ Quarto de blasphemia in tabernaculū: et templū: cōmendans tabernaculū quod fuit a deo fieri preceptū: in visione ostēsum: et moyse perfectum: et arce testimonii continens: templū autem dixit tabernaculo successisse. Hec oīa legentibus textū Actuū septimo satis patere possunt. ¶ Ultimo ponitur tertia pugna. Nā audientes hec dissecabantur cordibus suis: et stridebāt

dentibus in eum: quasi iam illum animis lapidantes. Quos beatus Stephanus tribus modis conatus est corrigere: scilicet. ¶ Primo pudore eis duritiā cordis: & necis sanctorū scutias improperans. Dura inquit cer uice: & incircumcisis cordibus &c. Et increpabat eos q spiritui sancto restiterunt: q̄ ꝓphetas persecuti sunt: & q crescēte malitia eos occiderunt. ¶ Secundo correxit eos timore: per hoc q iesum stantē a dextris dei perhibuit: quasi ad suum adiutoriū preparatum. Ecce inquit video celos apertos &c. q̄d audientes iudei clamantes voce magna continuerunt aures suas: quasi blasphemiam abhorrētes: & impetum facientes in eū: & eiicientes eum extra ciuitatē lapidabant: quorū priores testes lapidare incipientes scd̄m legem: & vt expeditiores essent deposuerunt vestimenta sua secus pedes sauli adolescētis: qui manibus omniū lapidabat. ¶ Tertio correxit eos amore: dum pro se & pro ipsis orauit: pro se ne passio sua prolongaretur: dicens. dn̄e accipe spiritū meū: pro ipsis ne sibi peccatū imputaretur. Nam positis genibus clamauit voce magna dicens. Dn̄e ne statuas illis hoc peccatum. Et vide amorē mirabilem: q: pro se orando stetit: pro lapidantibus genua flexit: pro se silenter orauit: pro illis voce magna clamauit. In hoc etiā xp̄m imitatus in passione: qui pro se orauit dicens. Pater in manus tuas cōmendo spiritum meū. & pro inimicis dicēs. Pater ignosce illis: nō enim sciunt quid faciunt. Et cū hoc Stephanus dixisset obdormiuit in dn̄o. Cuius corpus Gamalielis et Nicodemus occulti xp̄i discipuli in agro ipsius Gamalielis sepelierunt: & fecerūt planctum magnū super eum. ¶ Et celebratur hoc festū ab ecclesia sequenti die post natiuitatē dn̄i: scʒ. vij. kal. Januarij. Reuera tamē lapidatio sancti Stephani facta fuit eodē ascēsionis anno. iij. videlicet non. Augusti. quo die festū inuentionis eius celebratur. Inuentio aūt ad litteram cōtingit. vij. kal. Januarij. Ecclesia tū hec festa cōmutauit duplici de causa. ¶ Primo q: vt dicitur in sermone Augustini: hesterna die dn̄s natus est in terris: vt Stephanus hodie nasceretur in celis. ¶ Scd̄o: q: propter festum natiuitatis dn̄i precedens festum inuentionis solēnius celebratur q festum passionis: q̄d incōueniens erat: & ob hoc festa mutata sunt: vt dies passionis eius solennius celebretur.

¶ De sancto Dionysio papa & martyre. Ca. v.



Dionysius papa & martyr: cuius genus non inuenitur / Sixto secundo in episcopatu successit: & sedit annis. ij. & mensibus. iij. qui vt dicit Ado fidei documētis sub Claudio scd̄o imperatore clarus effulsit. Hic in vrbe diuisit perrochias: singulis singulos dans presbyteros propter penitētes suscipiendos: & propter baptisma. Hic etiam perrochias: & ciuitatis per regiōes diuisit: & vnicuiq3 ius propriū statuit: mandans vt singuli terminis suis contenti essent: & alienos non vsurparent. Qui et martyrio coronatus sepultus est cum fratribus suis. vij. kalen. Januarij / et cessauit episcopatus dies. viij.

¶ De sancto Marino martyre. Cap. vj



Marinus puer et martyr passus est in vrbe sub prefecto Martiano: qui fuit filius senatoris: & primarij ciuitatis. Hic a prefecto tentus dū se Christianum profiteretur / Primo quidē extensus: & loris durissimis dolore: & vētre flagellatus. deinde vinctus in custodiam missus est: alio vero sequēti eductus equuleo suspēditur: & vngulis laniatur: postmodum fera ligneo: & machina lapidea alligatur: vt membra eius diuiderentur. Sed dū tracta marchina puer illesus permaneret / in arborem iussam immutit: & vt cōstrictus spiritū exhalaret. Dei tū virtute arbor in duas partes diuisa creature accense superponitur / plumbo q3 pfunditur liquefacto: mox q nutu dei fluuius aque inundans ignis calorē extinxit. Post hec supplicio cōmentariensi tradit: & ex quo in frixorio accenso mittitur: sed rore celesti refrigerat. Deinde a prefecto Martiano in caldarias plenam pice liquefacta iactatur: que hinc inde ebulliens sanctum dimisit intactum. Preter hoc in harenario bestijs subiectus est: & leone quidem collum eius leniter amplexante: & leopardo pedes lingente: parda cum tigride manus ipsius osculabantur. Leena vero & vrsus que vestes sancti dilaniare ceperunt: & cōfestim extincte sunt. Postmodum in flammas iniectus dū illesus exisset / in caminum ignis missus est: & ex quo duo angeli descendentes eum illustrum die sequenti eduxerunt. Nouissime autem dum a prefecto suasus se deos adorare velle simularet: & omni populo Romano vocato statuā serapis orans in puluerem redegit: & quem prefectus decollari precepit. Corpus q3 eius in precipitium mittit: vbi et latronum corpora iactabantur: & vt sepultura careret. Orta autem tempestate cum choruscationibus nimijs fugientibus q3 ministris a sancto Theophilo episcopo corpus raptum digna veneratione sepultū est. vij. kal. Januarij. Martianus autem pro hoc scelere: & alijs a deo percussus vermibus ex ipsius ebullientibus ore infelicem animam exhalauit.


¶ De sancto Joāne aplo & euāgelista. Ca. vij.



Joannes apostolus: & et euāgelista quem Jesus amauit plurimū: filius Zebedei fuit: & frater Jacobi maioris: quē xp̄s vocauit de nuptijs: & qui supra pectus domini in cena recumbens fluenta euangelij de ipso sacro dominici pectoris fonte potauit: & ceteris apostolis fugientibus magistrū nunq in passione deseruit: & cui et Jesus in cruce moriens matrem virginem virgini commendauit: & post eius ascensionē vsq ad obitum virginis ad eius semper custodia permansit: & vt dicit Hieronymus. Huius vitam inclytus episcopus discipulus eius scripsit. Hic aplis ad predicandum diuisis apud Asiam predicauit: & vbi et multas fundauit ecclesias. Qui sub secunda post Neronem persecutione Christianorum quā Domitianus exercuit: apud Ephesum a consule comprehensus: & Romam ductus: dum apud portam latinam in dolio feruentis olei missus illesus exisset: & vt in alio eius festo. ij. non. Maij dicet: ab eodē ꝓconsule in pathmos insula relegatus apocalypsim conscripsit. Eodem autem anno Domitianus a senatu Romano interfectus est: & omnia q3 eius acta & per ipsum & eius officiales iudicata cassata fuerūt. Sic q3 factū est: & vt sctūs Joānes qui cū iniuria ad exilium fuerat deportatus: & cū honore ad ephesum reductus esset: & omni populo sibi occurrente & clamante: benedictus qui venit in nomine domini. Cum autem ingrederetur ciuitatem / Drusiana eius discipula que aduentus ipsius desiderio fuerat fatigata: & efferebatur mortua flentibus et lamentantibus grauiter tam parentibus quam pauperibus orphanis & viduis: quibus indigentibus ministrabat. Apostolus ergo feretrū iussit deponi: & corpus resolui: & eāq3 proprio nomine vocās mādauit vt surgeret: & domū rediēs refectionē sibi prepararet. Que statī quasi nō de morte sʒ de somno vocata surrexit: & iussa pfecit. Ad q̄d miraculū multi: conuersi sūt. ¶ Altera die craton philosophus / vt ostenderet qualiter mūd' cēt cōtēnend': duos fr̄es iuuenes ditissimos omnib' vēditis duas gēmas emere fecerat: easq3 i ꝯspectu populi frāgi iusserat. Qd̄ vidēs aplus philosophū ad-

nocauit: ⁊ talem mundi contemptum damnauit: tum quia ore hominum laudabatur: ⁊ a deo reprobabatur: tum quia sine vllo merito fiebat: eo q sua pauperibus non largirentur: ostendens mundum esse contemnendum facultates hominis pauperibus erogando. Sed dum philosophus post disputationem ad hoc deuenisset: vt si Joannes gemmas confractas reintegraret: craton eius dictis fidem adhiberet: Apostolus oratione fusa fragmenta gemmarum colligens ipsas consolidauit: statimq craton cum duobus iuuenibus Christo credidit. Illi vero iuuenes gemmis distractis precium pauperibus erogarunt. ¶ Horum exemplo duo alii iuuenes cunctis pro Christo datis discipuli Joannis effecti sunt. Sed die quadam videntes seruos olim suos vestibus fulgentes: et se vili pallio contectos contristari ceperunt: quod Joannes per spiritum cognoscens precipit vt ad nemus/et littus accederent: sibiq lignorum fasces: ⁊ lapillos apportarent. Et facta oratione virgas in aurum: et lapillos in gemmas conuertit: quas eisdem apostolus tradidit dicens: vt per dies septem aurifices omnes: et gemmarios circuirent: ⁊ aurum ac gemmas probari facerent. Qui post dies septem reuersi dixerunt omnes illos operarios concordari se nunq tam purum aurum: et tam preciosas geminas conspexisse. Tunc apostolus predicta omnia sibi tradens dixit vt irent: et possessiones distractas redimerent: ⁊ abinde diuites essent: vt in ppetuu mendicarent. Et q: non vult coacta de⁹ seruitia: p libito gauderet libertate sua. Et introducta Christi parabola de diuite epulone ⁊ Lazaro vlceroso: cepit apls ɔ diuitias multa predicare. Contingit autem stacteum quendam iuuenem qui triginta diebus ante vxorem duxerat deferri mortuum tumulandum: quem apostolus matris vidue: et parentu precibus: ⁊ lachrymis compassione motus: oratis a mortuis suscitauit: ⁊ suscitato mandauit vt que in alio seculo de duobus illis iuuenibus viderat enarraret: qui multa de paradisi gloria quam ipsi amiserant: ⁊ de penis inferni quas acquisierant: prout sibi ostensum fuerat coram omnibus patefecit. Propter quod iuuenes compuncti vna cum stacteo resuscitato: pedibus apostoli prouoluti diuinam misericordiam implorabant. Apostolus ergo iuuenibus triginta dieru penitentiam imposuit: qua peracta gemme: ⁊ aurum in priorem materiam virgarum: ⁊ lapillou redierunt: quas iuuenes ad sua loca pristina reportantes: in dei seruitio perseuerauerunt: ⁊ ceperunt cum apostolo miraculis chorusca re. ¶ Et dum tota ciuitas ephesiorum Joannem extollerent: pontifices idolorum seditionem in populo excitarunt: ita vt a multis de plebe Joannes traheretur ad templum Diane: vt sacrificaret. Quibus ille hanc conditionem proposuit: vt aut ad inuocationem Diane ipsi ecclesiam Christi diruerent: ⁊ ipse idolis sacrificaret: aut ipse ad inuocationem Christi templum Diane subuerteret: ⁊ ipsi in Christu crederent. Et cum huic sententie maior pars populi consensisset ad preces Joannis: omnes templum exeuntes a longe steterunt: et orante apostolo/templum funditus corruit: ⁊ imago diane penitus comminuta est. Aristodemus autem pontifex idolou seditionem in populo concitauit. Quem dum Joannes interrogaret quomodo ipsum placare posset: respondit ei: si venenum bibens quod ille sibi porrigeret: illesus permaneret. Et cum aplus acquiesceret: Aristodemus vt eum a poculo subtraheret vel saltem deterreret: duos viros impetrauit a proconsule qui fuerant decollandi: quibus venenum potandum coram omnibus tribuit. Quod vt illi biberunt: confestim spiritum emiserunt: apostolus autem calicem accipiens: et signo crucis se muniens venenum bibit: et per tres horas obseruatus nullam lesionem incurrit. Et dum populus Christum verum deum clamaret: Aristodemus adhuc obstinatus apostolo instabat: vt si veneno defunctos excitare posset ipse procul dubio Christo crederet.

Cui Joannes pallium suum dedit: et ipse in tunica mansit: eidemq iussit: vt inuocato Christi nomine pallium super corpora defunctorum poneret: eisdemq vt resurgerent mandaret. Quod dum ille fecisset illico surrexerunt. Sicq pontifex cum omni familia et parentela ⁊ multitudine maxima conuertuntur: et .xii. milia virorum exceptis paruulis et mulieribus a beato apostolo baptizantur. ¶ Reperitur in .x. libro historie ecclesiastice quod apostolus quendam iuuenem ferocem conuersum cuidam episcopo depositi nomine commendauit: ⁊ ad partes alias accessit: ⁊ post aliquod tempus iuuenis relicto episcopo factus est princeps latronum. Rediens apostolus depositum repetit: et episcopus de pecunia intelligens quasi ignarus obstupuit. Cui apostolus de iuuene sibi commendato se querere declarauit. Et dum episcopus Joanni cum rubore factum narrasset: Apostolus eum increpat eo quod malum sui depositi custodem dimisit. Equum sibi parari iussit: ⁊ ad montem vbi iuuenis erat festin⁹ properauit. Quem iuuenis statim recognoscens pre verecundia equum ascendens fugiebat. Apostolus senectutis oblit⁹ equu calcaribus vrget: ⁊ fugientem vocat: ⁊ ne patrem suum fugiat vel expauescat: post ipsum clamabat. Et vt ad penitentiam rediret dulciter admonebat/offerens se pro eo Christo responsurum: compunctus iuuenis reuertitur: ⁊ cum lachrymis conuertitur: et ab apostolo benigne suscipitur: et in virtutibus perseuerans tandem a magistro episcopus ordinatur. ¶ Legitur etiam vbi supra quod cum Joannes ephesi balneum lauandi gratia introisset: et ibidem cerinthum hereticum inuenisset: inde protinus exiuit: quo egresso balneum cecidit: ⁊ hereticum cum suis oppressit. ¶ Predicationem autem suam miraculis confirmabat: ita vt tactu vestimentorum eius egri curarentur: et demones fugarentur. Et vt dicit Hieronymus in sua decrepita senectute vix ad ecclesiam discipulorum manibus ferebatur: nec cum plura verba dicere posset: ad quamlibet causam hoc solum dicebat: filioli diligite alterutrum. Ibiq vsq ad traiani tempora perseuerans totius Asie fundauit ⁊ rexit ecclesias. ¶ Et cum esset annorum .lxxxx. secundum Isidorum .lxviii. a passione domini anno apparuit ei Christus cum discipulis aliis: qui iam omnes ad celestia migrauerant: eumq ad eternas epulas inuitauit: et dominica futura die ad se illum venturum esse predixit. Igitur in subsequenti dominica omni populo ad ecclesiam conueniente/que in eius adhuc in carne agentis nomine fuerat fabricata a primo pullorum cantu vsq ad sextam predicauit eisdem/hortans illos: vt in fide essent stabiles: ⁊ in mandatis feruentes. Post hec iuxta altare foueam quadratam fieri iussit: et terram extra ecclesiam iactari. In quam beatus euangelista descendens expansis manibus gratias deo egit: et orationem deuotissimam fudit: qua finita tanta super eum lux emicuit: quod a nemine videri potuit. Recedenteq lumine fouea reperta est manna repleta: quod ibidem vsq hodie generatur. Ita vt in fundo fouee instar minute harene scaturire videatur/sicut in fontibus fieri consueuit: propter quod ipsum in corpore: et anima celo assumptu plurimi asseuerant. Cu⁹ depositionis dies ab ecclesia celebratur .vi. kalendas Januarii.



¶ De sctō Maximo epō Alexandrino. Ca. viii.

Maximus episcopus Alexandrinus fuit. Qui satis clarus et insignis de titulo confessionis factus est. Qui et in pace quieuit sexto kalendas Januarii/apud vrbem eandem condigne tumulatus. Hec vsuardus.

¶ De sancto Maximo episcopo Taurinensi. Capi. ix.

Maximus



Maximus episcopus Taurinensis claruit tempore Honorii imperatoris: qui in homiliis et sermonibus componendis: et in ecclesia declamandis studuit elegāter: vir in diuinis scripturis intentus: et ad plebē instruēdā sufficiens. In apostolorum laudes et Joannis baptiste et generaliter omnium martyrum homilias et tractatus edidit. De sancto Eusebio Vercellensi duos tractatus cōposuit. Et sancti Cypriani specialē de baptismi gratia librum. De auaritia et hospitalitate. De defectu lune. De elemosynis. De ieiunio seruorum dei gētium. De ieiunio speciali quadragesime. De eo quod in Esaia scribitur. Caupones tui miscēt vino aquam. De passione domini. De iuda proditore. De cruce domini. De sepulchro eius. De resurrectione ipsius. De accusato et iudicato domino apud Pilatum. De kalendis Januarii. Composuit etiam homilias plurimas: videlicet de natiuitate domini. De epyphania. De pētecoste. De hostibus carnalibus non timendis. De gratia post cibum deo agenda. De penitentia Niniuitarum et alias multas. Obiit autem Honorio/et Theodosio iuniore imperantibus. Hec gennadius de illustribus viris.

De sanctis innocentibus martyribus. Cap. x.



Innocentes martyres ab herode ascolonita interfecti sunt. Tres enim fuerūt herodes propter eorum infamem crudelitatem famosi. Primus fuit herodes dictus ascolonita sub quo natus est dominus: et pueri occisi sunt. Secundus fuit herodes antipas qui Joannem decollauit. Tertius agrippa qui Jacobum occidit: et petrū incarcerauit. Herodes ergo ascolonita fuit filius antipatris idumei qui neptē regis arabum duxit vxorē: ex qua hunc filiū habuit herodem: vt dicitur in historia scholastica: qui postmodū ascolonita dictus a Cesare augusto primus ex gentibus iudee regnum accepit: et tunc ablatum est sceptrum de Juda iuxta prophetiā Jacob. Huic sex filii nati sunt: scilicet Antipater: Alexander: Aristobolus: Archelaus: Herodes Antipas: et Philippus. Alexandrum autem et Aristobolū ex eadem matre iudea genitos Romam misit liberalibus artibus imbuendos: qui facti acerrimi oratores de susceptione regni cum patre contendebāt. Pater vero antipatrē illis preponere satagebat. Cūque illi de patris morte tractassent: ab eodem reiecti Cesarem adeunt de patris iniuria conquesturi. Interea magi hierusalem veniunt: et de ortu regis iudeorum querunt. Herodes hoc audiens turbatur: timens ne de iudeorū semine natus esset: qui ipsum alienigenā expelleret. Rogatque magos: vt inuētū regē sibi renuncient: simulans se adorare velle: quem perdere iam cogitabat. Veruntamen magi per aliam viam reuersi sunt in regionē suā. Videns herodes eos nequaquā ad se reuersos: stelle visione deceptos ad se redire erubuisse putauit: et ideo ab inquisitione pueri animum reuocauit. Sed audito que pastores dixerāt: et que Symeō/et Anna prophetauerant: vehemēter timuit et se a magis illusum cognouit. Et extunc de nece puerorum qui erāt in bethleem tractare cepit: vt cum eis illū quem ignorabat occideret. Et ad monitionem angeli Joseph cū puero et matre in egyptum in ciuitatem Hermopolim fugit: ibique septem annis vsque ad obitum Herodis permansit. Ingresso igitur domino in egyptū secundum Esaie prophetiam vniuersa idola corruerunt. Refert Cassiodorus in tripartita historia qd in Hermopoli thebaide dicitur esse arbor que vocatur perfidis valens in salutem egrorum si fructus vel folium vel cortex collo languentis alligetur. Hec arbor vsque ad terrā inclinata virginem cū filio fugientem adorauit. Dum igitur herodes de nece puerorū disponeret: a cesare citatus est filiorum accusationibus responsurus: qui cū per tarsum iter faceret: intellexit quod magos naues tarsensium transiuissent: quas omnes in spiritu vehementi combussit: vt fuerat predictum. Et dum ipse coram imperatore disputans contra filios obtinuisset: et in regnum confirmatus audacior factus esset: reuersus hierusalem occidit omnes pueros qui erant in bethleem a bimatu et infra secundum tempus quod exquisierat a magis: id est infantibus duorum annorum vsque ad pueros vnius noctis. Didicerat enim a magis ea die qua eis stella apparuit dominum natum esse: et quia annus fluxerat ex quo Romam ierat christum anniculum: et aliquorum dierum supra esse credebat. Ideoque supra etatem eius vsque ad bimos descendit in pueros. In qua persecutione centum et quadraginta quatuor milia infantes interfecti esse creduntur: qui et in apocalypsi cap. xiiii. describuntur. Inter quos dei iudicio vnus paruulus filius herodis ad nutriēdum traditus ignoranter a carnificibus est occisus: vt dicit Macrobius. Herodes autem de tanto scelere a deo acriter punitus est: vt in scholastica historia dicitur: vt qui multos orbauerat filiis ipse suis miserabiliter orbaretur. Nam Alexander/et Aristobolus iterum patri suspecti confessi sunt ab eo contortorique tonsori pecuniam promiserant si eum iugularet. Ob hoc pater iratus eos occidi fecit. Antipatrem autem futurum regem constituit: et eidem herodem antipam substituit: et cum herodem agripam et herodiadem vxorem Philippi: quos ex Aristobolo susceperat: paterna dilectione foueret: his duabus de causis antipater cōtra eum odium concepit intantū quod eū veneno perimere attētauit. Quod sentiens herodes eū in carcerem posuit. Ipse autem annorū lxx. grauissimā infirmitatem incurrit. Nā febre valida prurigine corporis colli continuis tormentis: pedum inflatione: vermescentibus testiculis: intolerabili fetore: et crebro anhelitu torquebatur. Audiensque iudeos mortem suam cum gaudio expectare/nobiles multos iudeorum carcerauit/mādans Salone eius sorori: vt cum spiritum emitteret: oēs detentos occideret: vt sic ois iudea ipsum defleret in morte vel in vita. Et cum sumpto cibo iuxta morem suum pomum purgare vellet: quod comederet: tenens manu gladium tussi violenta fatigatus seipsum percussit: non tamen totaliter se occidit: eo quod a consobrino aliqualiter detentus fuit. Et cum sonitus in aula de morte regis percurreret: et antipater se relaxandū exultaret: herodes hoc audiens eum occidi fecit: et Archelaum post se regnaturum instituit. Sicque post dies quinque infelicissimus vitam finiuit. Salone autem soror eius omnes quos rex occidi mandauerat relaxauit. Innocentes autem martyres sub die vno passi ab ecclesia recolūtur: videlicet v. Kalen. Januarii.

De sanctis Eutytio et Florentio confessoribus. Cap. xi.



Eutytius et Florētius serui dei circa tempora Gothorum in Nursie partibus floruerunt: quorum primus actiue vite et predicationi: secundus vero contemplatiue et orationi vacabat. Eutytius vero in abbatē cuiusdam monasterii in partibus illis positi electus: licet dudum renueret: tamen pro salute proximi animatus consensit: et solum sociū deo reliquit. Florentius ergo solus existens orauit ad dominū: vt sibi cōsortiū aliquod largiretur. Moxque ante fores cellule vrsum reperit: demisso capite nihil feritatis ostendentē: quasi ad viri dei obsequiū preparatū. Cui vir imposuit vt quatuor vel quinque oues quas habebat ad pa

stum duceret: custodiret et ad sextā vel nonam horam rediret. Qui iussa complens pastoris curā gerebat: hora sibi semper assignata cum ouib⁹ redibat: quas mā ducare consueuerat: pascebat oues bestia ieiunas: atq; in omnibus mandato viri obtemperabat: vt neq; ad sextam iussus rediret ad nonā: neq; ad nonam iussus rediret ad sextam. Sed dum tanti miraculi fama crebresceret: quatuor ex discipulis Eutytij quasi inuidentes/ꝙ eorum magister miracula non faceret sicut Florentius faciebat: vrsum latenter occiderunt. Quem die altero percussum sanctus inueniens: et dolens admodum inquirens diligenter qui fuerant occisores cognouit: fratrumq; malitiam et vrsi consocij mortem deplorans: Quem Eutytius ad se deductum consolari cepit. Florentius vero imprecans se habere spem in deū aiebat: ꝙ in hac vita vindictam manifestam reciperent: qui nil se ledētē vrsum eius occiderant. Et post dies modicos quatuor monachi qui vrsum occiderant: elephantie morbo percussi membris putrescentibus interierunt. Quod sanctus Florentius omni vite sue tempore flebat: quia exauditus fuerat: et se quodammodo in eorum morte homicidam reputabat. ¶ Diaconus quidam ad eum veniens/vt se eius orationibus commendaret/cellulā eius serpentibus reperit in circuitu plenam: et timens sanctum inuocauit. Qui egressus orauit: et cū nimia serenitas esset: subito tonitruum factum est: quod serpētes oēs interemit. Moxq; tot aues venerunt quot serpentes occisi fuerant: et singule singulos rapientes asportarūt. ¶ Eutyti⁹ vero magis post mortē miraculis claruit. Inter que illud precipuū fert: qd vsq; ad Longobardoꝝ tpa perdurauit. Nā quoties pluuia deficiente estu nimio terra exureret: ciues vrbis tunicā illi⁹ leuatam circūferebant: et qua dū p agros orātes pergerēt repēte pluuia tribuebat: q plene terram saciare potuisset. Quieuit autem in xpo sanct⁹ Eutyti⁹. v. kal. Januarij/quo etiā die festū consocij Florentij in illis partib⁹ colebat. Hec Gregori⁹. iij. Dialo. cap. xv.

¶ De sancto Elphego epo et martyre. Cap. xi.



Elphegus Cantuariensis archieps et martyr floruit tpe Henrici secundi imperatoris. Qui nobili genere literarū scientia imbut⁹ in loco qui dicit balneū adhuc iuuenis se inclusit: et eremiticam vitam ducens postꝗ plures discipulos cōgregauit: monasteriū cōstruxit: fratribusq; prepositū delegauit: se quoq; separatim in arcta cellula posuit: maiora tamen qdam sibi delata corrigebat. Dū asst qdam effrenes monachi medijs noctib⁹ in certo loco ieiunia comedētes frangerēt: vno ipsorū repente defuncto strepit⁹ maximi p cenobiū sonuerūt: vocesq; percutientiū/et percussi lamenta audita sunt. Quod sanct⁹ audiēs monasteriū intrans corpus defuncti in terra prostratū reperit ictib⁹ contusum. Quod dum socij ceteri mane vidissent: compuncti ad penitentiam redierunt: et locum vbi corpus defuncti inuentum est allum esse in quo deliquerant cōfessi sunt. ¶ Interea defuncto ventono epo dū pro electione multi desiderent sancto dunstano archiepo apparuit sanctus Andreas apostolus qui ei Elphegum eligendum imperauit. Et dum ille visa narrasset/vota omniū in Elphegum cōcurrerunt. Qui factus episcopus mira se penitentia affligebat: et pauperibus liberaliter erogabat: reuelatur quoq; sancto dunstano Elphegum sibi successorē futurū: qd anno dñi. cxj. impletum est Elphego de ventona Cantuariam translato. Hic post dies paucos Romam peregrinus adiēs: dū ausonie hospitatus esset a quibusdam ex ciuibus noctu eū inuadentibus oībus suis spoliatus/et ex vrbe eiectus est. Nec dū longe discesserat: et ecce subito tota ciuitas ausonie inflammatur. Quod illi cōspicientes: et sanctū insequentes ablata sibi restituere se offerunt: eiusq; misericordiam petunt: eo ꝙ diuinā ex hoc vltionē in se recognoscunt. Sanctus igit ad vrbē rediēs oratione hec: qd dictu mirū est: flammā prius in aere suspēdit et post hec ab vrbe totaliter incendium excussit: multisq; oblatis sola sua recepit: eosq; de sibi illata iniuria corripuit. ¶ Dum igitur danicū duce suo thurolo pirate pessimi tam mare Britannicum ꝙ terras predarentur: a rege Eltheredo: qui omnino imbellior: pusillanimus erat eijci non valebant. Sanctus autem archiepiscop⁹ hostes adibat: captiuos redimebat: et multos sua doctrina conuertebat: ceteri vero in eum insanientes ipsum occidere satagebant. Cumq; hedricus prepositus regni in quosdam olim fratris sui interfectores vindictam expeteret: et rex illos vtpote nobiles: et qui illum vti predonem iuste se defendentes occiderēt iure perimere denegaret: indignatus hedricus: et danis confederatus cum multis de regno ciuitatem aggressus obsedit: eamq; plurimis bellis crudelitatis agitauit. Sanctus vero Elphegus populum hortabatur: sed peccatis exigentibus dum ciuitas ab hostibus impugnatur: aduersarij per murum diruptum introeunt innocētes perimūt: domos spoliant et incēdunt. Quos sanctus archiepiscopus de impietate redarguēs ab eisdem multis verberibus cesus humero pene exciso: manibus vinctis ad ecclesiam suam ducitur: et in cōspectu ipsius templum inflammatur: monachi occiduntur: et quatuor solummodo capti viui dimittuntur. Inde sanctus ad portam septemtrionis in carcerem asperrimū vinculatus includitur: ibiq; septem mensibus custoditur. ¶ Verū ira dei in hostes seuiente duo milia ex ipsis pestilentia extincti sunt ceteris graui infirmitate percussis: quod illi cernentes: eiusq; suffragia petunt. Pro quibus dum orasset: et panē benedictum eisdem tribuisset/omnes ex eo gustantes sanati sunt. ¶ Post hec autem dum ab archiepiscopo thesauros multos peterent: vt sic abeuntes ecclesiam suam in pace dimitterent: et ille oīno denegaret: dicens que xpi sunt minime xpi aduersarijs concedenda: rursum in carcere clauditur. Cui diabolus in specie angeli apparens cum de carcere eduxit: et abire suadēs/plures aquarum ablutiones transire fecit. Hesitante autem sancto an a bono angelo a martyrio prohiberetur: oratione fusa diabolus euanuit: angelus sanctus astitit: et eum ad locum certaminis reduxit. Qui iuxta carcerem existens ab hostibus tentus pluribus plagis confossus: tandem cerebro percussus semiuiuus in carcere reponitur: vbi nocte a sancto Dunstano: et angelis sibi apparentibus cum luce nimia confortatur: et ad eternam gloriam inuitatur. Sicq; omnibus eius sanatis vulneribus vinculisq; solutis custodes hec videntes territi fugerunt. Nouissime aūt martyr iumēto impositus ab infidelibus scdo miliario a cātuaria ductus et lapidatus est. Cuius sanguine lignū aridū cōspersum reuixit: propter qd miraculū dani corp⁹ eius Londoñ. deportari permiserūt: vbi et sepulrū est: et post ānos decē incorruptū inuētū vsq; in psens durat: et sanguis recēs ac si hodie esset effusus. Qui passus est. v. kal. Januarij/die videlicet pcedēte festū Thome martyris eius in pontificatu eodē et martyrio successoris.

¶ De sancto Thoma episcopo et martyre. Cap. xij.



Thomas Cātuariensis archieps et martyr tpe Federici imperatoris primi pro libertate ecclesie martyriū passus est. Hic ciuitatis Londoñ. parentibus ortus nobilib⁹ in adolescentie annis literarum et studio et honestati morum operam dabat: quem mater eius orbata viro in virtutū sectārū exercitatibꝰ et beate virginis deuotibꝰ specialiter informabat.

Qui adhuc iuuenis liberalibꝰ instructꝰ/secularibꝰ curis
implicatus cū plurima contra cleri honestatem geri
cōspiceret:relicta seculari vita a sancto Theodebaldo
Cantuariēn. archiepō clericus effectus in eadē ecclesiā
modico post tpe archidiaconus est institutus. Et dein
de ad eius instantiā Henricus rex anglorum eundē cā
cellariū suū fecit:in quo officio strenue se gerens oībus
amabilem se prebebat:⁊ iusqȝ ope ⁊ cōsilio multa cōtra
ecclesie libertatem procurata fieri compescebat:⁊ qua
sola causa dictū officiū de sui archiepī mādato cōpulsus in
uitus assumpserat. Quē adeo rex dilexit:vt post archi
episcopi Theodebaldi decessum Thomaz in archiepa
lem cathedrā procurauerit sublimari:qui cōsecratus su
bito in virū aliū mutatus est:carnem cilicio/⁊ ieiuniis
macerās/nō solū camisia:sed etiā femoralia cilicina vs
qȝ ad poplites deferebatꝰ. Sanctitatem autē suā subti
liter occultabat:vt saluo honestatis rigore sub decentia
vestiū:⁊ apparatu vtensilium conformaret se moribus
singulorū. Pauperibus munificus elemosynas cōsue
tas/quas eius pdecessor duplicauerat:ipse etiam du
plices duplicauit:⁊ ad hoc oēs sibi prouenientes deci
mas deputauit. Quotidie tredecim pauperum pedes
abluebat:⁊ refectos datis cuilibet quattuor argenteis
remittebat. Sacerdos quidam quotidie missaȝ de bea
ta virgine celebrabat:eo ꝙ aliam dicere nesciebat:qui
accusatus ab archiepō tanqȝ idiota ab officio suspensus
est. Cū ergo Thomas ciliciū suum assuendum sub le
cto abscōdisset:vt hora captata ipsum latenter consue
ret. Beata virgo sacerdoti apparuit:⁊ eiqȝ mandauit:vt
ad archiepiscopū pergeret:⁊ eiqȝ diceret ꝙ illa ob cuius
amorem missam dicebat:ciliciū eiꝰ quod est in tali loco
consuerat:⁊ setam rubeā de qua illud consuit pro signo
dimiserat. Illa ergo domina sibi dicendo mittebat ꝙ
presbytero suo officiū ablatum restituere debeat. Quod
ille audiens obstupuit:⁊ ita esse vt sacerdos retulerat
inuenit:ac eidem celebrandi potestatem cōcessit. ¶ Dū
ergo rex Henricus archiepiscopum ad voluntatem suā
inflectere vellet:vt scilicet cōsuetudines quasdam quas
regis predecessores contra ecclesie libertatem habue
rant:tam archiepiscopi ꝙ episcoporum suffraganeo
rum omnium scriptura:⁊ consensu expresso firmaret.
Negans hoc fieri beatus Thomas constantissime:ma
nifestam in eis asserens libertatis ecclesiastice subuer
sionem/contra se iram regis et principum non medio
criter incitauit. Quadam autem vice sic ipse cum suis
suffraganeis episcopis est arctatus:vt sibi mortis sen
tentiam rex minaretur. Qui magnorum virorum de
ceptus consiliis consensum verbotenus prebuit:verū
ex hoc cernens animarum periculum seipsum mira pe
nitentia affligit:⁊ ab altaris officio se suspendit:donec a
summo pontifice absolutus fuit. Requisiuit deniqȝ rex
vt quod verbo dixerat scripto firmaret. Et dum cōtra
diceret affectus est iniuriis:⁊ conuitiis ac damnis mul
timodis lacessitus. Deinde occasione contra eum ca
ptata pro administratione officii cancellarie coram se
culari iudicio euocatur. Et dum nullo fori priuilegio
nulla exceptione vel appellatione admissa contra ip
sum seculares iudices ad regis instantiam sententiam
proferre vellent. Sanctus dei crucem quam corde ge
stabat manu protulit:⁊ crucifixum interpellans disces
sit/clamantibus cunctis contra ipsum furem et pro
ditorem suspendio et incendio dignum. Cui nocte duo
magnates secreto intimarunt:ꝙ in eius mortem mul
ti proceres coniurassent. Vir ergo sanctus magis eccle
sie ꝙ sibi metuens:eo ꝙ causa nondum pape innotue
rat:⁊ personalis persecutioꝰ videbatur:fugam cepit:⁊
parua nauicula cum duobus clericis mare transiens ⁊
senonas veniens a papa Alexandro. iii. ibidem reperto
honorifice suscipitur:⁊ in monasterio Pontiniacen. cō
mendatur. Rex vero dum ad curiam Romanam misis
set:vt legati aliqui mitterentur:qui causam huiusmo
di terminarent:a papa repulsam patitur:⁊ ob hoc ma
gis contra archiepiscopum concitatur. Unde omnia
que erant sancti martyris:⁊ suorum diripuit:⁊ totam
eius progeniem/et amicos exilio damnauit:nequaqȝ
deferens conditioni vel sexui ordini vel etati. Nā et mu
lieres in puerperio:⁊ infantes in cunis:⁊ clerici ⁊ laici iu
uenes et decrepiti in exilium acti sunt. Omnes qui po
terant iuramento astricti:vt se cantuariēsi episcopo pre
sentarent:vt passiones gladio professus animum ad re
gis votum inflecteret:prohibitum quoqȝ est clericis in
toto regno ne quis pro ipso orationem in publico pro
ferret. Que omnia christi martyr contemnens in con
stantia veritatis permansit immobilis:ieiuniis quoqȝ
⁊ orationibus intentus pro ecclesia ⁊ regno continue ex
orabat. ¶ Post hoc misit rex comminatoria quedam
monachis Pontiniacen. monasterii per quosdam ab
bates ordinis Cisterciēn. que dum sanctus cognouit:
nolens religiosis viris sui occasione dispendium immi
nere:inde sponte recessit:⁊ ad Ludouicum regē Fran
corū se contulit:qui eū humanissime tractauit. Deinde
misso Guilelmo Senon. epō ad sedem aplicam procu
rauit:vt papa regem anglorꝫ compelleret:⁊ quatenus ar
chiepm ad ecclesiam suam redire permitteret. Interī
rex in despectu archiepiscopi procurauit:vt Rogerius
archiepiscopus Eboracen. in ecclesia Cantuariēn. Hē
ricum eius filium coronaret. Dum ergo summus pon
tifex regi mandasset sub excommunicationis et inter
dicti pena canonica:quatenus archiepm redire permit
teret:coactus rex assensum prebuit:⁊ simulatam pacē
cum archiepō tractauit. Sed anteqȝ rediret sibi a do
mino reuelatur:ꝙ ad ecclesiam suam cum gloria redu
ctus/post modicum per martyrii palmam ad dominū
esset migraturus. Et sic post. vi. annos exilii sui com
pletos redire conceditur:⁊ a cunctis cū honore suscipi
tur. Per aliquot dies ante ipsius martyrium iuuenis
quidam defunctus:⁊ postea miraculose suscitatus di
xit:ꝙ vsqȝ ad supremum sanctorū ordinem deductus
sedem vacuam inter apostolos vidit:quam cuidam sa
cerdoti anglorū audiuit a domino reseruatam. ¶ Re
diens igitur pastor nobilis dum adhuc iura ecclesie vt
prius defenderet:⁊ nec vi nec precibus flecti posset:ma
iorem regis indignationem incurrit:⁊ magnatum ani
mos adhuc fortius contra se accendit. Et dum ex que
rela beati Thome summus pontifex archiepiscopum
Eboracen. excommunicasset:eo ꝙ in ecclesia sua au
thoritate propria/immo temeritate nepharia regis co
ronasset filium:⁊ adeo cunctorum procerum animi con
tra sanctum archiepiscopū accensi sunt:ꝙ eiꝰ mortem
quotidie procurabant. Et procedente furore ecclesie
sue inepta edicto publico exire prohibitus est. Die
igitur festum innocentum subsequente quattuor ba
rones cum militibus armati ad ecclesiam suam ve
niunt et archiepiscopum requirunt. Et dum mona
chi ecclesie fores clauderent:iussit eas reserari:⁊ ho
stibus futurus christi hostia mox occurrit:⁊ se pro deo
mori paratum offerens:⁊ ecclesie libertate. Eisqȝ ex
parte dei omnipotentis/et sub anathemate mandans:
ne suorum cuiqȝ lesionem inferrent. Deo et beate Ma
rie:⁊ sancto Dionysio:⁊ ecclesie sue sanctis patronis se
ipsum commendans:⁊ ecclesie causam. His dictis gla
diis impiorum impetitur:sacra capitis corona preci
ditur:cerebrum cum sanguine per pauimentum eccle
sie spargitur:⁊ sic martyr domini cōsecratur Anno do
mini. M. clxxiii. ¶ Dum ergo clerici corpus in fere
tro posuissent:⁊ pro eo missam defunctorum incipe
rent. Angelorum chori astantes voces cantantiū inter
rumpunt:⁊ officiū martyris inceperūt. Letabitur iustus
inchoant:⁊ ceteri prosequuntur. Et sic martyrum hono
re venerandus:martyris reuerentia honorifice tumula
tur. Sepultusqȝ est in precioso tumulo auro:⁊ gemmis
decorato in ecclesia sua signis:⁊ miraculis clarēs innu
meris. Passus est autem. iiii. kal. Januarii.

¶ De sancto Jesse patre dauid. Capi. xiiii.



Esse siue Isai pater Dauid prophete et regis et filius Obeth filii Booz: et sancte Ruth moabitidis: in catalogo sanctorum patrum veteris testamenti idcirco ab hebreis ponitur: vt Josephus scribit: eo q talibus et tam sanctis parentibus genitus: et tanti pphete pater fuisset sanctissimus arbitratur. Hic de tribu Juda ciuitatis bethleem indigena fuit: qui genuit septem filios scilicet. Heliab: Aminadab: Symaba. Nathanael: Raddai: et Ason: minorem quoque genuit Dauid: qui erat rufus: et pulcher aspectu: et decora facie: qui solus ex omnibus fratribus suis a spiritusancto electus est: et a Samuele ppheta diuino iussu preuentus: atque ex pastorali officio ad regni gubernacula miraculose promotus: vt habetur primi Regum capi. xvi. Jesse autem patris Dauid sepulchrum apud Bethleem monstrari Josephus qui supra commemorat.

De sancto Nathan propheta. Capi. xv.



Nathan propheta in diebus dauid spiritu prophetico claruit: et in diebus Salomonis vita excessit: qui multa prefatis regibus diuinitus reuelauit. Dauid enim a domino missus de adulterio in Bersabee conuiuio redarguit: eique proditionem et homicidium qd de Uria fecerat patefecit. Et cum Dauid compunctus se peccasse confessus est: dominum quoque peccatum suum remisisse misericorditer nunciauit: eique penitendum indixit: et filium ex adulterio conceptum propter petm suum moriturum esse predixit: vt habetur in libro Regum. ii. cap. xii. Salomoni quoque eo q deos adorasset alienos vaticinatus est: vt historia scholastica tradit: q dns aduersario suo: et seruo decem tribus ex regno traderet: eo q a dno recessisset. Et si ppheta expressa Nathan prophete conscripta non reperitur: q tamen in quoque volumine gesta regis dauid scripserit vltimo in capitulo primi libri Paralipomenon commemoratur. Hic ppheta in catalogo sanctorum Ecclesiastici. xlvii. cap. expresse ponitur inter alios patres veteris testamenti: quos sapiens laudare disponit. Hunc sanctum et precedentem regi Dauid prophete premisi: quorum depositionis dies reperire nequiui.

De sancto Dauid rege et ppheta. Capi. xvi.



Dauid rex israel: et propheta non solum ab Ecclesiastico cap. xlvii. et a sancto Matathia primi Machabeorum. ii. cap. in catalogo sanctorum connumeratur: sed etiam ab apostolis et euangelistis: et aliis doctoribus: et diuinorum voluminum scriptoribus multis sanctificatus reputatur/ qui de numero illorum patrum creditur extitisse: qui cum domino resurgentes beata etiam corporaliter immortalitate in celestibus vestiri creduntur. Hic de tribu Juda Jesse vel Isai filius ciuitate Bethleem, oriundus ex omnibus fratribus suis minimus a deo electus est: vt de pastore gregis dux et princeps fieret plebis: et repulso saul a domino diuina iussione a Samuele propheta in regem inunctus est. Et exinde spiritus domini a Saul discedens in Dauid directus est: adeo vt quandocunque Saul a maligno spiritu agitabatur: Dauid in cythara psallente mitius ferebatur. Post hec dum philistiim israel impugnarent: et habentes secum gygantem Goliam populum dei ad singulare certamen prouocarent: cunctique gygantem impetere formidarent: solus Dauid diuino agente presidio in funda et lapide percussit eum: et prostratum proprio gladio interemit: propter quod Saul inuidie liuore audiens qualiter cum victoria gloriose ciuitatem esset ingressus: emulus eius factus eum omnibus diebus vite sue persecutus est: ita vt Dauid hinc inde fugiente plures vix euaserit manus eius: que omnia diffuse traduntur in primo libro Regum a cap. xvi. vsque prope finem. Deinde Saul in monte Gelboe in pugna philistinorum cum Jonatha eius filio interfecto: Dauid consulto domino cum Achinoam Jesrahelite: et Abigail olim vxore Nabal carmeli coniugibus suis ascendit in hebron: vbi a sola tribu Juda inunctus in regem ab eadem in regno constitutus est: Isboseth Saul filio super decem tribus biennio regnante. Regnauit autem Dauid in hebron septem annis et sex mensibus. Interfecto autem Isboseth filio Saul proditorie in domo sua: et omni parentela Saul exterminata vniuerse tribus israel venientes ad Dauid in hebron vnxerunt eum tertio in regem super israel vniuersum: et ex tunc regnare pacifice cepit super omnem populum hebreorum. Eratque annorum quinquaginta qn regnare cepit: et quadraginta annis regnauit. In Hebron septem annis: et in hierusalem. xxxiii. habuitque Dauid filios qui nati sunt ei in hebron: scilicet Amon de Achinoam Jesraelite: Chilaab de Abigail vxore Nabal: Absalon filius Maacha filie Ptolomei regis Gessur: Adonias filius Agith: Saphtia filius Abithal: Jethra filius Egla. Hos quoque habuit qui nati sunt ei in Hierusalem: Samua: et Sobab: et Nathan: et Salomon: et Jesbaal: et Elisua: et Nepheg: et Japhia: et Elisama: et Eliada: et Heliphelech: habuit quoque Joab principem militie strenuum: et victoriosum: et Sadoch summum constituit sacerdotem: Hierusalem quoque muniuit arce: que postmodum dicta est munitio Dauid: que vocabatur mello. Habuit quoque Dauid bellum cum Philisteis omnibus diebus: et percussit eos: et humiliauit pluribus victoriis obtentis: fecitque cunctas in circuitu nationes tributarias: ita vt in omnibus ad que ingrediebatur prosperrime ei succederet: quia dominus erat cum eo/ qui et regnum suum in sempiternum firmauit. Arcam etiam domini que pluribus annis fuerat in Gabaa: idest in colle cariathiarim in domo Aminadab cum multitudine populorum et sacerdotum: et magna psallentium letitia transtulit in hierusalem: eamque in tabernaculo domini collocauit. Sed dum inimicos suos in circuitu per omnia contriuisset: et populum in pace posuisset: voluit edificare templum domini: lignaque sibi missa per hyram regem tyri: et alia plurima in edificium preparauit: verum diuino responso ad se facto q non ipse/ sed filius eius nasciturus a domino preelectus: videlicet Salomon templum esset edificaturus ab opere destitit: tamen vasa aurea: et argentea: et erea non modica fabricata in ministerium domus et altaris fiendorum dimisit. Post hoc dum Dauid per manum Joab principis militie haberet bellum contra filios Amon inimicos Dauid: et rex post meridiem deambulans in solario vidisset in domo sua Bersabee vxorem Urie ethei se lauantem: que erat pulchritudinis eleganti: et eam adamasset: vocatam ad se cognouit illam: que statim concepit. Quod sentiens Dauid virum eius ab exercitu reuocauit: vt partus sibi ascriberetur: et ex hoc mulier infamiam euitaret. Quem post dies aliquot ad exercitum misit scribens Joab literas proditionis de morte viri: et vt vxorem eius pacifice possideret: viro quoque in bello defuncto Dauid vxorem eius in domum suam introduxit: et facta est ei coniunx. Ad quem de tanto scelere redarguendum missus est a domino Nathan propheta: verumtamen quia Dauid peccatum recognouit: et penitentiam agere proposuit: dominus sibi quantum ad ipsius internitionem peccatum remisit: vltionem tamen in mortem filii iam nati: et in alias regis persecutiones commutauit. Rex autem

autem postmodũ de Bersabee genuit Salomonẽ: cuiq; sibi successurum in regno cũ iuramẽto matri promisit. ¶ Prima autem persecutio quam dñs in domo David excitavit propter peccatũ vxe fuit mutua interfectio filiorũ. Nam cũ Amon primogenitus eius Thamar vterinam sororẽ absalonis inepto amore diligeret: simulataq; infirmitate Thamar ad fratrẽ fouendũ accessisset/ eam oppressit: moxq; sibi exosam abiecit. Quapropter Absalon fratrẽ odiens post biennium ipsum ad conuiuiũ inuitans dolose occidit: et ad auum eius maternũ regem Gessur aufugit: cum quo per triennium stetit. Deinde consilio et tractatu Joab diligentis Absalonẽ rex ipsum hierusalem reduxit: vbi et biennio mansit ꝙ regis faciẽ non vidit. Tandẽ Joab interuentu eidem reconciliatus filium ad gratiam reuocauit. ¶ Secunda diuina vltio facta in David fuit cõspiratio filij contra eum. Nam cũ Absalon filius eius ex pulchritudine et facundia populo dilectus aspiraret ad regnum: mira sagacitate solicitare cepit corda virorũ et populum sibi attrahere: intantum vt post annos quatuor reuersionis sue recedens de hierusalem cum licentia patris pretextu soluẽdi quedã vota dño in hebron: vsus cõsilio Achitofellis olim cõsiliarij regis multis de pplo secũ assumptis conspirauerunt cõtra regem: et congregata multitudine manu valida venit hierusalem: quem David timens cum paucis fugã petiit. Et dum Absalon eũ persequi decreuisset consilio Achitofellis: tandẽ ipsum distulit inuadendũ suasu Achusi Arachita Absalonẽ decipere cupiente. Inter que David fidelibus suis euocatis misso Joab contra Absalonem cesa multitudine ex proditoribus: Absalon fugiẽs suspẽsus est capillis quercui inherẽtibus quem superueniens Joab tribus lanceis interfecit et victoriã reportauit. David quoq; hierusalẽ post menses. vj. triumphator rediuit. Et deinde multis habitis victorijs contra philisteos pplm feliciter gubernauit. Et dũ quasi de regno gloriatus/ et de ppli numerositate superbiẽs pplm oẽm isrl dinumerari iussisset: indignatus dñs populũ epidimia magna percussit. Ita ꝙ sm Josephũ de mane vsq; ad horã nonã repentina morte. lxx. milia virorũ de nobilibus: et. ccc. milia de plebeis et rusticis in populo israel extincti sunt. Et cũ vidisset David angelum percussorẽ venientẽ hierusalẽ/ et dñm pro pplo exorasset: oblato sacrificio quieuit indignatio dei: angelusq; manum contra hierusalem cõtinuit. Et deinde vsq; ad vite sue finẽ David in pace regnauit. ¶ Dum senectute nimia frigidatus calefieri non posset: et Abisac sunamitis puella: vt ipsum calefaceret cũ rege iaceret: Adonias filius Agith q̃ maior inter regis filios remanserat/ regnũ ambiẽs nobiliores quosq; ad conuiuiũ inuitauit. Verũ cõsilio Nathan prophete Bersabee vna secũ ad regem ingressa: promissionẽ de regno sibi factã pro Salomone eidẽ cõmemorauit. Propter qđ David Salomonẽ per manũ Sadoch sacerdotis assistentibus sibi Banaia principe militie et Nathã propheta: et militibus David in regem inungi mandauit. Quod Adonias audiens et timens fugit in tabernaculum: donec sibi Salomon fidem prestitit. David autem rex Salomonem aduocans regnum sibi gubernandum commisit: et de parendo mandatis dñi plenius informauit: obitq; dispositis cũ quadraginta annis regnasset: dormiuit cũ patribus suis die. iiij. kal. Januarij. vt beatus ponit Hieronymus/ prout et ipse reperit in archiuis iudeorum. Sepultusq; est in ciuitate David: hoc est Bethleẽ: licet quidã asserant eũ in horto in quo dñs crucifixus et sepultus extitit fuisse postmodum tumulatum. Hec oĩa tam in scđo libro regũ per totũ/ q̃ in tertio vsq; ad cap. ij. et in primo Paralipomenon atq; in historia scholastica distinctius traduntur: vbi et latiori narratione David gesta particularius legenti patebunt/ his modicis de multis substantialiter et compendiose collectis. ¶ Hic gloriosus propheta domini diuino afflatus spiritu centum et quinquaginta psalmorum psalterij volumen compilauit. In quib' sub dei laudib' et orationib' sacris incarnationis et passionis ac resurrectionis ceterorumq; beneficiorũ. Christi mysteria non tam prophetie oraculo futura predixit/ quam euangelico stilo quasi iam gesta contexuit. Qui liber inter cuncta diuine scripture volumina vti sacramentorum noui testamenti secundus: et laudum diuinarum hymnidicus: in officijs ab ecclesia frequentatur. Nam et eosdem psalmos diuersis temporibus et modis ipse david conditor nedum coram arca domini sepissime cecinit: verumetiam per cantores quos in domo dei ad celebrandum posuit/ deputatis diebus cantari constituit. Quem quidẽ librũ deuotissimũ heroico carmine in hebrea lingua: vt tradit Hieronymus compilatum primo a septuaginta interpretibus de hebraico in grecum translatum: idem Hieronymus de greco interpretatus est in latinũ: qđ hodie dr psalteriũ Romanum: eo ꝙ in Romana vrbe ecclesia eo vtit. Qđ postea prefatus doctor in aliquibus emendauit: et illud emandatum cantari cepit in ecclesia gallicana. dum tamen postea in vtroq; comperisset defectus notabiles hebraicum psalteriũ de hebreo verbotenus et immediate transtulit in latinum: quo licet alicubi clerici non vtantur/ ab eis tñ qui linguam nouerũt hebraicam vt verior pre ceteris approbatur.


¶ De sancto David monacho et confessore.

Cap. xvij.



David monach' fuit primo magnus latro in partibus Hermopolis: qui oẽs transeuntes predabatur habens secũ triginta consocios. Tandẽ compunct' ad monasteriũ accessit: et se monachum fieri postulauit. Quẽ dum abbas et fratres recusarent cum iam senẽ vidẽtes: et qualis fuerat agnoscentes: cõminatus est illis ꝙ nisi eũ susciperent monachũ/ cum exciperẽt predatorẽ et immuei[illegible] vt cũ socijs suis illuc rediens oẽs iugularet: et monasterium euerteret. Sicq; receptus et monachus factus in summa abstinẽtia et humilitate viuebat: oẽsq; fratres numero. lxx. operantes iuuabat. Cui die quodam in cella sedenti angelus apparẽs nunciauit ei omnia peccata sua dimissa. Quod dũ ille se credere nolle r fidisset ꝙ tã immania: et tot scelera deus sibi tã cito dimisisset: angelus eidẽ subiunxit ꝙ eodẽ signo deus ipsum propter incredulitatẽ percuteret quo percussus fuerat Zacharias: vt scilicet ex illo die semper mutus existeret: quo signo disceret oĩa possibilia apud deũ. Cũq; de hoc ille cẽqueretur: maxime q: mutus existens psallere vel orare non posset: angel' ei dixit ꝙ ex tunc extra psalmos et dei laudes omnino lingua eius liganda foret. Ex quo die officium quidẽ dicebat: et orandi potestatẽ habebat: aliud vero verbum omnino proferre non poterat: qui in eius sanctitatis testimonio pluribus claruit signis. Hec in vitis patrum.

¶ De sancto Trophino epo. Cap. xviij.



Trophinus episcopus et cõfessor discipul' apostolorũ Petri et Pauli/ cuius meminit Paulus apls scribẽs ad Thimotheum: et ab eodẽ apostolo episcopus ordinatus ciuitati Arelatẽ. ad predicandum Christi euãgelium primus directus. Ex cuius fonte vt papa Zosimus scribit: tota gallia fidei riuulos accepit. Qui doctrina et miraculis clarus quieuit in pace. iij. kalen. Januarij. Quo etiã tempore sanctus Crescenti' eius Pauli discipulus viennam peruenit: ibiq; miraculis eluxit.

¶ De sanctis Sabino & sociis martyribus. Capitulum. xix.



Sabinus episcopus cū exuperātio / & Marcello diaconibus: & venustiano cū vxore & filiis passi sunt apud assisium ciuitatē tempore Maximiani imperatoris. Qui beatus episcopus cum duobus diaconibus suis: exuperātio & Marcello a venustiano Augustali Tuscie in ciuitate assisina tētus: dū ad sacrificia suaderetur: permisit sibi deos presidis presentari: vt eis immolaret. Ille vero statuam iouis ex precioso corallio sibi adduci fecit. Quā sanctus in terrā elidens confregit. Propter qđ iussu venustiani manus eius precise sunt. Deinde duos diacones fecit in equuleo leuari: diuq; fustibus cedere latera eorū vnguibus radi: ignem subterponi. Tūc ambo spiritū emiserunt. Quorū corpora in fluuium iactata a piscatoribus presbyteris collecta iuxta viā sepulta sunt. Sabin⁹ vero in carcere clausus: nocte a serena matrona fouebatur: que manus eius truncas pro reliquiis reseruabat. Cuius et nepotem cecum illuminauit: quo miraculo quingenti gentilium ad xpm conuersi sunt. Post hoc dum venustian⁹ preses oculis grauiter langueret: Sabinum ad se adductum cum honore rogabat: vt sicut nepotem serene illuminauerat: sic & se ab oculorum passione sanaret. Quem sanctus Sabinus penitentia eidem imposita cum vxore: & duobus filiis conuertit: & baptizauit: eiusq; ab infirmitate liberauit. Hoc audiens Maximian⁹ imperator misit illuc lucium tribunum qui venustianum cum vxore / et duobus filiis Christum cōfitentes decollauit: Sabinum vero ad ciuitatem Spoletanam addductum tam diu plumbatis cedi fecit: donec spiritum exhalaret. Cui⁹ corpus vna cū manibus serena sepeliuit. Horum omnium passio colitur. iii. kal. Januarij.

¶ De sancto liberale epō & martyre. Cap. xx.



Liberalis episcopus Cannensis: que ciuitas est apulie passus est sub Adriano imperatore: Quē pater ciuis Romanus nobilis senator eleutherius nomine decedens commendauit euanthie vxori sue. Illa vero Christiana puerū cuidam sancto epō tradidit sacris litteris imbuendum. Episcopus vero liberalem eruditum cum esset annorū. xvi. ad diaconatum / deinde annorū. xviii. ad sacerdotiū promouit. Et cum multis iam signis clareret eundē annorū. xx. ciuitatis Cannēsiū epm ordinauit ad ppli preces. Imperator vero veniēs Romā audita liberalis fama misso felice comite ad Cannēsiū ciuitatē iussit eū sibi Romam adduci. Sanctus vero felicē ad deū cōuertit: & veniēs secū Romam in via baptizauit. Presentatus igitur Adriano / dū xpm libere confiteretur super lectū ereū extensus igne supposito / cū sic per horam mansisset: imperator eū solui precepit. Et videns ipsum immobilē in craticula oleo perunctam: prunisq; substratis cū poni fecit: statimq; ignis diuinitus extinctus est: & craticula tepefacta. Deinde missus in sartaginē oleo plenam & adipe liquefactis: quasi in rore permansit. Tunc de cōsilio cerberi prefecti imperator ipsum in furnū accensum misit sudibus ferreis circumpositis: & oleo superinfuso. Et cū permāsisset illesus cerberus cōuersus est ad xpm: quem imperator in eodē clibano mitti fecit: qui & ipse permāsit inustus. Imperator vero cerberū decollari mādauit: cui vnda sanguinis pro baptismate fuit: liberalis vero diebus plurib⁹ in custodia detentus inde eductus mittit in amphithea-trū laxata sibi leena: que sancti pedibus prouoluta eū omnino nō tetigit. Inde dimissus est sibi leo ferocissimus: qui & ipse cum nō tangens circūplexus est sanctū: ppter qđ multi paganorū in dño crediderūt. Et aliis q̄ dē hec magicis artib⁹ ascribentib⁹ / aliis xpi virtuti: orta seditione plusq̄ quingenti gentilium interfecti sunt. Quod audiēs imperator cum gladio animaduerti iussit. Mater vero euanthia que ipsum Rome secuta fuerat dum super corpus filii iaceret deprehensa ab imperatore q esset Christiana: ab eodem in confessione fidei & ipsa pariter decollatur. Quorum corpora ciues Cannēsiū ad suam ciuitatem transtulerunt: & ibidem honorifice condiderunt: passi sunt autem. iii. kal. Januarij.

¶ De sancto Felice papa. iii. et confessore. Capit. xxi.



Felix papa et confessor: huius nominis tertius in episcopatu successit Simplicio pape: qui Felix fuit natione Romanus ex patre Felice presbytero de regione Fasciole / et sedit annis. viii. mensibus. xi. dieb⁹. xvii. Hic fecit Basilicam sancti Agapiti iuxta Basilicā sancti Laurentij. Hic cōstituit ecclesias ab episcopo cōsecrandas: & qđ accusato dāde sunt inducie: vt ad respondendū preparare se possit. Et quod accusatores & iudices tales esse debeant qđ omni careant suspitione. Sub hui⁹ episcopatu venit relatio de grecia Petrum Alexandrinum presbyterū propter heresim damnatum ab achacio Constantinopolitano episcopo reuocatum. Qui papa facto concilio damnauit achacium cum petro. Post annos iterum tres venit relatio ab imperatore Zenone / vt penitens rediret achacius. Papa vero misit missenum et vitalem episcopos: vt si inuenirent complices petri achacium iterum damnarent eos: si non offerrent libellum penitentie. Corrupti sunt autem pecunia supradicti episcopi: et non fecerunt secundū preceptum sedis apostolice. Tunc Felix fecit discussionem: & inuenit ambos episcopos pecunia corruptos: & eiecit eos a communione vna cum achacio / & Petro. Hoc factum est tempore Oldouacri regis. Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembris / presbyteros. xxviii. diacones. v. episcopos per diuersa loca numero. xxxi. qui sepult⁹ est in Basilica beati Pauli apostoli. iii. kalen. Januarij tempore Zenonis imperatoris. Et cessauit episcopatus dies quinq;.

¶ De sctō Siluestro papa & cōfessore. Cap. xxii.



Siluester Papa huius nois primus natione Romanus ex patre Ruffino Melchiadis pape successor: sedit annis viginti tribus: mēsib⁹ vndecim. Hic a matre Justina xpiana post patris obitum tradit⁹ est Cyrino presbytero / a quo sacris lrīs eruditus: & ipse presbyter ordinat⁹: & hospitalitatē summopere exercebat: & sic: & Timotheū xpianū ab Antiochia veniētē hospitio suscepit. ¶ Qui post annū pdicās xpm martyriū passus est: vt dicit in ei⁹ passione. ii. kal. Septēbris: Sz dū Tarquini⁹ prefect⁹ qui Timotheū occiderat / ei⁹ diuitias a Siluestro ipsi⁹ hospite requireret: postq̄ Siluestrū huius facti nesciū cōperit: & ei sacrificare precepit: & immolare renuentē cedi fecit: & in carcerē trudi: cōminās eidē oīa gnā tormētorū. Quē Siluester in ipsa nocte moriturū pdixit: qđ et factū est. Nā dū Tarquini⁹ cenaret / os piscis in ei⁹ gutture versatū ipsum nocte media suffocauit: & Siluester mane a populo de carcere liberat. Uerum dum persecutione Constantini imperatoris adhuc gentilis Mel-


chiades papa per martyriũ ad Christũ migrasset: Siluester presbyter ꝗ̃uis diu renitens ab oĩ clero et populo in summũ pontificẽ electus est: qui fide feruentissimus / et sapiẽtia ac cõsilio clarus: charitate diffusus etiã a gẽtilibus amabat. Hic omniũ orphanorũ: viduarũ: et pauperũ noĩa in matricula habebat: et oĩbus necessaria prouidebat. Constituit quartam et sextã ferias: et sabbatum ieiuniis obseruandas: quintã vero feriã quasi dñicam celebrandam. ¶ Grecisqȝ dicentibus xp̃ianis sabbatũ potius ꝗ̃ quintã feriã celebrãdam. Rñdit Siluester hoc fieri non debere: et q: est traditionis aplice: et quia dñice debetur cõpassio sepulture: quinte vero ferie dignitatẽ ostendit: q: eo die dñs celos ascendit: et sacramẽtũ eucharistie instituit: et ecclesia chrisma cõficit. ¶ Dũ autẽ Constantinus imperator xp̃ianos persequeretur: in incurabilẽ cecidit plagam lepre. Cui pontifices idolorũ deorũ responso cõsulerũt: vt tribus milibus infantibus adductis Romam eorũ sanguine piscina repleatur: in quem calidum imperator balneãdus descendẽs a lepra protinus mundaret: quod et decretum est. Egrediente autẽ Constantino ad locũ vbi balneũ parari debebat / infantiũ occidendorũ matres puerorum ei obuiant: que resolutis crinib⁹ miserabiliter vlulabant. Qđ videns imperator abhoruit facinus: et iussit stare carrucam: et erigens se facundissima oratione populũ allocutus est. Ostendens qualiter dignitas imperij Romani de fonte nascitur pietatis: que hanc etiam legem dedit: vt capitali sententie subderetur quicũqȝ in bello aliquem occidisset infantẽ: quod amplius Augustũ adimplere decebat: multisqȝ rationibus persuasit a tãto omnimode facinore desistendum. Et dum in eius laudem populus dictum principis approbans acclamasset: matrib⁹ pueros cũ multis donis restituit: ipse vero ad palatiũ rediit. Nocte igitur insequente eidem beatus Petr⁹ / et Paulus apl̃i in somnis astiterũt: et q: innocentis sanguinis effusionem exhorruerat: se sibi missos a dño dicunt dare imperatori recuperande cõsiliũ sanitatis: admonentes vt Siluestrũ vrbis Rome ep̃m: qui persecutiones suas fugiẽs in montẽ Soracte cũ suis clericis latitat / ad se introducat: qui sibi piscinã pietatis ostenderet: qua lotus et mundus a lepra pariter ascendet. In cuius beneficii vicissitudinẽ xp̃o credens idolorũ templa destruat: et ecclesias erigens: deinde vere fidei cultor existat. Augustus Constãtinus pro Siluestro ad montẽ Soractẽ misit. Qui videns milites credidit se ad martyriũ euocari: et sociis hortãs cum suis presbyteris et clericis ad imperatorẽ accessit: cui assurgens cũ gratanter recepisset Siluestroqȝ resalutat⁹ narrauit ei sui somnij visionem: percunctãti vero qui essent illi dii qui sibi apparuerant: qui vocantur Petrus et Paulus / Siluester rñdit illos esse xp̃i apostolos: et nõ deos: et ad preces imperatoris misso diacono apostolorũ imagines presentari fecit. Quas vt imperator aspexit illos esse qui sibi apparuerant exclamauit: nec iã differẽdam pietatis piscinam in qua lotus posset a lepra mundari: cum sanctus Siluester piscina hãc baptisma sacrũ exposuit: et imperatorẽ de xp̃i fide diligẽter instruxit: cathecuminũ fecit: et biduanum sexte ferie et sabbati ieiuniũ ei indixit: et vt carceres aperiret commonuit. Vespere ergo sabbati in palatio Lateraň. intra Thermas imperatoris balneum iussit preparari: et fontẽ benedixit: Constantinũqȝ vestibus exutum firmiter credentem in aquam demersit et baptizauit: et ibi et mirabilis emicuit splendor lucis: sicqȝ Cõstantinus a lepra mentis et corporis de fonte mũdus ascendẽs / xp̃m se vidisse testatus est: qui prima sui baptismi die hãc legem dedit: vt xp̃s tanꝗ̃ verus deus ab omni vrbe Romana coleret. Deinde per duodecim dies subsequẽtes singulis diebus singulas protulit leges in fauorẽ xp̃iane fidei et ecclesiastice libertatis: de quibus in ei⁹ historia tractabit. xv. kal. Junii. ¶ Post hoc edificans Basilicas saluatoris iuxta suũ Lateraň. palatium: et apostolorũ Petri / et Pauli Lateraň. palatiũ pape concessit: Romanã ecclesiã cunctarum ecclesiarum matrẽ ecclesie cõstituit: et sedẽ apostolicam multis insignibus: et priuilegijs decorauit: multasqȝ in vrbe ecclesias fabricauit. ¶ Hec postꝗ̃ Helena Constantini mater bithynie cõsistens audiuit: per lr̃as laudat filiũ de relicta cultura idolorum: sed ipsum increpat: ꝙ relicto deo iudeorũ in crucifixum hoiem credat. Rescribit august⁹ vt ad se veniẽs iudeorũ magistros adducat: vt ex disputatione mutua appareat fides vera: duxit igitur Helena cxl. doctissimos iudeorũ: inter quos erant. xij. sapientia pre ceteris rutilantes. Qui ad disputandũ corã imperatore cum Siluestro cõuenerũt statutis duobus philosophis gentilibus sapientissimis: et iustissimis Cratone et Zenophilo: ad quos tanꝗ̃ iudices partium pertineret sñia dicendorũ. Noĩa aũt sapientũ iudeorum sunt hec: Abiathar: Jonathas: Godolias: Anna: Doeth: Chusi: Beniamin: Aroel: Jubal: Athan: Sileon: Zambri. Cum quibus Siluester solus disputans fidẽ xp̃i euidentissimis rõnibus cõprobauit: et ex sñia iudicum iudeos mirabiliter cõfutauit. Et dũ de mutuo cõsensu partiũ ad miraculorum experientiã ventũ esset: vltim⁹ ex iudeorum sapiẽtibus Zambri qui erat magus: iactauit se nomen ineffabile dei scire: cuius virtutẽ audire non valet aliquod animal / quin cõtinuo moriatur. Et cum adductus fuisset Taurus ferocissim⁹ vix in centũ hoibus tractus: statim vt Zambri in aure tauri verbũ protulit: taurus mugiẽs / eiectisqȝ oculis expirauit. Judeis ergo Siluestro insultantibus sanctus hoc nomẽ nõ dei / sed demonis esse ostendit: cuius prolatione viuẽtes mortificant / ex eo ꝙ nomẽ veri dei virtutem habet etiã mortuos suscitandi. Cũqȝ Zambri ad taurum suscitandũ a iudicibus vrgeretur: et ille cõtra tauri suscitationẽ virtute iesu xp̃i si posset / referret: seqȝ cũ suis crediturum exinde promitteret: Siluester oratione premissa: xp̃i noĩe inuocato nõ solũ taurum mortuũ excitauit: quin etiam de ferocissimo mansuetissimum remisit. Sicqȝ reginã / et iudeos ac iudices: et multos de populo ad fidẽ xp̃i cõuertit. ¶ Post hoc dum ad imperatoris aures venisset draconẽ in fouea quadã latere: qui ex quo ipse fidem xp̃i receperat: operante diabolo plusꝗ̃. ccc. solo flatu peremerat: et imperator hoc sancto pontifici retulisset. Ille ad dñm orauit: et se draconẽ alligaturũ obtulit. Cui beatus Petr⁹ apparuit: et vt secur⁹ ad draconẽ descenderet imperauit: ac vt ipsius os filo ligaret in xp̃i noĩe monuit. Descẽdẽs ergo Siluester in foueã duob⁹ solũ presbyteris assumptis per cẽtũ quinquaginta gradus duas secum ferẽs lucernas ibi draconis sibilantis os vt ei iussum fuerat alligauit: et vsqȝ ad diem iudicij ibidẽ inclusit. Et ascendens duos magos reperit: qui eum secuti fuerant: vt viderẽt quid ageret / ne populũ decipere possent: quos draconis flatu fetido pene mortuos secũ eduxit incolumes atqȝ sanos. ¶ Deinde Constantinus imperator Romanã prouinciã cum tota vrbe dei ecclesie donauit: et Byzantiũ mutato noĩe Cõstãtinopolis reedificauit: et illucqȝ imperiũ trãstulit. Et beat⁹ Siluester in vrbe remãsit. ¶ Huius ꝑcepto assentiẽte imperatore Cõstãtino et presidẽte cõcilio in Nicea Bithynie ciuitate celebrata est prima synodus. cccxviij. patrũ q fidẽ catholicam exposuerũt: et multa decreta statuerũt. In quo cõcilio Siluester ep̃s Osio ep̃o Corduben. et Victori Abitalen. vices apostolicas commisit: et ibi et damnati sunt Arrius: et Potinus: et Sabellius heretici: et eorum sequaces. In vrbe vero Roma cum auxilio Augusti celebrauit ipse consilium cc. episcoporum vbi eosdem hereticos damnauit. ¶ Hic constituit chrisma ab episcopo confici: et vt episcopus baptizatum consignet propter hereticam suasionem: et vt baptizatum statim ex a fonte leuatum liniat chrismate presbyter in vertice propter mortis periculum. Constituit etiam vt nullus laicus clerico crimen audeat inferre: et vt Romanus presul a nullo iudicetur: et vt presbyter nõ condemnetur nisi sub. lxxij. testibus certa cõprobatione. Et vt in noxis ordi

nis maiorē nullus possit accusare:⁊ vt clericus ante laicos nō iudicet:⁊ vt nullus clericus ꝑpter causam quālibet in curiam introiret nisi in ecclesia tantum. ¶ Hic constituit vt diaconi dalmaticis vterentur:⁊ vt sacrificiū altaris non in serico neq̄ in panno tincto nisi tātū in lintheo terreno procreato:⁊ mundo celebretur/sicut ⁊ corpus dn̄i nostri in sindone munda sepultū est. Constituit etiam vt si q̄s desiderasset in ecclesia militare vel proficere:vt esset lector dies.xxx.exorcista.xl.acolit⁹ annos.iij.subdiaconus annos.v.diaconus.vij.presbyter annos.iij.ꝓbatus:⁊ sic in ep̄m cōsecraret. Cōstituit insuper vt si quis mortis reus ad ecclesiā cōfugeret iudicium mortis euadat:⁊ alias multas constitutiones decreuit. Qui post opera multa laudabilia quieuit in pace.ij.kal. Januarij imperāte Constantino circa annum dn̄i.cccxc.sepultusq̄ est Rome iuxta palatium Octauiani in loco qui d̄r ad caput:⁊ cessauit ep̄at⁹ dies.xv.

¶ De sctō Barbatiano presbytero ⁊ ꝯfessore. Cap.xxiij.



Barbatian⁹ p̄sbyter cū Timotheo presbytero de Antiochia venit Romā:q̄ sanātes egrotos multa miracula operabant. Quorum famā audiēs galla placidia Augusta que tunc cū filio suo Ualētiniano imꝑatore Rauenne residebat:cū eodē principe venit Romā ad predictos dei famulos visitandos. Honorio altero imperatore eiusdē filio tūc mediolani degente. Dum ergo regina Romā ꝑuenisset:inuenit Timotheum presbyterum ad x̄p̄m migrasse. Barbatianus vero in cimiterio sancti Calati morabat̄ occulte ieiunijs ⁊ orationibus intētus. Qui ab Augusta requisitus et cognitus/rogatus est ab ea:vt quādā eius ancillam oculorū grauē languorē patientē sanaret. Cui ille sudariū suū misit:cuiusq̄ cōtactu oculi ancille sanati sunt. Deinde gallogenē quendā imperatoris famulū qui de scala cadens pedē cōtriuerat liberauit. Theodorū quendam cecū illuminauit: ⁊ alia plura miracula fecit. Quē multis precib⁹ Augusta galla:⁊ filius eius Ualētinianus imꝑator secū Rauennā duxerūt:vbi iuxta palatiū edificauit ecclesiā sancti Joannis baptiste:⁊ cenobiū monachorum construxit. Sed dum regina ecclesiā sancti Joannis euāgeliste a fundamētis erexisset/quā in eius noīe cōsecrari volebat:⁊ anxiaret̄ multū:eo q̄ nullas reliquias beati ap̄li ibi ponēdas habere posset:orātibus nocte Barbatiano ⁊ regina:apparuit sctō dei btūs euāgelista altare thurificās:sanctusq̄ presbyter reginā que aliquātulū dormitauerat excitauit:que etiā euāgelistā cōspiciens dū propius festinasset:vt pedes ei⁹ teneret:ipse disparuit:vnū tm̄ ex sandalibus in manib⁹ Auguste reliquit:qd̄ ibidē repositū ꝓ magna reliquia ꝯseruat̄. Post hec dū Theodorā quandā nobilem a fluxu sanguinis liberasset:⁊ ob hoc illa virū dei frequētaret:vesitus vir eius Zelotipie spū duct⁹ Barbatianū summo mane ad eccl̄iā tendētē occidere voluit:qui educto gladio et erecto brachio ita detētus est/⁊ fact⁹ immobilis:⁊ nec loq̄ potuit:nec brachiū deponere:nec inde se mouere donec clara die inuētus petiā suū cūctis cōfessus est. Quieuit autē sctūs in pace.ij.kal. Januarij sepult⁹ in monasterio suo ab Augusta galla:⁊ a sctō Petro archiep̄o:vbi ⁊ q̄escit ⁊ miraculis chorusca.



¶ De sancta Columba virgine et martyre. Cap.xxiiij.

Colūba virgo passa est in ciuitate Senonen̄.sub Aureliano imperatore q̄ apud ipsam vrbē residens virginē sibi delatam vt x̄p̄ianā teneri fecit:que dū sacrificare nollet/nec nubere:iussu imperatoris adducta est ad locū publicum meretriciū:vt oībus sibi illudere volētibus exponeret̄. Ad quā dū iuuenis quidā lasciuus noīe baruchā esset ingressus:vrsa ferocissima de cauea fugiens illuc accessit:⁊ ipsum apprehentum ad terrā strauit/intēdēs in columbā:nutibus quodāmodo interrogans quid iuberet:sed ea mādante iuuenis sine lesione dimissus cōuersus est. Ursa vero ante ianuā se ponēs neminē ingredi dimittebat:qd̄ audiēs imperator ignē circa cellam accendi fecit. Ursa autem iubente virgine per tectum ascendēs aufugit. Moxq̄ imber ab Aphrico veniēs ignem extinxit. Quam Aurelianus extra ciuitatem adductā decollari mandauit. Sepultaq̄ est apud Senon̄.ij.kal. Januarij.

¶ De sanctis Sauiano ⁊ socijs episcopis et martyribus. Cap.xxv.



Sauian⁹:Potentian⁹/⁊ Altinus ep̄i fuerūt ex septuagintaduobus discipulis x̄p̄i missis a beato Petro ap̄lo ad gallias p̄dicandas:vbi Sauianus primas tot⁹ galliarū prouincie cōstitutus verbo ⁊ exēplo vna cum sibi adiūctis socijs populū instanter docebat:⁊ multa miracula faciebat. Sed dum apud Senon̄.predicaret:tentus ab infidelibus pro x̄p̄i nomine decollatus est: ibiq̄ tumulatus:cui successit in episcopatu Potētian⁹: qui ⁊ ipse verbo predicationis insistēs/post modicum tēpus martyriū passus est. Corpusq̄ eius auibus et feris expositum diuina gratia intactum permanens a fidelibus recollectum vna cū Sauiani corpore sepultum est.ij.kalendas Januarij vbi multa miracula in egrotātium membris/et obsessis a demonibus deus operabat̄. Post quos passi sunt etiam sancti Altinus/Serotinus/et Edoardus:sepulti apud martyres prefatos. Quorum omnium corpora postmodū a ceulone eiusdem vrbis antistite translata sunt in beati Petri Basilicā contiguam Anno domini.Dccc.xlvij.vij.kal. Septēbris tempore Lotharij/et Ludouici/⁊ karoli imperatorū. Ubi audite sunt voces angelice deo gratias agētes.

¶ De sancto Odilone abbate. Cap.xxvj.



Odilo abbas cluniacen̄. floruit tp̄e Othonis.iij.cui⁹ vitā scripsit Hugo cluniacen̄.q̄ in aluernia natus militis fili⁹/adhuc infans oīm membrorū impos ex egritudine fact⁹ incedere nequibat. Dū autē die quadā nutrix alijs intēta eū iuxta ianuā eccl̄ie btē virginis reliq̄sset:per quasi diuino instictu manibus ⁊ pedibus reptās ecclesiā intrauit:altare petijt:⁊ se studens erigere aram cōtingens sanitatē mox recepit. Igit̄ in adolescentia sua primo fact⁹ est clericus eccl̄ie sancti Juliani martyris in aluernia:dehinc sub sctō Maiolo abbate Cluniacen̄.monachus effectus in sancta cōuersatione quadriennio viuens defuncto maiolo abbas a monachis electus est. Qui inter cetera eius sanctitatis insignia: nulla cura vel solicitudine potuit prohiberi:quin quotidie celebraret:vnde in extremis positus adraldū monachum fecit calculare quot missas celebrasset.lvj.annis quibus monasterium rexerat:quasi de his a domino iuxta numerum precium recepturus. Pauperibus compatiens manu largissima tribuebat:vt etiā famis tēpore sacra vasa:⁊ coronas ab imperatore oblatas ecclesie ⁊ distraheret:⁊ pecuniam susceptā erogaret. Beatam quoq̄ dei genitricem in summa deuotione habebat:⁊ vitam arctissimam obseruabat. Hic puerum cecum a natiuitate illuminauit. ¶ Dum in.xl.ad men-

sam ederet panem cineribus inuolutū:aquam a mini‑stro in potum petentiq; obtulit. Et dū sanctus vini saporem gustasset:ministrū ꝙ sibi vinum porrexisset redarguit. Iterumq; aquā sibi de fonte allatam in vinum cōuersam gustādo cognouit. ¶ Apud ticenum latro velamen altaris eius furatus vendere ipsum nullatenus in foro potuit:⁊ rediens manum aridā repente sensit: furtūq; reportans ⁊ veniam petens oratione sancti sanitatē meruit. ¶ Dum odilo ticenum festinaret:flumē intumescens quod cuncti vadare timebāt sine lesione cum suis transiuit:qḋ dum quidā alii attentarent vix euaserunt. Sequēti nocte apud quendam hospitatus est:vbi lucerna accensa vento extinguit:⁊ dum vir ille odilonē inuocasset:celesti luce tota nocte domus illustratur. ¶ Veniens autē ad monasterium sancti Marcelli martyris fluuiū inundantem mirabiliter impetuosum cū oībus trāsuadauit:⁊ ceteris vsq; ad femora madefactis:quod etiam preter naturā fuit:aqua sibi adhuc maiori miraculo vix vsq; ad talos attigit. ¶ In monasterio sancti Martini apud stratam publicā receptꝰ cum oīm copiam ad vescendū exceptis piscibus haberet:pāuces modicos allatos benedixit:⁊ iussit apponi. Et cū essent multi discumbētes oēs inde abundanter refecti sunt:⁊ adhuc plurima superfuerunt. ¶ Rome etiam degens apud monasterium dei genitricis qḋ est in monte auentino dum vinum sibi/⁊ sociis habile defuisset:vasculū melioris vini sibi oblatū est.de quo oībus abundanter infuso cunctis ad sufficientiam fuit: adeo vt nihil alicui defuerit neq; superfuerit. ¶ Apud Taurinū quidam febricitans dum aquam lotionis manuū Odilonis collectam gustasset continuo a febre liberatus est. ¶ In mōte Iouiani pauperibus peregrinis sitientibus obuiās vinum modicum qḋ in flascone habebat ꝓpinari iussit:⁊ omnibꝰ potu satiatis:vas postmodum plenum repertum fuit. ¶ Imperator Henricus cuppam vitream Damasceno opere pulcherrime depictam sibi presentandam misit:quam dum fratres mirarentur nuncio adhuc presente de manu vnius casu cecidit:⁊ confracta est. Odilo igitur timens ne ex hoc imperator contra fratrem indignaretur:fragmēta collegit:⁊ oratione fusa cuppam reintegrauit. Hic primꝰ diuina reuelatione festum cōmemorationis defunctorum post festiuitatem omnium sanctorum celebrauit: ⁊ toti suo ordini celebrandum indixit. ¶ Benedictus papa decimus qui eū multo honore Rome susceperat defunctus apparuit Ioanni episcopo portuensi dicens ꝙ eterne pene dānatꝰ esset/nisi Odilonis merita ⁊ orōnes obstitissent. Sed tamē dudum in purgatorio cruciatus/sperabat eius precibus ad paradisum transire. Que dū Ioānes epūs abbati intimasset:odilo pro benedicto papa per seipsum orauit:⁊ cunctis fratribus ordinis idem imposuit. Et post dies modicos Eldeberto monacho papa Benedictus apparuit nimium fulgēs: et maximo cetu mirabiliter resplendente associatus. Qui odilonis monasterium ingressus/eidem gratias egit asserens se ipsius ⁊ eius ordinis suffragiis a penis purgatorii liberatum. ¶ Ante fere quinquennium finis vite sue graui morbo cruciatus est. Mortiq; proximus diabolum sibi assistentem terribiliter increpauit / cur ante se venire presumpserat: moxq; malignus discessit. Sicq; sacra sumpta communione Anno domini .M. xlviii. etatis autem sue . lxxvii. ordinationis vero sue. lvi. Quieuit in pace secundo kalend. Ianuarii. ¶ Eadem hora fratri Gregorio monacho velut stella splendens apparuit: seq; ante conspectum domini beata vita gaudere nunciauit. Cuius corpus in ipsa ecclesia sepultum est miraculis clarens. ¶ Hic plures elegantes sermones composuit: qui a fratribus eius ordinis sepius per annum leguntur.

¶ De circumcisione domini nostri.
Capi. xxvii.



Circumsio domini

nostri kalen. Ianuarii.iii.ex causis ab ecclesia instituta videtur : videlicet propter festi natiuitatis repetitionem:propter Christi assumptam circūcisionē:propter eius sanguinis primam effusionem:ꝓpter noui nominis impositionem. ¶ Primo ergo celebratur propter natiuitatis domini repetitionem. Nam illud festum improprie vocatur octaua natiuitatis. Nā quia Christi natiuitas tendebat ad mortem: Ideo improprie octauam habere dicitur:obitus enim sanctorum ideo octauam habent:quia ipsi tunc nascuntur ea natiuitate que est ad vitam eternam quam octaua resurrectionis significat. Eadem ratione videtur ꝙ natiuitas virginis ⁊ Ioannis baptiste improprie octauam habent. Similiter nec resurrectio domini:quia iam facta erat ipsa resurrectio in re. Sed nota quod est octaua suppletionis:venerationis:deuotionis, et figurationis. Octaua suppletionis siue repetitiōis est octaua natiuitatis/in qua supplemus qḋ minus in festo factum fuerat:scilicet officium de parturiente:vnde et oratio ⁊ responsoria dici pertinent ad puerperam virginem:⁊ officium misse in qua in quibusdam ecclesiis cantat. Vultū tuum ⁊c. ¶ Octaua venerationis est octaua pasche: penthecostes:natiuitatis domine nostre:⁊ Ioānis baptiste. ¶ Deuotionis vt cuiuslibet sancti possunt fieri octaue. ¶ Figuratiōis sunt octaue instituite de sanctis/ que significant octauam future in eis resurrectionis:vt est octaua sancti Stephani:Ioannis euangeliste : Laurentii et apostolorum ⁊c. Est ergo illud festū non octaua natiuitatis proprie:sed repetitio siue suppletio illius festi. ¶ Secundo propter a Christo assumptam circuncisionem:quam Christus propter sex causas assumere voluit. ¶ Primo ratione sui seq; vt verā carnem assumpsisse ostenderet vt ex hoc cōfunderet errorē manicheorū dicentiū xp̄m corpus fantasticū habuisse. Corpus enim fantasticū nec mutilatur:nec ex eo sanguis effunditur. ¶ Scḋo ratiōe nostri. Nā q: ḃm augustinū. Ois xp̄i actio nostra est instructio:ideo circuncisus est in carne:vt nos circuncidi debere monstraret in mente:⁊ etiā exterius in opere:⁊ sermone. Circūcisio autē nostra exterior debet esse in habitu ne sit notabilis. In sermone ne sit reprehēsibilis. Et in actione ne sit cōtemptibilis: vt scilicet circuncidatur visus a superflua visione:auditus a superflua auditione ⁊c. Interior aūt similiter debet esset. In cogitatione vt sit sancta. In affectione vt sit pura. Et in intētione vt sit recta. Col. ii. Circūcisi estis circuncisione nō manufacta in exploratione carnis/ sed circuncisione xp̄i. Tertio ratione iudeorum vt excusabiles nō essent. Si enim circuncisus non fuisset:iudei se excusare potuissent dicentes:dissimilis es patribus: ideo nō recipimus te. ¶ Quarto ratiōe demonū ne mysterium incarnationis cognoscerent. Cum enī circuncisio sit cōtra peccatum originale:credidit diabolꝰ ⁊ hūc similiter peccatorē esse. Eadē ratione voluit matrē desponsatam habere:vt crederet diabolus Iesum a Ioseph genitū esse. ¶ Quinto ratione perfecte iustitie adimplende. Sicut enim baptizari voluit:vt omnem iustitiam adimpleret:sic etiam circuncidi vt eandē nobis humilitatem ostenderet. ¶ Sexto ratione legis adimplēde siue approbande:quomodo enī diceret:non veni soluere legem,/sed adimplere si circuncisionem respuēs statim a mandati solutione cepisset:vt dicit Ambrosiꝰ. ¶ Potest addi ⁊ septima ratio ꝙ scilicet octaua die circuncisus est:vt spiritualiter innuat ꝙ in octaua resurrectionis ab omni pena et miseria circuncidemur. Et hoc habet denotare circuncisio que fiebat octaua die: vt q: mundi decursus sex etatibus deuoluitur:septima etas morientium:octaua resurgentium:in qua per secta

erit circūcisio facta i carne nr̄a in q̄ oēs defecer⁹/ ⁊ mise-
rie p̄cidenť. ¶ Cause autē q̄re circūcisio data fuit sunt
sex que his versibus continētur. Cauteriū: signum: me
ritum: medicina figura. Exemplum fuit olim circun-
cisio dura. ¶ Tertio propter sanguinis xp̄i primam ef-
fusionē. ¶ Hodie enim xp̄s sanguinem suū pro nobis
fundere cepit qui ipsum pluries: videlicet quinq̄ vici-
bus p̄ nobis effundere voluit. Primo in circuncisio-
ne: q̄ð fuit nostre redemptionis initium. Scd̄o in ora-
tione: q̄ð fuit nostre redemptionis desideriū. Tertio in
flagellatione: q̄ð fuit nostre redemptionis meritum: q̄r
liuore eius sanati sum⁹. Quarto in crucifixione: q̄ð fuit
nostre redēptionis preciū: tunc eñ q̄ nō rapuit exoluit.
Quinto in lateris apertione: q̄ð fuit nostre redemptio-
nis sacramentum. Inde enim exiuit sanguis ⁊ aqua: q̄ð
figurauit nos per aquam baptismi mundari debere:
q̄ð habet efficaciam a sanguine xp̄i. ¶ Quarto celebra-
tur propter nominis impositionem: quia vocatum est
nomen eius Jesus. ¶ Hoc autem nomē apparet mira-
bile in figura: in scriptura ⁊ operatura. Primo in figu-
ra: figuratum enim fuit hoc nomen in Joseph filio Ja-
cob/ de quo dicit Gen̄. xlj. quod Pharao appellauit no
mē eius lingua egyptia saluatorem mundi: quod autem
Jesus saluator interpretetur/ ostenditur Matth. j. Uo-
cabis nomē eius Jesum. Ipse enim saluum faciet popu
lum suum a peccatis eorū. Joseph igitur qui saluator a
Pharaone fuit appellatus: figurabat Christū qui a deo
patre Jesus idest saluator est nominat⁹: vt sicut Joseph
a fratribus venditus triginta argēteis: egyptū idest te-
nebras a t̄palis famis oppressione liberauit: ⁊ populū
collecto frumento refecit. Sic Jesus saluator a iudeis
emptus totidē nummis seculum istum tenebrosum a
spiritualis inedie tabefactione redemit: ⁊ populū cele-
sti pane hoc est suo sacratissimo corpore satiauit. Et si-
cut ille factus est dn̄s egypti: ita ⁊ Jesus factus est iudex
toti⁹ seculi. ¶ Item figuratū est hoc nomē in iesu filio
nun: qui alio nomine dicit Josue: q̄ fuit successor moysi
in populi hebreoꝝ ducatu: vt sicut ille populū dei p̄ de-
sertum educens eundem ad terrā promissam introdu-
cere nequiuit: q̄ð successor eius iesus adimpleuit. Sic
per allegoriam moyses quidē populo dei legē dedit: p̄-
sum autē saluare non potuit: nec ad promissam terram
viuentium introduxit: quod iesus saluator moysi suc-
cessor legis gratie lator effuso sanguine suo perfecit. Et
sicut ille aperto iordanis flumine populū ad terram p̄-
missam induxit: sic ⁊ iesus iste patefacto baptismate q̄ð
ad literam in eodē flumio habuit exordium in xp̄o po-
pulū suum ad eternā gloriam immisit. ¶ Item figura-
tum est in iesu sacerdote magno qui post captiuitatem
babylonicā populum in hierusalem reducens/ templū
reedificauit. j. Esdre. v. Figurabat enim iesum qui est
sacerdos in eternum s̄m ordinem melchisedech: qui post
diaboli captiuitatem populum redimens ad hierusa-
lem celestem que est mater nostra per suū sanguinem
reportauit: ⁊ templum militātis ecclesie propter pecca-
tū hois dirupte refecit. ¶ Secūdo in scriptura: hoc est
ineffabile nomen dn̄i: quod grece dicitur tetragram-
maton a terra q̄ð est quatuor: ⁊ grāma litera ⁊ on deus
quasi deus quatuor literarum: q̄ð in lamina aurea de
precepto sculptū: in fronte summi sacerdotis pēdebat.
Et cū inter decē nomina hebraica quibus deus nomi
natus est nullum reperiatur. iiij. literarum quod nō sit
plurium vel pauciorum: solum hoc nomen iesus in he-
breo. iiij. literis inscribit scilicet/ ioth/ he/ vau/ he. His
enim literis nomē dei ineffabile tetragrāmaton scriptū
fuit: que quatuor litere in lingua nostra sonant princi-
pium vite passionis: quasi dicatur q̄ iste iesus est prin-
cipium vite passionis: idest per passionem. Cum enim
hebreorum grammatica prepositionibus careat: loco
prepositionū que seruiūt accusatiuo casui ponunt geni-
tiuum. ¶ Tertio in operatura: vnde dicit Petrus raue-
nas. Hoc est nomē quod dedit cecis visum: surdis au-
ditum: claudis cursum: sermonē mutis: vitā mortuis:
totamq̄ diaboli potestatem virtus huius nominis de
obsessis corporib⁹ effugauit ⁊c. ¶ De carne autem cir-
cuncisionis domini dicitur q̄ angelus eam Karolo ma
gno detulit: ⁊ ipse eam Aquisgrani in ecclesia beate vir-
ginis collocauit: quam postea fertur transtulisse caro-
lū. Nunc autem dicitur esse Rome in capella Latera-
nen. que dicitur sancta sanctorum: vnde ibidem scriptū
legitur. Circūcisa caro Christi: sandalia clara. Ac vm-
bilici viget hic precisio chara.

¶ De sctō Basilio ep̄o ⁊ confessore. Cap. xxviij.



Basili⁹ episcopus ⁊ doctor grecorū/ cuius vitā amphi-
lochius iconij ep̄s scripsit de Cesa-
rea capadocie oriundus: septennis a
parētibus studijs philosophie tradi
tus: studuit apud athenas cū grego-
rio nazianzeno et Juliano: ⁊ Libanio
in doctrinis grecis. Cumq̄ in scri-
pturis illis ad sensum suū creatorē
inuenire non posset: eidem nocte orā
ti quidam splendor illuxit: et induxit
eum ad perlustrandum totius religionis scripturam.
Profectusq̄ in egyptū sacrarum literarū studio se exer
citans iam mente xp̄ianus/ reuersus in greciam mul-
tis philosophis viam salutis ostendit. Inter quos Eu-
bolum preceptorem suum disputantem redarguit. Cuꝫ
quo triduo sine cibo continue permanens: sectiq̄ de di
uinis conferens eum conuertit. Qui omnibus suis pro
Christo erogatis venerunt Antiochiam: vbi ⁊ Libanio
sophiste ⁊ discipulis eius Christum predicauerunt. In-
de venientes hierlm ab ep̄o Maximino baptismum pe-
tierunt: qui eos secum duxit ad iordanem. Dumq̄ Ba-
silius signum fidei a deo peteret: venit super eos lux im
mensa sicut fulgur: ⁊ columba ex fulgure descēdens tur
bauit aquam ⁊ euolauit. Ibiq̄ baptizati antiochiam re
uersi sunt vbi sub Melecio ep̄o Basilius diaconus ordi
natur. Deinde venerūt Cesaream: vbi Eusebio ep̄o di-
uinitus reuelatur Basilium sibi in ep̄atu successurum:
q̄ð non multo post eo decedente factum est. ¶ Quante
sanctitatis extiterit iste sanctus effrem eremite in visu
monstratum est: vidit enim in extasi positus columnaꝫ
ignis caput cuius ad celum pertingebat: ⁊ vocem desu-
per audiuit q̄ talis esset magnus Basilius: veniens er-
go ad ciuitatem die Epyphanie vt tantum virum vide
ret: cū ipsum conspexisset in pontificali apparatu et co-
mitiua clericorū venerabiliter procedentem: despexit
eum admirans hominem tanto honore: ⁊ constipatiōe
positum esse columnam ignis. Quod Basilius per spi-
ritū cognoscens eū ad se accersiuit: de cogitatiōe redar-
guit: viditq̄ effrem linguam igneam loquētem per os
eius: ⁊ compunctus veniā petijt. Cūq̄ ab eo petiuisset
quatenus vt grece loqueretur: quam linguam penitus
ignorabat sibi a deo impetraret: q̄uis difficile videreť:
Basili⁹ pro eo orauit: ⁊ cōfestim grece loq̄ cepit. ¶ Ere-
mita quidam alius pōtificaliter procedentem Basiliꝫ
contempsit: arbitrans q̄ in tali pompa plurimū dele-
ctaretur. Cui de celo vox facta est q̄ ipse magis pecca-
bat ex delectatione quam habebat in palpando caudā
catte sue q̄ Basilius in omni apparatu suo. ¶ Ualē-
rius imperator fautor arrianorum ecclesiā quandā ca-
tholicis ablatam contulerat arrianis: ad quē vir san-
ctus accessit: ⁊ ipsum de eius iniquitate magnanimiter
redarguere cepit. Cuius post multa verba imperator
concessit: vt amore catholicoꝝ remoto ipse s̄m iusticiā
inter partes sententiā ferret. Episcopus vero conuoca
tis partib⁹ iussit: vt fores ecclesie clauderenť: ⁊ vtriusq̄
partis sigillo munirentur: ⁊ ad quoꝝ orationes ape-
rirenť sua esset. Qð cū oīb⁹ placuisset: orantib⁹ arria-
nis per triduū ianue semper eisdem clause māserunt.
Tūc Basilius processione ordinata venit ad ecclesiamꝫ

⁊ facta oratione leui ictu baculo suo fores tetigit dicēs:
tollite portas principes vestras ⁊c. Et cōtinuo apertis
ianuis/reddita est ecclesia catholicis. Cum imperator
Basiliū nec muneribus: nec precibus: nec comminatio-
nibus corrumpere posset: vt dicitur in tripartita histo-
ria: dum sententiam de ipsius exilio scribere vellet: fra-
ctis tribus calamis successiue ipse tremorem magnum
incurrit: ⁊ sic chartā fregit: ⁊ a scribenda sententia desti-
tit. ¶ Nobilis quidā noīe heraclius filiā eius vnicā deo
vouerat: in cuius amorē instigāte diabolo vnus ex ser-
uis exarsit: ⁊ impossibile videns: vt ad amplexus filie dñi
sui posset accedere: cuidam mago pecuniā magnā pro-
misit: si taliter ageret: ꝙ puella sibi cōsensum preberet.
Qui scriptā eplam ad diabolū iuueni tradidit: ⁊ vt no-
cte inter sepulchra gentiliū accederet monuit: ⁊ demo-
nes vocaret: atq; chartā in aere exaltaret: ⁊ sic demoni-
bus sibi apparētibus obediret. Que dū iuuenis perfe-
cisset: adest princeps tenebrarū cū multitudine demo-
niorū: ⁊ lecta epla iuuenē interrogat: si xpm negare pa-
ratus erat. Qui dum xpo ⁊ xpiane fidei abrenunciasset:
⁊ abnegationis sue chirographum diabolo tradidisset:
princeps demoniorum spūs fornicationis ad puellam
misit in amorem iuuenis inflāmandā. Que dudū vexa-
ta miserabiliter clamare cepit: ⁊ patri dicere: ꝙ aut ip-
sam seruo in cōiugem traderet: aut seipsam occideret.
Pater igitur anxius ⁊ filiā perdere dubitās: de consilio
amicorum ipsam seruo suo manumisso in vxorē dedit:
⁊ maximā dotem concessit. Et dum dudū insimul per-
manerēt/aduertit vxor ꝙ vir suus nec se signabat: nec
ecclesiā introibat. Et dum hui⁹ causam solicite ꝑ dies
plurimos requisisset: ꝗuis dudū sibi veritatem negas-
set: xidē tandē cuncta que sibi contigerant enarrauit: ⁊
puella superinde Basiliū cōsulendum abijt. Qui puerū
vocans: ⁊ oīa ab eo audiēs: interrogauit si ad xpm redi-
re vellet. Cui ille rñdit: ꝙ vellet libēter: sed nō poterat:
ꝗ abnegationis sue chirographū diabolo fecerat. At
sanctus cū in dño confortauit: ⁊ cruce signatū per tri-
duum inclusit: postea cū visitauit: qui magnas demonū
infestationes se pati dicebat: ⁊ eo ꝙ ipsum lapidantes chi-
rographū sibi ostendebant. Cui ille dans escam modi-
cam: iterum cum signauit: ⁊ inclusit: ac pro ipso iugiter
deū orauit. Et post aliquos dies iterum ad eū veniens:
ab eo percepit ꝙ clamores eorū a longe audiebat: eos
tñ non videbat: iterumq; ipsum reficiens abijt: ⁊ pro eo
orauit: ⁊ et die quadragesimo rediens audiuit ꝙ viderat
sanctū pro se pugnantem: ⁊ diabolū vincentē. Quē Ba-
silius educens vocato clero ⁊ ppl'o: ⁊ factis letanijs pue-
rum in ecclesia ducebat: quē demones ab alia parte tra-
hebant. Tunc clamāte puero Basilius demones incre-
pauit: eosq; dudū conquerētes effugauit. Et dum ipse
cū omni ppl'o in oratione perseuerassent: ecce scriptum
iuuenis per aera in manibus Basilij conuolauit: quē il-
le iuueni ostensum lacerauit: ⁊ absolutum ac cōmunica
tum: ⁊ bene instructum vxori restituit. ¶ Mulier que-
dā oīa peccata sua in cellula scripserat: ⁊ eā Basilio dede
rat: supplicās vt ꝑ se oraret: vt deus sibi peccata dimit-
teret: ꝗ dum pro ea orasset/oīa pctā preter vnū grauius
de charta deleta sunt. Quam Basilius ad effrem ere-
mitā misit: vt eius oratione ⁊ peccatum illud deleri pos
set. Tūc effrem eam ad Basiliū tanq̄ sanctiorē remisit:
⁊ vt veniēs festinaret admonuit eo ꝙ dubitabat an ip-
sum viuum inuenire posset. Rediens ergo mulier virū
dei defunctū reperit: qui iā ad tumulū portabat. Et
dum lamentabiliter fleret: ⁊ cedulā supra corpus defun
cti posuisset: aterū eam aperuit: ⁊ peccatum deletū aspe-
xit. ¶ Dum aūt sanctus dei egrotaret infirmitate qua
et decessit: quidā probus medicus iudeus Joseph noīe
eum visitabat: quē sanctus se cōuersurū preuiderat. Sz
dū in extremis positus esset/Joseph ex motu pulsus et
alijs indicijs quē eo die moriturū nouerat: famulis se-
creto nūciauit: ⁊ vt necessaria sepulture pararent cōsu-
luit. Qđ sanctus per spm̄ audiēs hoc esse futurū eo die
omnino denegauit: ⁊ Joseph aliter esse impossibile cō-
stanter affirmauit: asserens se velle mori: nisi Basilius
eo die sole occidente occumberet. Tūc sanctus cum in-
terrogat: si vult mori peccator: ⁊ viuere xpo: si die sequēti
vsq; ad sextam horā superuiueret: qđ ⁊ Joseph se factu-
rū spondet. Beat⁹ aūt Basilius ꝗuis naturaliter illico
moriturus: orōne nō tm̄ mortis inducias ꝗ cōualescē-
tiā a xpo impetrauit: ⁊ vsq; in crastinū ad horā nonā su-
peruixit: maneq; hora tertia de lecto surrexit: ⁊ ad ecclesiā
ꝓprijs pedib⁹ accessit: ⁊ Joseph cōuersum baptizauit: ⁊
rediens ad lectū hora nona spm̄ feliciter emisit kal. Ja-
nuarij tpe imperatoris gratiani: sepultusq; est in eccl'ia
sua. ¶ Hic cōtra eunomiū insignes elaborauit libros.
De spiritusancto volumē egregiū. In exameron homi-
lias nouē. Eplas breues: variosq; tractatus. Ad euchi-
tas epistolā vnā cōtra hereticos. De incarnatione dñi
librū vnum. Vitā Balaā ⁊ Josaphat. Contra Julianum
apostatā libros fortissimos. De generib⁹ petrōrū inquisi
tionū librū vnū. De fide catholica ad amphilociū iconij
episcopū librū vnū. Scripsit etiā regulā monachorum
qua vtunt armenij: ⁊ alia multa opuscula fecit.

¶ De sancta Martina virgine ⁊ martyre.
Cap. xxix.



Martina virgo et
martyr Rome ex patre consule nata:
ibidēq; sub Alexandro imperatore
passa est. Que ab eo vt christiana cō-
prehēsa: ad Apollinis sacrificium in-
uitatur. Et dū orasset pars templi
cū idolo cecidit: ⁊ demon per aera si-
cut fumus clamans euanuit. Quam
Alexāder alapis cedam ab octo viris
binatim sibi succedentibus vncinis
ferreis attrahi fecit. Qui vidētes quatuor Angelos vir
ginē cōfortantes cōuersi sunt: ꝓpter quod ⁊ ipsi suspen
si: ⁊ vngulibus lacerati: demum decollati martyrū con-
summauerūt. Deinde virgo xpi suspensa: ⁊ post hoc in
quatuor palis extēsa gladijs conciditur: sed cesoribus
subito decedētibus carceri tradit: vbi ab angelis visi-
tata confortatur: ⁊ celesti cibo reficit. Indeq; educta in
tēplo artemidis statuit: ⁊ immolare cōpellit. Sed cor-
ruēte idolo ⁊ fugato demone iterū circa mām̄illas vn-
gulibus laniat. Iterūq; carcerat. Deinde in amphithea-
trum deducta bestijs subijcit. Cuius pedib⁹ leo ꝓcidit
māsuetus. Et dum inde educta fuisset: eadē leo mox eu-
menium Alexādri cognatū interfecit. Iterum post duos
dies suspensa: ⁊ vngulis rasa: atq; decaluata est: eo ꝙ vir
tutē maleficiorū capillis inesse putabant. Et dū in tem
plo celi reclusa fuisset sola: ⁊ idolo corruente: audite sunt
voces angelorū cōcinnentium a paganis. Quod impera
tor cōperiēs ipsam extra vrbem ductam iussit decolla-
ri. Et facto maximo terremotu. cccc. gentiles cōuer-
si sunt. Cuius corpus Calixtus papa cum suis clericis
sepeliuit kalend. Januarij.

¶ De sancto Concordio presbytero ⁊ mar
tyre. Cap. xxx.



Concordius p̄sby
ter/⁊ martyr passus est spoleti tpe
Antonij imperatoris. Hic ex patre
Gordiano xpiano Rome ortus/a
sctō pio vrbis epō p̄sbyter ordina-
tus et doctus est. Qui cū via salaria
habitaret apud sctm̄ Eutycetē: ter⁹
a torquato comite Tuscię: ꝗ versa-
bat spoleti: ⁊ eū xpm cōfiteret: ⁊ sacri
ficare nollet/carceri tradit⁹ est vbi
a sanctis Eutycete et Antimo epō amicis torquati de
eius cōsensu visitatus ⁊ confortatus fuit. Inde eductus
equuleo suspendit ⁊ torquet. Et dū cōstanter in fide ꝑsi
steret: iterū carceri mancipat: ⁊ fame triduo macerat.

Nouissime cum statue iouis eidem in ergastulo presentate thurificare renueret: a duobus satellitibus ibidem decollatur kal. Januarij. Sepultus in loco vbi aque plures emanant: iuxta ciuitatē spoletanam.

¶ De sancto Almachio martyre. Cap. xxxi.



Almachius martyr Rome martyrium passus est. Qui cum sacrificantibus gentilibus diceret: hodie octaue dominici diei sunt: cessate a superstitionibus idolorum: iubēte vrbis prefecto captus/ et a gladiatoribus occisus est kal. Januarij/ vt dicit in martyrologio Adonis.

¶ De sctō Fulgētio epō ruspensi. Cap. xxxii.



Fulgētius episcopus Ruspen. ex pr̄e Fulgētio et matre marchiana nobilibus in ciuitate Toleto Hispanie nat⁹ est. Qui grecis ꝛ latinis lr̄is nō mediocriter eruditus in annis iuuenilib⁹ a Fausto epō in exiliū relegato monachalē habitū suscepit. Hic pmo ab arrianis multas insidias ꝛ psecutiones perpessus/ et aliqñ durissime cesus est. Deinde effect⁹ abbas monasterij sui: eadē arriana peste crescente ab eodē cenobio effugatus: sed auxiliāte xp̄o post tp̄s aliqđ reductus in epm̄ Ruspen. elect⁹ fuit. Qui verbo ꝛ exēplo populū suū docēs: ad defensionē catholice veritatis multa opuscula cōtra arrianā heresim cōpilauit. Propter quod ab arrianis in insula sardinie cū .lx. catholicis epis relegat⁹: demū ad ecclesiā suā reuocatus: quasi per annum ante obitū suū epatui cessit: ꝛ ad monasteriū suū rediens/ ibidē nō vt abbas: sed vt simplex monachus annū vltimum vite sue exegit. Ibiq3 plenus sanctitate humanitatis debitum soluit kal. Januarij epatus sui anno. xxv. vite vero sue anno. lxv. Hic inter cetera vite sue arctissime recolēda carnes aut vinum nulla vnq3 necessitate: vel infirmitate gustauit. Floruit aūt tempore Gelasij pape: ꝛ Anastasij primi imperatoris. ¶ Hic diuina ꝛ humana literatura prestantissimus: aduersus faustum elegans scripsit volumen. Cōposuit tractatus et homelias multas plurimosq3 sermones. Scripsit et fabularum allegorica/ librum quem mythologiarum vocabulo intitulauit. Hec Sigisbertus.

¶ De sctō Fulgētio epō vtruculañ. Cap. xxxiii.



Fulgētius episcopus vtruculañ. vir nimie sanctitatis fuit. Qui dū rex Gothorū totilas ad partes suas accederet: eidem per clericos suos xenia misit: vt eius insaniā mitigaret. Que rex vt vidit/ spreuit suisq3 hostibus iussit: vt epm̄ sub omni feritate cōstringerēt: eiusq3 examini reseruarent. ¶ Quem feroces gothi detentum circundantes: eū in vno loco stare preceperūt sibiq3 in terra circulum designauerunt: extra quem pedem tendere nullo modo auderet. Cūq3 in sole nimio estuaret: nec circulū exire presumeret: repēte tonitrua ꝛ choruscationes: ac pluuia nimia eruperunt: adeo vt custodiētes eū immensitatē imbris ferre nō possent. Et cū inundatio nimia vbiq3 fieret: intra designationē circuli intra quā vir dei stetit: ne vna quidē aque gutta descendit. Quod dum regi nunciatū fuisset: quem primitus insatiabili furore sitiebat: postmodū reuerendissime pertractauit: ꝛ cū honore ad propria remisit. Hec Gregorius. iij. Dialo. cap. xi.

¶ De sctīs triginta martyribus. Cap. xxxiiii.



Triginta milites Christiani/ Rome via apia martyrio coronati sunt. Quos diocletianus imperator simul detentos capitali sentētia cōdemnatos decollari fecit. Sicq3 coronam martyrij perceperunt kalen. Januarij.

¶ De sancto Machario abbate Alexandrino. Cap. xxxv.



Machari⁹ Alexādrinus abbas: vt habet in historia tripartita: fuit ī deserto de Scythi: ad differētiam alterius Macharij egyptij/ Antonij discipuli: q̄ fuit in thebaide: de quo dicetur. xviij. kalē. Februarij. Hic descendēs de Scythi/ intrauit dormire in monumentum: vbi sepulta erāt corpora paganorū. De quoꝝ vno sibi puluinar sub capite strauit. Demones aūt vt ipsum terrerēt vocabāt quasi mulierē ad balneū inuitātes: ꝛ alter demō sub ipso tanq3 ex mortuo illo rn̄debat: se venire nō posse: q3 peregrinū super se habebat. Macarius aūt in nullo territus corpus tūdebat dicens: q2 iret si posset. ¶ Apparuit sibi diabolus aliqñ cum falce messoris volēsq3 eū ferire nō potuit. Dixit q2 ab eo multā violentiā pateref: q3 sibi preualere non poterat. Nam quicquid Macarius faciebat: ꝛ demō/ si vigilabat/ ipse nunq3 dormitabat: ꝛ si ieiunabat: ipse penit⁹ nō comedebat: verū in sola humilitate ipsum excellebat. ¶ Uexatus a tētationibus carnis sacci magnū harene deferebat: ꝛ interrogat⁹ a Theosebio q̄d faceret: rn̄dit q2 se verātē vexabat. ¶ Uidit alia vice diabolū habētē in veste perforata ampullas multas: quas dixit esse tentationū species: ꝛ q2 ibat potionare fratres. Ita vt si vni aliqua eaꝝ nō placeret: aliā porrigeret. Et cū rediret: Machario interrogāti quō fecerat: rn̄dit q2 oēs sanctificati erāt: pter quēdā theotiscū q̄ sibi cōsenserat. Surgensq3 Machari⁹ illuc iuit: illumq3 fratrē tētatū inueniēs cōuertit. Et post hoc iterū demonē eūdē repertū interrogat: quō se fratres habebāt: q̄ rn̄dit: q2 male: ꝛ qđ plus erat vnū acquisitū amiserat: q̄ sanctior aliis fact⁹ erat. ¶ Dū caput defuncti reperisset: ꝛ orasset: interrogauit quis esset: q̄ rn̄dit se fuisse paganū. Interrogat⁹ vbi erat aīa sua: rn̄dit: qđ in inferno in tāto pfundo quātū distat celū a terra. Addiditq3 q2 adhuc pfundiores sunt iudei. Et vltra hos pfundissimi sunt falsi xp̄iani: q̄ xp̄i sanguinē cognitū paruipēdūt. ¶ Ambulās aūt p pfundā solitudinē: ad q̄libet miliare arūdinē figebat: vt postmodū redire sciret. Et cū iam nouē dietas fecisset eas oēs diabol⁹ collegit: ꝛ ad caput ei⁹ dormiētis posuit: vñ ad redeūdū plurimū laborauit. Fratri cuidā longe tētato q2 in cella sua inutiliter pmaneret: cōsuluit vt cogitatiōibus illis sic rn̄deret: q2 saltē p xp̄i amore celle parietes custodiret. ¶ Dū culicē se pūgētē occidisset: ꝛ ex eo sanguis exisset: redarguēs se q2 ppriā iniuriā vīdicasset: nudus sex mēses ī deserto māsit: ꝛ inde a scabronib⁹ lacerat⁹ exiuit. Post hec clar⁹ virtutib⁹ ī pace q̄euit quarto noñ. Januarij. Hec in vitis patrū.

¶ De sanctis Argeo Marcesso et Marcellino martyrib⁹. Ca. xxxvi.



Argeus: Marcessus: ꝛ Marcellin⁹ puer fratres passi sunt in pōto ciuitate tomis. Qui Marcellin⁹ sub Licinio pncipe inter tyrones apprehēsus cū nollet militare: dicens se xp̄ianū nulla ratione debere terreni principis ascribi/ militie cesus ad mortē ꝛ

diu in carcere maceratus est. Et dum sic detineretur in vinculis: et Argeus/et Marcellus fratres eius ipsum visitassent: et ipsi deprehensi q̄ xp̄iani essent: cogunt̄ ido lis immolare: cum essent inter militares ascripti. Sed nō consentientes a tribuno suo decollati sunt. Marcel linus vero in mari mersus martyrium consummauit: qui passi sunt .iiij. non. Januarij. Hec Ado.

¶ De sctō Antherio papa et martyre. Ca.xxxvij.




Antherius papa et martyr: natione grecus: et patre Ro mulo Pontiano pape in episcopatu successit: et sedit annos .iij. mensem .j. dies .xxj. Hic constituit: vt episcopi maxime vtilitatis vel necessitatis cau sa possint transferri de sede in sedem: Hicq̄ gesta martyrum a notarijs di ligenter exquisiuit: et in ecclesijs re cōdidit legenda. Et hic sub Maxi mino Augusto martyrio coronatur. Sepultusq̄ est cum collegis suis in cemiterio Calixti: via apia .iij. non. Ja nuarij. Et cessauit episcopatus dies .viij.

¶ De sancta Genouefa virgine. Cap.xxxviij.



Genouefa virgo Parisien. anno .vj. Martiani impe ratoris claruit: vt ait Sigisbertus: hanc puellulam dum in domo pater na sanctus Germanus Parisien. epi scopus vadens ad synodum conspe xisset: prophetico spiritu prenuncia uit eam maximam in sanctitate futu ram: eamq̄ tunc de pudicitia docens ad propositum virginitatis incitauit. ¶ Dum autem die quadam prohibente matre omnino ad ecclesiam ire vellet: et mater ipsam alapa percussisset: subito lu men oculorum amisit. Quod puella videns: et matri condolens: ac ream se criminis remordens: aquam de puteo haustam inuocato christi nomine oculis genitri cis infudit: et mater confestim recuperauit visum. Dū autem in christi virginem dedicata fuisset: et ieiunijs ac orationibus vacaret/ex longa carnis tabefactione le pram incurrit: quam pluribus annis patienter pertu lit: sed demum a christo mūdata est. Et dum sancti Dio nysii Basilica fabricaretur: et calce deficiente operarij la borare non possent: et ex hoc multis diebus vacare ab opere necesse esset: oratione virginis effusa camerarum quam ex istimabant vacuam adierunt: et eā calce mira culose plenam inuenerunt: et sic in edificio processerūt. ¶ Sed et sitientibus operarijs virgo cuppam vini por rexit: de quo refectis omnibus vsq̄ ad completam ec clesiam non defecit. Multos ab immundorum spiri tuum oppressione liberauit: et alijs insignibus miracu lis renitens: in pace quieuit .iij. nonas Januarij apud san ctum Dionysium sepulta.

¶ De sancto Petro Aulano martyre. Capit.xxxix.



Petrus martyr pas sus est in ciuitate aulana tempore Diocletiani/et Maximiani impera torum: qui alio nomine balsamus vocatus est. Hic a preside seuero ten tus/dum se christicolam confessus est crucis supplicio affixus interem ptus est: vere Petri apostoli effectus heres nominis ac imitator passio nis. Cuius passionem transtulit Ana stasius apostolice sedis bibliothecarius: vt scribit fra ter Uincentius. Qui passus est .iij. non. Januarij.

¶ De sancto Daniele martyre. Cap.xl.



Daniel leuita et martyr Padue quiescit corpore in ec clesia cathedrali. Quod quidem hoc modo repertum est. ¶ Anno enim dn̄i .Mclxxvij. hic sctūs apparuit cui dam ceco in Tuscia existenti: monēs vt si illuminari vellet/ad corpus suū visitandū Paduam accederet: seq̄ Danielem martyrē nominauit. Qui Pa duam veniens: et nihil de sancto inue nire valēs: eo q̄ ciuitas a longobar dis nuper diebus illis euersa fuerat: et diruptis ecclesijs legēde sctōrum disperse/ se delusum putauit. Et dū in ec clesia sancte Justine oraret: eidē ceco sanctus Daniel de nuo apparuit: et ipsum illuminauit: ac locū sepulture de monstrauit. Illicq̄ cōtinuo epō Joanni et abbati sancte Justine tam miraculū q̄ visa nunciauit. Qui congrega to clero et populo: locū effodientes/corpus martyris in uenerunt: iacens super ligneā tabulam ad instar sue lon gitudinis supinū et extensum: habēs super se aliam mar moream tabulā eiusdem longitudinis cū inferiori con fixam clauis: videlicet ferreis enormibus: caput marty ris/pectus et ventrē: ac omnia transfodientibus mēbra: et duas tabulas colligētibus: que omnia qualiter a gen tilibus passus fuerat/euidēter ostēderunt. Sanguis vero a corpore diffusus ita recēs in tabulis apparebat: ac si tunc ex vulneribus stillaret. Et ex parte exteriori sculptus titulus legebat. Hic requiescit corpus sancti Danielis martyris et leuite. Quo autē tempore vel qua die seu sub quo passus fuerit iudice aliter ignorat. ¶ Le uantes igitur inde corpus ad ecclesiam maiorem dei ge nitricis transtulerunt: et ibidem honorifice condiderunt: vbi et quiescit miraculis fulgens. Et quia passionis eius festū ignotū est: festum ipsius martyris agit Padue die qua corpus eius inuētū est: videlicet .iij. non. Januarij.

¶ De sancto Theogene martyre. Cap.xlj.



Theogenes mar tyr filius epi xp̄iani: passus est sub Li cinio imperatore in cyzico/que erat prima ciuitas hellespōti. Qui cōpre hēsus: et perductus ad legionem que dicebat sera traiane dū se xp̄ianū cō fessus esset/in quatuor palis extēsus et fustibus cesus est diutius: donec .xviij. cēturiones super eū mutarent. Dein de in carcerē missus: et in neruo extē sus: quatuorq̄ clauis cōfixus est: vbi ab ipso xp̄o cū san ctorum multitudine sibi apparētibus confortat: quos et ipsi custodes audierunt psallētes. Inde eductus: et tri buno suo presentatus: iussus est ab eo in mare mergi. Sed dum mergeret/lux maxima super eum refulsit q̄ oculos mergentiū excecauit. Postq̄ autem ipsi ad xp̄i fidem conuersi fuerunt: et baptismum susceperunt post dies .ix. lumē eis restitutū est. Corpus autem martyris a fluctibus ad littus iactatū: et a christianis repertum: sepultum est iuxta muros ciuitatis in villa que dicitur Adamanti. Qui passus est .ij. non. Januarij.

¶ De sanctis Prisco/Priscilliano/et Benedicta martyribus. Cap.xlij.



Priscus presbyter et Priscilianus clericus/atq̄ Benedi cta religiosa Rome martyrium passi sunt. Qui sub īperatore Juliano apo stata xp̄ianorum immanissimo perse cutore comprehensi: et in confessione nominis Christi gladio triumphum īpleuerūt .ij. non. Januarij. Hec Ado.

¶ De sancta Darfosa martyre. Capitulum .xliij.



Barbosa martyr ro me passa est tempore Decij Cesaris. Que fuit vxor sancti Fabiani pape et martyris. Qui diuinitus per columbam electus: et in eius passione dicetur .iij. kal. Februarij vxorem dimisit. Et post eius martyrium Barbosa sanctissima in castitate permanens: primum exilio relegatur. Deinde a prefato principe capite iussa est puniri. ij. non. Januarij: vt dicitur in martyrlogio Adonis.



¶ De sanctis Aquilino et socijs martyribus. Cap. xliij.


Aquilinus: Geminus / Eugentius / Martianus / Quintus / Theodorus / z Triphonius martyres apud Aphricã sub persecutione vãdalica preclarissimo martyrio coronati sunt. ij. non. Janua vt dicit Ado.

¶ De sancto Symeone monacho z confessore. Cap. xlv.



Symeon monachus .xl. annis apud Antiochiaz in columna quadã cõcaua stetit inclusus: mira vite sanctitate z penitentia clarens. Hic a sancto Timotheo abbate primum monachus factus est. Semel in ebdomada cibuz sumẽs: panẽ videlicet solum / aut herbaruz radices cum aqua tantum. Funeq; colligat⁹ adeo corpus artauit: vt carnes eius circa ligaturas putrescerent: virq; iussu abbatis hoc sententis se solui permisit. Deinde relicto monasterio ad desertum accedens in puteo sicco pluribus annis miram penitẽtiam egit. Postea in columna duodecim cubitoz sibi a populo prope ciuitatem edificata: reliquo vite sue tempore videlicet annis quadraginta permansit: z adeo artissimam penitentiam egit: quod femur ipsius putrefactum est ex nimia tabefactione: Anno integro super pedem vnũ immobilis stetit. Multa quoq; miracula deus per ipsum ostendit: nam cum populus a dracone ingentissimo vexaretur: oratione facta dũ draco impetu nimio versus ciuitatem moueretur: grossissimo ligno oculum eius intrante: et oculo draconis eruto draco velocissime rediens deserta petijt: sicq; populum ab eius infestatione liberauit. ¶ Mulierem que in potu serpentem transglutierat: serpentem euomere fecit. Et periclitanti populo nimia siccitate: aquã abundanter de terra pduxit. Sicq; in columna manens post vitã mirabilẽ stando spiritum emisit. Quem abbas Antoni⁹ veniẽs visitatũ: dũ cũ palo stantẽ reperit: orare putauit: sed accedẽs propri⁹ illũ migrasse cognouit: z sepeliuit. In cu⁹ exequijs aues circa corpus volitantes quasi vocibus cum deflebãt. Sepultusq; est apud Antiochiam miraculis clarẽs. Quieuit autem in xpo pridie non. Januarij.

¶ De sancto Thelesphoro papa z martyre. Cap. xlvj.



Thelesphorus papa et martyr natione Grecus ex anachorita: Sixto primo pape i cathedra Romano successit: z sedit annos .xi. menses .iij. dies .xx. Hic cõstituit: vt missaz añ tertiã null⁹ presumeret canere: qua hora dñs noster scd'z Euãgeliũ Marci ascẽdit in crucẽ. Et in missaz solẽnijs dieb⁹ celeberrimis hymnũ angelicũ decãtari precepit. Et in natali dñi tres missas instituit celebrãdas. Primã in gallicãtu iã nocte media pximãte: qñ xps in bethleẽ nasci dignat⁹ est. Secũdam illucescẽte aurora: qñ in cunabulis adorat⁹ est a pastorib⁹. Tertiã in hora diei tertia: qñ illuxit nobis dies redemptionis nre. Hic et ↄstituit .vij. ebdomadis añ pascha potissime oẽm clerũ ab esu carniũ: z in ieiunijs abstineret: vt sicut discreta dz esse vita clericorũ a laicorũ cõuersatione: sic z ieiuniũ. Has autẽ septem ebdomadas oẽs clerici non in delitijs ieiunẽt. Et hic sub Antonio imperatore martyrio coronatur. Sepult⁹ est cũ fratribus suis in vaticano iuxta corpus beati Petri non. Januarij. Et cessauit episcopatus dies septem.

¶ De Epiphania domini nostri. Cap. xlvij.



Epiphania domini triplici miraculo decoratur. Hodie em̃ magi xpm adorant: Joannes saluatorẽ baptizat: z aquã in vinũ dñs in nuptijs mutat. Pro quoz vtroq; meruit Epiphania nominari: ab epi qđ est supra: et phanes apparitio: quasi superna apparitio. Stella enim desuper apparẽte xps Magis demõstratur. Et columba spũssancti desuper descendẽte Jesus baptizatus dei fili⁹ patris voce inclamatur: z aqua in vinum miraculose transmutata: Christi Jesu gloria manifestat. Hoc autem annorũ reuolutione factũ est. Nam Christus dierum .xiij. a magis est adoratus. Deinde annorum .xxx. z totidem dierum est in Jordane baptizatus. Et post hec anno reuoluto eodem die fuit ad nuptias Joannis euangeliste inuitatus: vbi aquam diuina potentia conuertit in vinum. Sed quia in hoc festo ecclesia principaliter instat circa magorum adorationem: ideo et huiusmodi materia prosequenda est. ¶ Et nota quod quia Christus rex pacificus venit in mundum: vt pacem faceret: z pacem adduceret: ipse est enim pax nostra secundum apostolum: ideo triplicem pacem homini adduxit: scilicet pacem temporis: peccatoris: et eternitatis. Propter hec tria necesse fuit: vt esset rex: deus z homo. Nã fuit necesse: vt esset pro pace tẽporis rex vniuersalis: pro pace eternitatis de⁹ immortalis. Et pro pace petõris homo tẽporalis. Idcirco in historia huius festiuitatis probatur qđ xps fuit rex vniuersalis: z de⁹ immortalis: et homo temporalis. Et hec tria: vt dicetur: figurata fuerunt in triplici munere sibi a magis oblato. Nam aurũ decet regiam dignitatem: Thus diuinam maiestatem: z myrrha humanam mortalitatẽ. Nato ergo dño: tribus Magis in oriente positis super montem victorialem orantibus: et aduentum stelle a Balaam chaldeo in ortu xpi manifestandẽ expectantibus: noua stella apparuit / vt dicit Chrysostom⁹: habens in medio formã pulcherrimi pueri: in cuius capite crux splẽdebat: et audita est vox magos alloquens: vt in iudeam pergerent: z ibi natum puerum inuenirent. Qui susceptis muneribus stella eadem ductrice iudeam venerunt: hierosolymam intrantes: stelle visionem amiserunt: regẽ: in iudeoz natũ qsierũt: cũ dẽ nasciturũ in bethleẽ pphetico testimonio didicerũt: quo pgẽtes stelle ducatũ recuperauerunt: eadẽ stella duce ad puerum natum deuenerunt: ipsum adorauerunt: z tria munera obtulerunt: admoniti in somnis per viã aliam in patriã redierũt. ¶ Ostẽdit ergo ex hic pmo ꝙ xps est rex vniuersalis. Et hoc patet. ¶ Primo: q: ex regib⁹ generat⁹: z in regia ciuitate nat⁹: ꝙ em̃ ex regib⁹ israel sit p carnẽ genit⁹ ostẽdit Matthe⁹ euãgelista in principio sui euãgelij anteq̃ deueniat ad historiã magorũ dicẽs. Liber generatiõis Jesu xpi filij Dauid. zc. Ideoq; voluit xps in bethleẽ nasci: q̃ est i tribu Juda: z appellatur ciuitas Dauid: eo ꝙ ipse vti ver⁹ rex iudeorũ esset de domo z familia Dauid: p carnis generationẽ propagatus. Ideoq; additur prophetia Michee. Et tu bethleẽ terra Juda zc. In qua ad literam ostenditur ꝙ christus ve

rus rex iudeorum qui populum israel in virga virtutis erat recturus: ī ipsa ciuitate fuerat nasciturus. ¶ Secundo: quia ab amicis principibus visitatus. De more enim principum seculi est: ꝙ rex de nouo regnū acquirens: ab amicis regibus eiusdem coronationi congaudentibus visitetur. Sic ⁊ Christus nuper per carnem assumptam regnum mundi ingrediēs: ⁊ principem huius seculi foras eiiciens ab amicis regibus nedū personaliter visitatur: sed etiā muneribus honoratur. Qui licet appellentur magi: fuisse tamen reges a doctoribus asseruntur: ⁊ dicitur sm quosdam ꝙ fuerūt primo magi: idest malefici: sed postea conuersi sunt. Reuera autem magi idest sapientes. Nā magus persice: hebraice scriba dicitur: grece philosophus: latine sapiens. Venerūt autem ab oriente hierosolymam. in. xiij. diebus sm Remigium miraculose: ⁊ preter naturam: quoniam puer ad quem properabant: eos in tā breui spacio ducere poterat / vel dic secundum Hieronymum: ꝙ super dromedarios venerunt: quod est animal velocissimum: quod tantum currit vno die: quantum equus in trib⁹: ⁊ dicitur a dromos qd̄ est cursus: ⁊ areti virtus quasi virtuosus in cursu: venerunt autem Hierosolymam propter tres rationes. ¶ Prima fuit: q2 magi tempus natiuitatis Christi agnouerunt: sed locum ignorantes existimauerunt nouum regem natum in ciuitate regia reperturum: que erat hierusalem. ¶ Secunda: vt citius natiuitatis locum discere possent: cum ibi sapientes iudeorū residerēt. ¶ Tertia: vt iudei inexcusabiles essent: qui locum quidem nascentis agnouerent: sꝫ de tempore se nescios pretendere potuissent: vnde magi iudeis ostenderunt tempus: ⁊ iudei Magis locum. Ex quo redarguitur iudeorum negligentia: dum illi vni prophete credunt: isti pluribus non acquiescunt. Illi inquirūt regem alienū: isti contemnunt proprium. Illi venerunt e longinquo: isti manserunt e vicino. Venerūt autem / ⁊ quesierūt illum dicentes. Ubi est qui natus est ⁊c. His verbis vt dicit Remigius in originali. Verum regē: verum hominem: ⁊ verum deum confessi sunt. Verum hominem cū dixerunt. Ubi est qui natus est. Verum regeꝫ cum addunt. Rex iudeorū. Verum deum cum concludunt. Et venimus adorare eum cum solus deus debeat adorari. ¶ Tertio: quia ab emulis formidatus. Timuit enim euꝫ rex herodes eius inimicus eisdem Magis nunciantibus Christum: quare audiens Herodes rex turbatus est. Et hoc triplici de causa. ¶ Primo ne iudei suū regem natum reciperent: ⁊ se alienigenam expellerent. Fuit enim primus alienigena qui iudeis dominatus est. ¶ Secūdo ne a Romanis culpari posset / si aliquis ibi rex vocaretur quē Augustus nō constituisset. ¶ Tertio vt dicit Gregorius: quia nimirum terrena altitudo confunditur: cum celsitudo celestis aperitur. ¶ Turbatus est: ⁊ omnis Hierosolyma cum illo triplici de causa. ¶ Primo q2 impij nequeunt gaudere de aduētu iusti. ¶ Secūdo vt regi turbato adularent̄ se turbatos ostendentes. ¶ Tertio: q2 timuerūt ne presente: et futuro rege adinuicem certantibus ipsi in perturbationibus inuoluerentur. Tunc herodes principibus conuocatis: sciscitabatur ab eis vbi Christus nasceret̄. Et prophetia Michee in mediuꝫ profertur ꝙ xp̄us in bethleem sit nasciturus. Quod cuꝫ audisset / cōuocatis Magis didicit ab eis tēpus stelle que apparuit eis: eosqꝫ in bethleem ad requirendum puerum destinauit: ⁊ vt cum repertum sibi nunciarent rogauit: simulans se adorare velle quem perdere cupiebat. ¶ Secundo ostēditur ꝙ est deus immortalis. ¶ Primo in noue creature productione: quod soli deo pertinet. Stella enim illa que Magis apparuit / fuit de nouo creata: que peracto suo officio in preiacētem materiam est reuersa. Et hoc vt plurimum doctores tenent. Hec autem stella ab aliis differebat in sex: quarum tres differētias primas assignat Fulgentius: ⁊ alie tres tanguntur in glossa. ¶ Primo enim differebat in situ: quia non erat localiter in firmamento celi: sed pendebat in aere proxima terre. ¶ Secundo in fulgore: quia ceteris erat splendidior. Nam sole meridie fulgēte lucidissima apparebat. ¶ Tertio in motu: non enim mouebatur motu circulari: sed precedebat magos motu progressiuo more viatoris: ⁊ cum stantibus quiescebat. ¶ Quarto in origine: quia alie facte sunt in mundi principio: hec autē modo. ¶ Quinto in officio: quia alie facte sunt: vt sint ī signa / et tempora: hec autem vt prebeat magis viam. ¶ Sexto in duratione: quia alie facte sunt perpetue: hec auteꝫ rediit in materiam preiacentem officio suo completo. ¶ Secundo ostenditur deus in secretorum / ⁊ futurorum cognitione: cognouit enim xp̄s quid herodes facturus erat: ideo ⁊ magos ad eum mittere voluit: cognouit etiam ꝙ se non adoraturum / sed occisurum cogitabat: ideo per aliā viam redire precepit. Et nota ꝙ cum magi Hierosolymam ingressi sunt: stelle ducatum amiserunt propter tres rationes: vt dicit glossa. Primo vt de loco natiuitatis Christi querere cogerētur: vt sic de eius ortu certiores redderentur tam per stelle apparitionem q̄ per prophetie reuelationem. Secūdo ꝙ iuste querentes humanum auxilium amiserunt diuinuꝫ. Tertio quia sicut dicit apostolus prophetia fidelibus: ⁊ signa infidelibus data sunt: ideo signum illis gentilibus datum: inter iudeos fideles eis apparere non debuit. Cum autem de hierusalē regressi fuissent: stella antecedebat eos: vsqꝫ dum veniens staret supra vbi erat puer. Quam videntes illi gauisi sunt gaudio magno valde. ¶ Tertio in magorum adoratione. Nam intrantes domum inuenerunt puerum cum maria matre eius: et procidentes adorauerunt eum. In quo ostenditur verus deus: quia preceptum erat: vt nullus adoraretur: nisi solus deus: vt dictum est. Eidē quoqꝫ munera obtulerunt: videlicet aurum: Thus: ⁊ Myrrham obseruantes in hoc antiquam legis preceptum. Non apparebis in conspectu meo vacuus. Hec autem munera in spē obtulerunt propter quatuor rationes. Primo quia vt dicit Bernardus beate virgini aurum obtulerunt: propter inopie subleuationem: Thus contra stabuli fetorem: Myrrham propter membrorum pueri consolidationem: ⁊ vermium expulsionem. Secundo: vt dicit Augustinus: quoniam aurum ad tributum: thus ad sacrificium: Myrrha ad sepulturam pertinet. Per hec intimantes: quod in Christo confessi sunt regiam potestatem: diuinam maiestatem: ⁊ humanam mortalitatem. Et hec est communis ratio doctorum. Tertio vt dicit maximus: quoniam in auro ostenditur captiuitatis nostre redemptio preciosa: in thure demonum superstitio cessatura: et futurus vere religionis cultus aperitur: in Myrrha vero qua exanimata solent corpora conseruari: prefiguratur carnis nostre reparatio: ⁊ resurrectio mortuorum. Et hec omnia per Christum futura erant. Quarto vt dicit Gregorius: ⁊ est ratio moralis: ⁊ ex hoc significetur quod Christo conferre debeamus. Auro namqꝫ sapientia designatur Salomone attestante: qui ait. Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis. Thure autem quod deo impenditur: virtus orationis exprimitur: psalmista attestante: qui ait. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Per myrrham vero carnis mortificatio figuratur: vnde et sancta ecclesia de suis operariis vsqꝫ ad mortem pro deo certantibus dicit. Manus mee distillauerunt myrrham. Nato ergo regi aurum offerimus: si in conspectu illius claritate superne sapientie resplendemus. Thus offerimus: si cogitationes carnis per sancta orationum studia in ara cordis incendimus: myrrham offerimus: si carnis vitia per abstinentiam mortificamus. Hec Gregorius. ¶ Tertio ostēditur quod est homo temporalis. ¶ Primo: quia vt homo voluit nasci et educari: ideo inuenerunt puerum cum maria matre eius. ¶ Secundo: q2 vt timens mortem voluit occultari: quam naturali-

ter homines fugiunt. Ideo cum sicut deus presciuisset quod herodes eū querebat occidere: vt homo ver⁹ voluit in egyptum aufugere. ¶ Tertio: quia amans societatem voluit a coetaneis sociari: homo enim naturaliter diligit societatem/ cum sit animal sociale: vt dicit philosophus: et maxime appetit consortium coetaneorum. Ideo Christus voluit a pueris innocentibus z coetaneis associari: quorum fidei preconium non loquēdo/ sed moriendo confessi sunt: et flores martyrū extiterūt: vt dicit Augustin⁹/ z celebrat dies Epyphanie ab ecclesia. viij. idus Januarij: quo die ijdem magi Christū adorasse creduntur.

¶ De sanctis Gaspar/ Balthasar/ z Melchior magis. Capi. xlviij.



Gaspar: Balthasar/ z Melchior fuerūt illi tres magi/ z reges sanctissimi: qui ad Christuz adorādū stella duce ab oriente venerūt. Hi de regione persidis orientalior: q̄ est india superior: prucia sabba dicunt extitisse. Horum noīa hebraice dicunt. Apellius. Amerius. Damasc⁹. Grece autē Galgalath. Malgalath. Sarrachin. Latine aūt nominant vt dictū est. Fert quoq͡ cum ad Christum venerunt/ Gaspar fuisse annorū sexaginta. Balthasar quadraginta: z Melchior viginti: z ita cōmuniter pingunt. Hi sapientissimi philosophi/ z astrorum scientie periti: successores Balaā arioli fuerunt: z ad visionem stelle venerūt ex illa pphetia. Orietur stella ex Jacob zc. Nā vt ponit Chrysostomus. Quidam secretorū inspectores elegerunt de seipsis duodecim: z si quis moriebatur: filius eius substituebatur. Hi per singulos annos post menses ascendebāt super montez excelsum qui dicitur victorialis: z tribus diebus ibi morantes se lauabant deum orantes: vt stella a Balaam⁹ coruz patre predictam ostēderet. Et sic successiue: ternis: z ternis oēs duodecim faciebāt. Dū autē isti tres reges in nocte natiuitatis dñi ibidem reperti essent: stella de nouo creata eis apparuit: z vt dictū est illis natum regem iudeorum indicauit: eosq͡ ad eum adorandum inuitauit. Qui iussa fideliter peragentes: per aliā viam admoniti in somnis ab angelo/ reuersi sunt in regionem suā. Nā venientes tarsum cum nauibus tarsensium transfretarunt. Et ipsis omni relicta gentilitate/ exinde fideles extitissent: tamē baptismū nō susceperunt: donec dispersis aplīs ad predicandū a sancto Thoma aplō q̄ apud indiam predicauit/ baptizati sunt: z in fide xp̄i cōfirmati: eiusdē in predicatione coadiutores fuerunt. Qui z in eadē regione in pace quieuerunt. Quorū corpora inde trāslata: Cōstātin⁹ magn⁹ imperator Cōstātinopolum deportari fecit. Et deīde pcessu tpīs a scō Eustorgio epō Mediolanū translata sunt: vt in eius vita dicet. iij. idus Aprilis. Nunc autem requiescunt apud Coloniaz istuc de Mediolano delata.

¶ De sancto Melanio epō. Capi. xlix.



Melani⁹ epūs Rodonēs. venetēsi pecia villarij & plautio ortūd⁹: claruit tpe. Clodouei regis: z Athanasij impatoris. Qui inter cetera virtutū ei⁹ insignia maxima viguit potentia aduersus demones de obsessis hoībus expellēdos. Hic cuidā fratri quē malign⁹ inuaserat spūs. dū iret ad aquā hauriēdā alapā ī maxilla hñs dmonē ab eo excussit. Oratoriū āt suū qd̄ & plautiū ppriis manibus fabricauit. In venetensi pago diabolus quendam virum inuadens: ad hoc eū induxit: vt seipsum suspēdens a laqueo strangularet. Quem sanctus superue

niens: post factum abhorrens: oratione facta: nedum hominem suscitauit: sed etiam ab immūdo spiritu totaliter liberauit. Tandem post multa signa virtutum iugiter intentus in celū migrauit a seculo. viij. Idus Januarij. Et cū sancti Albinus: Victor: Lautorius: z Marsus corp⁹ ei⁹ deferrēt per vicenā Rodonū sepeliendū. ri. vinculati in turri detenti: scissa turre p mediū soluti: z incolumes exierūt. Sanctū corpus ad tumulū comitātes.

¶ De sancta Macra virgine z martyre. Ca. l.



Macra vgo in ciuitate Augustana a rictionario preside martyrium passa est. Que dū sacrificare nollet iubēte pside: primū in equuleo suspensa et diutius torta: deinde in ignem precipitata est. Que cum ibidem diu permansisset illesa: mammillis eius abscissis squalore carceris afflicta est: omni luce ac cibo negatis: verum circa noctis medium lumine immenso circunfusa: viroq͡ venerando canicie asperso sibi apparente cōfortata est: z cunctis plagis sanata vberibus restitutis. Nouissime iubēte preside super testas acutissimas: z prunas extensa: z diu volutata orans migrauit ad Christū. Sepultaq͡ est ī territorio remensū. viij. idus Januarij. Cuius corpus post multos annos cuidā Leudulfo Bubulco diuinitus reuelatur: oīs locq͡ sibi loco per visionem: ibidem a fidelibus inuenitur: scilicet iuxta ecclesiam sancti Martini: z inde leuatum honore condigno reconditum est.

¶ De relatione pueri Jesu ex egypto. Capi. lj.



Relatio pueri Jesu ex egypto/ facta ē regnāte in iudea Archelao p Herode patre suo: vt dicitur Matthei. ij. c. circa annos. l. imperij Octauiani Augusti: dum videlicet puer Jesus septennij etatis splenduisset: vt historia scholastica tradit: qualiter autem Christus in egyptū translatus fuerit/ in authētico non habetur: nisi qd̄ dicit Matth. eodem cap. qd̄ angelus domini apparuit in somnis Joseph: ad monens vt tolleret puerū z matrem eius: z fugeret in egyptum: z esset ibi vsq͡ ad obitum herodis. Eo q̄ herodes querebat puerum ad perdendum eum. Qui consurgens accepit puerū: z matrē eius nocte: z secessit in egyptū: z erat ibi vsq͡ ad obitum herodis zc. ¶ In libro tamen de infantia Christi: quē Hieronymus Chromacio/ z Heliodoro episcopis transtulit ex hebraico in latinum scribitur: q̄ Joseph virginem cū filio iumento imposuit: z ipse in alio ascēdit: z arripuerunt iter per montana: z per desertum: nolētes ire per maritimam timore herodis. Erantq͡ cum eis tres pueri: z vna puella in obsequium Christi. Et exeuntes dracones de quadam spelunca/ cum ceteri timentes fugerent: serpentes puerum adorauerunt. Similiter leones et leopardi: z alia genera ferarū adorātes Jesum per desertum antecedentes viam eis ostēdebant. ¶ Et post dies tres dū aqua in vtrib⁹ defecisset: z omnes fessi sub palme arbore q̄escerent: virgo maria respiciēs ad comam arboris de fructib⁹ ei⁹ cōcupiuit. Et cōfestī palma cacumē suū ante pedes virginis inclinauit: z collectis ex ea fructib⁹ ad satietatē omniū: arbor se iterū erigēs ad statū pristinū rediit. Tūcq͡ angel⁹ apparuit: z ramū ex palma euellēs: z asportās ad celestia euolauit. Deīde ad radices palme fons aq̄ limpidissime erupit: z q̄ oēs refecti sunt. Et dū iter agentes nimio calore cōprimerent: z adhuc. xxxj. dieb⁹ itinerari oporteret anteq̄ ī egyptū puenirēt: miro modo post tres dies in egyptum deuenerunt: z in ciuitatem Hermopolim se receperūt. Ibiq͡ manserūt peregrini vsq͡ ad obitum

ad obitum herodis. ¶ Multa quoq; miracula de Christo puero ab eodem ostensa in prefato libello reperiuntur: que tam breuitatis causa/ q̄ ex eo qd̄ inter apocripha connumerantur/ omittuntur. Illud tamen memorabile pro constanti a doctoribus habetur: quod ingrediente puero Jesu in templum idolorū cum maria matre sua: omnia phani idola corruerunt: iuxta prophetaꝫ Esaie: propter quod miraculum multi egyptiorum cōuersi sunt ad eum et virginem matrem benigne tractātes/ puerum Jesum pulcherrimum plurimum reueriti fuunt: et ipsum aliquem magnorum deorum estimabant. ¶ Extat ibidem fons medicus in quo fertur virginem matrem puerum Jesum sepius balneasse: et pannos ei⁹ proprijs lauasse manibus. In quo fonte omnes pueri etiam saracenorum quacunq; valitudine detenti/ descendentes confestim sanantur. Est et ibi lapis vbi virgo panniculos Christi lotos ad siccandum extendebat. Ibi est vinea engaddi: que profert balsamum: que dicto fonte irrigatur: et si aqua alia irrigaretur: eo anno nullum fructum produceret. Et hoc notorium est in omni terra egypti. Est et ibi prope arbor que persidis dicitur: vt ponit Cassiodorus in tripartita historia/ que fertur vsq; ad terram inclinata Christum humiliter adorasse que valet in salutem membrorum si fructus folium: vel cortex patientis collo alligetur. Igitur post q̄ septem annis Christus fuerat in egypto defuncto herode: vt scribitur Matth. ij. Joseph in somnis monetur ab angelo: vt Christum in terram Juda reducat: quod et fecit. Sed audiens q̄ Archelaus regnaret in iudea pro herode patre suo: qui adhuc erat patre crudelior: timuit illo ire. Et admonitus in somnis ab angelo secessit in partes Galilee: habitauitq; in ciuitate Nazareth. Herode antipa herodis ascalonite minore filio: et fratre Archelai iam tetrarchiam Galilee tenente. Dies autem huius relationis pueri Jesu ex egypto facta scribitur a Hieronymo in eius martyrologio fuisse die sequenti post Epiphaniam videlicet septimo idus Januarij.

¶ De sanctis Juliano/ Basilissa ꝛ socijs martyribus. Cap. iiij.



Julianus martyr cum socijs/ et Basilissa virgo cum sociabus temporibus diocletiani/ et Maximiani in ciuitate Antiochia claruerunt. Qui nobilibus et Christianis parentibus progenitus/ liberalium scientijs imbutus dum annorum. xviij. a parentibus ad coniugium cogeretur: et ipse in virginitate deo seruire disposuisset: diuina monitus visione parentibus consensit: et puellam nobilem/ et Christianam nomine Basilissam in coniugem accepit. Die igitur statuta nuptijs cum gloria celebratis, intrat cubiculum cum virgine Julianus tanq̄ iura matrimonij soluturus: vbi dum virgo miraretur quod odorem rosarum/ et liliorū hyemali tempore sentiret. Exponit sibi Julianus hunc esse odorem pudicitie virginalis: et post sanctas admonitiones virginem ad votum continentie incitauit. Tunc apparentes sibi ex vna parte Christus cum comitiua sanctorum: ex alia dei genitrix cum societate virginum nimia luce circumfusa sanctos dei coniuges de virginali proposito commendarunt: et eis coronas aureas imposuerunt: ac librū vite aureis scriptum literis ostenderunt: in quo noīa sua conscripta Julianus/ et Basilissa legerunt. Sicq; visione ab eorum oculis ablata: ambo sancti in sancto proposito permanserunt: adeo vt parentibus Juliani de medio morte sublatis: sua omnia pauperib⁹ erogarēt: ꝛ duo monasteria construerēt: in quorum vno Julian⁹ extitit pater/ et administrator fere mille monachorum: in altero Basilissa cum cetu sacratissimo multarum virginum domino seruiebant. ¶ Dum autem persecutio Christianorum in Syria/ ꝛ Egypto maxime vigeret: orauit Basilissa: vt virgines quas congregauerat: dominus periclitari non permitteret. Et per visionē a Christo confortatur/ qd̄ omnes filias suas quas deo acquisiuerat ad celos premitteret: ipsa easdem postmodum sequeretur. Quod dum sancta suis refert virginib⁹/ subito commotus est locus: et apparuit columna lucis interea: in qua literis aureis scriptum erat: qualiter omne illud sacrum collegium Christus infra certum temporis spacium ad celestia inuitabat: quod et factum est. Nam intra constitutum tempus omnes ille sacre virgines ad celos in sancta cōfessiōe migrauerūt. Que postmodum cuncte auro et gemmis indute Basilisse apparuerunt orantis: et quod eam expectabant dicentes: et ad celestia inuitātes. Hec dum Basilissa Juliano gaudens retulisset: orans iuxta eum emisit spiritum: quam ille cōdigne tradidit sepulture. ¶ Post hec dum Martianus preses Antiochias ab imperatoribus missus esset ꝛ Christianos oēs dijs imolare compelleret: et epūs ciuitatis cum multitudine cleri: ꝛ populi ad sanctū cōfugissent: misit Martianus assessorem suum cum satellitum multitudine: vt de predictis an ita esset/ inquireret. Qui veniēs ad sanctū Julianū: et ipm cū omnibus qui cū eo erant in fide Christi feruentes inueniens/ eadem presidi nunciauit. Tūc preses Julianū solum vti auctorem omniū iussit teneri. Reliquos vero omnes in quo erāt loco inclusos incenso cenobio igne cremari/ vbi martyrū occisorū audiebant singulis auris canonicis voces psallentiū. ¶ Post hec martianus Julianū in custodia detentū ante se in foro deductū cepit compellere ad sacrificia deorū. Quem sacrificare nolētem iussit primo nodosis fustibus cedi. Et dum cederet/ casu vnus cedentiū eruit alterius oculum qui erat notissimus imperatori. Qui dum iussu presidis ad templa deorum ductus esset: vt eis inuocatis oculū recuperaret: demones hoc sacerdotib⁹ se non posse facere clamabant: quin potius eterno igni vna cum suis cultoribus reseruatos affirmabant. Et dum illuc preses ingressus esset: plusq̄ quinquaginta idola de auro: argento: christallo: et ebore in puluerem redacta sunt. Quod dū preses magice arti Juliani ascriberet: oleo ipsum perfundi iubet: vt sic maleficia solueret: quod tamē in balsami odorem versum est. Sanctus autem martyr viro illi excecato facto signo crucis oculū restituit: qui mox ad christum conuersus mādato presidis gladio interēptus est. ¶ Deinde preses iussit sanctum ferro vinctum per totam ciuitatem circunduci. Et dū ante scholas in quibus celsus puer filius Martiani studebat trāsiret: vidit celsus circa sanctum multitudem angelorum coronam preciosam sibi imponentem. Moxq; relictis scholis conuersus ad pedes sancti Juliani cucurrit: et Christum confiteri voce clarissima cepit. Et dū pater preses vna cum matre/ ꝛ alijs magnatib⁹ cum vellent retrahere cepit puer eos durius increpare. Quos preses indignatus in arctum: obscurum: et fetidum carcerem iussit recludi: sed christi virtute lux de celo super eos ingens infunditur: fetor in odorem conuertitur: sed ꝛ vincula quibus fuerant alligati/ soluuntur: atq; viginti milites qui eos custodiebant ad dn̄m conuertuntur: quod audiēs preses eos vna cū Juliano ꝛ Celso eius filio fecit in eadem custodia detineri. ¶ Cōtigit aūt vt eo tpe septem fratres filij quōdam nobilis xp̄iani qui fuerat de genere Carini imperatoris: et ipsi fideles imperatoribus adeo grati forent: vt ipsos sine vlla persecutione cū quodā Antonio presbytero religione fidei vti permitterent. Qui per visionem a xp̄o moniti ad sanctum Julianū in carcerē vna cū prefato presbytero accesserunt: et ipsum ac socios hortari ceperunt. Et ab Antonio presbytero celsus puer vna cum viginti militibus conuersio baptismi gratiaꝫ perceperunt. Quos Martianus in eadem custodia detineri precepit: et omnia que gesta fuerant principibus per

literas intimauit. Cui imperatores remiserunt q si sacrificare nollent/singulos in cuppis pice:sulphure:z bitumine repletis concremaret. Et dum eos oẽs eductos de custodia preses ante se statuisset:vt eos iuxta imperatorũ decreta mori faceret. Sanctus Julianus iuuenem quẽdam defunctum qui portabatur ad tumulũ suscitauit:qui z mirabilia que in alio seculo viderat corã omnibus enarrauit:z ipse fidem xpi recepit. Et cũ vxor presidis plorãs filio suaderet:vt tam acerba morte interfici nollet:promittit eidẽ celsus q in cuppa ignea permaneret illesus. At preses filij interitũ horrẽs vicarium dereliquit:z inde cũ lachrymis abscessit. Igit omnes illi sancti in cuppis missi:igne succenso permanserũt illesi. Quod preses audiens admiratus illuc accessit:z magie Juliani hec omnia deputans/matri celsum per triduũ concessit:vt ab ea eius animus mutaretur. Que vna cũ omnib9 illis in honesta custodia detẽta/a filio celso cõuersa est:z ab Antonio presbytero baptizata. Quod audiens Martianus viginti milites extra vrbẽ eductos tradidit decollandos. Septem vero fratres igne cõsumi fecit. Julianus autem cũ celso z matre eius cõiuge:z cum Antonio presbytero ac iuuene a mortuis suscitato: suo iudicio reseruauit. Quos omnes diutius examinatos:et in xpi confessione immobiles repertos:iterum carceri tradidit cruciandos. Sequenti dei ingressus in templum iouis eos omnes illuc adductos cepit ad sacrificia suadere. Orante autem Juliano templum cum oĩbus idolis subuersum est:z mille de sacerdotibus et multitudine gentilium perierũt:vbi ad miraculi attestationem ignis vsq in presens eructat. Tunc Martianus territus eos iterum carceri mancipauit:vbi media nocte ad eos venientes Basilissa cum omnibus sanctis quos Juliano episcopo acquisierat:eos hortantes ad superna dulcius inuitabant. Die autem sequenti iussit preses digitos manuum et pedum sanctorum licinio oleo infuso ligari:z igni superponi. Dehinc celso filio suo cutem capitis auferri. Antonio vero presbytero:et Anastasio iuueni suscitato oculos effodi. Sanctam autem matrem celsi cum aliquis tangere vellet/excecabatur. Sancti vero excoculati diuinitus illuminantur:et alij ab oĩbus tormẽtis liberant. cumq Martianus eos omnes in amphiteatro bestijs exposuisset:z fere omnes sanctorum pedibus procidissent:iussit presidis oẽs rei mortis ibidẽ deducunt:cũ quibus Julianus z ceteri capitali sniã feriunt:vt sic sanctorum corpora a reorum cadaueribus/xpianis essent incognita. Statimq facto terremotu cũ choruscationibus z grãdine:tertia pars ciuitatis cũ oĩbus tẽplis funditus corruerũt:preses aũt inde vix euadens eadẽ nocte interijt vermib9 ebulliẽs. Sed dum xpiani corpora sanctorum discernere nõ possent anime singulorum in specie virginũ super singulorũ corpora vise sunt:z sic corpora sunt collecta:et in ecclesia sub altari tumulata. Passio autem horum omniũ sanctorũ agitur.vij.idus Januarij.

¶ De sctõ Luciano p̃sbytero z martyre. Cap.liij.



Lucianus antiochene ecclesie presbyter:z martyr vir doctissimus atq eloquẽtissim9 fuit. De quo Hiero.li.de viris illustrib9 scribit q tm̃ i scripturarũ studio laborauit:vt vsq nunc quedã exẽplaria quorundã opusculorum Luciani nũcupant. Feruntur z de eius fide libelli:z breues ad nonnullos epl'e. Passus est Nicomedie ob xpi confessionẽ sub persecutiõe Maximiani tpe Antheri pape:et sepultus Helenopoli bithynie. Quam vrbem cum prius drepana vocaretur: Constantinus imperator instaurans in honore matris ex noĩe ipsi9 Helenopolim vocauit. Beda Lucianum hunc sub alio Maximino imperatore qui vna cũ Cõstantino imperauit passum fuisse scribit:qui passus est.vij.idus Januarij.

¶ De sancto Clero diacono z martyre. Cap.liiij.



Clerus diaconus apud Antiochiã pro cõfessionis gloria septies tortus:z diu in carcere maceratus/ad vltimum decollat9 martyrium consumauit.vij.idus Januarij. Hec Ado in martyrologio.

¶ De sanctis Luciano/Maximiano/z Juliano martyrib9. Cap.lv.



Lucianus presbyter/Maximianus/et Julian9 pueri apud Beluacũ ciuitatẽ p Christi nomine passi sunt. Qui Lucianus beati Petri discipulus fuit. Et a sancto Clemẽte papa cum beato Dionysio episcopo ad Gallias predicãdas direct9:eidẽq comes:z coadiutor datus extitit. Post hec idem presbyter a sctõ Dionysio Beluacẽ. vrbi destinatus Christũ euangelizans:plusq xx.millium gentiliũ ad Christũ cõuertit. Inter quos Maximianũ/z Julianũ pueros baptizauit. Ad hũc cõprehendendum vbicũq foret inuentus: Julianus p̃fectus tres pueros destinauit:Latriũ:Lariũ:z Antrum. Qui ipsum in beluaco predicantem repertũ cũ duob9 pueris iam dictis tenuerunt:z ad prefectũ adduxerũt. Qui primo Maximianũ/z Julianũ pueros capite cedi fecit. Deinde Lucianũ presbyterũ fustibus cesum/xpm cõfitẽtem similiter decollari mandauit. Cuius corpus truncatũ:z exanime caput proprijs manibus sumptum quasi trib9 miliarib9 deportauit:z trãsuadato tare fluuio vsq ad locum:in quo sepeliri elegerat deuenit:ibiq gloriose occubuit:vbi z tumulatus quiescit. Visoq tanto miraculo quingenti gentiles ad xpm conuersi sunt. Passi sunt aũt sancti martyres.vj.idus Januarij.

¶ De sancto Seuerino abbate. Cap.lvj.



Seuerin9 abbas tpe quo Attila rex Hunnorum defunctus est:in vtraq pannonia:z finib9 danubij rebus turbatis:ac inter filios ei9 pro regno obtinẽdo inito certamine de partib9 orientis adueniẽs in vicinia norici ripensis:z pãnoniorũ paruo oppido:qd asturis dr̃ morabatur:agẽs angelicã vitã:z tradẽs aplicam doctrinã. Hic spũ prophetie mirabilẽ noscitur habuisse. Nã subuersionẽ dicti oppidi propter ciuiũ peccata diu ante predixit:z ciuibus eidem illudentibus inde discessit. Quo abeunte die:z hora quib9 p̃dixerat:oppidũ a barbaris subuersum est. Inde ad aliud castrum:qd dicit cõmagenis declinauit:qd a barbaris intus existẽtib9 xpianisq dñantib9 arctissima custodia seruabat:nullo igredi vel egredi p̃misso. Ipse autẽ nemie interrogãte oppidum intrauit:z xpianis intus existẽtib9 salutẽ promisit:eisq triduanã penitentiã indixit. Die vero tertio facto magno terremotu barbari deterrẽtur de oppido fugiẽtes:z subsidiũ ciuibus intrinsec9 aduenisse putãtes:nocte superueniẽte se alterutrũ hostes existimantes mutuo seipsos cedebãt. ¶ Ciuitatem fauianis/quã fames oppresserat eo q hyemis tpe danubio cõgelato victualia nauib9 iuxta morẽ cõdẽ deferri nõ valebãt:oratione facta:z glacie intẽpestiue resoluta nauib9 victualib9 onustis aduenientib9 ab inopia liberauit. Cũq barbarorũ rabies oĩa loca occuparet:quocunq sanctus introibat/oppidum illud ab incursu hostiũ de9 eruebat. ¶ In castello cuculo locustas a cunctis quos repleuerãt agris eiecit:solo agro vni9

cuius excepto eo q ab eo monitus ad ecclesiā vna secū: ceteris cunctis ciuibus ad oratione pergētibus: venire cōtempsit. ¶ In Iouiaco oppido mulierem semineceз incolumē tradidit. ¶ Leprosum de Mediolano sibi adductum a lepra mundauit. ¶ Bonum monachum barbarū natione ab oculorū infirmitate curauit: et alia insignia miracula fecit. Diem sui obitus triennio ante predixit: et se defunctum inde transferri mandauit: eo q ciuitas infestatione barbarica fuerat subuertenda: qd vt predixerat per oia euenit. Sicq3 in monasterio quod ipse cōstruxerat apud oppidum noricum sub rege rugorum scuba in pace quieuit. vj. idus Januarij. Corpusq3 eius vt mādauerat translatū est multis miraculis clarens. Et in castello luculano qd est in Italia apud ciuitatē Neapolim per manū sancti Uictoris epi iussu Gelasij pape locatum est: vbi in eius nole monasterium est constructum.

¶ De sancto Seuerino epo. Cap. lvij.




Seuerin' episcopus Neapolitanus fuit: et frater beati martyris Uictorini episcopi Pictauiensis. de quo dicetur in eius festo quarto non. Nouembris. Qui Seuerinus post multarum virtutū perpetrationem: et sanctitatū insignia: quieuit in pace senitate plen'. vj. idus Januarij. Hec Ado.

¶ De sancta Martiana virgine et martyre. Ca. lviij.



Martiana virgo et martyr ciuis iniuegritana fuit que veniens Cesaream: et videns in platea simulachrum diane cōfregit. Propter qd a ministris iudicis detenta: cesus: et ad ipsum deducta est. Quam iudex in loco publico expositam gladiatori cuidam illudendam tradidit. Qui dum nocte ad ipsam ingredi vellet: paries diuinitus se interposuit: et ne ad eam accedere posset prohibuit. Traditur secūdo et tertio viris: et eis sicut et primo similiter contigit. Deinde in harena bestiis subijcitur: quā primū leo mansuetus effectus lingere cepit. Sed de consilio Bindarij archisynagogi iudeorū laxatur sibi taurus indomitus: q oculum quidem virginis eruit: quam postmodum leopardus discerptum lacerauit. Sicq3 immaculatā christo spiritum reddidit. Cuius corpus a fidelibus in ipsa ciuitate sepultum est. Dum autē archisynagogus domū redisset: igne celesti cum omni familia et domo cōsumptus est: que domus nunq̄ deinceps permanere potuit sed in miraculi testimonium pluries reparata semp corruit. Passa est autem virgo Christi. v. idus Januarij.

¶ De sancto Marcellino epo. Capi. lix.



Marcellinus episcopus Anconitan' venerabilis vite fuit: cuius gressum dolore nimio podagra cōtraxerat: cūq3 familiares sui, sic vbi necesse esset: in manibus ferebāt. Quadam vero die per culpam incurie ciuitas Anconitana succensa est. Cumq3 vehemēter arderet: et cucurrerunt omnes vt ignem extinguerent: certatimq3 proiicientibus aquis: sic flamma creuerat: vt tot' vrbis incēdiū minari videret. Cumq3 ignis iā partē vrbis nō modicā cōsumpsisset: et obsistere nullus valeret: deduct' in manib' epus familiarib' se portātibus: precepit vt cōtra ignē illū ponerēt: qd et factū est: et ibidē posit' est: vbi flāma ardēti' incumberet. Cepit aūt miro modo in se incendiū retorquere: ac si sui impetus reflexione clamaret se episcopum transire non posse. Sicq3 flāma illo termino refrenata in semetipsa refriguit: et vltra contingere quicq̄ edificij non presumpsit. Quieuit autem in pace sanctus episcopus. v. idus Januarij. Hec Gregorius primo dialo. cap. vj.

¶ De sancto Paulo primo eremita. Capi. lx.



Paulus primus eremita, cuius vitam scribit Hieronymus feruente Decij persecutione eremū vastissimā adijt. vbi. xciij. annis hominibus incognitus mansit. Cuius persecutionis inhumanitas duobus recitatur exēplis. Duo enim Christiani iuuenes comprehēduntur: quorum alter nudus melle perunctus: et ligatus sub ardore solis: muscarum et vesparū aculeis lacerandus exponit: vt scabronum pūcturis cederet: qui ignitas sartagines superasset. Alter vero amenissimo viridario, vinctis manib' ac pedib' lecto sternit: sibiq3 puella speciosissima: et impudica sociatur: que amplexibus: et contagijs iuuenem ad luxuriam prouocabat. Cū ergo ille motus contrarios sensisset in carne: nec aliter se posset defendere: linguam dentibus precisam in faciem impudice expuit: et sic dolore tērationē fugauit: eāq3 cōfudit. ¶ Eodem tempore dum Paulus inferiori thebaide oriund' annorū. xvj. parentibus orbatus cum sorore coniugata remansisset: et tātas martyrum strages audisset: territ' seculum deseruit: et ad montium deserta cōfugit. Et in spelunca maxima iuxta quam arbor palme vetustissime germinabat: et fons limpidissimus exurgebat, vsq3 ad vite sue terminum incognit' mansit. Quomodo autē hoc tempore medio vixerit incognitum est. ¶ Cum autem Paulus annorum. cxiij. esset in eremo vitam angelicam ducens: et Antonius annorum. xc. in alia solitudine moraretur: et cogitaret in animo suo nullum vltra se monachorum in eremo consedisse: nocte sibi a domino reuelatur alium in profundiori eremo se meliorem consistere: ad quem visendum deberet accedere. Qui senectutis sue oblitus: et baculo sustentatus: cepit per syluam pergere. Et primo quidem obuium habuit hippocentaurum hominem: scilicet equo mixtum: qui sibi viam dextera demonstrauit. Deinde obuiauit animali fructus palmarum ferēti supra imaginem hominis deorsum habenti formam caprinam: quod Antonius intellexit esse demonem in tali forma gētiles rusticos decipientem. Et dum diem quasi vagando per eremum exegisset: noctem in oratione deduxit. Summoq3 diluculo eidē lupa ad radices montis aquam libens apparuit: que ipsum ad cellulam Pauli perduxit. Sed dum intrans speluncā: et aure diligenter si quid audiret auscultans pedē scilicet lapide offendisset: Paul' Antonium sentiens ostiū firmauit. Antonius vero rogat vt sibi aperiat: qui alalia recipiebat: asserens se nunq̄ recessurum: sed ibi potius moriturū: victus ergo Paulus aperuit: et alter alterum ex nomine salutauit: in mutuos amplexus ruunt: iuxta fontem consedentes quiescunt: et de multis colloquentes adinuicem sermonem protendunt. Hora autē nona coruus ad eos aduolauit: et panem integrū eisdem apposuit. Tunc Paulus deo gratias agens dixit: volatile illud quotidie p annos. lx. panem dimidiū apportasse: sed nūc propter hospitis aduentū annonam duplicasse. Inter eos pia lis oritur: qs dignior panem diuidere deberet: defert Paulus hospiti: et Antonius seniori. Tandem ad vesperas in hoc conueniunt: vt vterq3 manum apponat: et e regione vsq3 panē diuidat. Deinde paululum ex aqua fontis gustantes: noctem in diuinis colloquijs transegerunt insomnem. ¶ Cūq3 mane Paulus Antonio suum obitum in proximo nunciasset: et ex hoc Antonius vltra modum dese

ret: paulus de ex suo obitu mens vtriusque tristaretur: cogitauit illum remittere: vt sic expeditius posset ad deū migrare. Rogauitque Antonium: vt ad cellam suam rediens: palliū quod sibi Athanasius eps dederat apportaret/ quo corpus suum mortuū inuoluere posset. Mirat Antonius q tale sibi secretum aperuit: ad cellam festinantius reddiit: et pallio accepto velociter ad Pauliū repedare cepit/ dubitās de eo qd sibi accidit. Et cum iam die illo et sequenti perrexisset: et iam trium horarū iter eidem restaret: vidit Pauli animam niueam inter prophetarum angelorum/ et apostolorum choros ad celestia cum splendore conuolantē. Et procedens velocius ad speluncā venit: et corpus genibus flexis vti orātem conspiciēs: se deceptum putauit: Paulumque viuētem/ et orantem credidit. Et cum dudum obseruans mortū aliquem non vidisset: et mortuum cognouisset: post multas lachrymas corpus inuoluit: et exequias celebrauit. ¶ Cum autem sarculum non haberet ex quo terram foderet: ecce duo leones adueniunt: et ad mensuram humani corporis foueam faciunt: et inclinato capite abierunt. Sicque Antonius corpus terre condidit: et vestimentum de palmarum foliis contextū: quo Paulus induebatur assumpsit: et ad cellam suam rediēs fratrib⁹ visa narrauit. Eaque veste ex deuotione in solēnitatibus vtebatur. Quieuit autem Paul⁹ in domino. iiij. idus Januarii circa annum domini. cclxxxvij.

¶ De sancto paulo simplice cōfessore. Ca. lxi.



Paulus monach⁹

simplex cognomine discipulus Antonii fuit: qui dum rustican⁹ esset/ inuentam vxorem in crimine adulterii dimisit: et eremū petens Antonio adhesit. Qui prima nocte sue cōuersionis vt probaret illū: iussit Anton⁹ vt se expectaret: qui trib⁹ diebus ante celle ostium orans permāsit: magistrum expectans/ nec diei estu/ nec rore noctis motus est. Dū autem in conuentu fratrum ex simplicitate interrogasset an Christus prior esset prophetis: mādauit ei Antonius vt taceret: et obstinatissime triennio silentium seruauit: nemini loquēs. Cui etiam dum Antonius plurima contra rationem iuberet: videlicet vt aquam haustaz effunderet: et vestes dissueret: et resueret: omnia patiēter implebat: et egros quos sanare neqbat Anton⁹ iste sanabat. Dum pro salute viri furētis instanter orasset: illeque salutem consequi nō potuisset/ quasi indignatus Paulus contra dominum iurauit se nisi ille sanat⁹ fuerit minime comesturū: moxque ille fugata rabie compos mentis effectus est. Serpentes etiam et scorpiones scindebat: et cordiū secreta cognoscebat. Vidit aliquando inter fratres splendidos virum obscurum: et nigruz ecclesiam intrantem: et demones illū retrahentes. Pro quo dum orasset: vidit illum claro vultu exeūtem: et demones ab ipso elongatos. Interrogansque dixit illum fuisse peccatorē longa fornicatiōe detentū: nuperque ad deum maxima compunctione cōuersum: et abrenūciās seculo Pauli discipul⁹ effect⁹ est. Hec in vitis patrum.

¶ De sancto Nicanore diacono. Ca. lxii.



Nicanor diacon⁹

vnus de septem primis qui ab apostolis electi fuerūt: vt habet Actuuz sexto. Gratia dei et fide admirandus fuit: qui predicationis officium diligenter exercens apud Cyprū gloriosissime coronatus/ ibique sepult⁹ est quarto idus Januarii/ vt dicit Hieronymus.

¶ De sancto Guilielmo archiepiscopo. Capi. lxiii.



Guilielm⁹ episco-

pus Bituricēn. floruit tēpore Philippi imperatoris: q anno domini. M. clxxix. in episcopatum promotus est. Hic genere nobilis a pueritia in Parisiēn. et Suessionēn. ecclesiis canonicatū obtinens seculo derelicto ad grādimontense monasterium se contulit: ibique factus monachus aliquā[to] tempore fuit: deinde ad maiora procedens ad ordinem Cisterciēn. in pontiniacēn. monasteriū conuolauit: vbi proficiēs in virtutibus priorātum suscepit. ¶ Postmodū abbas fontis sancti Joannis factus: successiue ad abbatiam Carolacēn. cenobii assumptus est. Et vbique subditos in multa mansuetudine pertractauit: et virtutem exempla propagauit. Tandem licet inuitus in ecclesia Bituricēn. pontificali sublimatus honore/ Henrico archiepiscopo successit/ vbi oneri succubuit/ nō honore prefuit: et humilitatem pristinam obseruauit. De animarum vero cura sollicitus verbo et exemplo gregem dñi pascere curauit: et virtutum miraculis claruit. Nam presbyterū gerardum nomine qui vsum sinistre manus amiserat: ita vt celebrare non posset: audita prius eius confessione infra tertiū diem adeo sanauit/ q presbyter post triduum celebrauit. ¶ Puerum etiā cerebro et oculis turbatum: tremorem capitis patientem imposita sibi manu perfecte sanum effecit. Semper eodem vultu et animo pseuerans quoscunque ad se venientes cōsolabatur. Tandē assumpta cruce contra hereticos albigenses proficisci volēs/ cū itineris necessaria prepararet: infirmitate correptus quieuit in pace. iiij. idus Januarii/ et sepultus in Bituricēn. ecclesia cōfestim miraculis chorusare cepit: quem Honorius papa tertius canonizauit.

¶ De sancto Igino papa et martyre. Ca. lxiiii.



Iginus papa et

martyr: natione grecus ex philosopho de athenis: cui⁹ genealogia nō inuenit: Thelesphoro pape in pōtificatu Romano successit: et sedit annos quatuor: menses tres: dies sex. Hic cōposuit clerū et distribuit gradus. Hic etiā constituit: vt vnus patrin⁹ vel vna matrina susciptat leuatum a fonte baptismi. Silr et in cōfirmatiōe: et in cathezizatione. Insuper statuit q excepto Romano pontifice null⁹ metropolitan⁹ audiat causaz sui epi: nec condēnet eū/ nisi in cōspectu epor prouincialiū veniret. Hic etiā scripsit oibus fidelibus generalē eplaz de deo trino et vno/ et de incarnatione filii dei: plenā catholicā fidē cōtinentē. Hic fecit ordinatiōes tres p mēsem Decēbris psbyteros. xv. diacones quinque: epos p diuersa loca sex. Qui sub psecutiōe Seueri imperatoris martyrio coronat. sepultusque est iuxta corp⁹ bti Petri i vaticano. iij. idus Januarii/ et cessauit epatus dies tres.

¶ De sancto Saluio epo et martyre. Capi. lxv.



Saluius episcop⁹

Ambianēn. de territorio Aruernensi tpe Hilperti regis claruit: q predicto regi arriano resistebat. Tēpore autē regis Karoli veniēs Ualentianas et predictus/ inuitatus ad prandiū a quodā genardo nobili: dum in mēsa quedā vasa argentea ptulisset: vinegādus filius dicti genardi auaritia duct⁹ predicta oīa sibi auferri fecit: deinde ipsum i carcere detineri: ac nocte superueniēte eūdē in carcere cū vno ei⁹ discipulo iugulari: et corpora eoz latēter abscōdit i stabulo armētoz. Uerū dū

locum

locum ipsum taurus ingens semper custodiret: ne ab aliis animalib⁹ pollueretur: et polutū aliqñ purgaret: et omni nocte lumen quasi in modū duarum lampadarū super humata corpora videretur: reuelāte angelo rex Karolus misit Valētianas/ et corpora defossa curru imposita ad sanctū vedastū deportari mādauit: que multi boues curru iuncti trahere nō poterāt. Demū duobus bobus solūmodo appositis: quo abire vellēt dimissis: sctōr pignora ad ecclesiā sctī Martini apud Valentianas deduxerūt: et ibidē substiterūt: vbi cōdita sunt. Interfectoribus martyrū a Karolo inquisitis et occisis: decollatis: q̄ passi sunt tertio id⁹ Januarij.

¶ De sancto Satyro martyre. Cap. lxvj.



Satyrus martyr apud Achaiam passus est. Qui transiens ante quoddā idolum cū insufflasset illud/ signās sibi frontem sacratissime crucis signaculo statim simulachrū corruens in puluerem redactū est. Ob quam causam martyr xp̄i ab infidelibus tentus in xp̄i confessione decollatus est secūdo idus Januarij.

¶ De sancto Arcadio martyre. Capit. lxvij.



Arcadius martyr vt scribit zeno ep̄s Veron. gloriosa passione coronatus est. Cuius tam illustre martyriū fuit: vt in vno corpore tot fuerint supplicia quot videtur et mēbra. Nā cū ꝓpter persecutionis rabiē ex vrbe aufugiēs latitaret. Cōprehensus a paganis adducitur ad iudicē: dum xp̄m cōfitetur: excogitato nouo supplicij genere ab articulis manibus: et a cruribus pedibus abscisis viu⁹ dimittitur: sicq̄ in suo sanguine volutatus diudū cruciatus emisit sp̄m. ij. Idus Januarij.

¶ De sancto Hilario ep̄o. Cap. lxviij.



Hilari⁹ episcopus pictauiēs. Aquitanie oriundus nobilibus parentibus genitus ab annis iuuenilibus moribus/ et sapientia insignis fuit. Qui cōiugē habens et filiam in laicali habitu monasticam vitam ducebat. Tandem relicto seculo clericali mancipatur militie: ꝓcedēte etate ac sapientia preualente a clero et populo pictauiorū ep̄s elect⁹ est. Et cum nō solum ecclesiā suam sed et totam galliā ab hereticis defensaret: ad suggestionem duor ep̄orū arrianorū ab imperatore Constantio arrianorum cum Dionysio Mediolan. et Eusebio Vercellen. ep̄is in phrygiā relegatur: vbi dū existeret/ cognouit per spiritū sctm̄ filiam suam pictauis cū matre relictam nubere velle. Quam per ep̄lam gratissimā sibi missā studuit ad virginitatis propositū inuitare. ¶ Sz cū vbiq̄ arrianor heresis pullularet: et ab imperatore oib⁹ ep̄is veniēdi ad synodū cōcessum esset: vt de veritate fidei disputarēt: veniēs Hilari⁹ ad cōciliū apud seleuciā Isaurie oppidū celebrandū: ad petitionē arrianorum pictaui redire cōpellitur: eo q̄ ab hereticis nimiū ei⁹ facūda sapiētia timebat. Et dū p insulā gallinariā serpentib⁹ plenā transiret: ū haberet: et reptilia ei⁹ p̄sentiā fugerēt: palū p termino fixit: vltra quem nūq̄ serpens accessit. Et cū esset pictauis infantē sine baptismo defunctū audiēs pro ipso orauit: et tā diu in oratione p̄seuerauit: donec pariter surgerent senex de oratione: et infans de morte. ¶ Filiā quoq̄ suā ap̄tā ex epistola sibi missa in virginitatis ꝓposito firmissimā cernēs: ne aliquādo flecteretur timens/ oratione sua a dño impetrauit: vt eam ad se recipere dignaret. Sicq̄ puella defuncta est post dies modicos/ quā Hilari⁹ sepeliuit. Quod mater puelle cōsiderans ep̄m rogauit: vt sibi etiā transitū obtineret. Qui pro cōiuge similiter intercessit: eāq̄ ad celi regna p̄misit. Deniq̄ multis miraculis perpetratis: dum infirmatus morti propinquaret: obitū quoq̄ suū imminere cognosceret: leonciū presbyterum sibi dilectum/ nocte vt foras exiret admonuit: et si quid audiret sibi renūciari precepit. Ille iussa complēs/ voces tumultuātis ciuitatis audire se retulit. Et cū circa ipsum vigilaret finem expectans: media nocte iterum missus exiit: et nihil se audire nunciauit. Mox q̄ immēso circūfulsus lumine sanctus dei ad xp̄m migrauit. Et sepult⁹ est pictauis idib⁹ Januarij circa annos dñi. ccc.l. tēporib⁹ Valētiani/ et Valentis imperator. ¶ Hic sanctus doctor multa librorū volumina compilauit. Nam contra arrianos. xij. scripsit libros. Item ad gallias ep̄os librum de synodis. In psalmos edidit cōmētarios Origenē imitatus: et ex suo aliqua adjiciēs. Scripsit libellum quē viuenti Cōstantio misit Cōstantinopolim. Item in Costantiū quem eo iā mortuo condidit. Item contra Valentē/ et Vrsatium librū historiā Ariminēn. et Feretreech. synodi continentē. Ad prefectum Salustiū contra dioscorū aliū. Hymnorum et misteriorū aliū. Itē commentarios in Mattheum. Item tractat⁹ in Job/ quos de greco Origen. ad sensum transtulit. Item contra auxentium libellum elegantem. Item nonnullas ad diuersas epistolas. Tradunt aliqui eum scripsisse in canticis canticorum quod tamē incertum est. Hec Hieronymus de viris illustribus.

¶ De sctō Gregorio nazanzeno ep̄o. Capitulum lxix.



Gregorius nazanzenus episcopus/ et doctor grecorum: q̄ vt scribit Rufinus presbyter verbo et operibus clarus lumen ecclesie incomparabile prebuit/ de Capadocia ortus: filius episcopi nazanzen: et matris nomine religiose: athenis eruditus fuit. Qui dum iuuenis philosophie studeret: eidē die quadam due speciose femine apparuerunt. Quas cū ille vti castitatis amator cū indignatione repelleret: dixerūt se sibi amicas fore: quarum vna se sapientiā: altera castitatē nominans: dulces iuueni prebentes amplexus: et tūc sancti ei⁹ ꝓpositū statuto vtriusq̄ firmati erūt. Post hec athenis discedens mario tempestatē patitur: seq̄ deinceps deo seruiturū vouēs literis diuinis imbuitur: et defuncto patre eidē in nazanzī pontificiū subrogat. ¶ Mortuo autem imperator valente arriano/ cu⁹ secte Gregorius gladio fidei viriliter resistebat: ad constātinopolitanā ecclesiam gubernandam assumitur: vbi preclara doctrina floruit et exemplo. Inter ceteros autem fidei pugiles quos sapientie vberibus enutriuit: Hieronymum sanctissimum almum ecclesie doctorem in diuinis studiis habuit auditorem. Verum dum perfidorū emulatiōes sensisset iniuste contra se liuore suborta relicta regia vrbe ad ecclesiam suam primam nazanzium rediit: ibiq̄ doctrine/ et orationi intentus vite residuum exegit: ibidemq̄ sepultus. Inde corpus eius Constantinopolim processu temporis translatum est. Quieuit in pace idibus Januarij tpe Theodosij senioris. ¶ Hic eloquētissimus doctor plures composuit tractatus: de q̄bus Rufinus Aquileien. presbyter decem: ex greco in latinū vertisse eloquiū asserit. Hunc quoq̄ .xxx. milia versuū ola opera sua cōposuisse Hieronymus tradit. Ex q̄bus hec sunt. De morte fratris Cesarij. Machabeor laudes. Athanasij laudes. Laudes Maximi philosophi: quem librum quidam falso itoniam vocant: quia extat alius vituperationem eiusdem Maximi continens.

nam licuit eundem laudari et vituperari pro tempore. Edidit et librum heroico carmine virginitatis et nuptiarum contra se disceptantium. Adversus ennomium duos libros. De spiritusancto vnum. Contra Julium imperatorem vnum et alios plures. Hec Hieronym⁹ de viris illustribus.

Ⅽ De sancto Firmino martyre. Cap. lxx.



Firminus martyr fuit sub tempore paganorum: sub qua tamen persecutione vel iudice: aut quibus suppliciis interemptus igno tum est. Et sepultus fuit in Ambianensium ciuitate: locus tamē vbi requiesceret ignorabatur. Tēpore autem sancti Saluii episcopi corp⁹ eiusdem martyris repertum est. Nam cum idem episcopus vna cum clero et populo triduo ad dñm exorasset: vt eis corpus sancti martyris Firmini reuelaret: nimio odore fragrāte/et lumine immenso celitus super locū effuso: defossa ibidē humo corpus sacrum inuentum est: ad quem locū ciuitates Charoaš. Cenomaš. Nouioš. et bobacš eodem odore consperse ad visendum corpus martyris cōcurrerunt: quod ab epō leuatum ad ecclesiam condigno honore translatum est. In cuius translatione glaciale frigus/videlicet mense Januario in estuum maximum conuersum est. Arbores nudate subito frondes protulerūt/et flores: de quibus egri sumentes sanabantur. Factū est autē hoc idibus Januariiš: nā dies passionis martyris sicut et cetera incognit⁹ est vsqꝫ in p̄sens.

Ⅽ De sancto Viuentio confessore. Cap. lxxi.



Viuentius cōfessor Samaritanis parentibus et paganis ortus est: qui ad predicationem sancti Georgii apud Antiochiam Christum annunciantis cōuersus est tēpore Constantini imperatoris. Deinde sacerdos fact⁹/monitus ab angelo Thessalonicam venit: vbi idola Datiani presidis signo crucis edito contriuit. Filiāqꝫ eiusdem eupatronā nomine a demonio liberauit: et cum ducentis baptizauit. Post hoc cū sancto Benedicto episcopo Romam perrexit: quibus dum in via cibaria defecissent: piscis eis de mari in littus prosiliuit: qui per ebdomadam illis sufficit. Quos etiam beatus Hilarius Pictauieñ. episcopus rediēs ab exilio obuios habuit: et secum dudum Viuētium retinuit.

Ⅽ Hic aliquando in sex latrones incidit eum perimere volentes: quorum vnus se gladio trāsuerberauit: secundus ad quercum se suspēdit: tertius arreptus a diabolo expirauit: quart⁹ oculos amisit: quint⁹ rabie manus/et brachia dentibus lacerauit: sextus se in mare precipitauit. Et cū esset beatus Viuētius annorū. cxx. in pace occubuit apud castrum grauiorem idibus Januarii. Cuius corpus sanctus Maxentius abbas ibidem tumulauit: inde postea translatū in montem vertiacum vt dicit frater Vincentius.

Ⅽ De sanctis quadraginta militib⁹ martyrib⁹. Ca. lxxii.



Quadragita milites et tēporali tyrocinio ad xpī militiam transierunt. Qui oēs Rome via Lauicana sub imperatore Galieno pro cōfessione fidei decollati coronas martyrii a domino percipere meruerunt idibus Januarii: vt dicit Ado.

Ⅽ De sancto Felice presbytero et martyre in pincio. Cap. lxxiii.



Felix presbyter et martyr pronomine dr in pincio a subulis/quibus passus perhibetur: nam pinca dicitur subula: nā cum magister puerorum extiterit: et eis nimiū rigidus fuerit: tent⁹ a paganis cū xpm libere p̄diceret: traditus est in man⁹ puerorum: quos ipse docuerat in ecclesia: quē ipsi cum stilis et subulis occiderūt. Qui passus est Rome. xix. kal. Februarii.

Ⅽ De sancto Felice p̄sbytero et martyre. Cap. lxxiiii.



Felix presbyter et martyr germanus immediate infra positi Felicis presbyteri et confessoris tēporibus Diocletiani/et Maximani martyrium passus est Rome iuxta portam pincinam: vbi et requiescit in loco qui dicitur in pincis: et ex hoc pronomine in pincis dicitur. Hic senior altero fratre a prefecto vrbis draco detentus ductus est ad templum serapis: vt sacrificaret. Et cū insufflaret in simulachrū: statim in puluerem redactum est. Alia die ductus est ad templū Mercurii: et de hoc fecit similiter. Iterumqꝫ ductus ad templum diane pari modo idolum destruxit. Tūc vna cum fratre carceri mancipant: deinde in equuleo leuatur: et quibus hoc fecisset maleficiis interrogatur: qui cū diceret hec non diaboli maleficiis/sed Christi beneficiis facta fuisse: ductus est ad dictum locum secundo miliario ab vrbe ad phanum quod ibidem erat: qui facta oratione exsufflauit in arborem ingentissimā: que sta*im radicitus euulsa: templū cui erat cōiuncta euersum est/atqꝫ simulachrū cōminutum. Quod prefectus audiens iussit eum ibidem decollari: et corpus eius inhumatum lupis et canibus derelinqui. Quod tamen Christiani nocte in foueam quam arbor euulsa dimiserat sepelierunt. xix. kalendas Februarii. Et cum gentiles die sequenti corpus effodere vellent: quicunqꝫ manum ad hoc mittebat a diabolo obsidebatur: vbi processu temporis ecclesia eius nomine dedicata est.

Ⅽ De sancto Felice presbytero. Cap. lxxv.



Felix presbyter et confessor immediate suprapositi Felicis p̄sbyteri et martyris frater fuit. Qui cū a prefecto draco predicto tentus esset: cumqꝫ ad templa deorū sacrificaturum ducere vellent: comminatus est eis qꝫ si eum ad idola sua ducerent: hoc illis eueniret quod et aliis/ad que fratrem suū duxerāt/que oīa destructa erant. Quem prefectus fustibus cesū iussit in exiliū deportari in montē Cerceiū: vt ibidem lapides excideret: vbi filiā probi cuiusdā tribuni a demonio obsessam liberauit. Et cū eidē tribuno nūciatū esset qꝫ vxor eius in vrbe Nolana cui⁹ ipse ciuis erat hydropisim incurrisset. Felix eidē misit oleū benedictū/quo perūcta sanata est: sicqꝫ tribunū cōuertit ad dñm. Sed dū cōsularis audisset pbm̄ xpianū effectu misit, q̄ cū caperent: qui oēs man⁹ dolere ceperūt. At dū suasu sancti Felicis xpo cōsitērentur a dolore ptinuo liberant. Et sic omnes baptizati sunt. Expleto vero tribunat⁹ tpe Felix cū tribuno venit Nolam ad quem pontifex idolorū accedēs: dixit ei qꝫ deus suus fugerat: asserens qꝫ felicem venientem timebat: quem sanctus conuertit: et baptizauit. Quidam ex eius horto olera nocte rapere cupientes: dum vangas ibidem reperissent: tota nocte in horto luna lucente la-

borabant: et se furtum facere putabant. Manc autem a sancto inuenti / et salutati peccatum suum cōfitentes ad ppria redierunt. Et cum quidam apollinē adorarent eo q illum diuinum assererent: et Felix dominicam orationē pugno clausam teneret: dicebat eis q si apollo quid in manu haberet sciret edicere: parat⁹ erat et ipse eū adorare. Quo nihil rñdētē imo nec rñdere valēte / gētiles cōuersi sunt. Tandē post annos. xx. dñico die missa celebrata: et populo data pace in pauimento se in orationem proijciens migrauit ad dominum. Et in eadē ciuitate tumulatus quiescit.

De scō Michea pphēta primo. Cap. lxxvi.



Micheas propheta filius hiemla inter sanctos testamēti veteris merito cōputatur: eo q Achab regi israel / et Iosaphath regi Iude volētibus ire in Ramoth Galaad ad eā obtinendā / inter fere quadringentos falsos prophetas solus veritatē predicere presumpsit: vt scribitur. iij. Reg. xxij. et ij. paral. xviij. Nam cunctis pphetis vno ore regi achab predicentibus quod Ramoth obtineret: Micheas solus vaticinat⁹ est israel dispergēdum: et Achab in prelio occidendum. Et subiungēs visionē: et causam quare oēs alij prophete bona predicabant: dixit q hoc dominus de⁹ falso permiserat spiritu suggerēte se mendacem futurū in ore oīm prophetarū: vt sic Achab deciperetur: et vadēs ad preliū occideretur. Propter quod a Sedechia vno ex falsis prophetis Micheas in maxilla percussus est. Quē rex Achab carceri mācipauit seruādū vsq ad reditū suū. Qui a Ioram filio Achab / et regni successore mortuo patre q mala parenti prout sibi euenerit prenunciasset: precipitio valde porrecto iactat⁹ occubuit. Huius Michee et si dies martyrij sit ignota: hoc tñ loco ponit̄ propter aliū Micheā sequētē: quē eūdē cū isto plurimi putāt: qd tñ stare nō pōt. Nā hic samarites ille morasthites fuit. Hic tpe Iosaphat regis Iude pphetauit: et sub Iorā filio Achab: vt dictū est interfect⁹ fuit: ille tpe Ioathā regis Iude vaticinari cepit annis plusq cētū ab obitu Ioathā euolutis. Huius nulla pphetia scripta legitur: nullus liber vaticinij reperitur.

De scō Michea pphēta scōo. Cap. lxxvij.



Micheas propheta secūdus de ciuitate morasthe / que est in tribu effraim tēporibus Ioathā Achā / et Ezechie regū Iuda pphetauit: vt ipse eiusdē text⁹ indicat. Cuius prophetia inuehit cōtra Samariā que reges israel: et Iuda simul lacheū superstitiōe fefellerat: increpans dñs indignationē suā in eā pcussurā cōminat etiā populo israel preuaricatori: et principibus ei⁹: qui eūdē populū falsa suasione ad idola colenda cōpulerat: et verbis insequentibus captiuitatē [illegible] interiturū affuturū nunciauit. Hic decē tribubus israel captiuitatis / et ipse i captiuitatē duct⁹ apud assyrios. Quieuit in pace. xviij. kal. Februarij. Corpusq ei⁹ in iudeam delatū ē: et sepultū. Hec Hieronym⁹ / et Joseph⁹ tradūt.

De scō Abacuch pphēta. Ca. lxxviij.



Abacuch propheta fuit de tribu Symeon: vt in scholastica historia legitur. Hic preuidit captiuitatem hierusalem venturam: et a caldeis venientibus fugit in Sothberacenā: et erat incola terre israel. Descendentib⁹ vero reliqs inde in egyptū quasi peregrinabat̄ in terrā sua. Eodemq tempore prophetiā cōscripsit. Et in pncipio causatur aduersus deū: cur impius vastasset populum dei. Sed in consolationem aperuit sibi deus calamitates circunstantium nationum futuras per Nabuchodonosor longe maiores: et tādē ipsum Nabuchodonosor periturū: vt sicut Naum propheta in consolationem decem tribuū captiuarum predixit niniue subuersionem: sic et iste in exhortationem duarum tā in babylonē ductarum babylonie destructionem pronunciauit. Hic dum pulmentum ferret messoribus: spiritu diuino precognoscens se in babylonem ducendū: domesticis dixit: vt si nimis tardaret / pulmentū messoribus ferrent. Et dū iret in campum: vt habetur Danielis vltimo: angelus domini eidem apparuit: et ei vt prandiū Danieli / qui erat in babylone in lacu leonum portaret / mandauit: qui cum babylonem aut lacum nescire diceret. Apprehendit eum angelus in vertice capitis sui: et portauit eū in babylonem super lacum leonum in impetu spiritus sui. Sicq Abacuch prandium Danieli presentauit: et eū comedisset: angelus eum in momēto ad priorem locum reportauit: vnde patet longe post liberatā susannam hoc factum fuisse. Dedit aūt Abacuch signū reditus populi: his qui erāt in iudea q visuri essent lumē in ruinis templi: et vltimamq domus dñi desolationē predixit q gens occidentalis hāc esset actura. Et dormiuit Abacuch in pace. xvij. kal. Februarij / et sepultus est in agro proprio. Hic propheta cum alio precedente ex numero sunt. xij. prophetarum: qui ecclesiastici. xlix in sanctorū veteris testamenti catalogo describunt̄. Horū prophetarū duorū / vez Michee et Abacuch corpora sub Archadio imperatore in iudea diuina reuelatiōe reperta sunt. Hec Hieronym⁹ / et Josephus.

De sancto Mauro abbate. Cap. lxxix.



Maur⁹ abbas senatorū genere ortus patre Eutytio matre Julia: duodēnis a parentib⁹ sancto Bñdicto in discipulum traditus: et ab eodē monachus fact⁹: in omni vite sanctitate pficiēs magistri vestigia imitabatur: et super omnes monachos ab ipso amabatur: et commēdabatur: et ex hoc magis humiliabatur: ita vt ieiuniis / et orationibus intētus cunctos sctitate precelleret: et miraculorum gloria choruscaret. Quadā die hora sexta a colligendis fructibus cum quibusdam ex fratribus rediens: claudum quendam: et mutū puerum ante monasterij fores repertum ad parētum preces erexit: eiq loquendi facultatem cōcessit. Quod Benedictus abbas comperiens: magis eū adhuc reuereri cepit. Cūq Bertiranmus Cenomanēs. episcopus monachorum cenobium edificare disponeret: audita sancti Benedicti fama misit ad eū flodegarium archidiaconū: et arderadū vicedominū suum: quatenus eidē aliquē ex suis fratribus in abbatē mitteret: qui monachos cenobij construēdi disciplinis regularibus informaret. Qui eidē misit Mauruū et⁹ discipulū cum quatuor monachis: vez Faustū: Simpliciū: Antoniū: et Cōstantianū: et: idēq bñdictione data pdixit obitū suū de primo futurū: tradiditq eis regulā ab ipso institutā: manibusq Mauri cōscriptā. Et cū apud veliā hospitati fuissent: misit post eos bñdict⁹ nūcios qui multas sanctorum reliquias Mauro quas sibi mittebat traderet: et epistolam abbatis ex parte presentaret: in qua Maurum cōfortans significabat sibi a dño reuelatū: et q multa foret aduersa passurus: ipseq bñdict⁹ erat de primo migraturus. Cum aūt post dies quinquagintaq[illegible] deuenissent vercellas: ibiq biduo permansissent: ardericus de scala turris altissime corruit: et scapulas eū ita [illegible] et brachio adeo cōquassauit: qd intuentib⁹ par

tibus illis post dies quadraginta nullo remedio medicorū sibi subuenire possēt: nisi ad tumorē sanguinis putridi tollendū secatio fieret. Tunc Maurus oratione facta reliquijs sanctorū a patre missis membra languentis signauit: et cōtinuo arderadus sanus surrexit. Quod dum audientes mirarentur: ille nō suis meritis: sed reliquiarum virtuti miraculum ascribebat. Inde transeūtes post dies .xv. Sergi⁹ famulus eorū de equo corruens pedē saxo collisum extorsit: quē Maurus signo crucis edito ab omni lesione illico liberauit. ¶ Et cū apud ecclesiam sanctorū Mauritij et sociorū deuenissent: cecū quendam a natiuitate qui annis .xl. ibidē ad elemosynam sedebat illuminauit: ipsumq; prosecuta gratia ecclesie martyrum perpetuo seruitio mancipauit. ¶ Hospitatus apud ecclesiam sancte marie que est in locis virentibus/mulier quedam nomine remetia filiū adolescentē noīe elegiū defunctū irremediabiliter deflebat. Cuius dolori Maurus cōpatiēs cū simplicio solo monacho illuc accessit: et oratione facta mortuū suscitauit. Qui statim cū ad matutinū processit: et in lycinensi monasterio deo seruiuit. ¶ Inde venerunt Antisiodorum: vbi a Romano abbate suscepti sunt: et cū eo pascha celebrarunt. Ubi die et hora qua sanctus Benedictus de seculo isto transiuit: eius animā ad celos ascēdētē Maurus conspexit per viā: videlicet orientis tramite ab eius cella vsq; ad celos erectam. Que dum ille cū socio reuelasset: duo ex eis idem se vidisse testati sunt. Uenientes aūt Aurelianum audierunt Bertichraminum epm esse defunctum. Unde quodāmodo frustratus intentione suasuadente arderado andegauensi. vrbē deuenerūt: ibiq; florum nobilē virum qui amissa cōiuge vnicū habebat filium ardaradi consanguineū inuenerunt. Qui audita causa pro qua venerāt/assentiente sibi Theodeberto rege Francorū: cui florus plurimū dilectus erat: in ꝓpria possessione locū monasterij construendi Mauro concessit: ipsumq; predijs/et honoribus largissime dotauit: vbi vir dei constructa ecclesia in honore beati Martini cenobiū edificare cepit. ¶ Die quadam clericus cementarius dum circa opus monasterij occuparetur: de altissimis gradibus super saxum corruit: et collisis mēbris quasi mortuus iacuit. Quem sanctus vir ante fores eccl'ie deportari fecit: et oratione facta ipsum in momento ab omni lesione sanauit: quo miraculo viso/Florus qui aderat Maurū cepit summa deuotione reuereri: proponens relicto seculo eius monachus fieri. ¶ Quidam ex operarijs sancto viro detrahebant: q zelo hypocrisis monasterium construebat. Statimq; tres ex illis spūs malign⁹ inuasit: et quibus vnus protinus expirauit. Sanct⁹ vero duos obsessos qui viui remanserant in ecclesia delatos ab infestatione demonū mox exoluit: mortui vero cadauer in porticū eccl'ie deduci fecit: et facta oratione cū lachrymis defunctū a mortuis suscitauit. Octauo igitur anno monasterium per oia perfectum est. In quo quatuor ecclesie edificate fuerunt. Quarum maior consecrata est ab epō ciuitatis in honore beati Petri ap'li. Secūda in honore scti Martini. Tertia in honore scti Seuerij. Quarta in veneratiōe sancti Michaelis archangeli. In quo q̄dē cenobio florus loci patronus primo quidem anno obtulit vnicū filiū noīe Berdulfum: perfecto vero opere licentiam a Theodeberto rege petijt offerēdi seipsum. Quā rex deuotissimus gratanter cōcessit: insuper et oblationi flori die qua habitū induit monachalē interesse voluit: vbi et ab abbate honorifice susceptus extitit cū eodē charitatiue discubuit: et locū suū additis redditibus ampliauit. Post cui⁹ excessum Theobaldus fili⁹ suus/et successor in regno patris exēplo eidē monasterio duas villas adiūxit. ¶ Dum autem sanctus Maurus in villa gandiaco cū duobus monachis resideret: archidiaconus andegauensi. cum pluribus ad eū visendum venit. Cūq; vasculum modicum vini superesset: qd vix ipsis tribus in vna refectione sufficeret: et sanctus archidiaconū honorare vellet: vinū benedixit: et olle⁹ infundi iussit: et cum essent vltra .lx. quilibet etiā ter de vasculo sumpsit potū: et semper repertum est plenum. ¶ Post hec appropinquare cognoscens obitum suū: cellā in secretiori parte sibi edificauit vbi cōtemplationi vacās Berdulfum sibi abbatem substituit. Et post duos annos et dimidiū/angelica reuelatione didicit per maximā partem monachorum suorum qui erāt numero .cxvj. ad dominum transiturum: ipse vero illis premissis erat eos secuturus. Quod vt sibi predictum fuerat euenit. Ipse autem visionem angelicā fratribus reserauit: et vt quilibet eorū se prepararet admonuit. Et intra menses .v. oēs monachi fuit: exceptis solummodo .xiiij. ad deum euocati sunt. Inter quos Antonius/et Constantianus transierunt. Post que sanctus dei dolore lateris grauissimo egrotare cepit: et ad vltima deueniens/cū esset annorū lxxij. in pace migrauit .xviij. kal. Februarij. Sepult⁹ est in ipso monasterio in eccl'ia scti Martini: vbi et miraculis splendet.

¶ De sancto Isidoro abbate. Cap. lxxx.



Isidorus abbas vt Hieronymus scribit in vitis patrū apud Thebaidē claruit. Cuius monasteriū latis spatijs circūseptū altissimo muro: vltra mille monachos detinebat inclusos. Qd quidē adeo olbus q ad victū fratrū pertinēt erat refertum: vt nullus eorum intrandi/vel exeūdi necessitatē haberet. Soliq; duo ex monachis ꝑ tpa ad egrediēdū deputabant. Eoq; pacto monachus quisq; admittebat: vt nūq̄ se egressurum omnino ꝓponeret. Erat eni intus quasi paradisus dei: angelicoq; more psallentium chori in ecclesia die noctuq; sibi inuicem succedebant. In quo q̄dē loco abbas Isidorus mirabili vita fulgens abbatē moysen ad se venientē suis monitionibus a suprema carnis impugnatiōe exhortando fecit immunē. De hoc etiā Cassiodorus .viij. libro historie tripartite dicit q Isidor⁹ ꝑ annos .xl. nunq̄ pctō cōsensit: q ol scelitate cōspicu⁹ ibidē in pace quieuit .xviij. Kal. Februarij: vbi et sepultus est.

¶ De scto Machario egyptio abbate. Cap. lxxxj.



Machari⁹ abbas egyptius Antonij discipulus in eremo Thebaidis claruit: qui multorū signorū gloria insignis fuit. Ad hunc mr̄ filiū iuuenē adduxit: q a legione demonū/q flāma dr terribiliter vexabat. Tres eni modios panū in cibūt: et lagenā vini quotidie sumens in potū: vix poterat satiari. Deinde oia sumpta in aerē quasi fumū ructando vomebat ac si igne ꝯsumpta fuissent. Dieq; sequēti edacior reddebat. Quē sanctus pietate cōmotus ozōs adeo liberauit: vt trib⁹ libris panis quotidie cōtēt⁹ et aq modica: et ꝓprijs manib⁹ vltra alios laboraret. Quidā culpat⁹ de homicidio ad eū ꝯfugit se innocētē re ꝟa asserēdo. Et supuenientib⁹ ministris iudicio q vt eū caperēt fuerant insecuti: eisq; p̄ntib⁹ sctūs abbas ad sepulchrū accessit hois interfecti: quē in xp̄i noīe adiurauit: vt sibi diceret an ille eū occidisset: q rn̄dit q nō. Et instātib⁹ illis: vt q eū occiderat interrogaret: rn̄dit suū esse innocētes absoluere: nō aūt nocentes cōdēnare. Sicq; iuuenis solut⁹ est. Idē etiā cū heretico disputās: eiq; qd rn̄deret nō habēs: orās mortuū q portabat ad tumulū suscitauit: q suscitat⁹ hereticū ꝯfudit. Puellā etiā quādā q magicis artib⁹ illusa sibi soli apparebat in equā cōuersam ab illusione fantastica liberauit. Pluribusq; alijs virtutū signis et vite meritis effulgens in pace quieuit .xvij. kal. Februarij. Hic ad iunio-

res professionis sue vnam scripsit eplam: in qua vtilia multa / et monastice religioni necessaria docet: claruit sub Valentis imperio.

¶ De sancto Bonitio epo. Cap. lxxxi.



Bonitius episcopus Aruernen. qui dr̄ mons clarus: inter alia eius virtutū insignia beatā dei genitricē in summa deuotione habuit: vt frater Vincentius ponit: cui dū nocte quadā solus in ecclesia sancti Michaelis oraret: in extasi posito beata virgo cū multitudine curie celestis splēdidior apparuit: et q̄s esset aptus ad diuina mysteria celebranda a circunstātibus interrogauit. Qui Bonitiū orantem dignissimum acclamarunt. Et q̄uis se reputaret indignū: a celesti choro assumitur: vestibus sacris induitur: et missam celebrare iubetur. Qui missam per visionem suo ordini celebrauit: et dum communionem sumpsisset: beata virgo sibi vestē pro magno munere dimisit: et visione sublata ipse ad se rediit: vestemq̄ repertam iuxta se cū summa deuotiōe custodiuit: et visa populo cuncto narrauit. Que vestis vsq̄ hodie ibi seruat: et p̄ reliquiis sacris ostenditur: cuius materia / et modus contexture a nemine cognoscitur. Est autem eximii candoris: lenitatis: et leuitatis. Quieuit autem in pace sanctus Bonitius. xviii. kalen. Februarii: sepultus in ecclesia sua.

¶ De sancto Marcello papa et martyre. Cap. lxxxii.



Marcellus papa et martyr: natione Romanus de regione violata ex patre benedicto: Marcellino pape in epatu successit: et sedit annos. v. dies. xxi. q̄ tpe Maximiani filii Diocletiani imperatoris martyrio coronatur. Nam cū Maximianus Augustus primus rediēs ex Aphrica: vt Diocletiano placeret: in noīe eius thermas a toto edificaret: in vrbe cepit omnes xp̄ianos ad afflictionē laboris compellere: et per varia loca quosdā ad lapides: quosdā ad harenam damnauit. Quib⁹ Tarson xp̄ianus occultus / et diues ac nobilis de suis facultatibus necessaria ministrabat per manus Sisinnii: Cyriaci: Largi: et Smaragdi. Propter qd̄ Marcellus epus celebrato concilio Sisinnium: et Cyriacū diaconos Romane ecclesie cōsecrauit. Multos quoq̄ martyrum cōuersorū ipse pontifex baptizauit: et multorum sanctorū corpora colligens vna cū Joanne presbytero sepeliuit. Cum aūt sanctus Cyriac⁹ a Maximiano filio Diocletiani imperatoris detētus cathenis obligatus ante rhedā eius traheret die processionis: et ex hoc Marcellus papa illū redargueret: ab eodē fustigatus et eiectus est. Postq̄ aūt beati Cyriacus / Largus: et Smaragdus martyriū passi sunt Marcellus papa eos similiter tumulauit. Post q̄ Lucina Christiana matrona ditissima ecclesie dei oēs suas facultates concessit: pp̄ter qd̄ a Maximiano pscr. ptione dānata est. Dū aūt in exiliū duceret / rogauit Marcellum vt domū suā in ecclesiā consecraret: qd̄ et ille adimplere curauit. Et dū ibi frequēt⁹ celebraret: Maximian⁹ hoc audiēs domū illā siue ecclesiā fecit stabulū publicū iumentorū: et eūdē epm cū custodia ad seruitiū aialiū deputauit: vbi post multos annos emisit spiritū. xvii. kal. Februarii. ¶ Hic fecit cemiteriū in via salaria: et. xxviii. titulos cardinalat⁹ in vrbe Romana p̄pter baptismū: sepulturas: et penitentiā multorū ex gentib⁹ conuersorū: ac p̄pter martyrū reliquias tumulandas: qui etiā sepultus est a Joanne presbytero in eodē cemiterio priscille via salaria: et cessauit epatus dies. xx. Postea vero religione xp̄iana crescente domus stabuli in ecclesiā trāslata est: q̄ hodie sancti Marcelli noīe intitulat.

¶ De sancto Marcello epo. Cap. lxxxiii.



Marcellus anticyranus eps insignis sanctitatis / et doctrine fuit. Qui multa aduersus Eutycetē grecum scripsit volumina: et maxime aduersus arrianos. Extāt et aduersus eum non leuium authorum libri: tabellune ipsum hereticos impetentes. Negat ille dogmatis ei⁹ esse: et cōmunione Julii et / Athanasii Romane / et Alexandrine vrbium pontificum defendit se. Claruit sanctitate insignis tempore Constantii imperatoris. Hec Hieronym⁹ libro de viris illustrib⁹.

¶ De sancto Felice epo et martyre. Cap. lxxxv.



Felix episcopus tubabocen. tpe Diocletiani / et Maximiani imperatorum martyrium passus est. Qui anolino pr̄sidi presentat⁹ / cum nomē suum nollet exprimere: dicens solūmō se xp̄ianum missus est vinctus ad prefectum pretorii / qui illum vinculis mācipauit: et post dies. xxi. de carcere eductum fecit eum cathenis alligatū post imperatores nauigare. Positusq̄ est in nauicula in qua dieb⁹ quatuor sub equorū vngulis inedia maceratus iacuit. Veniēsq̄ ieiunus Nolam campanie a cognitore ciuitatis capite plexus est. xvii. kal. Februarii / et ibidē sepultus.

¶ De sctō Honorato epo Arelaten. Cap. lxxxvi.



Honorat⁹ episcopus Arelaten. nobili p̄sapia eiusdem vrbis oriundus fuit: vt scribit Hilarius / qui ei in pōtificatu successit: qui gentilibus parentibus p̄genitus: in adolescētia sua motu proprio baptismū petiit: et licet patre reluctante paternā domum deserēs: venantiū eius fratrē seniorem ad xp̄m cōuertit: qui ambo ad caprasium eremitā accedentes: ab eo de religiōe vite edocti sunt. Defuncto autē germano suo venantio: Honoratus eremū vrbi Arelaten. proximū petiit: abiq̄ diudū in omni vite sanctitate permansit. Exemplo quoq̄ cōuersationis sue gennadium quendā virū effrenem / et inde in. tū ad penitentiā prouocauit. Deinū vrbis Arelaten. epo factus in sancta religione deo seruiēs: et salutifera p̄dicatione dominicum gregem pascens quieuit in pace. xvii. kal. Februarii.

¶ De sctō Honorato epo Ambian. Cap. lxxxvii.



Honorat⁹ episcopus Ambian. tpe Alcidiberti regis Frācorū vir clarus sanctitate / et miraculis floruit. Qui dū missas aliqñ celebraret: et corpus xp̄i super altare virginis consecrasset vidit manū sicut palmā xp̄i sacrā hostiā tenentē: et ei epo cōicaturo quodāmodo porrigētem. Quam sanctus de ipsa manu deuotissime sumens / ab omni deinceps inquinamēto carnis illesus permāsit. Hic angelo sibi reuelante corpa sanctorū Fusciani / et Victorici / atq̄ gentiani reperit: et ea condecenti Mausoleo collocauit. Qui et post vitam laudabilem ad christum migrauit.

¶ De sctō Honorato abbate et cōfessore. Cap. lxxxviii.



Honorat⁹ abbas et cōfessor in samnij partib⁹ claruit: qui coloni cuiusdam in villa venantis patricii filius fuit. Hic ab annis puerilibus deo dedit⁹/ etiam ab ocio/ io sermone abstinebat: ac nec ieiuniis maccrabat. Sed cū die quadā parentes eius conuiuium fecissent: et carnes ad prandiū parassent: iuuenis ieiunando a carnibus abstinere vellet: irrisus est a parentib⁹ et discūbentibus cunctis interrogātibus an vellet sibi de montibus pisces afferri/ qui in loco ipso audiri poterāt nō videri. Post modicum aqua in conuiuio deficiēte accessit minister ad fontem vt hauriret. Et dum aqua de situla lignea coram discumbētibus effunderet: piscē qui diuinit⁹ aquas intrauerat simul effudit: qui victu vni⁹ diei Honorato sufficere potuit. Propter qd in veneratione haberi cepit. Procedēsq; in virtutib⁹ a dño suo libertati deditus in eo loco q fundus dicit monasterium construxit: in quo pater fere ducētorum extitit monachorum. ¶ Dum aliqn ex monte qui monasterio preminet moles ingētis saxi eruta per deuexa montis veniens totius ruinam cenobij minaretur. Hoc vir dñi cernens inuocato xpi noie signū crucis festinus opposuit: eāq; in deuexi montis latere fixit/ vbi vsq; in p̄senes locum cernentibus aspicit: vt casura desuper pendere videat. Hec Gregorius primo Dialo. cap. iiij.

¶ De sancto Tityano epō. Cap. lxxxix.



Tityanus episcopus ort⁹ heraclea ciuitate nobili gēte a Floriano Opitergiēn. epō erudit⁹ est: et presbyterū ordinatus. Quo quidē propter amorem martyrij epatum cedēte: Tityanus a ppl̄o elect⁹ est in epm: q̄ gregē domini optime pauit sermonibus: et exemplis: et sanctitate pollēs in pace quieuit. xvi. kalē. Februarij. Sepultusq; est primo in ciuitate Opitergiēn. Cuius parentes ad eū venietes: et iam mortuum reperientes: corpus noctu furati sunt: et in patriā deferrent. Quos mane populus armatus insecutus est pro corpore redimendo. Et cum propter hoc adinuicē bellum vellent assumere: apparuit senior quidā concordiā suadens consuluit: vt corpus solū in nauicula dimitterēt: et diuine voluntati expectarēt quo deus vellet deferendum. Quod cū fecissent/ disparuit senior et nauicula per flumen iuuentie iter sursum cōtrariis vndis tenēs: deuenit ad locum qui dicitur septimus: et ibi quieuit. Corpus autem terre depositum dum iterū de ipso habēdo multorū locorum incole contenderēt: cōsilio senioris prefati iterum apparētis diuinum oraculū implorabant. Et post ieiunium triduanū diuina reuelatione: vitulus cum matre vehiculo iungitur: et corpus superponit: et quo vellet abire dimittuntur. Qui ipsum ad ciuitatem Cenetēn. deduxerunt: ibiq; substiterunt: vbi et mulier a demonio obsessa meritis sancti corporis liberat. Ibiq; digno honore tumulat: quo et epatus Opitergiēn. translatus est.

¶ De sctō Melātio epō. Cap. xc.



Melātius episcopus/ vt dicit Socrates i historia tripartita discipul⁹ Euagrij fuit. Cu⁹ ecclesiā cū adiissent hi q iussu regis Hunerici epos arrianis resistentes exilio deportabāt: viderūt eū vt viuimū eccle ministrū cādelas pparātē: et lāpades resouētē. Quē cū interrogassent vbi esset eps: ille se ostensurū illis respondit: et fatigatos ex itinere ad hospitium suū duxit: et refecit. Et post prandiū se esse epm eis patefecit. Qui ppter eius humilitatem et reuerētiam admirati dederūt sibi fugam. At ille noluit declinare/ dicēs qd libēter pati volebat qd sui similes patiebātur. Sicq; vna cum ceteris voluntarium pro xpo subiit exiliū: vbi et post multos agones in xpo dormiuit. xvij. kal. Februarij. Huius frater fuit Salomon ex negociatore monachus effectus.

¶ De sancto Fausto epō. Cap. xci.



Faustus episcop⁹ apud regiū Gallie ex Lateransi abbate elect⁹ est vir sanctitate plen⁹: et diuinis iugiter scripturis intētus Librū edidit de spiritu sancto. Itē opus egregiū de grā dei qua saluamur. Libellū aduersus arrianos: et macedonianos cōspicuū. Item et aliū aduersus eos qui dicūt esse in creaturis aliqd incorporeū. Epistolā etiā ad diaconū quendā noie grecū: qui a catho. ica fide discedēs ad nestorij impietatē abierat. Scripsit etiā epistolam aliam ad Felicē p̄fectū p̄torij ad dei timorē exhortatoriā. Et alia plura que nōdū se vidisse gēnadius hec scribēs dicit. Ideoq; nolare nō audet. Anastasii primi temporib⁹ claruit. xvij. kal. Februarij in pace pausauit.

¶ De sancto Antonio abbate. Cap. xcij.



Antonius abbas cuius vitā Athanasi⁹ scripsit nobilibus/ et religiosis parētib⁹ ex egypto ortus: et delicate nutrit⁹ ab annis pueri. lib⁹ ecclesiā frequētabat. Et cū esset annorū xviij. parētibus defunctis audiēs in euāgelio. Si vis pfect⁹ esse et c. oībus destractis facultates suas pauperū visceribus infudit. Sororē autem sanctis virginib⁹ in monasterio commēdās/ ipse monastico habitu assum pto extra ciuitatem progressus cuidā seniori solitario adhesit: cuius doctrina et exēplo informat⁹: etiam p alios cellulas discurrebat: a singulis monachis exēpla salutaria colligebat. Post hec solitarius manere cepit: et multas diaboli psecutiones sustinuit: quas ieiuniis et oratiōibus ac vigiliis superauit. Et dū spm̄ fornicationis vicisset: diabolus in specie pueri teterrimi ante eū prostrat⁹ apparuit: seq; spm̄ fornicationis ab eo victū asseruit: quē Anton⁹ signo crucis effugauit: dicēs quod adeo turpissim⁹ esset/ qd ipsum abinde amplius nō timeret: et deinde asperiori penitētia se affligitans orationib⁹ sepius pernoctās/ semel in die post vesperas panē solum cum sale et modicum aque degustās: nōnunq duobus vel trib⁹ diebus sine cibo perdurās: sup nudam humū cubās: carne vnico cilicio domās: deinde longe a villa inter sepulchra se posuit: et vni soli notiori vicino mādās: vt statutis dieb⁹ sibi alimēta deferret: vbi multitudo demonum ipsum verberibus adeo laceranit: quod minister eius quasi mortuum ad villā humeris asportauit. Et cum a cūctis vt mortuus plangeretur dormitantibus illis Antonius reuixit: et a ministro ad predictum locum se iterū portari fecit. Et cum ex dolore vulnerum prostratus iaceret: animosus ad bellum demones inuitabat: qui bestiarum feraīi formis apparuerūt: et vngulis ac cornib⁹ crudeliter lacerarūt: et dū xpm inuocaret: subito mirabilis splēdor illuxit: et demōes effugauit: cui vox de celo insonuit: qd qr viriliter dimicauerat/ faceret eū de⁹ in toto orbe nolari. Et cū xpiani ex martyrio necabant/ ipse martyres seqbat: dolēs q sibi martyriū nō dabat. Post hec annorum xxxv. ad eremum secretiorem accessit: et ibi

arctiorem adhuc vitam ducere cepit: vbi argenteū diſcum reperiens admiratus vnde ibi diſcus argēteus haberetur / vbi veſtigia hominū nulla eſſent: intellexit diaboli figmentum: et facto crucis ſigno diſcus euanuit. Poſtmodū ingentem maſſam auri reperit: quā vt ignē effugit: et ad montē aſcendens .xx. annis incognit⁹ manſit. Deinde a multis frequentari cepit: et precipue a monachis qui eremum per diuerſa loca colebant: quibus ⁊ monita ſalutis dabat. Et dum ad viſitandos fratres pergeret: riuulum nili crocodilis / ⁊ ſerpētibus plenum cum comitibus tranſiuit illeſus: et rediuit incolumis. Quadam vice in ſpiritu raptus vidit mūdum laqueis plenum: ⁊ audiuit quod ſola humilitas ipſos euaderet. Vidit aliqñ demonem celſum corpore: qui ſe dei virtutem et prouidentiam dicebat / petēs a viro ſancto quid ſibi donari volebat: in quem ille ſputa congeminans: vt fumū effugauit. Alias etiam diabolus ſibi ieiunanti in figura monachi panes obtulit: ſuadens vt ederet: ne corpore nimia abſtinentia tabefacto deficeret: quē vir dei diabolū intelligens / xp̄i nomine inuocato mox effugauit. Multis quoq₃ miraculorum ſignis effulſit. Nā plurimos ab immundis ſpiritib⁹ vexatos / ⁊ varijs detentos languoribus liberauit. Dum incluſus monaſterio nullū ſuſciperet. Martinianus quidam militū prepoſitus inſtāter pulſans ad oſtium obſecrabat: vt filiā eius obſeſſam liberaret: qui noluit ei aperire: ſed de feneſtra eidem loquens filie ſalutem promiſit. Ille vero credens / ⁊ abiēs filiam ſaluam factam inuenit. Multi etiam vexati ante fores cenobij clauſis foribus dormiētes purgabant. Et dū ex frequentia populorum nō haberet quietem: diuinitus admonitus cū ſaracenis ad profundiorem deſertū acceſſit itinere dierum trium: et habitare cepit in campo modico ſibi a deo demonſtrato paucis palmarum arboribus conſerto: vbi ad radices mōtis fons limpidiſſimus habebatur: vbi de palmarum fructib⁹ / ⁊ panibus ſibi aliqñ a ſaracenis delatis veſcebatur. Volēs autem labori deferentiū parcere ſarculo ſibi apportato terram coluit: et triticū ſeminauit: ſic q₃ de labore manuum victum ducebat. Ibi etiā plantauit olera propter aduentantium recreationem. Preterea etiam de palmarū folijs manibus operabat̄. Elapſis annis pluribus victus a fratribus venit monachos viſitare: quibus dū aqua in via defeciſſet: ⁊ tam ipſi q̄ eorū camelus / qui ſarcinas baiulabat ſiti pericli taretur: oratione fudit: ⁊ fons in deſerto erupit: cunctoſq₃ refecit: veniensq₃ ad monachos / vt pater cunctorum ſuſcipitur: ⁊ videns ſororem iam vetulam aliarum magiſtram letatur. Iterumq₃ ad mōtē rediit / vbi ſolitam vitam ducebat: et fratres ad ſe venientes ſermonibus edificabat: ⁊ languētes ſanabat. Frōto palatinus a demonio obſeſſus ad ipſum ꝑ liberatione acceſſit: quem remiſit dicens: vt vbi terram egypti calcaret / ſaluus eſſet: qđ et factum eſt. Virginem tripolitanam pluribus grauibus morbis detentam ad monachorum inſtantiam etiam abſentē oratione ſanauit. Prius tamen omnes eius infirmitates ſibi a domino reuelatas fratrib⁹ declarauit. Aliā quoq₃ virginem laodicie reſidentē dolorem ſtomachi validum patiētē ad preces archelai comitis longe poſitus oratione curauit: comes quoq₃ reuerſus virginem ſanatā inuenit. Nauigās cum quibuſdam fratribus dixit ſe fetorem peſſimum ſenſiſſe: ⁊ nunciauit demonē nauem ingreſſum eſſe. Et ſubito quidā ex nautis vexatus a demonio proſiliit: quem mox Antonius liberauit. Alium inſuper nobilem demoniacū ſibi adductum / qui furens vix poterat detineri: dum ſancto abbati maxillam percuſſiſſet: ſigno crucis edito ab immundo ſpiritu eripuit: et demonē in deſerto alligauit. Dum aliqñ ab angelis in aere leuaretur: aſſunt demones eius tranſitū prohibentes: ⁊ peccata eius ab exordio obijcientes: quos angeli redarguunt: ⁊ peccata oīa illa dimiſſa excipiunt: ſed ſi quid contra eū habent: poſtq̄ monachus factus eſt: vt ea dicant / imponunt: ⁊ cum in hoc defeciſſent: liber Antonius in ethera tollitur: et liber deponitur. Huic etiā aliqñ diabolus in tāta proceritate apparuit / q̄ celū capite contingebat: ⁊ interrogatus quis eſſet: dixit ſe eſſe Sathā: q̄ multum a monachis impugnabat: et a xp̄ianis maledicebatur: addens q̄ iam ad nihilū eſſet redactus: poſtq̄ in cunctis partibus regnabat xp̄s. ¶ Alias etiam vocatus vt exiret et videret: vidit demonem longum vſq₃ ad nubes attingētem: qui quoſdam pennatos ad celum volare cupientes extenſis manibus prohibebat: quoſdā vero retinere nequibat. Et intellexit illum fore animarum aſcenſum: ⁊ demonis prohibitionem: aliquibus reſiſtētem / quibuſdam autem obſiſtere non valentē. ¶ Sacerdotes et clericos venerabiliter tractabat: ⁊ ab eis benedici humiliter implorabat: et cum literas ignoraret: et tamē philoſophos / et hereticos ſcripturarū allegatione ⁊ rationibus conuincebat: vnde aliqñ Alexandriā veniēs / ſermonēq₃ publice faciens arrianos ibi aſſiſtentes mirabiliter ꝯfutauit: ⁊ multa miracula fecit. Rediēſq₃ in porta ciuitatis puellā ab immūdo ſpiritu eruit. ¶ Quidam gentiles philoſophi cum aduenirent vt ſibi illuderent: auditis eius ſermonibus edificati ſunt: et ad xp̄m conuerſi. Ab imperatore Conſtantino ſepius per literas viſitatus / eidem epiſtolam exhortatoriam remiſit: cōfortans eum in xp̄iana religione: ⁊ monēs ne in terrena confideret poteſtate. Eccleſie quoq₃ perſecutionē futuram arrianorū inſtigatione precognouit / ⁊ fratrib⁹ lachrymando predixit. ¶ Duci cuidam nomine balachio arriano eccleſiā infeſtanti adeo vt monachos / et virgines publice nudatos virgis cederet: epiſtolam miſit / eum de impietate redarguens: ⁊ irā dei ſuperuenturam comminās. Qui epiſtolam legens irriſit: ⁊ nūcios verberauit. Sed poſt dies .v. equo inſidens ad terram deijcitur: ⁊ morſibus ac vngulis cōpreſſus poſt triduū deficiēs ſepelitur. ¶ Tandem iuxta morem ſuum ad viſitandos fratres qui in interiori monte latebant adiit: eiſq₃ obitum ſuum longe ante predixit: ac in domino cōfortauit. Et ad cellam regreſſus poſt dies modicos egrotare cepit: duoſq₃ monachos qui ſibi annis .xv. ſeruierant / acceſſiuit: ⁊ monitiſq₃ ſalutaribus eis traditis inter eorū manus cum eſſet annorum .cv. in deo feliciter obdormiuit .xvj. kal. Februarij. Cui⁹ corpus in eadem eremo prefati duo diſcipuli ſepelierunt: et nemini locum ſepulture vnq̄ reuelare voluerunt: eo q̄ ſic ipſe illos moriens adiurauit: q₃ etiam decedens mirā eius famam recuſauit. ¶ Hic ad diuerſa egypt. monaſteria vij. ſcripſit epiſtolas apoſtolici ſenſus / ſermoniſq₃ refertas: que in linguam grecam poſtmodum tranſlate ſunt: vt dicit Hieronymus de viris illuſtribus.

¶ De ſanctis Speuſippo / Heleuſippo / et Meleuſippo martyribus. Cap. xciij.



Speuſipp⁹: Heleuſippus / ⁊ Meleuſippus exiſtētes annor .xxv. cū auia ſua Leonilla / ⁊ ſorore illi⁹ Jonilla in ciuitate Lingonicā ſub Aureliano imperatore martyrium paſſi ſunt. Nam cum predicti fratres cū iam dicta eorū auia a ſancto benigno presbytero verbū dñi precepiſſent / ⁊ baptizati eſſent: in Lingonicā ciuitate a quadrato preſide tanq̄ chriſtiani detenti ſunt. Et ad primam quidem ſacre fidei confeſſionem pugnis in facie ceſi ſunt. Deinde ligatis pedibus et manibus verſo capite in arborē ſuſpenſi ab auia Leonilla confortabantur. Poſt hec in ignem miſſi illeſi permanentes: orantes ad dominum / vt animas eorum in pace ſuſciperet / expirarunt: viſiq₃ ſunt angeli cum luce multa eorum animas colligentes: et corpora eorum intacta ab igne reperta ſunt. Quo viſo miraculo Jonilla matrona ſoror Leonille ad chriſtum conuerſa eſt. Et cum relicto viro ⁊ duobus paruulis Chriſtum

consiteretur: a paganis tenta et capillis suspēsa est. Dein de post plurima sibi illata supplicia cum Leonilla soro re sanctorum auia pariter decollantur. xvj. kal. Februa rij. Quorum omnium corpora diu latētia processu tem poris inuenta sunt: et digno honore tumulata.

De sancto Sulpitio epō. Cap. xciiij.



Sulpitius episco pus de ciuitate Bituricen. claris parē tibus ortus/ puerilib' annis miseri cordie operib' intētus erat. Quadam nocte cū duobus pueris vigilans/ vi dit eos a duobus spiritib' teterrimis de ecclesia ejicit: signoq crucis demo nes effugauit: vnde multas antiqui ho stis insidias perpessus xpi gratia supe rauit. Sed dū fama eius crebresceret: ad instantiam lotharij Francorū regis ab Austregisil lo Bituricen. epō in diaconū ordinatur: deinde in abba tem eligitur: ac demū defuncto Austregisillo in epūm sublimatur: qui et meruit primam Aquitanie sedē. Hic multis renitēs signis egros sanabat: et demones effuga bat. Hic quadā dum ignis tectū domus eius inuasisset signo crucis opposito tamdiu contra incendiū stetit/ donec flammas extinxit. Alias etiā dū ignis domū aliā incenderet: et mulier quedam pro segete quam ibi iuxta reposuerat solicita esset: signū crucis edidit cōtra flam mas: et mādās ne illuc trāsire presumeret: et extunc ignis ac si mons interiectus fuisset/ seipsum cōpescuit. Cum quedā arbor excisa super puerum alijs intentū caderet: sanctus accurrit: et signo dnico arborē erectam in par tem oppositam cōcidere compulit: sicq puerum libe rauit. Latro quidā vt furaretur/ eius promptuariū in trauit: et nocte tota circuiens exitum minime reperire valuit. Ad quē dum sanctus mane misisset famulū: la tro suspendiū metuens in puteū. lxx. passuum se preci pitauit/ auxiliū Sulpitij nihilominus inuocando: quē vir dni de puteo extractū illesum reperit: compunctū ad penitentiā recepit: sibiq de necessarijs prouidit. Le uita quidam contra eius mandatum ad domum suam pergere volens cecitate percussus vnde erat tota nocte se mouere nequiuit: et rediens de inobedientia peniten tiam egit. Quadā vice in ecclesia cum clericis suis per noctans/ orationi procūbens strepitus demonum/ et infestationis tumultus plures sensit/ adeo vt putaretur ecclesia euerti: nec ab oratiōe cessauit: donec omnis fan tastica illusio euanuit. Quendam hominem cui die san cto pasche ligna precidēti manus securi adherēs aruit: lachrymis et suffragijs tota nocte incumbens mane sa natum remisit. Qui plenus dierū in pace quieuit. xvj. kal. Februarij. Sepultus in Biturica ciuitate.

De Cathedra sancti Petri Rome. Cap. xcv.



Cathedra scti Pe tri apostoli/ qua in vrbe Roma pri mus vt summus pontifex sedit facta est anno quarto Claudij imperato ris: que ideo communiter ab eccle sia minime celebratur: qz huius memo ria sub festo alterius Cathedre/ qua Petrus primum Antiochie sedit re colitur: vt dicet. viij. kal. Martij. Nam sepius beati Petri in vrbe Roma fue rit sedes principalior: illa tamē cele brius agitur: quia fuit tpe prior: et honorificentia potior. Beatus ergo apostolus postq̄ Antiochie septem annis sedit/ hierusalē venit: et cum simone mago disceptatio nem habens/ eū inde fugauit: et cum ipsum Romā ve nisse comperit/ eum insecutus est: et quarto anno Clau dij Romam veniens a fidelibus reuerenter suscipitur: et in cathedrali sede sublimatur: in qua sedit annis. xxv. et sic vicariatum Christi in terris. xxxij. annis tenuit: ad quod tempus nullus Romanorum pontificum exinde deuenit: sicut et eius nomine nemo se vocari presumpsit. Duos autem pontifices Petrus sibi coadiutores ordi nauit: vnum intra vrbem/ scilicet Linum: alium extra vrbem: scilicet Cletū: vt dicit Joannes Beleth: ipse vero predicationi insistebat. Mōstratur autem vsq ad pre sens eius Cathedra: in qua Rome fuit primitus exaltatus in ecclesia: videlicet sancti Petri: vbi et pro antiquis/ et venerabilibus reliquijs conseruatur: et dicitur q̄ nul lus papa in ipsa sede aliquādo sedere presumpsit. Cele bratur autē festū huius Cathedre/ vez Romane sedis. xv. kal. Februarij: vt in martylogio Hieronymi reperitur.

De scta Prisca virgine et martyre. Ca. xcvj.



Prisca vgo et mar tyr passa est i vrbe Roma sub Clau dio Cesare anno. iij. iperij sui/ que filia fuit nobilis ciuis: q̄ ter cōsula tum in vrbe habuerat: quam in ec clesia repertam orantē ministri im peratoris ceperunt: et duxerunt ad Claudium: iussitq eius ad templū Apollinis duci: vt ibi sacrificaret: sed dum orationē fudisset ad domi num: facto terremotu corruit ido lum: et quarta pars templi diruta est: et oppressit multi tudine paganorum cū sacerdotibus idolorū: impera tor vero territus fugit. Demon autē per aera clamabat: se expulsum de habitatione sua/ in qua per annos sexa gintaquinq manserat: qui ex eo die de vrbe eiectus fue rat cum spiritib' nonagintatribus sibi subiectis. Tūc imperator iussit virginem alapis cedi: que lumine de ce lo superfuso: et voce dnica cōfortata est. Die sequēti iussit eam Claudius expoliatā flagellis verberari: et post hoc fustibus macerari: q̄ a xpo consolata: facie vt stella splē dēs apparuit. Missa est igitur in carcerem: et pinguedi ne adipū dissoluta: toto corpe iussu Cesaris perungit: vt sic maleficia soluerentur: q̄ nocte tota cū multitudine sanctorū psallens audiebatur: sed dum mane eā Limo nius imperatoris consanguineus educere vellet: odore perfusus ingressus carcerem reperit illā in throno sedē tem: et angelorū multitudinem circumstantē: et dum sedē euertere vellet/ circunstātes angeli disparuerūt. Cum igitur ante Cesarē stetisset: et ipsam ad templū sacrifica turam duci fecisset: clamabat demon dicens q̄ ignis a iiij. angulis tēpli procedens ipsum incendebat. Moxq ignis de celo cecidit: et sacerdotes cum parte gentiliū combussit: et idolum in fauillā redegit. Quod vidēs im perator Priscam prefecto tradidit puniendam. Que du cta ad pretoriū prefecti vncinis ferreis attrahitur: et gla dijs toto corpore dissipatur: deinde carceri mācipatur. Sed dū prefectus iuxta carcerē equitaret: et lumē con spexisset: prospiciēs per fenestrā vidit virginē in throno sedentē: et faciē eius claritate nimia refulgētē. Qui car cerē anulo suo signās q̄nquaginta milites ad custodiā dimisit. Illi vero noctu eā cū angelis psallentem audie bāt. Mane autē facto iussit eā imperator presente prefe cto in amphiteatrū duci: et bestijs exponi. Et dum sibi leo immanissimus qui ouē quotidie comedebat: et. iiij. diebus fuerat sine cibo detentus dimissus esset: leo cur sum arripiens ad pedes virginis procidit: et plantas lin gere cepit. Quē dum Cesar ad locū suum reduci face ret: in consanguineū eius irruit: et eū protinus interfe cit. Tūc imperator iussit eā in ergastulum recludi: et tri duo inedia macerari. Deinde ipsam eductā facieq splē dentē in equuleo suspendit: et vngulis latera eius radi. Statimq brachia cū manib' carnificū dolore nimio torquebant. Post hec in ignē copiosum mittit: sed plu uia maxima cū vento subito erumpēte flamma disper gitur: et ignis extinguitur: virgoq omnino illesa cōspi citur. Quod dum Claudius magis deputaret: fecit ca pillos ipsius radi: vt sic eius maleficia tollerētur. Post

hec in templum idoloꝝ eam inclusit: et ostium anulo cōsignauit: vbi audite sunt voces angelice vna secum deū laudantes. ¶ Post diem tertiū ingressus imperator in templū reperit Priscā in throno sedentē vallatā agminibus angelorum: et iuxta basem columne idolum cōminutum: propter quod iratus Cesar eam foras vrbē eductam precepit gladio necari: que prius oratione facta ad dn̄m vt susciperet spiritum eius: voce celica ad gloriam inuitatur: sicq̄ decollata est: et continuo carnifices mortui ceciderunt. Quod dum sancto vrbis Rome ep̄o nunciatum esset: accessit cum clericis: vt colligeret corpus martyris: reperitq̄ duas aquilas corpori insidentes: et ipsum ne a feris tangeretur custodientes: quod ab ep̄o collectum miliario .x. ab vrbe via hostiēsi sepultū est: vbi et fuerat decollata. Imperator vero graui languore percussus dentibus propriis carnes suas mordens / post dies paucos miserabiliter expirauit. Tempore aūt Eutyciani pape corpus beate prisce eidē diuinitus reuelatur: et locus per visionem ostenditur: vbi ipse cum clero et populo cūdiens / et corp' inueniēs: ipm̄ inde leuauit: et ad vrbem deducens in ecclesia sanctorum martyrum Aquile / et Priscille venerabiliter tumulauit: in loco vero vbi fuerat decollata ecclesia a fidelibus facta est: eius memorie dedicata. Que passa est .xv. kal'. Februarii.

¶ De sctis Mosco et Amonio martyre. Ca.xcvii.



Moscus et Amonius

apud pontum insulam passi sūt: qui cum essent milites: et xp̄m constāter confiterentur: primo militaribus cingulis exu': deinde ad metalla dānati sunt: post aliquod vero tempus inde abstracti / diuersisq̄ suppliciis affecti. Nouissime igni traditi sunt. Sicq̄ martyrium suum cōsumauerūt .xv. kalendas Februarii: vt ait Ado.

¶ De sancto Deicolo abbate. Cap.xcviii.



Deicol' abbas di-

scipulus fuit columbani abbatis. Quo quidem sancto cum discipulis a Britanniis abscedente: ipse de licentia patris eo q̄ debilis esset pedibus ibidem remansit: mandato sibi per obedientiam ne ad monasteriū Luxouiēse vnde discesserant aliquando rediret. Recedente ergo magistro dum discipulus per incerta loca vagaretur: et sitis eum arida comprimeret: baculo terram percussit: fonsq̄ ibi statim erupit: qui sanctum reficiēs vsq̄ hodie ibi manet: Cū autem bubulcū oues pascentem de loco quereret: illeq̄ sibi intimasset: rogauit eum vt illucusq̄ secum peragraret. Dumq̄ pastor pro pecoribus dubitaret: nec haberet cui custodiendas dimitteret: sanctus baculum pro custode in terrā fixit: easq̄ baculo in sua fide cōmendauit. Quē bubulcus vsq̄ ad locū associauit: et reuersus oues circa baculū ac si circa pastorē illesas / et accubātes inuenit. Veniēs ergo deicolus ad locū ostensum ecclesiam sancti Martini ibi positam clausam cōspexit: sed ianue ꝓpinquus per eandē sponte sibi diuinit' reseratā intrauit: et oratione fecit. Et dum hec crebo fierent / presbyter ecclesie illi' inuidia motus hec patrono nole versario nūciauit: de cuius licētia cum suis ordinauit: vt dum monachus ille per noctem ecclesiam introisset: ipse cum insecutus cum illis occideret: Dum igitur horam obseruasset: et ad scti interitū festinaret: veniēs ad ecclesiā ianuas et fenestras spinis et rubis obstructas inuenit: et sic intrare nō valēs virū dei dimisit. Quod audiens ꝟsarius: hoc magicis artibus attribuit: mādauit suis vt vbicūq̄ monachus reperiretur sibi genitalia precideret. Statimq̄ in ipsa hora versarius in eisdem membris sibi mirabiliter tumefactis dolere admodum cepit. Quod vxor eius ex iniuria sancto illata contigisse recognoscens / virū dei ad se humiliter accersiri fecit: vt ad maritū liberandum festinaret. Sed antequā deicolus illuc peruenisset / versarius expirauit: veniens ergo sanctus itinere fessus cappam exuit: eamq̄ radio solis per fenestram intrantis superiecit: vbi ac si in pertica mansit. Deinde oratione sua versarium suscitauit: qui omnes suas possessiones / et capellam sibi concessit: vbi deicolus congregatis fratribus monasterium construxit. Cum die quadam Clotarius rex circa locum venando cum suis aprum insequeretur: aper fugiens ecclesiam introiuit: et ante altare prostratus mansuetus permansit: deicolum aspiciens: et quasi eius auxiliū petēs: quod dum venatores cum rege aprū insequentes vidissent / admirati sunt: et sanctum reuerētes aprū dimiserunt. Cui etiam rex multa priuilegia cōcessit: et locum prediis dotauit. Post hec deicolus apostolorum limina visitauit: et repatrians ac obitum suum precognoscēs: columbanū sibi successorem monasterio delegauit. Ipse autem secretiorem petens eremum post plures annos in pace quieuit .xv. kal'. Februarii.

¶ De translatione sancte Lucie. Cap.xcix.



Translatio corpo-

ris sancte Lucie ad ciuitatē venetiarum circa annū dn̄i .M.xl. facta est. Nā dum rogerius Constantinopolitanus imperator circa annū domini .M.x. in Romania / et Sicilia dominaretur / maniacē principem sibi dilectū / et prudentem vicarium ad Siciliam misit. Qui sagaciter imperatori rebellans Siciliam tyrannide occupauit: quod imperator audiens doluit: et de consilio regine se egrotantem / et deinde mortuū simulauit. Pauperem quoq̄ defunctū capsa inclusum sui loco regaliter tumulari fecit. Ipse vero biennio latuit: ita qd̄ vere mortuus ab omnibus credebatur. ¶ Post duos annos regina per solennes nuncios maniacem de suo coniugio requisiuit: qui assensum prebens ordinatis nuptiis solenniter Constātinopolim cum muneribus aduenit / et corpora sanctarum Agathe / et Lucie secum de Sicilia asportauit. Qui dum Constantinopolim venisset / ab imperatore de latibulis prodeunte interficitur: et regnum Sicilie recuperatur / et corpora virginum Constantinopoli honorifice recondunt. Post hec anno dn̄i .M.xl. dum veneti cum siculis Constantinopolim cepissent: corpora duarū virginū auferentes condixerunt adinuicem, vt corpus sancte Agathe siculi rehaberent: et corpus sancte Lucie veneti ferrēt secum: qd̄ et factum est. Sicq̄ corpus sancte virginis delatum venetias / primo quidem in monasterio sancti Gregorii maioris pluribus annis stetit: deinde a duce et populo ad ecclesiam suo nomini edificatam translatum fuit: vbi vsq̄ in presens iacet miraculis choruscans. Factaq̄ est huiusmodi translatio / videlicet de Constantinopoli venetias .xv. kal'. Februarii.

¶ De sanctis Mario / Martha / Audifax / et Abacuch martyribus. Cap.c.



Marius: et Mar-

tha vxor ei' et filii sui Audifax / et Abacuch Rome sub Claudio imperatore martyriū passi sunt. Hi nobilissimi / et diuites de ꝑsida oriundi venerūt Romā causa orationis: cū essent xp̄iani. Et ceperūt corpora sanctorū perquirere: et Christianos in carceribus suis / corpora quoq̄ martyrum pro christo interfectorum requirentes sepeliebant. Et dum in castro transtyberim beatum quirinum in carcere visitassent / et multorum martyrum corpora tumu-

lassent/visitauerunt beatum Calixtum papam cū Christianorum multitudine latitantem. Cum quibus duobus mensibus permanserunt: multaqꝫ sibi et ceteris Christianis necessaria prouiderunt: ipsiusqꝫ benedictione percepta abierunt sanctorum martyrum corpora requirentes/ꝛ honorifice tumulantes: inter que prefatum beatum Quirinū in tyberi necatum ꝛc. ccl. Christianos iubente Claudio sagittis interfectos cōdigna reuerentia sepelierunt. Hec Claudius audiens sanctos dei detineri fecit: quos sibi presentatos diutius examinauit/et deinde Musciano vicario puniendos tradidit: qui dum coram ipso in tellure consistentes Christum constanti animo confiterentur: omniaqꝫ idola vt demonia execrarentur: iussu Musciani Marius cum filiis fustibus cesi sunt: Martha assistente et virum ac natos viriliter exhortante: deinde in equuleo leuati canabinis funibus crudeliter flagellantur: facule quoqꝫ ignee lateribus apponuntur/et vngulis ferreis laniantur. Et cum hec omnia patientissime tolerassent: iussit eos vicarius de equuleo deponi/et manus eorū precidi: quibus ad colla ligatis per ciuitatem circunduci sub voce preconia me deos blasphemare presumerent. Martha vero omnibus istis astans/et sanctis sermonibus eos corroborans: de sanguine illorum caput/et faciem liniebat. Nouissime autem iubente Musciano extra vrbem via Cornelia miliario tredecimo ad nymphas catabasis deducti sunt: ibiqꝫ pariter sub harenario decollati. Martha vero nympha necata est. Quorum corpora iterum iussit incendi/vt sepultura carerent: sed quedam matrona nomine Felicitas ea semiusta ex igne latenter rapuit: corpus autem Marthe de puteo leuauit: et ipsa omnia in suo predio sepeliuit decimoquarto kalend. Februarij.

¶De sancto Bassiano episcopo.
Cap. ci.



Bassianus episcopus natione syracusanus/patre sergio nat⁹ annorum. xii. ab eodem romam missus est gratia studiorū: vbi a sancto Gordiano presbytero doct⁹ sacrum baptismum suscepit: quod dum pater ipsius gentilis audisset: ꝛ eū reuocare disponeret: iuuenis Bassian⁹ in ecclesia sancti Joannis euangeliste rome per visionem monitus rauennam fugit: vt per tempus aliquod latitaret: et dū in via positus esset: ceruа cum duobus hinnulis a venatoribus iaculata ad eum profuga venit: ꝛ pedes lingere cepit: illoqꝫ mirante venatores superueniunt: ꝛ factum vidētes subsistunt: quorum vnus ceruam de manibus sancti rapere nititur: sed mox a diabolo vexatur: quem sanctus cū liberasset/ceruam dimiserūt. Ueniens autem rauennam apud ecclesiam sancti Apollinaris extra ciuitatem manens orationi vacabat: fama sanctitatis preclarus. ¶Bithynus iudex vt reus maiestatis iussu presidis rauennatis ad decollandum ductus est: qui dum bassiani nomen inuocasset: bipennis tertio de manu speculatoris prosiliit: et sic innocens apparuit ꝛ absolutus fuit. Post hec factus presbyter in ecclesia Laudēsi. episcopus eligitur: et ab omnibus approbatur: ꝛ dum ad episcopatum veniret/intrans ciuitatis Laudēsi. suburbia/paralyticum/et mutum ab vtroqꝫ morbo curauit: ꝛ multos leprosos mundauit. Alios etiam puerum a serpente occisum suscitauit: ꝛ puellam obsessam a demonio liberauit. Uocatus mediolanum ad beatum Ambrosium egrotantem obitum suum clericis eius predixit: et ipsum defunctum venerabili obsequio tumulauit. Post hec reuersus ad ecclesiam suam miraculis et sanctitate cōspicuus multo tempore superuixit: et obitum suum annis pluribus prenunciauit: ꝛc. etatis sue anno consummatus sanctitate in pace quieuit. xiiij. kalē. Februarij tēpore Honorij ꝛ Theodosij augustorum: sepultus est in basilica apostolorum quam ipse a fundamentis erexerat. Temporis processu desolata ciuitate Laudēsi. p ciues Mediolan. ꝛ totaliter igne consumpta/corpus sancti nunqꝫ inde potuit amoueri: quinimo oēs accedentes ad locū vt mortui sternebātur: sicqꝫ ibidem dimissum est/qua ciuitate postmodum in loco vbi nūc est reconstructa per imperatorem Federicum: corpus sancti confessoris eodē delatū est: vbi ꝛ quiescit miraculis splendens.

¶De sancto Pontiano martyre.
Cap. cij.



Pontianus martyr: tēpore Antonij imperatoris in ciuitate spoleti passus est: qui tentus a iudice Fabiano cū sacrificare nollet: primo virgis grauiter cesus donec sanguis in terram quasi de fonte proflueret: deinde super carbones accensos ambulare cōpulsus permansit. Post hoc in equuleo appēsus vncinis ferreis vsqꝫ ad ossium nudationem laniatus in carcere missus est. Sequenti vero die in amphitheatro positus laxatis sibi duobus leonibus eisdē mansuefactis permansit intactus. Iterū in custodia artissima diebus. xx. sine vllo cibo detentus: angelo vero sibi de celo ministrante refectus: inde in nullo maceratus educitur: ꝛ plumbo liquefacto perfunditur. Cum hec omnia tam mentis qꝫ corporis constantia tolerasset: nouissime iussu presidis extra ciuitatem ductus gladio animaduersus martyrium consummauit. Sepultus a fidelibus non longe a muro vrbis spoletane in loco qui dicitur Lucianus. xiiij. kalen. Februarij.

¶De sancto Germanico martyre. Cap. ciij.



Germanicus martyr sub Marco antonio ꝛ Lucio aurelio in Smyrna ciuitate passus est. xiiij. kal. Februarij: qui plurib⁹ superatis suppliciis per gratiam virtutis dei metū corporee fragilitatis excludēs spōte preparatā sibi bestiā prouocauit: cuius dentibus comminutus vero pani. i. dño iesu christo pro ipso moriens meruit incorporari: ꝛ dicitur in martylogio Hieronymi.

¶De sancto Launomarico abbate. Cap. ciiij.



Launomaric⁹ abbas carnotēsi. cuius parētib⁹ christianis progenitus est: hic cū adhuc esset puer: ꝛ oues patris pasceret qꝫ sibi victui superérāt: pauperib⁹ erogabat: ꝛ traditus a parētibus cuidā sacerdoti sacras literas didicit: et ad sacerdotij ordinem peruenit: deinde adhuc iuuenis media nocte de domo paterna fugiens eremū petiit: ꝛ anteqꝫ ad ipsum occidendum latrones tota nocte laborassent: putantes eū pecunias habere/mane diuino miraculo visione eius territi/ꝛ ipsius pedibus prouoluti veniā postularunt. Cuiusdam viri filiū claudū dū pro eo missam celebrasset/erexit: ꝛ dū claues ecclesie perissent/ante fores humi prostratus oratione facta ianuas reserauit. ¶Post que dux manipulos missil sub tecto de viminibus facto reposuisset: ꝛ ignis segetes inuasisset/signo crucis mox incendium sedauit. ¶Sequenti nocte dum orando pernoctaret: diabolus sibi ter lumen extinxit: terqꝫ diuinitus accēsum fuit. ¶Et cum discipulos cōgregasset: ꝛ quercus maxima ad ora-

torij construendum exosa fuisset: que non apto loco ad dolandum ceciderat: nec a fratribus adhuc paucis alio deferri poterat/ oratione sua loco congruo eā transportauit. ¶ Quidam hermoaldus nobilis egrotans. xl. solidos sibi misit vt pro se oraret. Quos ille altari super positos/ dum per spiritum omnes vno excepto de male acquisito cognouisset: et illum solum retinuit: ceterosq; remisit: eo q; ex hoc deus placari non posset eidem predixit. Atq; ille mortuus est. ¶ Inuitatus tandem a Malardo episcopo Carnotēsi. cum visitasset: et secum aliquo tempore commoratus multa sibi futura predixit: sicq; senex in pace quieuit. xiiij. kalendas Februarij.

¶ De sancto Fabiano papa et martyre. Capi. cv.



Fabianus papa et martyr natiōe Romanus ex patre Fabio de regione celij montis/ Antherio pape in episcopatu successit sedit q; annis. xiij. mensibus. xj. Hic papa Romano defuncto/ cum clerus et populus pro alio eligendo cōuenissent: et ipse de quodam loco cū amicis rediret: et eum inter eos rei euentum scire volens. Et ecce columba candida super caput eius descendit dicens. Rome episcopus coronaberis. Quod omnes mirantes eum in papam elegerūt. Hic constituit vt omni anno in cena domini chrisma ab episcopo consecraretur/ et vetus combureretur. Hic regiones diuisit. vij. diaconibus: et eis. vij. subdiacones substituit: qui septem notarijs imminerent: et gesta martyrum in integro recolligerent. Iste Philippo imperatori neophito volenti interesse vigilijs paschę: et mysterijs communicare/ restitit: nec quousq; confiteretur/ et inter penitentes staret interesse permisit: quod et deuotus imperator fideliter adimpleuit. Hic fecit ordinationes. v. per mensem Decembris presbyteros. xxij. diacones. vij. episcopos per diuersa loca numero. xj. Cuius tempore Nouatianus quidā presbyter ecclesie Romane ambiens episcopatū: et vidēs Fabianum electū hereticus factus est: contra quem celebratū est cōcilium in vrbe Roma. lx. episcoporum. Hic enim hereticus lapsis spem venie denegabat: vnde in cōcilio hoc reprobato statuerunt vt lapsis venia misericorditer p̄mitteretur/ dūmodo p penitētiam reuertantur. Hic sub p̄secutione decij capitis obtruncatiōe martyrio coronatus est. Et sepultus in cymiterio Calixti via appia. xiij. kalē. Februarij. Et cessauit episcopatus dies. vij.

¶ De sancto Sebastiano martyre. Cap. cvj.



Sebastian⁹ martyr narbonē. genere nobilis/ ciuis Mediolanē. Diocletiano/ et Maximiano imperatoribus valde dilectus: et principatū prime cohortis ab eis obtinuit eorum conspectui semper assistens. Hic sapientia et virtutibus preditus ab omnibus militibus vt pater amabat. Qui et militarē habitū ab hoc tantum ferebat: vt Christianissim⁹ ipse Christianorū aias quas in tormētis videbat deficere confortaret. ¶ Cū aūt beatissimi viri Marcus/ et Marcellianus fratres gemini filij trāquillini nobilis/ a beato Sebastiano in fide eruditi post multa supplicia et sentētia chromatij vrbis prefecti decollari deberent: si infra dies. xxx non resipiscerent. Ad eos parētes aduenerūt: vt ipsorum animos a suo proposito reuocarēt. Aduenit et mater martia soluto capite/ et scissatis crinib⁹ ostēsisq; vberib⁹ lachrymis genas incōsolabiliter rigabat. Adducit et pater senior manib⁹ seruulorum: et capite asperso puluere/ detectaq; canicie lamētabiles voces emittebat. Adueniunt et coniuges proprios paruulos offerentes: et incomparabilibus gemitibus et suspirijs eiulantes. Inter hec ceperūt virorum corda mollescere. Tunc Sebastian⁹ ibi assistens/ et eum pene in medio: diuino repletus flamine de contemptu vite presentis et de gloria futuri regni sermonem assumens prolixam orationem contexuit: et eleganti eloquio sanctorum animos ad amorem martyrij contempnis omnibus incitauit: hec autem agebātur in domo nicostrati primiscrinij/ vbi Marcus/ et Marcellianus custodiebantur. Cuius vxor zoe nomine graui infirmitate loquelam. vj. annis amiserat: visum tamen audiendi aut sensum animi minime perdiderat. Que cum omnia verba Sebastiani audisset: pedibus eius prouoluta/ nutibus veniam postulabat. Igitur martyr Christum orauit/ vt sicut os Zacharie prophete reserauerat/ linguam quoq; eius aperire dignaretur. Statimq; mulier loquendi facultate recepta sermones beati Sebastiani benedicere cepit: seq; angelum domini iuxta eum vidisse asseruit: qui immenso lumine circundatus librum apertum tenebat: vbi omnia que sanctus dixerat scripta erant. Iuxta quem etiam alij. vij. angeli candidissimi circunstabant. Quo viso miraculo/ nicostratus vir cum vxore conuersus est vna cum tranquillino et martia parentibus Marci/ et Marcelliani/ et a sancto policarpo presbytero baptizati sunt. Marc⁹ vero et Marcellianus in domino confortati martyrij gloriam peroptabant. Quos dum nicostratus vellet solutos dimittere: omnino abire noluerunt/ asserētes se passiones calicem nullatenus dimissuros. Tranquillinus autem graui morbo laborans statim vt baptizatus est/ sanitatem suscepit. Postq; autem Marcus/ et Marcellianus martyrium passi sunt: et mater eorū martia post dies modicos in pace migrauit ad Christum. Chromatius prefectus graui morbo laborans a sancto Sebastiano sanatus est: et ab eodem atq; a tranquillino in fide doctus vna cum tyburtio filio suo/ per manus Policarpi presbyteri sacrum baptismum suscepit: vt in passione tyburtij dicet. iij. idus Augusti. Quibus omnibus per martyrium consummatis/ beatus Sebastianus latere non potuit. Nam cum imperator Diocletianus cognouisset qualiter dudum in Christianitate latuisset: et multos tali occasione ad martyrium prouocasset: eum ad se conuocauit: et de ingratitudine quam erga deos et imperatores habuerat dure redarguit. Qui cum se Christianum pro salute imperij semper orare dixisset: iussit eum imperator in medio campi ligari: et quasi in sinum a militibus sagittari: qui ita eum sagittis impleuerunt: vt quasi erinatius videretur: et estimantes illum mortuum abierunt. Uerum hyrene relicta castuli mater abijt noctu vt corpus tolleret: et inueniens ipsum adhuc viuum ad domum suam adduxit: et curam eius egit. Qui intra paucos dies conualuit: et stans super gradus Heliogabali venientibus imperatoribus se exhibuit: eosq; de persecutione quam in Christianos iniuste agebant/ increpare cepit. Quod cum Diocletianus miraretur: dixit se ad hoc a Christo domino suscitatum: vt eisdem veritatem fidei contestaretur. Tunc imperator iussit eum in hippodromum palatij duci: et tandiu fustibus cedi/ donec spiritum exhalaret. Corpusq; ipsius in cloacham proijci: ne a Christianis nemine martyris coleretur. Sanct⁹ vero martyr apparuit lucine matrone religiose: eiq; corp⁹ suum reuelauit: et vt iuxta apostolorum vestigia sepeliret admonuit. Quod et illa cum seruis nocte sequenti adimplere curauit: et sumens in catacūbis iuxta corpora apostolorum vt iusserat collocauit. Passus est autem circa annos domini. cclxxvij. xiij. kalen. Februarij. ¶ Post temporis decursum anno. ij. Ludouici imperatoris. Hilduinus abbas sancti Dionysij/ sacriq; palatij archicapellan⁹ Romam misit: et a papa Eugenio corpus sancti.

Sebastiani obtinuit: indeq; translatum apud vrbem
Suessionen. i Basilica sancti medardi collocauit vt di-
cit Sigisbertus.

¶ De sancta Agnete virgine & mar-
tyre. Capi.cvij.



Agnes vgo: & mar
tyr sacratissima/cuius passionem scri
bit Ambrosius: nobilissima Roma-
no: ā. viij. etatis sue anno mortem p-
didit: et vitā inuenit: corpore iuuēcu-
la: sed animo/cana pulchra facie: sed
pulchrior fide. Hec dum a scholis re-
uertit: a prefecti vrbis noīe simphro-
nij filio iuuene adamat: cuius paren-
tes requisiuit: et multis pmissionib'
eius cōiugiū postulauit. Deinde diuitias/et gēmas/et
thesauros obtulit infinitos: q̄ omnia a virgine vt ster-
cora reputata sunt: iuuenemq; curiosa oratiōe licētia-
uit: eo q ab alio amatore preuēta esset: quē de quinq; ex
cellētijs cōmendauit: que a mulieribus in sponsis plu-
rimū requiruntur: scilicet de nobilitate generis: q: lon
ge illo nobilior genere & dignitate: cui' mater virgo est:
cuius pater feminā nescit. De decore pulchritudinis:
q: eius pulchritudinē sol & luna mirantur. De diuitiaz
abundātia: q: eius opes nunq̄ deficiūt: et diuitie nunq̄
decrescūt. De potētie efficacia: q: eius odore reuiuiscūt
mortui: eiusq; tactu cōfortantur infirmi. Et de amoris
excellentia: quia eius amor est suauior/& gratia elegan-
tior. Deinde subiecit quinq; beneficia sibi ab ipso spon
so collata. Q: anulo fidei sue eā subarrauit. Multiplici
virtutū varietate vestiuit: passionis sue sanguine signa-
uit: vinculo amoris copulauit: et celestis thesauri glo-
ria ditauit. Audiens hec insanus iuuenis lecto psterni
tur: q amore egrotaret/a medicis aperitur. Cumq; pa
ter iuuenis eadem virgini replicaret: et illa prioris spon
si federa violare non posse diceret: cepit prefectus inqui
rere quis esset spōsus ille nobilis: de cuius se Agnes po
testate iactaret: Cūq; didicisset q virgo xp̄m deum suū
sponsum assereret: prefectus eam sibi presentari fecit: et
primo blandis sermonibus/dehinc terroribus pulsa-
re cepit. Que illū blandientem sicut et terrentem ani-
mo deridebat. Et q: nobilis erat: et vim ei prefectus in-
ferre non poterat: titulo sibi christianitatis obiecto se-
quenti die eam sibi assistē fecit: et iterato de amore iuue-
nis appellauit. Et cum in sermone casso labore defice-
ret: alterum de duobus sibi proposuit eligendum: aut
si virginitatē elegerat: dee veste cū virginibus immola-
ret: aut cum meretricibus publice scortari. Que cū neu-
trum elegisset: dicens secū habere angelū domini qui
eam semper impollutam custodiret. Jussu simphronij
spoliata ad lupanar ducitur voce preconia Agnetem sa
crilegam proclamāte. Tantam aūt densitatē dn̄s capil-
lis eius mox crescentibus cōtulit: vt melius q̄ suis ve-
stibus videretur induta. ¶ Ingressa aūt turpitudinis
locū/angelū dn̄i preparatū inuenit: qui eā immenso lu
mine circundedit: et stola candidissima ad mensuram
eius corporis diuinitus cōtexta vestiuit. Tunc prefecti
filius cū sodalibus ad lupanar venit: et volens sibi illu-
dere/illos prius ad eā mittit. Qui ingressi & immēso
lumine territi/cōpuncti redierūt. Sicq; lupanar locus
orationis efficitur: adeo vt quisq; mundior exiret. q̄ in
grederetur. Juuenis ergo lasciuus socios vt pusillani-
mes irridens: intrans in lumen irruit: moxq; vt eā cō-
tingere voluit: prefocatus a diabolo expirauit. Quem
socij videntes diutius immorari: putabāt illū obscenis
opibus occupari. Tandē ad locū accesserunt: et eū mor
tuū inuenientes: pre foribus clamauerūt. Cōcurrit pplis:
cōcurrit & deflēs pfect': et qdā eā maleficam: quidā inno
centē exclamabāt. Prefect' pro eā mnecis filij interro-
gat. Cui virgo rñdit: q ille cui' voluntatē pficere noluit
in eū potestatē accepit. Nam & alij qui honorem deo in-
trantes dederant: illesi exiuerant. Cui cum prefectus se
eidē crediturū diceret: si iuuenē suscitaret: orauit agnes
cum lachrymis: et confestim ab angelo suscitatur iuue-
nis: qui egressus cepit xp̄m publice predicare: et oia ido
la confutare. Tunc seditione in pplo excitata per ponti
fices idolorū: prefectus hec videns obstupuit: eamq; di-
mittere voluit: sed proscriptionē timens: virginē aspa-
sio vicario dereliquit: et dolens abijt qd ipsam liberare
nō potuit. Quam vicarius in ignem copiosum iactari
fecit: sed in duas partes flamma diuisa seditiosum po-
pulum comburebat: et eā minime cōtingebat: virgo au-
tem xp̄i ad dominum orauit: moxq; ignis ita extinctus
fuit: vt nec quidem tepor incendij remaneret. Aspasius
autem seditionem populi timēs in gutture eius gladiū
mergi fecit: et sic xp̄o sibi spōsam & martyrem consecra-
uit. Cuius corpus xp̄iani cum parentibus nullā tristi-
tiam habentibus tulerūt: illudq; in predio suo via nu-
mentana sepelierunt: vixq; a paganis in eos mittentib'
lapides euaserunt. Passa est aūt. xij. kal. Februarij.

¶ De sancto Patroclo mar-
tyre. Cap.cviij.



Patroclus marty:
passus est apd̄ senonas gallie sub Va
leriano imperatore. Qui cum de par
tibus illis egrederetur: audita fama
patrocli q vir nobilis assiduis ora-
tionibus vacans: hora. xij. vix cibum
capiebat: et quia xp̄m publice predica
bat: fecit eū teneri & duci ad sacrificā
dū. Qui eū sacrificare contemneret:
iussu imperatoris fustibus ceditur:
deinde missis cōpedibus in cruribus ipsius & cathenis
in manibus vinctus triduo carceri Patroclus manci-
patur. Sed cum in xp̄i confessione cōstanter perseuera
ret: iussit eū Aurelianus iuxta flumē sequane duci: ibi-
q; gladio caput eius abscidi. Ductus ergo ad locuz ora
tione premissa/lumina eius tenentiuz obscurata sunt.
Ipse vero flumen transiuit: aqua vix ad genua pertingē
te. Quod dum quidā illorū diuine virtuti: quidā magi-
ce arti ascriberent: flumē & ipsi transierunt: et dum san-
ctum requirerent/a muliere gentile eidem orans ostē
ditur. Sicq; caput ipsius amputatur. xij. kal. februarij.
Cuius corpus a viris fidelibus persecutione sedata in
ciuitate Senon. sepultum iacet.

¶ De sancto publio epo & mar
tyre. Cap.cix.



Publius episcop'
Athenien. & marty: gl'osus fuit. Hic
humana & diuina sapientia clar': secū
dus post Dionysium ariopagitam ad-
modū claruit. Ecclesiamq; athenien
sium nobiliter rexit: et preclar' virtu-
tibus ad doctrina prefulgēs ob Chri
sti fidem martyrio coronatur. xij. ka-
lendas Februarij. Hec Ado.

¶ De sctis Fructuoso epo/& socijs mar-
tyrib'. Ca.cx.



Fructuosus episco
pus/Augurius/& Eulogius diaconi
& martyres tempore Galieni impera-
toris martyriū passi sunt apud terra-
gonam Hispanie ciuitatem. Qui pri-
mo in carcerē trusi diebus pluribus
afflicti sunt. Deinde educti pro Chri-
sti confessione flāmis iniecti: vincu-
lis quibus alligati fuerāt exustis ma
nib' in modū crucis expansis: orātes
vt vrerentur obtinuerūt. Et mox quidā ex fratrib' & fi
lia presidis q astabat: viderūt sanctorū alas celū cōscen
dere coronatas

dere coronatas. Qui passi sunt.xj.kal. Januarij/ vt dicit Ado in martyrologio suo.

De sancto Vincentio leuita et martyre. Cap.xj.



Vincentius leuita et martyr genere Hispanus de ciuitate Cesaraugustana: patre eutytio agrestis olim nobilissimi et consulis filio/ matre enola progenit⁹ est. Qui a pueritia sacris literis eruditus erat: et sub valerio Cesaraugustañ. episcopo moribus et scientia clarebat. A quo et adhuc iuuenis archidiaconus ei⁹ ordinatur⁹. Cui episcopus: quia impeditioris lingue fuerat/ ad predicandum vices suas commiserat: ipse vero orationi vacabat. Tempore igitur Diocletiani/ et Maximiani imperatorum: cum Dacianus Hisponiarum preses nequissimus ciuitatem Cesaraugustanam esset ingressus: vt Christianos ad sacrificia tormentis compelleret: et Vincentij laudabilem famam audiret: fecit cum vna cum episcopo valerio in carcere detineri. Deinde pergens valentiam cathenis vinctos in collo et manibus post se trahi: ipsos\- qꝫ ibidem custodie durissime mancipari/ et fame ac inopia diebus plurimis macerari. Quos postmodum sibi presentatos cum in nullo conspexisset afflictos/ custodes redarguebat: putãs quod ipsos in ergastulo refouissent. Et iratus valerium interrogauit: cur contra precepta principum agere presumpsisset. Qui cum lingue rudis et imperitus quasi sub murmure responderet: Vincentius ab episcopo licentiam petiit respondendi. Qua obtenta/ libera et constantissima voce deos gentium demonia esse asseruit: et Christum dominum se nũ q̃ abnegaturos expressit. Tunc preses iratus episcopũ in exilium misit: vbi et post tempus in pace quieuit: vincentiũ vero vti rebellem et iuuenem temerarium grauissimis tormentis cruciari mandauit. Et primo quidẽ illum fecit in equuleo leuari: et membris distendi/ totoqꝫ corpore dissipari. Interrogans eum vbinam corpus suum miserabile cerneret. Qui eũ subridendo diceret hoc semper optasse/ et presidem suis votis optime concordare. Iratus Dacianus tortores flagellabat: eo quod ipsum in torquendo deficiebant: stridore dentiũ fremens: ac quasi se magis q̃ dei martyrẽ torqueri nutibus ostendens: carnifices vero pectines/ et vngulas ferreas vsqꝫ ad intima costarum fixerant. Ita vt de toto corpore sanguis efflueret: et solutis cõpagibus viscera interna paterent: et cum ministri lassi deficerent: ipse tam inuitus in omnibus apparebat. ¶ Post hec iubẽte preside ab equuleo deponi: et ad ignis patibulum ducitur: qui moras carnificum arguebat: et ad penam alacriter properabat. Craticulam igitur candentem vltro conscendens: ibidem assatur: vritur: et crematur: mẽbrisqꝫ vncinis ferreis infigitur: flamma sanguine conspergitur: vulnera vulneribus instaurantur: sal insuper in ignem mittitur: vt in corpus vulneratum insiliens/ stridentibus flammis crudelibus comburatur. Jamqꝫ non ad artus/ sed ad nudata viscera tela iaciuntur: ipseqꝫ fibre de eius corpore extra labuntur. Inter hec manet immotus: et erectis in celum oculis dominum precabatur. Cumqꝫ hec Daciano nunciata fuissent: iussit eũ in carcere teterrimo recludi: et ibi testas acutissimas congeri: pedesqꝫ eius in ligno configi: et cũ eum super testas relinqui. Que cum adimpleta fuissent: pena mutatur in gloriam: nam tenebre carceris diuina superfusa luce fugantur: testarum asperitas in florum suauitatem mutatur: pedes soluuntur: et martyr domini angelorum dulci modulatione consolatur. Que custodes per rimas aspicientes conuersi sunt. Quidaꝫ vero hec presidi nunciarunt: at ille se victum reputãs: iussit martyrem ad lectum transferri: et mollibus stramentis foueri: reputãs eum magis gloriosum facere/ si deficeret in tormentis. Cum ergo in lectulo paululũ quieuisset: orans emisit spiritum. Quod audiẽs Datianus doluit: et quem non valuit vincere viuum: putauit vincere vel defunctũ. Jussit igitur corpus in campum deduci: et auibus ac feris deuorandum exponi. Statimqꝫ coruus ingluuiei deditus corpus custodiẽs: alias aues se maiores impetu alarum abegit: et lupum morsibus et clamoribus effugauit. Et in cõspectu sacri corporis fixus cernitur: vt pote qui ibi angelorum custodiam mirabatur. Tunc iussu presidis hoc audientis/ ingens mola corpori alligatur: et in pelagus proijcitur: vt saltem piscib⁹ in pastum daretur: sed anteq̃ naute qui corpus in mare demerserant ad littus peruenirent: cadauer solutum in littus a fluctib⁹ deductũ est. Quod a quadã matrona vidua ipso reuelante repertũ est: et ab ipsa vna cũ quibusdam fidelibus in modica Basilica sepultũ. Cessante vero persecutione corpus ad ciuitatem Valentianam deducitur: et iuxta muros honorificentius tumulatur. Passus est autem xp̃i martyr.xj.kal. Februarij.

¶ De sanctis Vincentio et orontio martyribus. Cap.xij.



Vincentius et orõtius martyres passi sunt apud hispaniam tp̃e Diocletiani et Maximiani imperatorũ sub rufino preside hispaniarum. Qui feruore fidei accensi se sponte iudici offerentes: et Christum magnanimiter confitẽtes/ iussu presidis capitali sententia puniunt: quorum corpora victor quidam leuita/ q̃ eos hospitio susceperat/ sepeliuit: propter quod et ipse a iudice tentus brachijs sibi a cubitis precisis in eodem loco vbi et illi passi fuerant decollari iubetur. Quod videns pater victoris/ q2 ipse christian⁹ erat: fugam arripuit: sed a cõiuge aquilina nomine hortatus rediens vna cum filio capite cesus est. Horũ omnium corpora Pontius episcopus diuina reuelatione commonit⁹/ plaustro imposita ad loca pristina Italie deferebat: donec iuxta ciuitatem Hebreduneñ. peruenerunt: vbi bobus se figentibus: nulloqꝫ modo inde vltra abire valentibus corpora martyrum sepulta sunt: diuina cognita voluntate. Horum natale recolitur.ij.kalẽ. februarij: vt dicit Ado.

¶ De sancto Anastasio martyre et socijs. Cap.xiij.



Anastasius monacus et martyr octauo Heraclij imperatoris anno sub p̃secutione Cosroe regis iniqui persarum martyriũ passus est. Hic natione persa de regione Razeth fundo rasunꝫ: vocabatur magundach filius Bau maximi magi. et ipse magicis ab annis iuuenilibus eruditus/ miliesqꝫ strenuus fuit in regia ciuitate persarũ. Postq̃ vero terra sancta a Cosroe rege occupata est: et crux dominica capta: et ipse cum christianis captiuis ductus in persidẽ cõuersus: et ab eisdem in fide christi doctus est: moxqꝫ amore baptismatis inflãmatus/ relicta militia et magicarum artium libris exutis venit in partes oriẽtis. Et apud mallcatorem quendam xp̃ianum anno integro mãsit/ et artem suã optime didicit. A quo de mysterijs fidei plenius informatus hierosolymã venit: et a quodam modesto presbytero baptisma suscepit. Et post hoc apud Helyam presbyterum octo diebus degit: et a quo etiam in amore christi cõfortatus extitit. Deinde in monasterio quod quatuor milib⁹ a hierosolyma distat/ sub abbate Justino monasticũ habitũ sumpsit: in quo dudum laudabiliter vixit. Post que mar-

tyr desiderio fragrans: diuina visione commonetur vt loca sacra visitet: et sic ad passionem optatam perueniet. De licentia igitur sui abbatis abijt diospolim / deinde Cesaream palestine: deinde sacris locis lustratis calcedoniam venit: vbi dum quosdam magos repertos argueret: et interrogatus cuius esset sec. etc. se Christicolam respondisset: tentus est a barbazana iudice imperatoris Cosroe / et vinculis ferreis astrictus per dies plurimos: deinde grauissime cesus: in castello quodam arctissime custodie mancipatur / vbi angelica visitatione cum splendore nimio confortatur. Que cum imperatori relata fuissent: ipsumque olim suum militem recoluisset: mandauit illum sibi in persidem vinculis ferreis constrictum destinari. Quem cum sibi presentatum et interrogatum christianissimum reperisset: in predio bethsalees ipsum magno cathenarum pondere pressum durissimo carceri mancipari iussit: et inedia diebus quindecim macerari. Post hec eductum / iterumque interrogatum: et in christi fide constantissime persistentem ab vno brachio per duas horas suspendi fecit: et post hec iterum flagellari. Nouissime cum sexaginta christianis qui cum eo de cesarea venerant: et ab eodem rege detenti fuerant: extra villam Bethsalees fecit educi: ipsosque omnes vt ex hoc terreretur spectante christi martyre restibus prefocari. Qui dum omnium nece conspecta constantior videretur: omnium vltimus et ipse iussu imperatoris prefocatus: et deinde decollatus est. Cuius corpus a quodam christiano tribuno magno precio redemptum a persicis ab aliorum martyrum corporibus segregatur: et ab eodem noctu arreptum ad monasterium sancti Sergij martyris / quod vno miliario a castello distat / clandestine ducitur: et ibidem honorifice tumulatur. Nunc autem dicitur esse in ecclesia sancte trinitatis de Venetijs: quod ab incolis ipsius vrbis de constantinopoli illuc asseritur fuisse translatum. Qui passus est .xj. kal. februarij.

¶ De sancto Anastasio monacho et confessore. Cap. cxiij.



Anastasius confessor et monachus romane ecclesie notarius fuit. Qui soli deo seruire desyderans: officium reliquit: et in monasterio quod dicitur suppentona iuxta nepesitiam vrbem positum monachus factus / in sanctis actibus vitam duxit: cuique post tempus monasterio solerti custodia prefuit. Quadam vero nocte de rupe que cenobio in monte preeminet facta vox insonuit: que Anastasium primo / inde septem fratres alios nominatim vt venirent: vocauit. Paruo deinde momento vox siluit: et post hec octauum fratrem iterum euocauit: que quidem voces ab omnibus fratribus audite sunt. Intra paucos igitur dies primus Anastasius abbas: deinde ceteri eo ordine ex carne educti sunt: quo de rupis vertice vocati fuerunt: frater vero ille ad quem vocandum vox aliquantulum siluit morientibus alijs paucis diebus superuixit: et tunc ipse etiam vitam finiuit. Sed mira res contingit: quia dum Anastasius migraret a corpore: erat quidam frater / qui super eum viuere nolens: prouolutus eius pedibus cum lachrymis illum adiurauit: vt per eum ad quem ibat taliter ageret / ne septem dies in mundo eidem superuiueret. Ante vero septimum diem etiam ipse defunctus est: qui tamen illa nocte inter ceteros vocatus non fuerat: vt ex hoc aperte claresceret: quia eius obitum sola sancti Anastasij intercessio obtinere potuisset. Hec Gregorius primo dialogo. cap. i. viij.

¶ Explicit liber secundus.

¶ Incipit prologus tertij libri.



Tertius liber huius catalogi continet sanctorum passiones et gesta: quorum festiuitates eueniunt intra illud tempus in quo representat ecclesia ipsius dei sponse per anuli subarrationem atque desponsationem: quod fuit a christi baptismo vsque ad eius resurrectionem. Et illud tempus ecclesia representat a septuagesima vsque ad pascha. In quo re vera tempore sancta ecclesia primo tribus dominicis subarratur anulo fidei per Christi doctrinam et predicationem / hoc est in dominica septuagesime / sexagesime / et quinquagesime. ¶ Qui predicationem christus primo per discipulos adimpleuit: cum septuaginta duos discipulos ante faciem suam misit in omnem ciuitatem et locum quo erat ipse venturus. Et hoc in euangelio ipsius dominice septuagesime mystice denotatur in patrefamilias qui est ipse Christus: qui exijt primo mane conducere operarios: id est predicatores in vineam suam / sanctam scilicet ecclesiam in qua ipsos intromisit. ¶ Secundo ipsius predicationis officium etiam per seipsum exercuit. Et hoc in euangelio dominice sexagesime figuratur in seminatore Christo: qui semen verbi dei exijt seminare quod ipsa veritas de semine predicationis exponit. ¶ Tertio eandem predicationem etiam miraculis confirmauit. Et hoc in euangelio dominice quinquagesime exprimitur per cecum illuminatum a Christo: humanum genus significantem a cecitate culpe per verbi dei predicationem illustratum. ¶ Sequentibus vero quatuor dominicis / scilicet a prima dominica quadragesime vsque ad dominicam passionis dei sponsa anulo spei subarratur per Christi penitentiam / et afflictionem / de qua tunc iugiter memoria colitur. Et quia penitentie opera in quatuor consistunt: scilicet in ieiunio: oratione: elemosyna et peregrinatione / que Christus cepit facere et docere. ¶ Ideo in prima dominica agitur de Christi ieiunio: quod specialius in euangelio commemoratur. Cum enim ieiunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus etc. ¶ In secunda agitur de oratione, de qua in euangelio mentio habetur. Nam ideo montem thabor excelsum ascendit vt oraret etc. quod quauis Mattheus sileat: Marcus et lucas expressius sonant. In tertia agitur de Christi elemosynaenon quidem materialis pecunie quam Christus pauper vnde daret non habuit: sed spiritualis gratie / quam egros sanando concessit: ideo in euangelio cecus: surdus: mutus et demoniacus ab omnibus ipsis passionibus liberatus introducitur. ¶ In quarta agitur de peregrinatione que in euangelio specialiter recolitur: ideo ibi. Abijt Iesus trans mare Galilee etc. ¶ Vltimis vero duabus dominicis ecclesia anulo charitatis decoratur: dominica passionis videlicet et palmarum per Christi mortem et passionem que tunc deuotissime celebratur. Et merito duabus dominicis talis memoria recolitur: quia duo sunt precepta charitatis / dei scilicet amor et proximi quam Christus pro nobis patiendo signanter exhibuit infinitam. ¶ Et ideo in prima dominica agitur de passione mentali quam pertulit a iudeis eiectus et expulsus: quod ad literam in dominicali euangelio et per totam legitur septimanam. ¶ In secunda agitur de passione corporali: quam sustinuit in carne passus et crucifixus: quod in quatuor passionibus in ipsa ebdomada ad literam demonstratur. Ad huius igitur temporis festa perquirenda veniendum est.

¶ Finis prologi tertij libri.

¶ Incipit liber tertius a septuagesima vsq ad pascha dñice resurrectionis.

¶ De septuagesima. Capi. j.



Septuagesima significat tempus deuiationis: et inchoatur a dominica in qua cantatur officium. Circundederunt me: et terminatur in sabbato post pascha. Est autem instituta propter tres rationes: vt dicit Joannes Beleth in summa, videlicet. ¶ Primo propter redemptionem. Nam quia sancti patres statuerant, vt propter venerationem dominice ascensionis quinta feria sicut et dies dominica solennis esset: et in ipsa nullus penitus ieiunaret: et sic de diebus quadragesime septem dies diminuebantur: scilicet omnes quinte ferie. Ideo in redemptionem illorum sancti patres vnam septimanam quadragesime in ieiunio premiserunt, quam et septuagesimam vocauerunt. ¶ Secundo propter significationem. Nam per hoc tempus significatur deuiatio exilij et tribulatio generis humani ab Adam vsq ad finem mundi. Quod quidem exilium sub reuolutione septem dierum agitur: et sub septem milium annorum tempore includitur. Ab initio autem mundi vsq ad ascensionem secundum quosdam sex milia annorum computantur. Ex tunc vero quicquid temporis sequitur sub septimo millenario comprehenditur: cuius terminum solus deus nouit. Nos igitur xps in sexta mundi etate ab hoc exilio in spe eterne retributionis innocentie stola reddita per baptismum eripuit: sed consummato exilij tempore nos vtraq stola decorabit. Hinc est, q in hoc exilij tempore cantica letitie deponimus. Sed in sabbato pasche vnum alleluya decantamus: tanq in spe patrie gratulantes, et stolam innocentie sexta etate per xpm recuperantes. Cui etiam tractus subijcitur: quo signatur labor: quem adhuc in mandatorum adimpletione retinemus. In sabbato vero post pascha vbi septuagesima terminatur: duo alleluya cantamus: quia completo exilij termino duplicem stolam glorie consequemur. Tertio propter representationem: quoniam hoc tempus .lxx. dierum representat .lxx. annos quibus israel sub captiuitate babylonica seruierunt. Et deponimus cantica letitie, quemadmodum et illi deposuerunt dicentes. Quomodo cantabimus canticum dñi in terra aliena? In sabbato vero pasche alleluya cantamus: quia et illi anno sexagesimo data sibi redeundi licentia letari ceperunt. Sed statim tractum subiungimus: quia et illi ab edificatione templi vsq ad annos .lxx. completos prohibiti fuerunt. Ideoq sabbato quo septuagesima terminatur duplex canimus alleluya: eorum plenam letitiam postq venerunt in patriam figurantes: Hoc etiam tempus exilij, et captiuitatis iudeorum representat tempus nostre deuiationis, in qua stetit humanum genus a primo parente vsq ad christi aduentum per decursum quinq etatum: et sicut illi sexagesimo anno sunt liberati: sic et nos in sexta mundi etate: et sicut adhuc in colligendo sarcinulas laborauerunt: sic et nos etiam liberati in mandatorum adimpletione laboramus. Sed cum ad patriam peruentus fuerit: omnis labor cessabit: et gloria perfecta erit: et duplex alleluya cantabimus: quia anima et corpore duplici gloria vestiemur. ¶ In hoc ergo exilij tempore ecclesia multis tribulationibus pressa et fere in barathro desperationis posita ab alto trahens suspiria: clamat in officio. Circundederunt me gemitus mortis &c. ostendens sui tribulationem et pro miseria contracta, et pro duplici pena inflicta, et pro culpa commissa. Cui tamen in epistola, et euangelio ne desperet proponitur triplex remedium, et triplex premium. Remedia sunt vt in vinea anime sue laboret abscindendo peccata. In stadio vite currat per penitentie opera. Et viriliter in agone pugnet contra diaboli tentamenta: quia laboranti dabitur denarius: currenti brauium: et pugnanti corona. ¶ Et quia tempus illud deuiationem nostram significat q incipit a protoplausto: merito hoc tempore liber genesis legitur: in quo deuiatio priorum parentum facta per peccatum recolitur. Et quia in ebdomada septuagesime prime etatis tempora recoluntur: merito sanctorum patrum prime etatis gesta immediate subijciuntur: eo q eorum obitus dies penitus scripti non reperiuntur. Quamuis de primo hominum Adam quidam codices videantur exprimere q eodem in anni circulo die, quo secundus Adam fuit de femina virgine incarnatus: et primus Adam fuerit de terra virgine formatus, scilicet .viij. kal. Aprilis. Quo etiam die sicut et secundus Adam post .xxxiij. etatis sue annos fuit in carne passus: sic et eodem die primus Adam post .Dcccc.xxx. annos sue creationis fuisset per mortem corporaliter resolutus. Quo etiam die volunt ad literam, Abel iustum a Cayn fratre per inuidiam interfectum. Sed quia hec ex authentico quoquam volumine nullam obtinent authoritatem: merito gesta patrum huius prime etatis eo tempore ponimus: quo eorum vite decursus ad literam et acta commemoramus. ¶ Et notandum q licet non omnes sancti prime, et secunde etatis in libro genesis specialiter nominati in sanctorum patrum catalogo ex textu sacre pagine reperiantur adscripti: vtpote cum de prima etate solus Abel in euangelio: et de eadem solus Enoch, et de secunda solus Noe in ecclesiastico nominentur vt iusti. Ceteri tamen in eisdem etatibus specialius expressi: vt dicit Josephus triplici ratione in sanctorum numero sunt contenti. ¶ Primo quia per eorum generationem deuenitur ad Abraham: qui ex omnibus gentibus solus electus intantum deo placuit: q inter omnes homines signum circuncisionis accepit: vnde nec credendum dicit deum permisisse tantum patrem ex alicuius reprobati hominis semine propagari. ¶ Secundo quia vsq ad tertiam etatem nulla precesserat idolatria: propter quam patres illi a veri dei cultu potuissent diuelli. Et si in alijs aliquando vel leuiter deliquissent: eorum omissa facilius per penitentiam lauabantur. Non enim nisi ad solius naturalis legis obseruantiam erant obligati nulla lege scripta adhuc homini imposita. ¶ Tertio quia longissimas etates transigentes abnepotes et trinepotes etiam cum abauis et tritauis in etno concurrebant: quod quia eorum progenitores erant sanctissimi: horum exemplis, et doctrina formabantur: vnde nec putandum est illos a lege nature declinare: quam attauos et decessores oes succedentes ad vnguem cernebant obseruare. Hanc igitur opinionem assecuti: duarum primarum etatum patres in genesi nominatos: p quos ad Abrahe progeniem deuenitur sanctorum catalogo inserendos non immerito fore decreui.

¶ De sancto Adam humani generis patre. Ca. ij.



Adā totius huma-ni gñis pater sicut fuit primus hoīs: sic et primus credit̄ esse sanctorū. Nā licet inobedientie peccato diuini mā-dati transgressor grauissime delique-rit: peccati sui tamē deflens adeo per penitentiā deleuit: q veniā in christi morte futura / & predestinata a secu-lis meruit: & moriēs nulla purgatio-nis pena dign⁹ fuit. Non enī minus & petrus xp̄m negando peccauit: qui tñ culpā / & lachrymis cōtriuit: & remissione consecuta nec sanctitatem amisit. Quod aūt Adā sanctus fuerit / et eo maxime creditur: q in horto sepulture dñice tu-mulatus cum xp̄o resurrexisse perhibet̄: et vna cū cete-ris ipsius resurrectiōis testibus: & btā in eternis sedib⁹ immortalitate vestitur: vt dicit Hieronymus. ¶ Adam ergo in principio mūdi in cōsummatione oīm creatu-rarū ab opifice summo d̄ limo terre corporeis mēbris in agro damasceno format⁹ / et aīa rationali ad dei ima-ginē / & silitudinem ꝑducta spūaliter inspiratus: omni-bus animātibus aeris: aque et terre dñator prepositus est. Quibus etiā omnibus iubente deo noīa imposuit: et ex illis nullum sibi simile fore cognouit. Deinde trās-tulit eū deus in paradisum voluptatis quem plātaue-rat ab initio: vt operaret̄ & custodiret illū. Et ne minor esset felicitas / ne consorte careret: q: sine socio nulla est iocūda possessio: fecit dñs Euam de costa ade dormien-tis in paradiso: vt esset homini in adiutoriū: nedum ad societatis solatium: sed etiam ad propagande prolis ob-sequiū. Tunc Adam prophetico spiritu et iura matri-monij statuit: & multa de xp̄o et ecclesia cōiuge prophe-tauit. Quibus deus legē imposuit: ne comederent de li-gno scientie boni et mali: qui tamē per diabolū fuerūt in forma serpentis seducti cōmedētes de pomo ligni ꝓ-hibiti. Pro quo statim se nudos viderunt: & pro dīscōue-niētia nuditatis / ficus folia cōsuentes perizomata sibi fecerunt. Prima siquidem die qua creati fuerant pre-cepto dei contempto: post increpationem a dño sibi fa-ctā a paradisi delicijs sunt exclusi: posuitq3 dñs ante pa-radisum murum igneū & iugē custodiam angelorum. Eiectusq3 Adā cum vxore sua habitauit in hebron: qd̄ est iuxta agrū damascenum vnde fuerat procreatus: in sudore vultus sui terram operans. et exinde comedēs panē. ¶ Adā ergo & Eua de paradiso virgines egressi xv. etatis sue anno genuerunt Cayn / & vxorē eius Cal-manā. Anno vero. xxx. etatis sue natus est Abel / & vxor eius Delbora. Quo a Cayn per inuidiam occiso ipsum centū annis Adam / et Eua in valle lachrymarum defle-uerunt: vouitq3 Adam se vltra vxorē nō cogniturū. Sz deo volente ab angelo commonitus votum fregit: anno q3 centesimo post mortem Abel & more prolis vehemen-ter exestuans Euam cognouit: ex eaq3 genuit filiū no-mine Seth / cum esset annorū. ccxx. Et vltra prenomi-natos. xxx. filios: et totidē filias semper gemellos vtro-q3 sexu ꝓgenitos legitur habuisse: viditq3 filios & filias / & filiorum filios: & nepotū suorū vsq3 ad octauam gene-rationem. Vixit quoq3 Adam. Dccccxxx annis: adeli vs-q3 ad. lvj. annum natiuitatis Lamech scdm hebreos: iux-ta interpretes vero vsq3 ad. xliiij. annū natiuitatis Ma-thusalem: & mortu⁹ est. ¶ Legitur quoq3 in euangelio Nicodemi: q dum Adā egrotaret: filius eius Seth ac-cessit ad ianuā paradisi: & petijt ab angelo de oleo mise-ricordie: quo patrem inungeret: & sic ad sanitatem redi-ret. Cui angelus plantā de ligno in quo Adam peccaue-rat tradidit: & vt eam plantaret admonuit: dicens q qñ fructū faceret: pater eius cōualesceret. Qui rediens pa-trem mortuū reperit: & cum in hebrō: vt quidā asserūt sepeliuit. Quidā dicunt in codē horto / vbi & dñs crucifi-xus est & sepultus: vnde postmodū & cum eo resurgēte. Adā extitit suscitatus. Plantā vero Seth cōseruit sup tumulū patris: que in arborem crescens durauit vsq3 ad tēpora. Salomonis / quā ille postmodum excidit: et in domo saltus in edificio posuit: qd̄ lignum regina sab-ba vidit cū Salomonē visitauit: eiq3 per spiritum pre-dixit / q in ligno illo quidam erat suspēdendus: per cu-ius mortē regnū iudeorū fuerat destruendū. Salomon ergo lignū amouit: & in visceribus terre ꝓfundius in-clusit. Quod tamē passiōis xp̄i tempore supernatauit: & lignū principalius fuit in quo xp̄s cōfixus extitit. Hec de libro Gen. cap. ij. & iij. & de libris Hieronymi / & Jo-sephi / & ex chronicis Guilielmi.

¶ De sancta Eua matre. Capi. iij.



Eua mater oīum viuentium in paradiso deliciarū de costa viri dormiētis a deo producta: & eidem matrimonio copulata: signi-ficauit ecclesiam de latere xp̄i patien-tis per aquam / et sanguinē procrea-tam: & sibi in spōsam vnitā / matrem q3 fideliū appellatam. Hanc vt sexu molliorem diabolus tentaturus ho-minē prius impetijt: adeo q mulier decepta serpenti assensit: & de pomo ligni vetiti prior comedit: deinde viro ad vescendū por-rexit. Cui Adā ad cōplacentiā vxoris maxime sibi cōsen-sit. Ob hoc mulier a deo duplicem maledictionē acce-pit: vt in dolore filios pareret: et viro subiecta semꝑ exi-steret. Eua igit̄ post transgressionē vna cū viro peccā deflenit: & veniam promerens / & ipsa a deo sctificationē percepit. Quot autē annis vixerit: vel vtrum ante virū decesserit: nulla scriptura cauetur: nisi q in codē sepul-chro cum Ada deposita fuisse perhibetur.

¶ De sancto Abel. Cap. iiij.



Abel secundo ge-nitus Adā prim⁹ martyr / & virgo: il-lius & sanctus nō solum ex dñi sentē-tia Matth. xxiij. sed etiā ex Genesis testimonio cōprobat̄: q: accepta ei⁹ a deo narrant̄ munera Gen. iiij. Cu-ius frater maior natu Cayn dolosus: maliuolus: inuid⁹: & auar⁹ fuit agri-cola. Nā vt auaritie sue cōsuleret: ꝑi⁹ coluit terrā. Abel aūt simplicissim⁹ & innocens in pascēdis oūib⁹ occu-pabatur. Credit̄ Adā in spū filios docuisse: vt deo offer-rēt decimas: & primitias. Igitur anno. cxx. vite Adā cū Cayn de primitijs frugū deo tantūmō paleas sectes corrosas: aut sec⁹ viā cōculcatas in sacrificiū obtulisset: & Abel de primitijs oīm pinguiora dño imolasset: dñs co-rū cogitatiōes noscēs: ad Abel mūera respiciēs: Cayn munera nō respexit. Ignis ei de celo veniēs Abel mune-ra accēdit: & cōsumpsit. Iratusq3 Cayn / & inuidia ductus: erubescēs minorē sibi germanū ꝓferri. Abel fratrē suū i agro damasceno iterfecit. Sz increpat⁹ a dño de fratrici-dio: & de venia desperās vag⁹ / & istabilis posit⁹ ē sup ter-rā. Et posuit i eū dñs tremorē capitis: vt sic ex signo sci-ret̄ punit⁹ a deo: & indign⁹ misericordia ne iterficeret̄. Qui tñ iter frutecta latitās / dū Lamech ab eo septim⁹ venaret̄: putat⁹ vt bestia. ex pilos⁹ eēt hi-spid⁹ sagitta directa i eū ab eodē ē in-terfect⁹. Oīsq3 ipsi⁹ ꝓgenies vniuer-sali est delecta diluuio. Sicq3 sanguis Abel sctī i ꝑsonā Cayn / & ei⁹ fuit ple vindicatus.

¶ De sancto Seth. Capi. v.



Seth fili⁹ Adam ex q oē gen⁹ humanū i ꝑsenti cōsistēs ꝓpagatū ēnar⁹ ē anno cētesimo post mortē Abel cū eēt Adā annorū. ccxx.

In hoc

In hoc enim magis conuenit imitari interpretes q̄ hebreos interpretes enim ponunt Adā annorū. ccxxx. vt dictū est: quādo genuit Seth: hoc modo cōputantes: videlicet: q2 annoꝝ. xxx. genuit Abel: qui cum esset centū annoꝝ / et Adā. cxxx. occisus est a Cayn / quem Adā centum annis defleuit: antequā Euam denuo cognouisset: et sic Adam. ccxxx. annorū genuit Seth / et nō. cxxx. vt hebrei tradunt. Superuixit aūt Adā nato Seth annis. Dcc. et sic annorū. Dccccxxx. mortuus est. Seth aūt iussu patris separauit prolem suā: qui dicebant filij dei a stirpe Cayn / qui filij hoim vocabant. Sed pcessu temporis commixti sunt: et inde gygantes exorti. Ipse autē Seth cum esset vir egregius: imitatorēs suos filios dereliquit. Qui scientes esse predictū ab Adam duo diluuia mūdo ventura: vnū per aquā / aliud per ignē: et in duabus columnis cōscripserūt / altera lapidea ꝯtra aquā / altera lateritia cōtra ignem: vt ne per hoc deciderent. Ipsi etiam disciplinam rerū celestiū / et earū ornatus primitus inuenerunt. Uixit autem annis. cv. et genuit Enos / cui superuixit annis. Dcccvij. vsq3 ad annos. clxvij. natiuitatis Lamech / et sic annorum. Dccccxij. mortuus est. Hic ex eo etiam inter sanctos patres computari debet: q2 eius progenies filij dei appellati sunt.

¶ De sancto Enos. Cap. vj.



Enos filius fuit Seth / qui ab eodē pgenitus est: cū esset annoꝝ. cv. vt dictū est annis ab Adā creatione decursis. ccxxxv. Iste prius incepit inuocare nomen dn̄i: forsitan te inuenit verba deprecatoria ad inuocandum deum: vel forte ad excitādum pigritiam memorie dei: deū esse ignauit: vt modo fit. Et ex hoc etiā inter sanctos patres sanctus et ipse cōputari meretur. Qui cum esset annorū. xc. genuit Cainā. Post cuius ortum vixit annis. Dcccxv. videlicet vsq3 ad. lxxxiij. annum natiuitatis Noe. Et cum esset annorū. Dccccv. mortuus est.

¶ De sancto Cainam. Cap. vij.



Cainā filius Enos ab eodē pcreatus est / cū esset annoꝝ. Dcccxv. vt superius dictū annis vite ade decursis. cccxxv. Qui cum esset annoꝝ. lxx. genuit Malalehel. Quo nato vixit annis. Dcccxl. vel vsq3 ad annos. clxxvij. natiuitatis Noe. Et sic Cainā annoꝝ. Dcccc. mortuus est.

¶ De sctō Malalehel. Ca. viij.



Malalehel filius Cainā anno. lxx. etatis parentis editus vt premissum est: postq̄ videlicet Adam annos vite sue. cccxcv. transegerat. Qui annorum. lxv. genuit Jared. Cui progenito superuixit annis. Dcccxxx. vsq3 ad annos natiuitatis cxxxiij. Et sic Malalehel annorū. Dcccxcv. mortuus est.

¶ De sancto Jared.
Capitulum. ix.



Jared filius Malalehel ex eo genitus / cū esset annorum. lxv. vt iam factum est: reuolutis annis ade. Dix. Hic cū esset annorū. clxij. genuit Enoch. Cui nato superuixit annis. Dccc. vsq3 ad annos. cccxvj. natiuitatis Noe. Et sic Jared ānoꝝ. Dccclxij. mortuus ē.

¶ De sancto Enoch. Cap. x.



Enoch filius Jared primus omnium patrū testamēti veteris / et solus prime etatis in catalogo sanctorum ponit ecclia. xlix. Qui anno etatis patris. clxij. natus est: vt in superioribus tangitur / annis Ade vite trāsactis. Dcccxxij. Qui etiā annorum. lxv. genuit Mathusalem: cui annis. ccc. superuixit in orbe. Hic Enoch deo placuisse scribitur: eo q cū deo ambulauit: et ambulauit pre ceteris viam mandatorum domini custodiuit. Et non vltra comparuit: quia tulit eum deus postq̄ enim mundo vixerat / vt dictū est. translatus est in paradisum voluptatis ad tempus: vt in fine temporum cum helia veniat: et corda filiorū ad patres conuertat. Fuit etiam septimus in generatione priorum: sicut et Lamech septimus in generatione reproborum: qui primus bigamiam introduxit: et paricidium in Cayn cōmisit: vnde forte etiā vt quidam dicunt: propter septenarium numerum diuino numini consecratū Enoch acceptior deo fuit: quem septima editum generatione suscepit. Hunc Enoch nonnulla diuina scripsisse / et aliqua prophetasse / Juda apostolo testante cognouimus: vnde et filij eius / et nepotes in studio sapientie feruentes fuerunt.

¶ De sancto Mathusalem. Cap. xj.



Mathusalē filius Enoch anno vite parentis. lxv. natus: vt dictum est anno ade vite transactis. Dclxxxvij. Hic annoꝝ. clxxxvij. genuit Lamech. Post cuius natiuitatem impleuit annos. Dcclxxxij. id est vsq3 ad diluuium. Et sic Mathusalem annoꝝ. Dcccclxix. mortuus est. Quidam autem habent Mathusalem annis. Dcccclxxxiij. vixisse: et sic annos. xiiij. post diluuium transegisse: quo tēpore videlicet anno illo quo diluuium factus est / dicunt eū in paradisum apud patrem trāslatum: et ibidem secum mansisse: donec diluuium finitum fuit. Et post hec asserūt eum ad terras inter homines cum eū esset annis. xiiij. supuixisse: eo q in archa non legitur fuisse. Hieronymus tn̄ asserit q mortuus est anno eodē quo et diluuium factum est. Quod etiam diligēs cōputatio annoꝝ eius fm Genesim manifestat. Huius Mathusalem anno etatis. xliij. Adam diem clausit extremum secūdum interpretes: secundū hebreos autem anno. lvj. etatis Lamech. Eo q vt dictum est hebrei annorum. cxxx. Adam genuisse Seth dicunt. Interpretes vero annorū. ccxxx.

¶ De sancto Lamech. Cap. xij.



Lamech filius Mathusalē anno vite ipsius. clxxxvij. mūdo editus est: decursis secundū interpretes ab obitu Adam annis. clxiij. secundū hebreos vero etatis ade adhuc viuentis anno. Dccclxxiij. Causa discrepationis superius assignat. In hoc autē interpretum opinio approbabilior esse videt. Igitur Lamech cum esset annorū. clxxxij. genuit Noe. De quo in spū pphetico vaticinatus est: q genus humanum consolari debebat ab operibus / et laboribus manuū suarū in terra / cui dominus maledixit quasi futurū aliqd magni Noe / et famosissimum in orbe terrarū his verbis insinuans. Post cuius obitū superuixit Lamech annis. Dxcv. Sicq3 annorum. Dcclxxvij. mortuus est: v. vj. anno ante diluuiū. Hoc

ex libro Genesis.c.v.r ex chronicis Hieronymi/ Josephi/ r Methodii: necnon ex historia scholastica dispersim collecta describuntur.

¶ De scta Emerentiana virgine r martyre. Cap.xii.



Emerentiana virgo r martyr collectanea fuit beate Agnetis virginis: r ipsa ciuis Romana. Que lz esset adhuc cathecumina / fide tn xpianissima: ad sepulchrū virginis stabat: r gētiles de eorū impietate redarguebat. Et dū ꝯ furentes turbas staret intrepida: lapidata est ab eis: orās q iuxta sepulchrum virginis emisit spm. Quā Ambrosius dr fuisse in suo sanguine baptizatā. Statimq terremot' cū choruscationib'/ r tonitruis eruperūt: adeo q plerique ex insano ppto perierūt. Corp' aūt Emerētiane iuxta corp' btē Agnetis ab ei' parētib' sepultū est.x.kal. Februarij. Pagani aūt exterriti nullū exinde venientiū ad memoriā virginis in aliquo ledere presumpserunt.

¶ De sancto Parmena diacono et martyre. Cap.xiii.



Parmenas fuit vnus de.vii. diaconib' ab aplis electus: vt habet Actuū.vi. Hic tradit' gfe dei a fratrib' iniunctū sibi predicationis officiū fidelissime complēs plena fide cōsūmat' martyrii gloriā adept' ē: q r Philippis sepult' ꝗeuit.x.kalē. Februarij/ vt dicit Hieronymus in martylogio suo.

¶ De sancto Ascla martyre. Cap.xv.



Ascla martyr passus est apud Egyptū ciuitatē Antinoū tpe Diocletiani imperatoris sub pside arriano: q prio atrocissime suspendio tort': deinde laterib' flāmis admotis exust': ad vltimū in flumine ꝓcipitat' ꝓciosam xpo alam reddidit.x.kal. Februarij. Sepultusq est i ipa ciuitate a xpianis ministerio Philemōis/ r Apollinis diaconorū.

¶ De sctis Seueriano/ et Aquila martyribus. Cap.xvi.



Seuerian' r Aquila vxor ei' in pūincia Mauritanie ciuitate Zenocesarea passi sunt. Qui p xpi noie inuicta ꝯfessione flāmis iniecti/ ignis cōflagratione cōbusti: coronā martyrii a dño ꝑceperūt.x.kalendas Februarij/ vt dicit Ado.

¶ De sancto Timotheo discipulo. Capitulum.xvii.



Timotheus discipul' btī Pauli apli fuit: vt Policrates psbyter sit in bitis litteris erat' Lycaonie ciuitate fili' mulieris vidue/ vt in actib' aplorū habet cap.xvi. ab eodē Paulo in fide doct'/ r baptizatus eidē cōperegrin' fact' est. Cum quo deueniēs ad ephesum ciuitatē Asie metropolim/ ibidē ab aplo epūs est ordinatus imperāte nerone: vbi doctrinis/ r miraculis choruscauit: r gloriosi euangeliste Joannis auditor fuit: quo in Pathmos insula sub Domitiano relegato/ locū eius tenuit. Sed dum gentiles in festo Diane ad templum eius accedētes a sacrificijs prohibere miteretur: furente populo in eum/ palis r lapidib' mactat: r semiuiuus relictus a Christianis in monte adiacenti ciuitati reducitur: vbi.ix. kal. Februarij quieuit in pace imperante Nerone. Sepultusq est in Ephesio ciuitate.

¶ De sanctis Babila epo/ r socijs martyribus. Capitulum.xviii.



Babilas episcopus Antiochenus/ r martyr cū tribus paruulis Urbano/ Prelidano/ r Epollono sub Numeriano imperatore passus est. Qui dum esset Antiochie/ r Christianorū ecclesiā ingredi vellet: Babilas ingressum phibuit: manus pectori imperatoris apponens. Propter quod tentus ab imperatore/ r in carcere afflict' est/ impositis torquib' ferreis in collo ei': r cōpedibus in pedib' ei'. Deinde numeriano exhibitus/ cū de aliis Christianis interrogaretur: reuelauit tres habere spirituales filios a se in fide doctos: scz vrbanum: prelidanum: r epollonum: quorū primus erat annorū.xii. secundus.ix. tertius.vii. Quos omnes mox imperator cū matre Theodola cōprehendi iussit. Qui dum oēs xpm confiterent/ primo quidem theodoram alapis cesam: tormentis filiorum adhibendis assistere fecit: vt grauius ipsa mēte q illi corpore torquerent: r pueros in cathomo leuari mandauit/ ac priori plagas. xii. inferri: sc̄do.ix. tert. o aūt.vii. iuxta numerū annorū suorum: quos mater cum epo viriliter cōfortabāt. Deinde babilam vna cum infantib' suspensos/ r grauiter tortos. Dum oīa cōstantiss. me tolerassent: r xpm vnanimiter cōfiterentur gladio aīaduerti precepit: quorū corpora sancta Theodola sepeliuit.ix. kalē. Februarij.

¶ De sanctis Mardonio/ et Musone/ et socijs martyribus. Cap.xix.



Mardonius: Muson/ Egenius/ r Marcell' martyres apud Zenocesareā ciuitatē Mauritanie pūincie passi sunt. Quos oēs detentos/ r in xpi confessione psistētes: iussit iudex ignibus tradi/ r eorū reliquias in ausum fluuiū dispergi: vt xpiana sepultura carētes a fidelibus minime nominib' martyrū colerentur: qui passi sunt.ix. kalē. Januarij/ vt dicit Ado.

¶ De cōuersione sancti Pauli apli. Cap.xx.



Conuersio sancti Pauli apli facta est eodē anno quo xps passus est: r Stephanus lapidatus/ anno scz nō naturali: s; emergēti. Nā xps passus ē.viii. kal. Aprilis. Stephan' eodē anno.iii. nonas Augusti lapidat' est. Paul' vero mense Januario subsequente cōuersus est.

¶ Celebrat aūt eius cōuersio poti' q multorū sanctorū triplici ratione.

¶ Primo propter exēplū/ vt nullus q̄tumcūq peccator desperet de venia/ qn tantū in culpa talē ꝓspicit postmodū fuisse in gra. Scdo ppter gaudiū: vt sicut eccla magnā tristitiā habuit in ei' cōuersatiōe: ita maximā letitiā habuit in ei' cōuersiōe. ¶ Tertio ppter miraculū qd dñs in eo ostēdit. Dū de seuissimo persecutore fecit fidelissimū ꝑdicatorē. Ei' aūt conuersio fuit miraculosa rōne xpi efficiētis: modi disponētis: r Pauli patiētis. Rōne xpi efficiētis: q: ibi ostendit suā mirabilē potentiā: sapientiā: r clementiā. Hiis q trib' argumētis aliis p hoies capiūt. Cōuicuerūt

cū boies alalia capere/ p potētiā cū eis pugnādo: sicut in venationib⁹ capiunt leones z vrsi. Per sapiētiā illa- queando: sicut laqueis et decipulis capiunt aues. Et p clementiā nutriēdo z cōfouendo: sicut alalia q̄ parua re cipiunt de nido: z p boies enutrita domestica fiūt z cū eis babitant. ¶ Cepit ergo xp̄s paulū p potentiā ipsm impugnādo: z ad terrā prosternendo. Nā vt dicit Act. ix. Luce diuina percussus: cadens in terrā audiuit vocē de celo: quia durum sibi esset cōtra stimulū calcitrare. Et continuo immutatus rńdit. Dñe quid me vis face- re: Vñ cantat de illo. Prostratus seuissim⁹ persecutor/ z erectus est fidelissimus predicator. Item cepit eū per sapientiā eidem decipulā infirmitatis humane ostēdē- do. Non enim deum vel dei filiū se dixit: sed homem ap- pellauit dicēs. Ego sum Jesus Nazarenus quē tu per- sequeris: vt infirma humilitatis aspiciens: z superbie squammas deponens diuinitatis laqueo caperet. Si- cut z alias: sed ad alium finem diabolum ceperat/ osten dens humanā infirmitatem: z abscondens diuinā ma- iestatem. ¶ Item cepit eū per clementiā eundē de nido legis iudaice in qua natus fuerat accipiēdo: z sua maxi ma gratia confouendo. Quod notatur ex hoc q̄ ipsum existentē in actu z voluntate peccādi cōuertit. Habebat enim diffozmē affectum: q: spirans minarum et cedis in discipulos. Peruersum conatū: q: accessit ad princi- pē sacerdotū zc. quasi se ingerens. Et pniciosum actū: quia ibat vt vinctos perduceret in hierusalem. Et ideo eius iter pessimum erat: ipsum tamē diuina misericor- dia conuertit. ¶ Fuit etiam miraculosa ratione modi disponētis: idest lucis: que ipsum tripliciter ad cōuer- sionē disposuit: fuit enim ipsa lux subita: immensa: z ce- lica. Propter primū dicitur z subito. Propter secundū circumfulsit: idest circunquaq̄ refulsit. Propter tertiū lux de celo. Nā paulus tria vitia in se babebat. ¶ Pri- mū erat audacia: q: accessit ad pncipē sacerdotū. Mos sa non vocatus: sed sponte zelo concitante. ¶ Secundū erat superbia: q: spirans minarum. ¶ Tertiū carnalis intelligentia: quam in lege habebat. Unde glossa super illud. Ego sum Jesus Nazarenus zc. Ego deus de cele stibus loquor/ quē mortuū putas sensu iudaico. Ipsa igitur lux diuina fuit. Subita: vt audacē terreret. Im- mensa: vt superbum prosterneret. Celica: vt carnalē in- telligētiam in celestē mutaret: vel fuit dispositio hec in voce acclamante: in luce refulgente: z in virtute disponē te. ¶ Fuit insuper miraculosa ratione pauli patiētis. In quo tria miraculose cōcurrerunt: scilicet pstratio: obcecatio: z triduana ieiunatio. ¶ Est eñi prostratus: vt erigatur: quātū ad depressum affectum. Augustin⁹. Elisus est cruens/ z factus est credens: Elisus est lup⁹/ et factus est agnus: Elisus est Saulus: z fact⁹ est Pau lus: Elisus est persecutor: z fact⁹ est predicator. Elisus est filius perditionis: z erectus est vas electionis. ¶ Est obcecatus: vt illustretur quātum ad tenebrosum intel- lectū: vnde z in illo triduo quo mansit cec⁹/ doctus fuit euangelium. Augustinus. Paulū dico verum athletam xp̄i: doctum ab illo: vnctū de illo: z crucifixum cum illo: z gloriosum in illo. ¶ Est in carne maceratus: z vt ipsa caro disponatur ad bone operationis affectū. Optime enim deinceps corpus eius ad omnia dispositum erat. Nam esurire z abundare sciebat: z vbiq̄ et in omnibus institutus erat omnia omnibus factus: vt omnes xp̄o lucrifaceret. ¶ Vel dicat̄ quod in ipso fuerunt ista tria primo parenti contraria. In adam eñ fuit contra pcē erectio: oculorum apertio: z cibi vetiti degustatio. E cō- tra in Paulo fuerūt. Ad terram prostratio. Oculorum obcecatio. Et ciborum subtractio. Fuit autē de tribu beniamin ipse paulus oppido giscolis: vt ait Hierony mus in libro de viris illustribus: qui ad septē ecclesias nouē scripsit epistolas. Ad Romanos vnā. Ad Corin- thios duas. Ad Galathas vnā. Ad Ephesios vnā. Ad Philippēses vnam. Ad Colossenses vnā. Ad Thessalo- nicenses duas. Scripsit et discipulis suis Timotheo duas. Tito vnam. Philemoni vnam. Epistola que le- git ad hebreos an sua fuerit: propter stili cultioris ele gantiā a nonnullis dubitatum est. Ascribunt enim eā: alii Barnabe: alii Luce: plerīq̄ clemēti q̄ postea pon tificalē in vrbe tenuit sedē. Clemens tamē alexādrinus z origenes eius discipulus: Eusebius cesariensis/ atq̄ hieronym⁹ pauli fuisse manifeste cōfirmant: quia he- breus z hebreis in proprio scripsit eloquio. Ideo orna- tius z cultius scribere potuit quam in cetero. Et sic in grecū sonantius trāsferri potuit ex hebreo. Legūt qui- dam et aliam eius epistolā ad laodicenses: sed a nostris explóditur. Fuit autem festum conuersionis pauli die qua ad literam ab ecclesia celebratur: videlicet octauo kalend. Februarii. ¶ Fertur qḋ in muro ciuitatis Da- masci adhuc extat fenestra per quam paulus tūc nu- per conuersus a fratribus dimissus fuit/ cum quereretur a preposito regis arethe tenēdus: z habet Actuum ix. z ij. Corin. xi. quam fenestrā sepius saraceni obtu- rarunt ad custodiam ciuitatis: que tamen facto mane semper diuinitus aperta inuenta est. Cuius miraculi te stes ipsi sunt saraceni/ qui hoc nostratibus retulerunt.

¶ De sancto Anania discipulo. Cap. xx.



Ananias discipu- lus apostolorū fuit. Cui dominus apud Damascum per visum appa- ruit: z eidē mandauit: vt in vicū qui vocat̄ rectus accederet: z in domū Jude Saulū tharsensem quereret: eiq̄ manū imponeret: vt visum re- ciperet/ ac baptizaret: prenuncians ipsum vas electionis futurū/ et no- mē xp̄i corā gētibus: z regibus z fi- liis israel portaturum. Qui iussu dñi ad Saulū accessit: manusq̄ sponēs oculos eī aperuit: baptizauit: z cibo refecit. Qui etiam deinde exēplo pau li ad officiū predicationis feruentior effectus est. Ipsis- q̄ fideliter peractis apud Damascū q̄euit in pace/ eo- dē die quo z Paulū baptismo genuerat filium: vz. viii. kalē. Februarii. Hūc ananiā Dorotheus abbas scribit vnū ex septuaginta duobus discipulis Christi fuisse: z ab apostolis post pauli conuersionem: damasci episco pum ordinatum extitisse.

¶ De sancto Proiecto epō z martyre. Cap. xxi.



Proiectus episco pus Auernēn. et martyr: vt ait Si- gisbertus: tēpore cōstātini iunioris martyriū passus est. Quē dū adhuc mater i vtero gestaret: vidit in som nis q̄ per lat⁹ eius egrediebatur fi- lius sanguine rubricatus: quod sibi quidam seruus exponens: predixit ex ea filiū nasciturū: ipsumq̄ mar- tyrio coronādum. Natus ergo puer moribus ac vita insignis effectus: satis iuuenis archi- diaconus Auerneñ. ecclesie factus/ omnia sua pauperi- bus erogabat. ¶ Dū autem quadam vice ad illū mul- ti pauperes pro elemosyna cōuenissent: z famul⁹ duos solū nūmos in sacculo supfuisse nūciasset: ceteris olb⁹ distributis/ effuso sacculo tot nūmi reperti sunt: quot pauperes affuerūt: singuliq̄ singulos acceperūt. Mor tuo vō epō Felice eidē Proiectus in episcopatu succes- sit oī sanctitate z gratia pollens. Hūcq̄ ad regē Franco- rū vocatus esset ad sanctū Marinū abbatem egrotāt̄ diuertit: eūq̄ ab infirmitate sanauit: qui eū secut⁹ vna secū martyrii gloriā percepit. Nā cū illi visitato rege re- uerterent: z quidam emuli viri sancti eos insequerent: z marinum quidem abbatē decollauerunt: z putantes se similiter proiectum occidisse redibant. A quo reuoca- ti/ postq̄ illum viuētem coram euasisse manus cognoue- runt: ipsum exercebantes et iugulantes dimiserunt.

Cuius corpus Auernis sepultū est. Radebert⁹ aūt qui ipsum occiderat nō multo post cōsumptus a vermib⁹ expirauit. Alius vero de interfectoribus/dum venaretur/ex equo decidens fracto dextro brachio omnibus mēbris debilitatur. Qui ad penitentiā reuersus/orans ad sancti martyris sepulchrū salutē obtinuit: et vas argēteū decē marcharum pro sue liberationis beneficio in munus obtulit. Passus est autem martyr christi vna cum sancto Marino abbate. viij. kalen. Februarij.

¶ De sancto Seueriano epō. Cap. xxij.




Seuerian⁹ episcopus gabalitane ciuitatis admirande sanctitatis et doctrine vir extitit: qui post laudabilē cōuersationis vitam/ et salutifere predicationis doctrinas apud eādem vrbem in pace quieuit. viij. kalē. Februarij. Hic enim vt gēnadi⁹ scribit i scripturis diuinis erudit⁹: et i homilijs declamator exiui⁹: exposuit epistolā Pauli ad galathas. Et de baptismo/ et epyphanie solēnitate libellū insignem cōposuit. Hunc Joānes cōstantinopolitanus episcopus et archadi⁹ imperator frequenter Cōstantinopolim euocabant: vt eius sermones audirent: quorum temporibus ipse claruit. Hec gennadi⁹ de viris illustribus.

¶ De sctō policarpo epō et martyre. Cap. xxiij.



Policarpus epš et martyr discipulus Joānis euāgeliste fuit/ et ipsius auditor. Hic vt habetur iiij. libro historie ecclesiastice fuit epš Smyrneñ. sanctitate et gratia atq; doctrina catholice fidei admodum insignis. Qui cū esset etate maturus: vidit quadā nocte per somnū ceruical suū flāmis esse consumptū/ et predixit fratribus se per ignem martyrem futurū. Regnantibus vero Marco antonio et Lucio aurelio cōmodo imperatoribus Christianorum persecutione feruente missi sunt ad eū apparitores proconsulis Asie: vt eū tenerent. Quos ille gratanter suscepit: et in mēsa refecit: et postea secum iuit. Et dū corā proconsulis tribunali xp̄m viua voce cōfiteret: excitato clamore gentiliū et iudeorū contra eū iussu proconsulis tradit ignibus cōcremandus. In quo dū esset immissus/ flāmarū globis vndiq; vallabat: ita vt ipse in medio incendij sibi cedētis in modū camere staret: et deū glorificās comburi nō posset. Tūcq; spiculator accedēs lancea ipm trāsfodit: et sanguinis profluuio ignis extinctus fuit. Cuius reliquias xp̄iani sepelierunt in ciuitate Smyrne. Post cui⁹ transitum .xij. alij discipuli qui eū a laodicia venientes secuti fuerāt/ martyriū passi sunt in eadē ciuitate. Hic beat⁹ episcopus ob quasdā pasche questiones Romā veniēs Antonio pio imperiū gubernante: anacleto vero papa Romane tūc ecclie presidēte/ plures xp̄ianos martionis et Valētiani hereticorum irretitos laqueis/ ad fidem catholicam cōuertit. Scripsit aūt ad philippeñ. epistolam vtilem valde. Passusq; est martyrium annum agens etatis. lxxxvj. die. vij. kalē. Februarij. Hec Hieronymus de illustribus viris.

¶ De sctis Theogene/ et socijs martyribus. Cap. xxv.



Theogenes martyr cū alijs. xxxvj. xp̄ianis martyrium passi sunt in eadem ciuitate laodicie premissa persecutione vigente: qui contemnentes temporalem mortem coronā vite eterne adepti sunt. vij. kalend. Februarij: vt dicit Hieronym⁹.

¶ De sancto Jona propheta. Cap. xxvj.



Jonas propheta fuit de oppido Geth q̄ est in Ophir ad differentiā Geth que est in palestina: et est nomen regionis. Ophir enim nomē est turris nebulose: que non longe erat a templo. Hunc hebrei affirmāt filiū fuisse mulieris vidue sareptane sidoniorum: ad quam Helias famis tempore declinauit: ipsumq; mortuum suscitauit. Quē temporibus Hieroboā filij Joas regis israel claruisse/ prophetiā quoq; eiorsum fuisse/ quartus liber regum cōmemorat. In cōdemnationem autem israel Jonas ad gentes mittitur/ q̄ niniue agente penitentiam illi in malicia perseuerabāt. Qui idcirco ad niniuitas predicandos ire recusabat: q: cum prophetia illuminante/ peccatores ciuitatis niniue misericordiam dei consecuturos speraret/ ne falsa videretur predicare sententiā contra eos prolatam reuocari nolebat diuine dispēsationis ignarus/ que salutem hominum ad se reuertentiū magis vult q̄ interitum. Ideoq; se a facie dei fugere putās/ descēdit ioppem: ascēdit nauem euntē in tarsum: deditq; naulū nautis. Sz deus cui⁹ voluntati nemo pōt resistere si qui et essentialiter est vbiq;: misso vēto validissimo tempestate turbauit mare: periclitat nauis: timent nautes: et inuocato dn̄o de salute desperantes mox antiquorū peccato alicui eorū periculū cunctorū adscribūt: hominem illū sorte inquirēdū decernunt. Jonas sorte deprehendit: sponte in mare mittitur: et tēpestas sedatur. Jonā deo dispensante cete deglutit: et post triduum eūdem in aridā illesum euomit. Jonas flagello dei correptus niniuē intrat: iudiciū subuersionis post dies. xl. futurū prenunciat. Rex et popul⁹ ad dn̄m cōuertuntur: saccis induunt: ieiunijs affligūtur. Misericors deus peccatorū penitentiam respexit: ciuitatiq; parcens sententiā reuocauit: videns se mēdacem extitisse Jonas turbatur: vrbemq; egressus contra deū conqueritur. Quem deus vt cōfunderet: et se digna dispositione misericordem ostenderet: afflictū feruore solis hedera subito nascente/ et caput prophete obumbrante ab estu refrigerauit: et sequenti nocte iterum repente arefacta contristauit. Et cum hederam exiccatam deflere: audiuit a deo q̄ irasci non deberet: et deo q̄ tante ciuitatis excidio pepercisset. Si eñ moleste ferebat hederā arefactam: et deus molestius tulisset tantam vrbem subuertiam. Sicq; Jonas pacatus redijt a niniue. Processu tamē temporis niniuite ad peiora peccata cōuersi/ prophetia Naum prophete admoniti sunt. Qui nō curantes conuerti: eo q̄ alias Jonā falso subuersionē ciuitatis premisisse cognouerunt: irā dei tādē nō euaserūt. Nam fluuius polus qui eā circundabat vrbem inundauit: factoq; pariter terremotu/ ignis de celo emissus eā incendit. Sicq; vtroq; diluuio aque et ignis pariter deleta est. Reuersus ergo Jonas a ciuitate niniue ad terrā suā ire erubuit: eo q̄ in vaticinio niniuitarū mēdax apparuit. Sed tempore famis assumpta matre/ incola gentium factus est. Fame vero transacta/ reuersus est ad terrā Juda: et mortua matre sepeliuit eā iuxta Balandinū delbor. Hic predixit signū euersionis Hierusalem: q̄ cum viderint lapidē luctuose clamātem: prope sit finis. Et cum viderint in Hierusalem gētes vniuersas: tunc tota illa ciuitas irrecuperabiliter euertet. Quieuit in pace tpe Ozie regis Juda. vj. kalēd. Februarij/ et sepultus est in spelūca vnius iudicis israel. Cuius sepulchrū mōstratur in vna vrbium Gethan viculo iuxta sephorū. Hic vnus est ex numero. xij. prophetarū q̄ Ecclesiastici. xlix. in sanctorum patrū catalogo memorant. Hec Hieronym⁹/ et Joseph⁹ i historia scholastica.

¶ De sancto Joanne Chrysostomo episcopo. Cap. xxvij.



Joannes chryso-

stomus qđ latine os aureū interpre-
tatur/ eps Constantinopolitanus/ ꝛ
doctor grecoꝝ tpe archadij impera-
toris floruit. Hic natione Antioche-
nus filius secundi ꝛ anthuse nobiliū
psarū/ discipulus sophiste libanijꝛ et
auditor andragatij philosophi libe-
ralibus artibus annis puerilibus
Antiochie studuit. Dehinc defuncto
patre Romam veniens causarū ora-
tor extitit: pauperibusqꝫ gratis patrociniū exhibebat.
Post hec relictis studijs secularibus/ diuine scripture
vacans annorū xviij. oēs sacre pagine libros memori-
ter didicitꝛ sctis intētus opibus seculo abrenūciauit.
Reuersusqꝫ ad patriam cū sctō Basilio in quodā mōte
Antiochie/ proximo solitariam vitā duxit. Basilio vero
Cesareā eunte/ Joannem sanctus Meletius Antioche
nus eps in lectorem/ et postea in diaconum ordinauit.
Quem euagrius eius successor ꝓcessu temporis ad sa-
cerdotiū ꝓmouit. Qui sanctitate vite ꝛ claritate doctri
ne proficiēs/ diuinis studijs intentus predicationi insi-
stebatꝛ mira opuscula continue exarabat: famaqꝫ eiꝰ
sapientie vndiqꝫ personabat. Qui etiā propter castita-
tis zelum seuerior habebaturꝛ feruori magis ꝙ̄ man-
suetudini seruiens arrogans a nescientibus putabaꝫ.
Defuncto igitur nectario Constantinopolitane vrbis
epo/ cum de ordinādo presule questio oriretur: nouissi
me fama eius cōperta imperatoris archadij iussu Jo-
annes presbyter ab Antiochia vocatus eps ordinatus
est. Qui mox in sui pōtificatus initio cū vitam clerico-
rū corrigere voluit: oēs in sui odium cōcitauit. Cūctiqꝫ
eū velut furiosum ꝛ superbum declinabātꝛ apud oēs
ei detrahebantꝛ quia nunꝙ̄ cū alijs in mēsa cōmuni-
care volebat. ¶ Reuera aūt ille hoc ideo faciebat: qꝛ ꝓ-
pter nimiā abstinētiā caput ꝛ stomachū sepe dolebat:
populus vero ꝓpter sermones quos in ecclesia facie-
bat eū plurimū diligebat/ paruipendens ꝗcquid cōtra
eum emuli loquerenꝫ. Necessitatibus vero egenoꝝ libera
liter prouidebatꝛ pluribus ad suscipiēdos pauperes
hospitalibꝰ erectis: de redditibus epatus eisdē mini-
strabat. ¶ Quadā die dum epistolarū Pauli expositio-
ni intēderet: orauit ad dñm: vt sibi in ipsis plenū intel-
lectū daret. Cui visibiliter apparuit beatus aplꝰ dicēs
se nō aliter in suis eplis intellexisse: ꝙ̄ Joannes intelli-
gebat: eumqꝫ deosculatus disparuit: quē etiā notarius
eius probus: qui tunc actu verba eius scribebat aspe-
xitꝛ ex presentia aplica totus cōtremuit. Cui Joannes
eū post se futurū epm Constātinopolitanum predixit:
sicut ꝛ rei euentus probauit. ¶ Eutropius imperato-
ris prepositus ꝛ consul volēs se in quibusdā ad eccl'ias
cōfugiētibus vindicare studuit: vt lex ab imperatore de
immunitate ad ecclesiā cōfugientiū reuocareꝫ. Quod
Joannes moleste ferens/ eum audacius increpauit. Et
post paucos dies Eutropius imperatorē offenditꝛ ad
ecclesiā fugit: quem eps latitātem propalauitꝛ durissi
me increpauitꝛ cū imperator eductū de ecclesia decol-
lauit: vnde ꝛ ex hoc eps multorū odium incurrit. Insu
per etiā qꝛ plures clericos ꝓpter eoꝝ dissolutā vitā plu
ribꝰ causis deposuit. ¶ Quidā gaynas genere celticus:
cōsilio barbarus: secta arrianus/ magister militum fa
ctus est. Hic imperatorē rogauit/ vt intra ciuitatem
vnicā tantum suis ecclesiā cōcederet. Quod cū impera
tor de hoc epm interrogasset/ vt sic illius tyrannidem
refrenaretꝛ eps hoc modis oībus ꝓhiberet. Gaynas
noctu barbaros misit: vt palatium cōcremarent. Qui-
bus venientibus angeloꝝ armatorū ingens corpus ha
bentiū copiosa turba apparuit: que illos protinus effu
gauit. Quod dum sequēti nocte iteratum esset. Ille cū
suis tertio egressus miraculū viditꝛ fugit: existimans
milites in die latereꝛ in nocte vrbem custodire: sqꝫ egres
sus ad thraciā exercitu ꝯgregato cūcta i suburbanis va
stabat. Imperator ergo Joanni onus legationis im-
posuit: qui egressus adeo suis monitis ꝛ comminatio-
nibus Gaynam exterruit: vt eius prouolutus genibus
veniam peteretꝛ cōfestim cum suis abiret. ¶ Post hec
cū eudoxia augusta hortū cuiusdam vidue preciosis et
vberibus arboribus cōsitum imperiali viridario cōti-
guum occupasset illaqꝫ epo cōquesta fuisset: Joannes
apud imperatorem tantum instititꝛ reginam hortum
vidue reddere compulit: propter qđ ꝛ ipsa contra Joā-
nem indignationem cōcepit. Preterea Seuerianꝰ Ga-
balieñ. eps regine dilectus: quem Joannes suspicatus
est in heresim prolapsum fuisse ex quibusdā scripturis
suspectis: que heresim sapere videbāt, a Joāne epo vti
hereticus ꝛ blasphemus de ciuitate expulsus est. Quod
augusta comperiēs nacta occasione cōtra episcopum/
quasi in eius despectum per familiares seuerianū mox
illū a chalcedonia fecit euocari. Hinc Joannes accen-
sus lingue vbertate/ fecit sermonem in pplō cunctarū
mulierum vituperatione plenū: quod augusta velut in-
iuriam suā imperatori narrauit: dicēs ipsius magis es-
se cōtumeliā ꝙ̄ suā. Qua de re gestum est/ vt Theophi-
lus Alexādrinus eps/ multos simul episcoporum mo-
uens: suasu imperatori Constantinopolitanam syno-
dum celebraret: quasi origenis libros damnaturꝰ. Cū-
qꝫ Joannes bis citatus/ et timens animoꝝ impetuosi-
tate epos illos velut apertos inimicos recusassetꝛ ge-
neralem synodum fieri petens cōparere noluisset: dam
nauerūt eum in nullo alio culpantes: nisi quia vocatus
noluit obedire. Sicqꝫ iussu imperatoris oportuit eū
damnatum in exilium deportari. Sed cum Joannes
nimium a pplō amaretur: orta seditione in populo pro-
pter ipsum: timens augusta imperatori suasit: vt Joan
nem ab exilio reuocaret: qui dudum renuens: redire cō
pulsus est pplō sibi cum cereis ꝛ lampadibus occurrē
te. Reuersusqꝫ Joānes cū in cathedra sua residere nol-
let: sed solum simplicem ducere vitam: coactus multa
populorum instātia sedem resumpsitꝛ vti primum pre
dicare cepit. ¶ Eodem vero tempore statua argentea
ad honorem eudoxie auguste iuxta ecclesiam sancte so-
phie cōstituta erat: vbi milites ꝛ proceres ludos publi-
cos exercebāt. Quod cum Joānes fieri prohiberet: au-
gusta ad sui iniuriā reputabatꝛ cōtra ipsum/ vt iterum
celebraretur synodus procurabat. Hoc sentiens Joā-
nes/ illam famosissimam in ecclesia protulit homiliā:
cuius initium est. Rursus herodias vexatur ꝛc. Quod
factum ad iracundiam plus concitauit eudoxiam. Et
dum quidam Joānem vellet occidere vt complaceret
auguste: a populo est captus ꝛ iudicatus: sed a prefecto
ne occideretur/ ereptus est. Et illo die populus Joan-
nem vicissim custodiebatꝛ et nocte domum eius arma-
tis muniebat. Suadente igitur augusta/ episcopi Con-
stantinopolim conuenerunt/ ꝛ cum in concilio damna
uerunt: nihil ꝯ ipsum inueniētes/ nisi ex eo solo ꝙ post
priorem depositionem sine decreto concilij in episcopa
li sede residere presumpsisset. Propter quod imperator
Joannem in exiliū iterū duci fecit: in quandā ciuitatem
paruam barbaris vicinam: vbi fines sunt imperij Ro-
manoꝝ. Hoc autem Innocentius papa audiens/ ꝛ mo-
leste ferens: cōcilium in sede apostolica celebrauitꝛ Jo-
annem innocentem ab exilio reuocauit. Qui reuocatꝰ
diem sui obitus predixitꝛ et ex labore itineris fatigatus/
anteꝙ̄ perueniret ad ciuitatem lāguorem incurritꝛ sic
post dies modicos in pace vitā finiuit. xviij. kal. Octo-
bris/ quo defuncto grando vehemēs in Cōstantinopo
lim ꝛ circa suburbana descēdit: dicētibꝰ cūctis hoc dei
iudicio gestū esse: eo ꝙ Joānes iniuste fuerat cōdēnatꝰ:
ꝗbꝰ fidē dedit mors auguste die decimonona subsecuta
Theodosiꝰ autē iunior archadij filiꝰ/ corpꝰ doctoris in
regiā ciuitatem trāstulitꝛ digno honore tumulauit. vj.
kal. Februarij/ quo die festum eiꝰ in grecorū eccl'ia cele
bratur. Obijt circa annos domini. ccclxx. ¶ Scripsit

autem hic venerandus antistes super toto nouo et veteri testamento expositionum libros nonaginta. cōmentarios in Matthaeum distinctos per homilias. xc. Super Joannem homilias. lxxviij. Super epistolis Pauli libros singulos per sermones distictos. In epistolam ad hebreos homilias. xxxiiij. Sup genesim libros questionū. De laudibus Pauli apostoli homilias septem. Cōtra arrianorum heresim fortissimos libros. Contra simoniacos. Contra martionē: Cerinthum: Ebionem: Artemonem atque Photinū/ qui eorum suscitauit heresim. Cōtra Apollinarē librum vnū. Cōtra manicheos insigne volumen. Contra omnes hereticos super parabolas salomonis longum opus et elegans. Tractatum vnum in Thomā apostolū in quo aduersus arrianos fortissime disputat. Super canticis canticorum libro. ij. Item vitam sancti Melecij episcopi Antiocheni. De vestibus legalibus sacerdotum et leuitarum: et de ornatu summi pontificis: veteris testamēti volumen egregiū. De humilitate in lotione pedū tractatum vnum. Contra eos qui ad missas non occurrunt tractatum. j. De virginitate. De patientia. De fide. De penitentia. De cōfessione. De elemosyna tractatus plures. Homilias et sermones per totam quadrasimam. Sermonem declamatorum in de collatione Joannis baptiste. Item in laudem beate virginis sermones mira suauitate fragrantes. Aduersus arabes de resurrectione mortuorum qui dicunt animas mori cum corpore librū. ij. Item cōtra iudeos librū. j. Aduersus gentes in modum dialogi grande et insigne volumen. De ordine et officio sacerdotis librum. j. Hymnos et sermones et alia plura metro edidit apud grecos. Et quāquā latino fulserit eloquio: plurimum tamen scripsit in greco. Hec ex Hieronymo de illustribus/ et ex historia tripartita.

De sancto Joanne presbytero. Cap. xxviij.



Joannes presbyter Antiochenus sanctitate et sapientia insigniter fulsit. Qui ex grammatico et declamatore presbyter factus composuit librum aduersus eos q dicunt Christum in vnam tantum substantiam adorandū: nec acquiescunt duas in Christo cōfitendas esse naturas. Impugnauit etiam nōnullas Cyrilli Alexandrini episcopi sententias incaute aduersus Nestoriū prolatas/ que Theunocianis videntur prestare robur et adhibere fomenta. Claruit sub Theodosij senioris tempore. Hec Hieronymus de illustribus viris.

De sancta paula vidua. Cap. xxix.



Paula vidua nobilissima Romanorum matrona fuit: cuius vitam Hieronymus scripsit. Que nobili genere/ sed nobilior sctitate. Potens quondam diuitijs: sed Christi scitate insignior/ oēs suos pauperes pauperior ipsa diuusit: et humiles humilitate superauit. Hec vj. edidit liberos: scz Blesillam super cuius morte eam Hieronym⁹ consolatus est. Paulinum sanctum et admirabilem virum et prepositum rerum suarum pammachiū ad quem super eius obitu idem doctor paruum libellum edidit. Eustochium que in sanctis locis virginitatis et ecclesie monile preciosissimum fuit. Rufinam que in matris funere piū matris animum consternauit: et theochium puerum post quē parere desijt. Hec post viri obitum in sancta viduitate permansit: et ad dei seruitium se conuertit: omnesque suas diuitias in pauperes erogauit. Deinde Paulini episcopi Antiocheni et Epiphanij chi salamine qui Romam venerant accensa virtutibus patriam deserere cogitabat. Descendensque ad portum: fratre/ cognatis/ affinibus/ et qd maius est Theochio puero ac Rufina iam nubili/ prosequentibus/ et recessum paule deplorantibus. Hec contra iura nature non patiebatur plena fide et amorem filiorum maiore in deo amore contemnens in sola Eustochio que preposti et nauigationis comes erat/ acquieuerat. Sicque relicto seculo ad Syriam nauigauit. Cumque ad loca sancta venisset: et procul palestine qui eius familiā optime nouerat/ ei pretorium preparasset: humilē cellam elegit: cunctaque loca sancta deuote lustrauit. Prostrata ante crucem quasi pendentem dominū adorabat: ingressa resurrectionis sepulchrum osculabatur lapidem et corporis locum: lachrymis et suspirijs aquas fidei ore lambebat. Deinde perrexit Bethleem: et specum saluatoris ingressa etiam Christum natum ex virgine: et cetera infantie rudimēta oculis corporeis se vidisse testata est: vbi et requiem habitationis sibi elegit: et cū filia Eustochio cōstructo locello sub beati Hieronymi disciplina/ et congregatis virginibus deo seruire cepit. Tantaque se humilitate deiecit: vt iam non matronarum prima/ sed ancillarū vltima videretur. Post viri mortem vsque ad ei⁹ obitum nunquā cum viro comedit: balnea nunquā adijt: mollia lectuli strata etiam in grauissima febre non habuit: sed super humum stratis cilicijs iacebat. Panē solū et aquā post vesperas degustabat: perraro legumina comedebat/ in quibus dieb⁹ festiuis exceptis/ vix oleū apponebat. Castitatem aūt in omnibus pudicissimam pretendebat. In largiendo pfusior hoc habere voti aiebat: vt vnicum nummū filie moriens non dimitteret: et in funere suo aliena sindone tegeretur: virgines quas ex diuersis prouincijs cōgregauerat in tres turmas et monasteria diuisit: ita duntaxat/ vt in opere et cibis separate psalmis et orationibus iungerētur. Cūque alijs laguentibus large preberet: si quando ipsa egrotasset/ sibi nō indulgebat. Cum aūt semel mense Julio grauius egrotaret/ et medici consulerēt vino tenui sibi opus esse ne aquā bibens in hydropisim verteretur. Sāctusque Epyphanius epūs haustū vini eidē suaderet: nō solū acquiescere noluit: sed pene hominem senem vt nunquā vinum degustaret/ induxit. Scripturas aūt sacras memoriter retinebat: earum studio assidue vacabat: ita etiā vt hebraicā linguā pfecte disceret: et psalmos hebraice decātaret. Sicque post longi laboris curriculum oībus referta virtutib⁹ grauissimo depssa languore ad extrema vite deueniēs inter psalmodie recitationē vltimū ipm dño cōmendauit. Cuius obitu cōperto/ monachi omnes et virgines de cor cellulis ad ipsius funera percurrentes cū lachrymarū effusione piarum/ et hymnorū sacrorū modulatiōe sanctas ei⁹ exequias celebrarūt: corpusque apud Bethleē cōdigna veneratione tumularūt. Cuius cōgregationem sancta eius filia et virgo eustochiū post matris obitū laudabiliter gubernauit. Quieuit autē sancta paula in dño. vj. kalen. Februarij.

De sancto Paulo papa et cōfessore. Cap. xxx.



Paulus papa et cōfessor Stephano pape scdo in pōtificatu Romano successit: q natiōe Roman⁹ fuit ex patre Cōstantino de regione via lata: seditque annos. x. et mēsem vnū. Hic minor german⁹ Stephani pōtificis pdecessoris sui ab ineūte etate in Lateranēsi palatio p eruditiōe ecclesiastice discipline ab eodē fratre suo traditus est tpe Gregorij secūdi pape. Et postmodū a zacharia papa in diaconat⁹ ordinē pariter cū germano suo pmotus est. Sz dū idē frater et antecessor pōtifex ad vite extremum pptingeret: pplis Roman⁹ diuisus est: et alij cū Theophilato archidiacono tenebant: alij pō eidē Paulo diacono adherebāt. Dū pō de hac luce pōtifex idē migrasset et continuo congregatio populi que cum eodem Paulo

validior erat/eū in pontificem elegerūt: et ita in apostolicam sedē ordinatus est tēpibus Cōstātini et Leonis imperatorꝫ. Hic constituit diuina officia celebrari in quadragesima ante sextā. Hic congregatis sacerdotibus et clero/ac pplo Romane vrbis corpus btē Petronille de loco vbi quiescebat extra portam via apia abstulit vna cū sarcophago marmoreo/in quo legebaꝫ titulus manu propria beati Petri apli sculptus. Aurēe Petronille dulcissime filie: qd plaustro impositū intra vrbē in beati Petri ecclia collocauit. Hic fuit fortissimus fidei defensor: vñ sepius nuncios cū literis ammonitorꝫs prefatis angustijs direxit/pro restituendis/et in primo statu cōfirmandis sacratis imaginibus xpi et dei genitricis atqꝫ sanctorū oīm quas illi cōburere faciebāt. Hic multas ecclesias restaurauit: qꝫplures etiā nouiter edificauit: et nōnullas mirifice decorauit. Fuit enī mitissimus et misericors: nulli malū pro malo reddēs: sed oībus eū offendentibus misericorditer indulgēs. Hic cū paucis familiaribus suis nocturno silētio p cellas pauperū et infirmorū in lectis decumbentiū circuibat/eis necessaria ministrādo: sed et carceres visitās per eadem noctis secreta retrusos a mortis piculis eruebat: et obligatos p debitis redimebat. Uiduis et pupillis oībusqꝫ indigentib' opem ferēs: sicqꝫ sanctis pollēs virtutib' apud sanctū Paulū qͥeuit vbi etiā sepult' est .vj. kal. Februarij. Sed post dies modicos corpus ei' a Romanis cū honore ad sanctū Petrū delatū est: vbi et miraculis claret: et cessauit epatus annū vnū et mensem vnum.

¶ De sancto Adiuto Abbate. Cap. xxxj.



Adiut' Abbas primo monachus mimateñ. postea abbas carnoteñ. pagi quē portesium vocāt deo pudēte factus est: qꝫ laudabilib' opib' vitā ducēs: dissolutionem corporis sui preditit: et decedēs aurelianis humatus est: supra cui' corp' fideles ciues ecclesiam cōstruxerūt: quā cū die anniuersarij sui festi vniuersus pplꝫ celeberrime visitassent: vn' ex ciuib' cōtēpta missa accepto rastro vineā pastinabat: increpatusqꝫ a qͥbusdā cur ad ecclesiā scti nō accederet. Risit qꝫ etiā adiutus cultor vinee fuerat. Moxqꝫ sibi man' retorta/et facies ad tergū vsa est in admirabiliū stupore: qꝫ ad ecclesiā scti confugit: et in testimoniū sctitatis beati corporis dieb' aliqͥb' sic manēs/vt a cūctis videri posset: tādē petiñ ꝯfitēs/et veniā petēs: oraꝫ ad scti tumulū post dies modicos liberatus est: huius sancti festum agitꝛ .vj. kal. Februarij.

¶ De sctō Mauro abbate. ca. xxxij.



Maurus Abbas monasterij Bobaceñ. vir fuit mira sanctitate conspicuus: cuius vitam virtutibus plenam: vir illustris ac patritius dionisius scribit: quam tamen hactenus nusqꝫ valui reperire: qui et in Christo pausauit .vj. kalen. Februarij vt Ado testatur.

¶ De sancta Agnete secundo. Cap. xxxiij.



Agnes secūdo die octaua ab ei' passiōe ab ecclia celebratur: non qͥdē p modū octaue: s3 quasi p festi repetitiōē: et hoc ppter quandaꝫ visionis miraculū/qd apparuit parētib' agnetis virginis ipsa die: vt Ambrosi' scribit. Nā cū dieb' pluribus parētes beate Agnetis ad ei' tumulū cū orationibus vigilarent: die octauo medie noctis silētio viderūt chorū virginū vestib' aureis indutū/cū immēso lumine trāseūtē. Inter qͥs viderūt beatam Agnetē simili veste fulgētē: et a dextris ei' agnū niue cādidiorē. Et dū hec videtes obstupescerēt: rogat Agnes ceteras virgines gradū figere. Ipsaqꝫ stās parētes cepit admonere/ne illā quasi mortuā deflerēt: sed ei' poti' glīe cōgauderēt: eo qꝫ cū sctis virginibus lucidas sedes acceperat. Illiqꝫ in celestib' iūcta erat quē in terris posita tota intētiōe dilexerat. Huis dictis visio euanuit/et societas parētū cōsolationem recepit: visionēqꝫ publice enarrauit. Et idcirco festū agnetis scdo ab ecclia institutū est .v. kal. Februarij.

¶ De sancta Constantia virgine. Cap. xxxiiij.



Constantia virgo filia cōstantini imperatoris fuit que lepra grauissima laborās/tātis erat obsessa vulnerib': vt a capite vsqꝫ ad pedes nulla mēbrorū pars libera pmāsisset. Que cum audisset qualiter beata agnes parētibus apparuerat: vt superius dictū est: et qualiter infinitis miraculis coruscabat: accepto cōsilio et spe recuperande sanitatis: venit ad tumulū virginis noctē: et licet pagana/mēte tamen credula: preces ad dnm fideliter effundebat: vbi dū in oratione persisteret: obdormiuit: viditqꝫ in somnis beatā agnetē: eam vt cōstanter ageret et in christū crederet exhortātē: atqꝫ ipsam sanā effectā ab eius egritudine nunciātē. Ad hanc vocē vigilās cōstantia/se perfecte sanatam inuenit adeo vt nec in membris eius signum alicuius vulneris remaneret. Quod pater cernēs et fratres maxima leticia repleti sunt. Quorum licentia obtenta: constātia baptismū suscepit: et votū virginitatis emisit. Et supra tumulū beate agnetis monasterium fabricauit: et ibidem domino seruiēs cum multis virginib' se inclusit. Que post vitaꝫ laudabilē ad dominū migrauit: et iuxta corpus beate virginis sepulta fuit.

¶ De sancto Juliano epo. Cap. xxxv.



Julianus Cenomaneñ. epūs fuit. Hic simō ille leprosus fuisse dicitꝛ: quē dn̄s a lepra sanauit: et qͥ eū ad conuiuandū inuitauit. Qui post ascensionem dn̄i ab apostolis cenomaneñ. episcopus ordinat' est. Qui etiaꝫ multis clarus virtutibus extitit. Nā cuspide baculi sui terrā percutiēs sitienti populo fontem pduxit. Cecum quoqꝫ illuminauit: et carceratos se inuocātes: sponte apertis ianuis liberauit. Tres etiam mortuos vt dicitꝛ suscitauit: et postmodum in pace quieuit .v. kalē. Februarij. Hic ferꝛ ab aliquibus fuisse de .lxxij. xpi discipulis vn'. Diciturqꝫ esse ille Julianus qui ab itinerantibus p inueniendo bono hospitio inuocatur: eo qꝫ in domo eius christus fuerit hospitatus. Sed verius videtꝛ alius Julianus: qui vtrunqꝫ parentē ignoranter occidit: de quo dicetur .v. idus Februarij.

¶ De sancto Juliano confessore fratre iulij. Cap. xxxvj.



Julianus ali' frater beati iulij fuit. Hi duo fratres a theodosio imperatore christianissimo obtinuerunt tēpla deorū vbiqꝫ reperta destruerent: et ecclesias edificarent: mādauitqꝫ imperator oībus hdictos fratres adiuuarent: eis in oib' sub pena capitis obedire. Cū ergo sancti iulianus et iulius in loco/dicto gaudianū ecclesiā cōstruerent: et eos mādato imperatoris oēs transeuntes iuuarēt: qͥdā cū curru ciūes adinuicē cōdixerūt aliquā excusationē

precederet: vt sic liberi possent pertransire: vnū igitur ex suis in plaustrum supinum posuerunt: et cum panno vt mortuum cooperuerūt: qui se mortuū fingebat τ ocu- lis clausis supinus iacebat. Cum ergo ad iulianum peruenissent rogauerunt eos vt parum persisterent et eos in opere iuuarēt. Qui se ibi stare nō posse dicebant quoniā hoiem mortuū deferebāt: τ dū sanctus iulian⁹ eos mētiri diceret illi se verum dicere affirmabāt. Qui deū impeccatus est vt secūdū veritatē dicti sui sibi con tingeret. Cūq₃ procul recessissēt collegam ex noīe vo- care ceperūt. Qui cū nullatenus moueretur pulsari ab eis cepit: τ finaliter mortuus apparuit. Quod ceteri vi dentes timuerunt: nulliq₃ deinde christi famulos deci- pere presumpserunt.

¶ De sancto Juliano sabba confessore. Cap. xxxvij.




Julianus eremi- ta cognomēto sabba fuit: de quo di cit Theodor⁹ in historia tripertita: q₃ angelicam vitā in terris ducebat: τ in eremo cōsistens contemplatio ni τ orationi vacabat. Hic per spiri tū cognouit τ predixit obitū iuliani apostate imperatoris: longe .xx. die- tis positus ab eo loco / vbi interfe- ctus fuit. Quod vt prenunciauerat sic contigisse repertum est.

¶ De sancto Juliano confessore. Cap. xxxviij.



Julianus ali⁹ cō- fessor fuit: de quo ait gēnadius libro de viris illustribus: q₃ acer ingenio et facundia extitit diuinis scriptu- ris doct⁹: greca τ latina lingua scho lasticus et inter doctores ecclesie cla- rus. Hic scripsit aduersus augusti- nū eius impugnatorem libros qua- tuor: et iterū aduersus alios heresi- archas libros .viij. Extat et liber al tercationis amborum partes suas defendentium satis conspicuus: hic fuit in elemosynis liberalissim⁹. Mo- ritur aūt valentiani imperatoris cōstantij filij tēpore.

¶ De sanctis Leoncio et socijs marty- ribus. Cap. xxxix.




Leoncius Thyr- sus et calonicus martyres in ciuitate apolonia passi sunt tēpore decij sub presidibus cuberitio siluano et ban- do. Qui diuersis tormentorum gene ribus excruciati: demum primus et vltimus capitis abscisione: medius celesti voce vocatus spiritum reddi- derunt. Sicque martyrium cōsum- mauerunt .v. kalendas Februarij in partibus grecie tu mulati: vt dicit Ado.

¶ De sanctis papia et mauro martyrib⁹. Cap. xl.



Papias et Mau- rus martyres passi sunt rome tempo- re diocletiani et maximiani imperato rū sub laodicio vrbis prefecto. Qui cū essent milites videntes qualr saturnin⁹ τ sisinnius martyres statuā iouis ereā eidē a prefecto p̄sentatā: sicut plūbū liquefactā cōtriuissent cōuersi sunt ad dn̄m et impietatē laodicij redarguere ceperunt q₃ in xp̄i martyres seuiebat. Tunc iratus laodicius iussit ora eorū lapidibus cōtū- di: τ postmodū illos in carcerē recipi: vbi a sctō Mar- cello papa baptizati sunt: post dies xij. educti de erga- stulo: iubente p̄fecto fustibus ceduntur: deinde in equu- leo leuati: τ tādiu plūbatis cōtusi sunt: donec spiritū emi serūt. Quorū corpora Joannes p̄sbyter sepeliuit via nu mentana ad nymphas beati petri .iiij. kalen. Februarij.

¶ De sctō flauiano τ socijs martyrib⁹. Cap. xlj.



Flauianus Maxi mus: secunda: calēdinus: marcus: et seuera cū alijs multis martyrib⁹ pas si sunt sub maximiano τ claudio im- peratorib⁹. Ex dōlātino imperatore ma- gno iam a militib⁹ apud galliā impe riū sublimato. Quorū p̄mo maxim⁹ q̄ comes millenarij erat ab infantia sua christianus ex parētib⁹ christia- nis exortus centū τ viginti ex suis mi litibus conuersos a sancto marcello papa baptizari fecit. Quod audiens maximianus eūdē maximū cōprehēsum vna cū dictis cētū τ viginti mili- tibus dānauit ab arenā fodiendā. Et post mēses .ix. dū marcus tribunus cōperisset: q₃ maximus comes cete- ros suos milites qui ex millenario residui fuerant: qui ad eū visitandū accesserant cōuertisset: fecit maximum in carcerē mitti: deinde eductū fustibus cedi iussit: τ dū cederet tribunus excecatus est. Qd̄ maximianus impe rator audiēs τ moleste ferens maximū comitē cū cētū τ viginti militibus ad arenam dānatis fecit decollari. Reliquos vō ex mille militibus cōuersos in arenario missos: flāmis iussit incendi. Quorum corpora sanctus marcellus papa cū ioanne presbytero sepeliuit in loco cucumeris secūdo miliario ab vrbe post duos menses maximianus moritur: τ claudius rome in imperiū exalta tur: qui audiēs secundā vxorē quēdā maximi comitis cum filijs esse christianā: fecit eā teneri: τ filios eius calē dinū τ marcū ac filiā eius seuerā. Qui dū sibi p̄sentati es- sent. Secūda inter manus eā tenentiū emisit spiritum. Flauianus autē vicarius imperatoris q̄ ei assistebat cū vidisset angelos q̄ super capita filiorū secūdo orantium manus tenebāt: ipse cōuersus est: τ a theodoro p̄sbyte ro baptizatus cū oī familia sua. Qd̄ audiēs imperator claudius flauianū cum omni domo sua detentū centū cellis adduci mādauit: et ibidem oēs pariter capite ce- di. Beatos vero calendinū et marcū atq₃ seueram olim maximi filios / miliario .xxx⁹. ab vrbe iuxta mare deser ti ibiq₃ tādiu plumbatis cedi donec spiritum exalarūt. Quorū oīm corpora in loco qui dicitur pignus sepulta sunt a christianis. Horum omnium martyrum passio colligitur .iiij. kalendas Februarij.

¶ De sancto Sabiano martyre. Cap. xlij.



Sabianus mar- tyr passus est in territorio trecassi- no sub Aureliano imperatore: q̄ dū in partibus hispanie τ gallie reside- ret: τ ad trecas ciuitatē deuenisset: sabianum detentum τ xp̄m p̄dican tem decollari fecit: Ibiq₃ sepultus est .iiij. kale. Februarij.

¶ De sancto Cyrillo episcopo. Alexandrino. Cap. xliij.



Cyrill⁹ episcopus Alexādrin⁹ p̄ catholica fide p̄clarissim⁹ extitit propugnator: variarūq₃ rerū tractat⁹ edidit diuina τ huma- na pollēs sciētia. Homelias compo suit: q̄ ad declamandū a grecis ep̄is cōmēdant. Ex quo dicunt τ libri ei⁹ de synagoge defectu. Et aduersū he reticos p̄cipue ꝯ nestoriū liber q̄ ele gios intitulat: in quo nestorij occul ta panduntur et prodita cōfutant. Itē ad nestorium epistolas duas misit: in quibus illius dā-

nauit errores. Item ad ioannem episcopum antiochenū/epistolas scripsit plures. Item thesaurorū libros. xiiij. contra Julianum imperatorem libros. viij. Sup Marcum libros. xij. Super Joannem libros. ix. Item librum prosphoneticon ad theodosium imperatorem. Scripsisse ꝫ alia creditur: que adhuc ignorantur a nostris. Quieuit in pace sub theodosio seniore. iiij. Kalend. Februarij.

¶ De sancto Cyrillo episcopo hierosolymitano. Cap. xliiij.



Cyrillus episcop⁹ hierosolymorum sub theodosio primo imperatore episcopatum tenuit inconcessum: cum prius sepe pulsus ꝫ receptus fuit. Huius tempore beatus hieronymus ab vrbe roma digressus venit ad syriā: ꝫ a cyrillo episcopo locum obtinuit iuxta bethleē oppidum monasterij construendi: vbi ꝫ sacre scripture libros transtulit de hebreo in grecam linguam/pariter ꝫ latinam. Cuius ꝫ ipse episcopus amicissimus extitit: ꝫ perfecti episcopalis regiminis ab eo regulā sumpsit. Pluribusqꝫ illum gratis visitauit epistolis: cui ꝫ hieronymus multa remisit. Hic quoqꝫ corpus beati hieronymi sepeliuit: ꝫ in eius transitu felici/mirabilē de illo visionem conspexit: vt dicetur in eius legenda. ij. Kalendas Octobris. Augustinus quoqꝫ Hipponensis episcopus Cyrillo epistolam misit: in qua ab eo instanter expetijt vt miracula que apud bethleē per beatum monstrabantur Hieronymum sibi transcriberet. Cui Cyrill⁹ epistolam prolixā ꝫ facūdo digestā stilo remisit: in qua sibi stupenda prodigia meritis almi doctoris ostensa narrauit. Plurima quoqꝫ huius Cyrilli extant opuscula fidei nostre mysteria redolentia grato lepore luculenta/claruit aūt sub Honorio/ꝫ Theodosio iuniore.

¶ De sexagesima. Cap. xlv.



Sexagesima significat tempus viduationis. Et inchoatur dominica in qua cātatur. Exurge dn̄e: ꝫ terminat in quarta feria post pascha. Instituta est autem propter redemptionem: ꝫ propter significationem: ꝫ ꝑpter representationē. Primo propter redemptionem. Quia enim Melchiades papa ꝫ Siluester statuerunt vt bis in omni tpe sabbato comederetur: ne propter abstinentiā quam dominicos sustinuerāt in sexta feria in qua omni tempore ieiunandū est natura debilitaretur. In redēptionem ergo sabbatorū temporis quadragesime vnā septimanam addiderunt et sexagesimam vocauerunt. ¶ Scdo ꝑpter significationē: q: sexagesima designat tps viduitatis ecclesie: q: inter⁹ sexagesim⁹ viduis debetur sicut ꝫ centesimus virginibus: ꝫ trigesimus cōiugatis. Ideo ꝫ merore illum assumit pro absentia spōsi qui ad celū raptus est. In consolatione aūt illius pro absentia sponsi dantur ecclesie ale due scꝫ misericordie operꝫ exercitatio: ꝫ decalogi adimpletio: que inuicē multiplicata cōstituūt. lx. vnde sexagesima sonat sexies decē: vt per sex intelligas opera misericordie ꝫ per decem decalogum. ¶ Tertio propter representationem. Nā sexagesima nō solum tempus viduitatis significat: sed etiā nostre redemptionis representat. Nam per decem intelligit homo qui est decima dragma: eo qd̄ factus est vt ruinam nouem ordinū repararet: vt sit quasi decimus ordo. ¶ Uel homo quantū ad creationem suam consideratam habet vniuersaliter decem potētias. Or enim nō habet animā vegetatiuā: sensitiuam ꝫ intellectiuā. Uegetatiua habet potentiam nutriendi ꝫ generandi. Et sensitiua habet potentiam quinqꝫ sensuū corporis scilicet visus: auditus: gustus: odoratus ꝫ tactus. Et intellectiua habet potentiam rationalem: ꝫ cōcupiscibilem: ꝫ irascibilem: que oēs sunt decem potentie: merito creatio hois numero denario figuratur. Insuper quantū ad redemptionē suā homo sex bn̄ficijs redēptus est que sunt incarnatio verbi: peregrinatio / passio/resurrectio/ascēsio ꝫ spūssancti missio. Et sic sexagesima representat tēpus nostre redēptionis. ¶ Protēditur aūt sexagesima vsqꝫ ad feriam quartā post pascha in quo cantatur Uenite benedicti ꝛc. quia illi qui in operib⁹ misericordie se exercēt audient illud. Uenite benedicti ꝛc. vt ipse xp̄s te statur: vbi tūc ianue spōse aperiētur ꝫ in amplexu spōsi fruetur. In epistola autē admonetur ad instar Pauli/ vt tribulationem de absentia sponsi patienter toleret. In euāgelio vt seminationi bonorꝫ operū semper insistat. Et q: quasi desperans clamauerat. Circūdederūt me ꝛc. Nūc quoqꝫ rediēs ad se petit in officio in tribulationib⁹ adiuuari ꝫ ab ipsis eripi dicēs. Exurge dn̄e ꝛc Et ponit ibi triplex exurge. Quidā eīn sūt in ecclīa q̄ aduersis premuntur: ꝫ nō deficiuntur: quidem premuntur ꝫ deficiūtur: quidam nec premūt nec deficiunt: ꝫ ū q: aduersis nō tolerant: periculum est ne prospera ipsos frangant. Clamat ergo ecclesia vt exurgat quantū ad primos/ ipsos eripiendo: quantum ad secundos vt exurgat ipsos conuertendo: a quibus videtur faciem auertisse ipsos quodāmodo repellendo quātum ad tertios vt exurgat ipsos in prosperis adiuuando et liberando. ¶ Et quia in hebdomada sexagesime secunde etatis tempore recoluntur meritorum patrum secūde etatis immediate gesta supponūtur: eo qꝫ illorum obitus dies certi penitus sunt ignoti.

¶ De sancto Noe patre. Cap. xlvj.



Noe pater vir iustus atqꝫ perfectus: vt ex diuine scripture textu colligit/ꝫ Ecclesiastici. xx. in catalogo scōrū inserit̄ fili⁹ Lamech anno. clxxxij. etatis patris progenitus: ꝫ secūde etatis pater prim⁹ annorū quingentorū genuit tres filios. Sem/ Cam/ꝫ Japhet. Multiplicatis ergo hominibus super terram septima generatione trāsactas filij dei id est filij Seth ceperūt legis naturalis ꝫ patrū mandata preterire: malicia hominū crescente. Nam filij Seth filiabus Cayn cōtra mādatū ade ceperunt eē misceri ꝫ earum fornicationibus abutier: ex quibus gygantes procreati sunt. Mulieres etiam in vesaniam verse supergresse viris turpem iniuriam exercebant. Masculi insuper in alterutrum coeuntes nephandum scelus perpetrabant. His criminib⁹ deus prouocatus decreuit diluuium mittere super terrā omnemqꝫ carnem delere solo Noe cum eius familia reseruato: q̄ ex oīb⁹ hoībus sol⁹ iustus repertus est. Dicitqꝫ hoīb⁹ spaciū penitēdi. cxx. annorum. Nam annus. xx. priusqꝫ arcam inciperet mādauit ei vt faceret arcam

de lignis leuigatis in qua posset saluari semē vniuerse carnis sup terrā ab aquis diluuii: quod sibi tūc deus facturū se esse ꝑdixit. Cui⁹ arce structura: forma: atq3 mēsura in historia scholastica expressius ponit. Igitur annis. xx. post preceptū dei cepit Noe arcā fabricare: quā3 in annis centū perfecit cum filiis suis: in quo tempore filiis hoim pnīam predicabat: & futurū diluuiū predicebat. Cuius sermones hoies irridētes ad peiora se facinora cōuertebāt. ¶ Ergo cū Noe esset sexcentoꝝ annorū cū trib⁹ filiis suis & vxore sua ac trib⁹ vxoribus filiorum suorū: de mādato dei arcā ingressus est: & ex cūctis animantib⁹ mūdis septena: de animātibus ṽo immūdis bina ad semē cōseruandū sup terrā: dei volūtate ad Noe spōte veniētia in arcā intromissa sunt. Factaq3 est pluuia sup terrā quadraginta dieb⁹ & noctib⁹ cōtinue: et aque maris ad naturalē situm excrescentes: oēm terram occupauerūt: ita q3 etiā sup altissimos montes. xv. cubitis aqua sublimior fuit: & sic oēs hoies et animalia necauit: sordesq3 aeris quousq3 ascenderāt opera hoim expurgauit. Et vsq3 ad eūdem locum ignis iudicii dicitur ascensur⁹. Aque vero sic exaltate obtinuerunt terrā. cl. diebus ab ingressu Noe / & tunc paulatim ceperunt minui vsq3 ad mensem septimū quo requieuit arca super montes armenie. At vero Noe ad explorandum an adhuc terra appareret emisit coruum ex arca: qui occupatus ingluuie cadauerū repertorū non est reuersus ad eum. Emisit quoq3 columbam post ipsum: que prima quidem vice non inueniēs vbi requiesceret pes eius: reuersa est ad eū in arcam. Sed iterum post dies septem emissa ad vesperū reuertitur: portans ramū oliue virētibus foliis in ore suo. Quo signo Noe intellexit aquas super terrā cessasse: & iam arbores apparere. Ad cautelā tñ post septem dies alios / emisit tertio columbam: que vltra nō est reuersa ad eū: & tunc Noe cum eius familia & omnib⁹ animātibus de arca egressus est: eodē die quo fuerat ingressus: anno videlicet reuoluto. Tunc quoq3 etate prima terminata scđa incepta est. ¶ Egressus ergo Noe de arca & altari edificato: quasi pro pace & gratiarū actione obtulit sacrificium dño de cunctis animantibus mūdis offerens septimū: vt sic de septem in arcā intromissis sex remanētia: tria videlicet vtriusq3 sexus ad speciei multiplicationem sufficerēt: propter quā causam in dispari numero septē animātia de qualibet mūdorū speciē in arcā immissa fuerunt: & tunc dñs in Noe & eius filiis benedictionē quam prius Ade dederat: repetiuit: qui cōsistit in tribus: scz in filioꝝ multiplicatione: in ceterorū animantiū subiectione: & in ciborū concessione. Nam cū prima etate soli terre fructibus vescerentur: carniū esus scđe etatis hoibus cōcessus est. Et q2 diluuiū adhuc timebatur: & ꝓ hoc Noe instanter dñm precabat: pepigit deus cū eo securitatis fedus: in cuius signū posuit arcū pluuialē in nubibus: duos habentē colores principales in signū duorū iudiciorū: ceruleū scz exteri⁹ qui et aquosus est signū iudicii ꝑ aquā preteriti ne amplius timeatur: & rubeus interius qui & igne⁹ est signū iudicii per ignē futuri vt expectet. Post duos aūt annos Noe plantauit vineā labruscas vez naturales ꝑ cultū ad vsum vinee trahēs. Bibēsq3 vinū / & vim ei⁹ ignorās inebriatus est: & nudatus in tabernaculo dormiuit. Quem videns Chā eius filius medius irrisit. Sem vero et Japhet imposito humeris pallio: auersus vultib⁹ incedentes patris virilia operuerūt ꝓpter quod Noe ex vino euigilās Chā & filio ei⁹ ꝓ impudēti irrisione maledixit. Sem vero & Japhet ꝓ honesta verecūdia quā de eo habuerāt benedixit. Ab his trib⁹ filiis Noe disseminatū est omne genus hoim ex q̄b⁹ texunt. lxxii. generatiōes: q̄ postmodū in. lxxii. linguas diuise sunt: v3 de Sem. xxvii. de Chā. xxx. de Japhet. xv. vnde & xp̄s dñs sicut pri⁹. xii. aplos. xii. tribubus israel miserat. sic postmodū. lxxii. discipulos misit: qui totidē linguaꝝ gētibus euangeliū predicarēt. Ex his etiā Noe filiis adhuc ipso viuente iuxta philonem nati sunt quatuor milia & cētū viroꝝ: exceptis paruulis & mulierib⁹. Vixit Noe post diluuiū annos. cccl. v3 vsq3 ad. lviii. annū natiuitatis Abrahe & mortuus annorum. Dcccccl.

¶ De sancto Sem. Cap. xlvii.



Sem fili⁹ Noe primogenitus anno. ccccc. patris natus: vt dictum est: in cuius semine vnius veri dei cultus permansit: cum esset annorum. cii. genuit Arphaxath videlicet biennio post diluuium. Cui etiā nato annis. ccccc. sup uixit: videlicet vsq3 ad annos q̄nquaginta natiuitatis Jacob / & sic annis. dcii. impletis mortuus est. Hūc hebrei autumāt fuisse Melchisedech regē Salē: de q̄ dicet̄ infra post q̄nq̄gesimā & oēs ꝓgenitos a Noe vsq3 ad Aarō sacerdotes fuisse: q̄ in cōuiuiis & oblationib⁹ pplo bñdicebāt: & p̄mogenita recipiebant.

¶ De sancto Arphaxath. Cap. xlviii.



Arphaxath filius Sem anno etatis parentis. cii. genitus est: v3 anno etatis Noe. Dcch. Qui cum esset annorum. xxxv. genuit Salem quo nato superuixit annis. cccih. videl3 vsq3 ad ānos. xlviii. natiuitatis Abrahe. Et sic Arphaxath annorum. cccxxxviii. mortuus est.

¶ De sancto Sale. Cap. xlix.



Sale filius arphaxath anno etatis patris. xxxv. procreatus est vt superius continetur anno etatis Noe. Dcexxxii. Hic enim cum esset annorū. xxx. genuit Heber: quo nato superuixit annis. cccciii. videlicet vsq3 ad annos. xvi. natiuitatis Jacob. Et sic sale annorum. cccxxxiii. mortuus est.

¶ De sancto Heber. Capitulum. l.



Heber filius Sale etatis parētis āno. xxx. nat⁹ est vt dictū est āno scz etatis Noe. Dcclxvii. q̄ cū eēt ānoꝝ. xxxiiii. genuit Faleth quo nato supuixit ānis. cccc xxx. scz vsq3 ad annū. lxxix. natiuitatis Jacob. Et sic ꝓpletis ānis. cccclxiiii. mortu⁹ est. Ab hō Heber hebreoꝝ gen⁹ nomē accepit. Quidē ṽo dicūt ab Abrahā: vñ hebrei q̄si Abrahei dicti sunt.

¶ De sancto Faleth. Cap. li.



Faleth filius Heber etatis parētis āno. xxxiiii. ꝓgenitus ē vt superi⁹ est p̄missuz anno scz etatis Noe. Dccc i. q̄ cū eēt ānoꝝ. xxx. gēuit reu cui nato supuixit ānis. ccix. vsq3 ad annū. xlviii. natiuitatis Abrahe. Et sic īpletis annis. ccxxxix. mortu⁹ ē. Cui⁹ tp̄e edificata ē turris babel a nēroth p̄ncipe filioꝝ Cham / & aliis ex filiis Sē / & Japhet cōplicib⁹ eius. Ita q̄d in ipso edificio de vna quaq3 gñatione olim triū filioꝝ Noe: aliq̄ cōuenerāt. Et sic cū esset sola vna lingua hebrea in. lxxii. linguas humanus sermo diuisus est hebrea lingua in sola familia heber remanente: que in tali conspiratione nō fuit. Diuiseq3 sunt familie Noe in tribus partibus mundi: filii Sem asiam: filii Cham Aphricam: filii ṽo Japhet Europā regionē tenuerunt.

Cap. lij.

¶ De sancto Reu.



Reu qui ⁊ Ragau

filius Faleth etatis patris anno xxx. genitus vt dictū est anno videlicet Noe. Dcccxxxj. Cum esset annorum. xxxij. genuit saruch. Quo progenito superuixit annis. ccvij. videlicet vsqꝫ ad annum. lxxviij. natiuitatis Abrahe: sicqꝫ reu decursis ānis. ccxxxix. mortuus est.

¶ De sancto Saruch. Capi. liij.



Saruch fili⁹ Reu

natus est anno etatis patris. xxxij. vt dictum est videlicet anno etatis Noe Dccclxij. Qui cū esset annorum. xxx. genuit Nachor. Quo nato superuixit annis. cc. vcꝫ vsqꝫ ad annum vnū post natum Isaac. Et sic Saruch annorum. ccxxx. mortuus.

¶ De sancto Nachor. Capitu. liiij.



Nachor fili⁹ Saruch

natus est anno etatis patris xxx. vt dictum est videlicet anno etatis Noe. Dccclxij. Qui cum esset annorum. xxix. genuit Thare. Cuiqꝫ nato superuixit annis. cxix. videlicet vsqꝫ ad annos. xlix. natiuitatis Abrahe. Et sic Nachor annorum. cxlviij. mortuus est.

¶ De sancto Thare. Ca. lv.



Thare filius Nachor

etatis patris. xxix. nat⁹ est anno: vt superi⁹ dictū est anno vcꝫ Noe. Dccccxxj. Qui annorū. lxx. genuit tres filios: vcꝫ Abram qui ⁊ Abraham desquo suo loco dicet: Nachor atqꝫ arā. Post quorū natiuitatē supuixit annis. cxxv. vcꝫ vsqꝫ ad annos. lxxv. natiuitatis Isaac. Et sic Thare annorū. ccv. mortu⁹ est. Habitauit aūt Thare in ciuitate chaldee q̄ vocat̄ vr: vbi interfecto filio ei⁹ Arā a Chaldeis vt statim dicet̄. Thare molestie ferēs nec valēs sustinere iniurias q̄ sibi faciebant: eo quod ignem nollet colere quē chaldei colebāt: tulit omnem suam familiam filios videlicet ⁊ nepotes ⁊ egressus inde de terra natiuitatis sue habitauit peregrinus in mesopotamia in ciuitate que dicit̄ Arā siue charram: vbi ⁊ mortuus est.

De sancto Aram. Capi. lvj.



Aram fili⁹ Thare

⁊ frater Abrahe in terra chaldeorū genuit filiū noīe Loth ⁊ duas filias quarum vna vocata est Melcha et alia Sara. Cū aūt chaldei ignē adorarent ⁊ Abrahā atqꝫ Arā filios Thare ad colendū ignē cōpellerēt: illiqꝫ vtpote veri dei cultores recusarēt: proiecerūt eos chaldei in ignē. Et Aram ibi expirāte Abrahā dei auxilio de flāma liberat⁹ est: vt tradunt hebrei: vnde dicit̄. Ego sum qui te eduxi de vr chaldeorū: id est chaldei vr ignē appellabāt: vnde ⁊ Arā inter veteris testamenti martyres ascribit̄: quia pro veri dei cultus religione occisus est. Tunc Thare pater ei⁹ dedit Melcha filiā Aram in vxorē Nachor filio suo et Sarai alterā eiusdē filiā dedit in cōiugē Abre alteri filio suo. Et quia Sarai sterilis erat Abram adoptauit Loth filiū Aram fratris sui ⁊ fratrem Sarai in filium. Cum quibus oībus Thare egressus de terra chaldeorum habitauit in Arā vt superi⁹ dictū est. Hec oīa de libro geñ. a. c. xj. vsqꝫ ad. xij. ⁊ ex chronicis Josephi Hieronymi / ⁊ methodij atqꝫ ex historia scholastica colligūt.

¶ De sancto Geminiano epo. Capi. lvij.



Geminianus episcopus

nobilibus parētib⁹ mutine oriundus tēpore Jouiani imperatoris claruit. Qui ab annis puerilib⁹ literarū scientia eruditus sanctisqꝫ virtutibus insignit⁹: templū corporis sui xpo dño dedicauit clericaleqꝫ adept⁹ officiū: se totū dei seruitio subegit: donec gradatim ab epo Mutineñ. Antonio diaconatus ordinē promeruit. Post cuius transitum a populo in epm eligitur: ⁊ ex humilitate refugiēs ⁊ latitās: tandem repertus producitur: ⁊ instante patricio ac populo Mutineñ. ab archiepo Rauennate in epm consecratur. Reuersus ergo Geminianus ad vrbē propriā in sancta religione dño seruiebat: ⁊ cōmissum sibi gregē verbo ⁊ opere refouebat multisqꝫ miraculis corruscabat. Dum autē quadā nocte in ecclesia sancti Petri oraret: ⁊ necessitate naturali cōpulsus exiret: diabol⁹ eū terrere volēs sibi apparuit: quē sanct⁹ edito signo crucis effugauit. Cui demū in aere cōminatus est: qđ modum inueniret: vnde sibi molestiā ingereret. Post modicū tēporis filia imperatoris Jouiani apud Constātinopolim a demonio vexabatur: ⁊ clamāte immūdo spiritu p os puelle: nunqꝫ se egressurū de corpore illo: nisi p̄sente epo Geminiano. Quiquidē imperator hec audiens per nuncios vbiqꝫ reqri fecit cūqꝫ tādē citra mare adriaticū habitare appāruit. Ad quē imperatoris nūcij venīētes itineris cām exponūt: ⁊ vt ad filiā p̄ncipis liberādā venire dignet̄ instāter deposcūt. Quos sanct⁹ se vsqꝫ ad litt⁹ maris p̄ire mādauit: ⁊ ad vrbē veniens ciues suos in dño cōfortauit: eisqꝫ bñdicens abijt: ⁊ veniēs ad litt⁹ maris imperatoris nūcios se p̄stolātes inuenit. Ascēdētes ergo nauim: ⁊ Cōstātinopolim nauigātes: exorta subito tēpestate calida nauis cōquassatur: mare procellosum cunctis interitū cōminatur. Geminian⁹ vero dormitans a nautis excitatur. Qui surgēs orationē ad dñm fudit: moxqꝫ tempestatem sedauit: ⁊ vēto qꝫ flante prospero Constantinopolim vsqꝫ deuenit: ab imperatore honorifice susceptus filiam eius confestim a demonio liberauit: multosqꝫ languentes ab infirmitatibus diuersis curauit. Cui imperator textum euāgeliorū auro ornatū / ⁊ calicē gemmatū: ac pallium preciosum obtulit: ⁊ ipsi⁹ bñdictione p̄cepta magno illum cū honore ad propria remisit. Postqꝫ autē ad ecclesiā suā reuersus esset: ⁊ ab Athila hunorū rege Italia vastaretur: dū ad ciuitatē mutine Athila deuenisset: occurrit sibi epus: ⁊ ab eo quis esset interrogat⁹: se seruū dei forte professus est. Cui cū Athila respōdisset: se esse flagellum dei: qui seruos dei merito flagellaret: xps in xpo confisus: ⁊ ianuas ciuitatis huius aperiri iussit: offerēs se cū ei⁹ pplo paratum recipere: quicquid illi dñs facere permisisset. Qui ab vna porta vsqꝫ ad aliam per mediam ciuitatem transeuntes vti per campestria discurrerunt: talia deo cecitate percussi: vt sine alicuius lesione egrederentur vacui et confusi: vrbis quidem plateas ⁊ vicos percurrētes domos vero vel menia minime cōspiciētes. His ⁊ alijs clarus miraculis vir sanct⁹ ad dñm celesti voce vocatus infirmitate per dies plures corripitur: ⁊ ad extrema veniēs spiritus ei⁹ ab angelis in pace suscipitur. ¶ Dum igitur eius exequie celebrarentur: beatus Seuerus archiepus Rauēnas eadem hora missam celebrās: legente subdiacono epistolam in spiritu rapitur: ⁊ completa lectione post morā aliquam a ministris excitatur. Qui erectus ministros

se excitauerant redarguit: dicens se exequijs fratris ei⁹ Geminiani epi nuper defuncti interfuisse: et ei⁹ animā domino cōmendasse: ac corpus in tumulo collocasse: et cum benedictionem vellet dare populo excitatum fuisse. Qui diem notantes et horā mutinam miserūt: et omnia vt Seuerus dixerat ibidem re vera contigisse inuenerunt. ¶ Ad cuius tumulū multa miracula deus ostēdere dignatus est. Cui successit Theodolus quidā Ambrosij discipulus: qui supra sancti tumulum ecclesiam edificauit. Ad quā dum die eius anniuersarij festi Mutinen. populus cōuenisset: subito fluuio inūdante adeo aqua excreuit vt ciuitatem totā et domos occuparet: et vsq ad ecclesie superiores fenestras excresceret. Que tamen diuino miraculo per ianuas vel fenestras ecclesie minime introibat: sed quasi murus solidus in seipsam persistebat. Et cum populus siti affligeret inclusus ad ianuas venientes aquam hauriebant: et ea potum sumebant. Que hauriri quidē vt aqua poterat: sz defluere vt aqua nequibat. Quieuit autem sanctus in Christo. iij. kalend. Februarij.

¶ De sancto Mattheo episcopo. Capi. lviij.



Mattheus episcopus Hierosolymorū sanctissim⁹ fuit: de quo mira et plena fide gesta narrātur: qui multa pro xpo perpessus omniq vite sanctitate preclarus: vltimo in pace vitā finiuit. iij. kalā. Februarij. vt dicit Ado.

¶ De sancta Bathilde regina. Ca. lix.



Bathildis regina mater Lotharij imperatoris corbeie/ et calam monasteria construxit. Fuit autē de clara prosapia saxonū: vita et sanctitate conspicua. Hec die quadā de ciuitate egressa dum iuxta litt⁹ maris spaciaretur a trāsmarinis saracenis rapta et ad frīcie partes delata est. Et post aliquod tēpus ab hercanoaldo gubernatore palatij imperialis precio redempta: ab eodē in Franciā reducta est. Cum autem vxor hercanoaldi defuncta esset: et ille bathyldem in coniugem assumere vellet: illaq nubere recusaret: in despecto habitu occulte fugam arripuit: et aliquibus annis in eremo latitauit: processu vero temporis reperta et que esset agnitam a rege Francorum Dagoberto vxore carente ob elegantē eius pulchritudinem in sponsam deducta est. Que tpe oportunū cognoscens per manus genesij abbatis multas elemosynas latenter fecit/ et pestem simoniacam rege ad eius instantiā id agente de gallia extirpauit. Orta autē seditione inter Francorū reges rege Clodouco pp̄ter seditionē interfecto: ipsa in monasterio calam religionis habitū sumpsit: et multa humilitate deo seruire cepit. Nam sicut vna ex minimis feminis ipsi⁹ cenobij oblita gliositati hebdomadā suā in mēsa et coqna et ceterorū vilior ib⁹ officijs adimplebat. Ubi post laudabilia sanctitatis opera in pace quieuit. iij. kalendas Februarij.

¶ De sancto Hippolyto martyre. Capi. lx.



Hippolyt⁹ martyr: apud Antiochiā passus ē. Qui primo quidē nouati scismate erroneo aliquantulum decept⁹ extitit. Deinde Christi gratia operāte ad charitatē ecclie rediit. Pro qua et in qua tandē illustre martyriū cōsummauit. v. kalendas Februarij. Hec Hieronymus in martyrologio suo.

¶ De translatione sancti Marci euangeliste. Capi. lxj.



Translatio corporis sancti Marci de vrbe Alexandria ad ciuitatem Venetiarū facta est tempore Leonis imperatoris et Iustiniani venetorū ducis anno dñi. cccclxv. Nam postq̄ saraceni vniuersam egypti et Alexandriam inuasissent/ Leo imperator omnibus imperij fidelib⁹ iussit: vt null⁹ negocij causa ad terram egypti pertingeret. Quod Iustinianus dux sub pena vite et confiscatione bonorum a suis obseruari mandauit eodem tempore naues decem venetorum ad partes alias nauigantes flante cōtrario vento inuitis omnibus Alexandriā ducte sunt. In quibus erant plures venetorū nobiles. Inter quos erāt duo clarissimi. Bonus tribunus methemanchesis: et rusticus torcellensis. Hi duo deuotionis causa ecclesiā beati Marci in littore positā: vbi et ipsius corpus iacebat visitare ceperūt: et iam de eo quod postmodū cōtigit: diuinitus inspirati: cum staurātio monacho et theodoro presbytero ipsius ecclesie custodibus: speciales amicitias contraxerūt: et cum ambo ex grecorum essent genere: theodorum presbyterum vxorem habentē ac filios: bonus tribun⁹ sibi cōpatrem fecerat. In illis diebus regulus quidam saracenorum Babylonie palatium construens: tabulas marmoreas etiam de ecclesijs surreptas in suo edificio cōponebat pp̄ter quod multū Christiani: in partibus illis erāt afflicti. Potissime autem custodes ecclesie sancti Marci dubitantes ne ecclesie sue facerēt: quod alijs pluribus iam faciebat vnde occasione accepta nobiles veneti custodes illos iā sibi amicissimos secretius alloquuntur: persecutiones paganorū declinare suadētes vt corpus sancti Marci accipiant: secumq pergētes venetias muneribus et honorib⁹ ditādi instātius exhortātur. Quod illi quidē primotenus egre ferētes omnino facere denegarunt. Deinde vero super hmōi tractātes adinuicem paulatim ad cōsensum inclinari ceperūt. ¶ Interea cōtingit q custos cuiusdam ecclesie alexādrine tabulā marmoreā elegātē cōfregerat: ne a ministris illi⁹ reguli tolleret: pp̄ter qd ab eis vsq ad mortē fuerat flagellat⁹. Timētes ergo staurat⁹ et theodor⁹ pati similia: venetis assensū secreto colloqo p̄buerūt: et diē in q corp⁹ surripi debebat statuerūt. Quo adueniēte ecclesiā ingressi: sepulturā latēter aperiunt q erat marmorea habēs iclaustrat⁹ p latera p qs tabula desup erat inducta. Corp⁹ autem iacebat supinū clamyde serica circūdatū: habēs a capite vsq ad pedes sigilla iposita p loca qb⁹ ora clamydis desup iugebāt. Uertētes igit corp⁹ adorso sciderūt clamydē: vt salua singula remanerēt: et corp⁹ scte Claudie qd erat i pximo tumulatū: i loco bti Marci reposuerūt sibi mō supinū et clamyde circūdatū: vt si forte qs corp⁹ scti Marci sublatū diceret clamydis signa integra falsū eē ostēderēt. Tota aūt ciuitate nimia fragrātia odoris respsa: dubitātes aliq ne corp⁹ scti Marci ablatū eēt ad ecclesiā cōuenerūt: et apto tumulo corp⁹ inuolutū clamyde sigillis saluis viderūt: et corp⁹ scti Marci putātes ad p̄pria redierunt. Tollētes ergo corp⁹ veneti i sportā miserunt et ex folijs olerū opuerūt ac desup carnes porcinas posuerūt. Qd dū saraceni discutiētes vidissent porcinas carnes qs abominant: pstimātes cācurid ē porc⁹ exclamabāt: et expuētes elōgabant. Veneti ergo veneti ad nauē abscōderūt corp⁹ in vānis velorū ne si naui scrutarent ab alexādrinis inueniret. ¶ Die ergo statuta recesserūt. Et staurat⁹ quidē monachus occulte cum illis abscessit. Theodor⁹ vero pbyter timēs plebē in littore stantē remāsit: habēs iam oīa sua naui imposita: et qb⁹ et venit quidam dominicus monachus comaclēs. qui terram sanctam

sanctam lustratus repatriabat. Recedentes autem ab alexandria: corpus de vesis ablatum in nauis solario accensis luminaribus honorifice collocarunt. ¶ Cum die quadam naues omnes vento prospero ducerentur: nauite nauis in qua corpus iacebat ceteris que socta fuerant aliarum nauium enarrarent: quidam ex altera naui irridens dicebat quod forte alicuius egypcij corpus eis traditum fuerat: quod illi sancti Marci asserebant: confestimq; nauis vbi erat corpus euāgeliste tanta celeritate se vertit quanta nullus hoim eam vertere potuisset: insurgēsq; aduersus nauem in qua vir ille erat: partem lateris eius fregit: nec inde discessit donec omnes confiterentur beatū Marci ibidem iacere. Et dum quidam ex nautis nauis dei Marci obstinatus: corpus ibidē sacrū iacere negaret: a diabolo obsessus: tādiu vexatur quādiu beati euangeliste corp' confitens: et penitens: eius meritis liberatur. Deinde cū nocte quadam tēpestas adesset: nauesq; velificātes velocissime ducerentur nauteq; nescirent quo pergerēt beatus Marcus dominico monacho in somnis apparuit eiq; iussit vt diceret nautis quatenus velociter vela deponerēt: quoniā terra non longe esset. Qui cum iussa narrasset: velis depositis: facta aurora apparuit insula scroalis: cūctisq; beato euāgeliste gratias agūt: Et cum illi factum pro viribus occultarent: quocūq; perueniebant ciuitatum et locorū populi eisdem occurrebāt decētes sibi reuelatū a domino quod corpus sancti Marci deferrent: et adorato corpore munera offerebant. Venientes itaq; ad bumachum ciuitatē hystrie Justiniano duci: omnia gesta intimarunt: offerentes sibi corpus sanctissimum si eis indulgere vellet: eo qd inuiti transgressi fuerant eius mandatum. Quibus dux clementer remisit: et vt filios cum honore suscepit. Et cum viso episcopo et populo ad portū nauibus occurrit: corpusq; sanctum digna veneratione suscepit: et donec ecclesia fabricaretur ipsum in proprio palatio collocauit. Dum aūt corpus p scalas portaret palatij: aliquādo a gestātib' sentiebat on' grauissimū et importabile: aliquando vero agillimum atq; leue. Ordinauit autem dux clericos et cantores qui corpus sanctū cōtinue custodirent: et diuinis laudibus honorarent. Inter quos staurarius monachus prim' erat. Sequēti vero anno theodorus presbyter venetias venit: et digne honorat' fuit. Cū aūt Justinianus dux ecclesiā beato euāgeliste fabricare disponeret morte preuētus est. Quod germanus eius Joannes ducatū suscipiens deuote adimplere curauit: cōstructaq; soleni ecclesia cor



pus sacrū ibidē digna veneratione recōdidit. Cui' trāslatio celebratur scdo kalēd. Februarij: quo die corp' sanctū venetias delatum peruenit.

¶ De sancto Metrano martyre. Ca. lxij.

Metranus martyr apud alexādriā passus est. Qui nolente impia verba proferre ad iussionē paganorū omne corp' ei' fustib' colliserūt vultūq; ipsi' et oculos acutis calamis terebrātes extra vrbē cū cruciatib' expulerūt. Ibiq; spiritu qui in eo supererat lapidibus



eiecerunt. ij. kalend. Februarij: hec Hieronym' in martylogio suo.

¶ De sctō Cyro/ et Joāne martyribus Cap. lxiij.

Cyrus et Joannes martyres Rome martyriū passi sūt. Quo tamē tempore aut sub quo iudice: seu quib' tormētis affliciti fuerint: aut exanimati in martylogio nō exprimit: nec alicubi scriptū inuenit: nisi quod ecclesia Romana eorum festum. ij. kalen. Februarij: recolit et in kalendarijs ascribit.

¶ De sancto Ignatio episcopo et martyre. Cap. lxiiij.



Ignatius episcopus Antiochenus et martyr discipulus Joannis euāgeliste fuit. q tertius post beatū Petrum apostolū Antiochie pōtificatū tenuit. Hic beate virgini valde dilectus: eidē adhuc in carne existēti deuotā epistolā scripsit: et ab ea rñsionē eius sanctis manibus scriptā obtinuit. Hic vt in tripartita legit: audiuit angelos cātātes antiphonas sup mōtem quēdā. Et extunc instituit antiphonas in ecclesia decantari: et psalmos secundum antiphonas intonari. Cum autem pro pace ecclesie exoraret: non suum sed infirmorum periculum metuens Troiano imperatori de victoria redeunti et xpianis mortē cōminanti occurrit: et libere se Christianū esse dixit. Quem traian' ferro vinctū decem militibus tradidit: et Romam adduci precepit: comminatus eidem quod traderetur bestijs deuorandus. Qui ad omnes ecclesias epistolas destinabat: et eos in fide xpi confortabat. Cum autem Romam adductus fuisset: et dudum a Troiano suasus dijs sacrificare renuisset: plumbatis primo in scapulis durissime ceditur: deinde vngulis lateribus laniatur: et duris lapidibus eius vulnera confricātur. Et cum in his omnibus immobilis permansisset: fecit eum imperator nudis pedibus super accensos carbones ambulare. Et cum illesus extitisset: et hec traianus arti magice deputaret: dorsum eius iussit vncinis ferreis lacerari vsq; ad ossium denudationem: deinde plagas eius sale perfundi. Sicq; dudum cruciatum et patientissime supplicia tolerantem vinculis ferreis in cippo fecit alligari: et in imo carceris tenebrosi fame et siti per triduum cruciari: et post triduum decreuit deuorandum bestijs subijci. Tertia igitur die imperator et senatus omnisq; populus conuenerunt videre episcopum Antiochenum cum bestijs pugnaturum. Cui imperator expositos duos leones ferocissimos laxari precepit. Quos ille prouocabat vt ad se deuorandum accederent: mirantibus cunctis et ipso imperatore constantiam viri. Accurrentes ergo duo seui leones ipsum tantummodo prefocauerunt: carnes aūt ei' ipsius famelici nullatenus tetigerunt. Traianus autem hoc videns admiratus discessit: precipiens vt non prohiberetur: si quis vellet tollere corpus eius. Quod christiani auferentes honorifice condiderunt. Cum autem Traianus quasdam literas a prefecto orientis recepisset: in quibus christianos quos imperator occidi iusserat plurimum commēdabat: doluit de his que Ignatio intulerat: et precepit vt nullus christianus de cetero inquireretur: si quis tamen occurreret puniretur. Legitur quoq; cum beatus Ignatius inter tot tormenta nunq̄ ab inuocatione nominis Jesu christi cessaret: et tortores requirerent: cur hoc nomen toties repliceret. Respondit ipsum nomen se cordi inscriptum haberet: et ideo ab ei' inuocatione cessare non posse. Post cuius mortem quidam qui hoc audierant curiosius experiri volentes cor eius a corpore euellunt: et illud scindēt: ea per mediū literis aureis scriptum inuenerūt: Jesus xps: quo viso miraculo plurimi crediderunt. Passio est autem kal. Februarij. xj. traiani anno. Hic quatuor scripsit epistolas in fide exhortatorias. Ad ephesios primā. Ad magnesianos scdam. Ad traosi. tertiā: Ad romanos quartā. Quas scripsit apud smyrnā dum Romā vsq' duceret. Inde discedēs scripsit ad philadelphenos aliā et vltimā ad smyrneos: et specialiter ad polycarpū smyrne epm: vbi de resurrectione dñi elegās phibet testimoniū. Hec Hieronymus de viris illustribus.

¶ De sancto Seuero episcopo. Cap. lxv.



Seuerus episcop9

Rauenne ciuitatis decimustertius a sancto Apollinare claruit: qui ex eadem ciuitate obscure natus pauperem vitam labore manuum deducēs cum vxore Uincentia et filia innocētia lanificij opere sumptus quotidianos carpebat. Cum autem ex consuetudine omnes episcopi Rauennates per columbam celestem ad sacerdotium eligerentur: et iam .xij. post sanctum Apollinarem eo modo electi fuissent: et ad tantum miraculum multi confluerent: contigit Rauennatem ecclesiam pastore proprio viduari. Et cum multi episcoporum finitimi conuenirent ad orationem non ad electionem faciendam: multitudoque populi: vt dictum est ad hoc concurrisset: Seuerus vxori licentiam petijt ad ecclesiam eundi: et columbe miraculum spectandi: vxor vero ipsum redarguens: respondebat quod talis visio ad eum non pertinebat: sed potius ad laborē sederet et ocio non vacaret: Siue enim iret siue non iret: ipsum episcopum non eligerent. Cum autem Seuerus importune instaret: vincentia quasi ironice eidem vt iret prophetauit: quia qua hora illud perueniret: episcopus fieret. Ueniens ergo Seuerus ad ecclesiam et sordidis indutus inter ceteros apparere non audens: post valuas ecclesie latitabat: et columbe aduentum cum ceteris expectabat. Que oratiōe episcoporum completa per fenestram solitam ingrediens: et ecclesiam circumuolans super caput Seueri latitantis resedit. Qui dum territus eam a se repelleret et illa iterum dudum per aera volitasset iterum ad seuerum rediit et in eius vertice resedit ac requieuit. Qui statim ab episcopis et populo: electus omnis renitens in cathedra collocatur et episcopus consecratur. Et dum esset idiota et litterarum ignarus: diuina inspiratione exēplo apostolorum sacris literis repente imbutus: non solum diuina misteria et pontificis officia exercebat sed etiam predicator factus: populum suum salutifero sermone docebat. Adeo vt cunctis in miraculū procederet quod lanifex et idiota: tā subita mutatione doctor eximius factus esset. Qui vite sue sanctitate multis exemplo proficiebat: et plurimis miraculis coruscabat. ¶ Hic per spiritum raptus dum missam celebraret: exequijs sancti gem. niani episcopi mutinen. interfuit eiusque corpus more pontificū tumulauit: et rediens ad corpus missas cōpleuit: vt dictū est plenius superius in legenda sancti Geminiani .iij. kal. Februarij. ¶ Hic etiam sanctū heracleanum pisauriē. episcopum enutriuit et ad pōtificatū ipsius vrbis promouit vxorem quoque eius vincentiam defunctam in proprio tumulo sepeliuit. Post aliquod tps: dum filia eius innocentia virgo diem impleuisset extremum et eidē seuerus exequias celebrasset: corpusque filie iuxta matrem ponere decreuisset: aperto sepulchro apparuit locus in tantum exiguus quod corpus filie ibidem nullatenus poterat collocari. Tūc episcopus ad locum accessit et vxori vt locū daret filie mandauit. Et continuo corpus vincentie quod erat supinum in latus secessit et innocentie filie locum dimisit. Que ibidem cunctis stupentibus iuxta matrem deposita est. ¶ Cum autem seuerus iam senio confectus obitum suum sibi a domino reuelatum presciuisset populum ad ecclesiam conuocauit: et diuinis mysterijs celebratis glorioso sermone plebem suam in domino confortauit. Et deinde sibi sepulchrum coniugis et filie aperiri fecit. Ac inter duo ipsa corpora se medium ponens cunctisque vale faciens inter verba oratiōis in xpo feliciter obdormiuit kalē. Februarij. vbi clauso mausoleo sepultus iacet: miraculis et virtutibus pollens ecclesia processu tēporis eius nomini dedicata.

¶ De scō Seuero p̄sbytero et martyre. Ca. lxvj.



Seuer9 presbyter

et martyr Rauenne ortus et nutritus ab infantia deum timens miraculis clarere cepit. Inter que euryclum .ciiij. annorum decrepitum senio visu priuatum illuminauit: veniens autem ad vrbem romam adhuc iuuenis in valle interocrina ecclesiam in honore dei genitricis edificauit. In qua et presbyter ordinatus deo multis annis deuote seruiuit: et pauperib9 sedule ministrauit. ¶ Cum autem quidam paterfamilias in extremis laborans cum ad se vocari fecisset vt sibi confiteretur et ille in putanda vinea laboraret: nunciisque vt se antecederēt rn̄disset et post hec aliquantulū venire distulisset veniēs ad egrotū reperit iā eū esse defunctū. Quod ille cernēs cōtremuit magnisque vocibus se interfectorē illius clamare cepit. Cūque vehementissime iuxta corp9 defleret: et in terrā caput cōsideret: repēte q̄ defunct9 fuerat alam recepit. Et admirātib9 cūctis vbi fuerit: vel quomodo reuixerit interrogatur. Qui rn̄dit quod a teterrimis hominib9 flāmas narib9 et ore vomētib9 per loca obscura ducebatur: sed a pulcherrimis iuuenibus eisdē teterris occurrentib9 ereptus est qui dixerit quod oportebat eum ad corpus reduci: qui cum dn̄s seueri lachrymis cōdonasset. Cui sanctus presbyter pn̄iam salutarē imposuit: et ipsa peracta vir ille post dies .vij. iterum obdormiuit. Hec Gregorius primo dialo. c. vii. Post hec maximianus imperator audita fama seueri eum comprehendi fecit: et sacrificare nolentem in predicta valle decollari mandauit. Cuius animam duo angeli in specie columbarum visi sunt ad celum deferre. Corpus autem eius apud vrbem veterem conditum est: passus est autem kalen. Februarij.

¶ De sancto Seuero p̄sbytero et confessore. Cap. lxvij.



Seuerus presbyter

et confessor cognomento sulpitius prouincie aquitanie vir genere et literatura nobilis epistolas ad dei amorem et mundi contemptus exhortatorias scripsi sorori sue multas: que nocte sibi esse dicuntur. Ad paulinum nolanum episcopum scripsit duas: sed ad alios plurimos que non vulgantur: quia familiaris necessitatis rē cōtinent. Chronicam etiam composuisse dicitur. Beati martini vitā signis et miraculis illustrem exarauit. Post humani et galli collationem ante se habitam et dialogorum libros .iij. Fuit autem discipulus beati martini cuiusque sanctarum operum imitator sub maiore theodosio. Quieuit cum pace in domino. Hec gennadius de viris illustribus.

¶ De sancto Pionio martyre. Cap. lxviij.



Pionius Martyr

vt habetur .iiij. libro ecclesiastice historie. tempore Antonini imperatoris: inter ceteros qui veri martyres extiterunt famosissimus fertur: quē docēs et exhortans pplm et in ipsis tribunalib9 disputās eos q̄ in psecutione titubabāt viriliter hortans: post squalorē carceris vbi etiā multos fratrū ad tolerātiā martyrij suis exhortationibus roborauit cruciatibus multis vexatus est: deinde clauis cōfixus et candēti rogo superposit9 beatū finē vite sortit9 est. Cum quo et alij .xv. simili pena passi sunt kalē. Februarij.

¶ De sancta Brigida virgine. Cap. lxix.



Brigida v̄go claruit apud scotiā tēpore primi iustini imperatoris. Que xpianis ⁊ claris parentibus orta a puericia sanctitatis operib⁹ dedita etiā miraculorū glia coruscauit. Hec dum a matre mitteretur ad butyrū ex lacte vaccarum cōgregādum prout ⁊ alie puelle a parētib⁹ mittebant̄: illa totū qd collegerat pauperib⁹ erogasset: tēpore exquisito super oēs alias iuuēculas cooperarias suas butyrū apportauit. ¶ Dū aūt eam parētes nuptui tradere vellēt ipsa pudiciā elegisset: postq̄ in manibus epi corā deo virginitatē pfessa est: lignū altaris tetigit: qd i testimonium ei⁹ sanctitatis statim viride factū est sic manēs vsq3 in presens. Quo viso miraculo stupefacti parētes eā dn̄o cōmendarunt. ¶ Cum autē die quadā messores eius segetes in agro colligerēt: ⁊ pluuia maxima erūperet: a messoribus suis imbrē sedauit: circunstātibusq3 agris pluuia madefactis sola hui⁹ area sicca permāsit. ¶ Die quadā cū oues pasceret imbre cadente pannis perfusa domū redijt. Et vestes madefactas super solis radius qui rimas intrabat siccādas extēdit: q̄ quasi in solida pertica diuinitus permāserūt. ¶ Aquā in ceruisiā ⁊ lapidē in salem cōuertit: ⁊ a natiuitate cecū illuminauit. ¶ Aprū inueniens qui ad oues comedendas venerat: in xpi noīe adeo māsuē fecit: vt cū ouib⁹ ppetuo quasi aries moraretur: cum eis deinceps ad pastū egrediēs domumq3 ipsas vti custos reducēs. ¶ Dū nouē viri in mortē cōspirassent et eos virgo xpi ab intēto pessimo reuocare nō posset: orauit ad dominū vt nequam illorū voto resisteret. Egressis aūt illis apparuit imago quedam quasi illius hominis occidendi: quam illi gladijs percutientes hominemq3 peremisse putantes leti reuersi sunt. Sed dum quod illis contigerat cognouerunt cōpuncti ad pedes virginis prociderunt: ⁊ penitē‌tiā egerunt. Sicq3 sancta virgo multis clarens virtutibus quieuit in pace kalē. Februarij.

¶ De sancto Effron diacono. Capi. lx.




Effron Edessene ecclesie diaconus doctor eximius eremiticā vitā ducēs nulla necessitate de cella discessit lectionis ⁊ scripture atq3 orationi semper intent⁹ qui ad se veniētes salutari doctrina reficiebat: ⁊ libros ⁊ opuscula Syro sermone conscribebat. ¶ Hic est q̄ Basiliū cesariensem epm in figura columne ignis conspexit: ⁊ ad eodē vt grece loqueretur: sibi a domino vt impetraret obtinuit: vt habetur supra in vita sancti Basilij kalēdas ianuarij. ¶ Tempore quodam dum fames grauissima in omnem terram seuiret: ipse pauperum misertus alias nunq̄ egressus de cella exijt. Et ad ciuitatē venit: diuitib⁹ pdicās vt indigētib⁹ subuenirēt: multasq3 pecunias a diuitib⁹ suscepit inter lopes dispergēdas. Quos in porticibus congregauit: ⁊ pecunias eisdē fideliter erogauit. ¶ Factaq3 vbertate ad cellam rediit: in qua post vnum mensem in domino requieuit kalend. Februarij: tempore valentis imperatoris. Sepult⁹ vsq3 iacet in ecclesia edessena. Hic multa syro sermone conscripsit: que publice in quibusdam ecclesijs scripta leguntur. Extat liber de spiritu sancto: quem de syra lingua vertit in grecam. Hunc beatus hieronymus legisse se dicit: ⁊ acumē ingenij illius etiam in translatione notasse. Hec ille in libro de viris illustribus.

¶ De sancto Paulo episcopo. Capi. lxj.



Paulus Episcopus trecassinus fuit: cuius vita virtutibus claruit / et mors preciosa miraculis celeberrimis commendatur. Qui: ⁊ in christo domino diē clausit extremum kalēdas Februarij / vt dicit Ado.

¶ De purificatione beate Marie virginis. Capi. lxij.



Purificatio Beate marie semper virginis quadragesimo die a natiuitate dn̄i facta est vel quarto noū. Februarij. Preceperat eni lex Leuit. duodecimo. Ut mulier q̄ suscepto semine filiū peperisset: immūda eēt septē dieb⁹: scz a cōsortio hominū q̄b⁹ cōpletis mūda quidā efficiebat̄ quo ad cōsortiū hoim sz adhuc trigita trib⁹ dieb⁹ immūda erat quo ad tēpli ingressum. Tādē quadragesimo die tēpliū intrabat: ⁊ puerum cū munerib⁹ offerebat. Si vero feminā peperit duplicabant̄ dies: ⁊ quo ad hominū cōsortiū: ⁊ quo ad tēpli ingressū. Hoc aūt idcirco de⁹ pcepit: vt sicut. xl. die a cōceptiōe aīa i suo tēplo corpori maris īfundit̄: ⁊ carnis admixtione maculat̄: sic puer q̄dragesimo die tēpliū materiale īducat̄: tēpliūq3 igrediēs p hostias ab ipa carnis macula expiaret̄. ¶ Uel moralr̄ loquēdo: vt p hoc det̄ itelligi. q̄ illi tēpliū celeste itrare merent̄: q̄ pcepta decalogi cū fide q̄tuor euāgeliorū obsuare nitunt̄. ¶ In pariēte vero feminā dies duplicāt̄ q̄ ad tēpli igressū: sicut duplicant̄ q̄ ad corporis formationē. Nā sicut q̄dragita dieb⁹ corpus masculi organizat̄ ⁊ pficit̄: ⁊ i q̄dragesimo aīa īfūdit̄ sic corp⁹ femīe i octuagesimo. ¶ Appellat̄ aūt h̄ festū triplici noīe: scz purificatio: hypopāti: ⁊ cādelaria. Primo eni purificatio d̄: ex eo qd q̄dragesimo die natiuitatis dn̄i btā virgo ad tēpliū venit: vt scdz legis ꝯsuetudinē mūdaret̄: cū tn̄ sub illa lege n̄ teneret̄: q2 n̄ peperit suscepto semie: sz mystico spiramie. Unn̄ Moyses addit suscepto semie: ⁊ cū tn̄ nō eēt necesse quātū ad oēs mulīeres: q̄ suscepto semie ꝑiūt: sz id addidit (vt d̄t Bernard⁹) q̄ timuit i matrē dn̄i blasphemiā irrogare. ¶ Uoluit eni i h̄ se legi subdere pp q̄tuor rōes. Prima rō ē vt daret hūilitatis exēplū. Nā talis hūilitas nō solū fuit ex pte m̄ris: sz et ex pte filij: q̄ in natiuitate habuit se vt paup hō: in circūcisione vt paup ⁊ pctōr hō: sz i purificatiōe vt paup ⁊ pctōr ⁊ seru⁹ hō: vt paup i eo q̄ pauperū oblationem elegit: vt pctōr i eo q̄ ipse cū matre purgari voluit: vt seru⁹ i eo q̄ redimi decreuit. Sicut et post⁹ voluerat circūcidi: ⁊ postmodū voluit baptizari nō pp culpā purgādā: sz pp ei⁹ hūilitatē maximā ostēdēdā. Unn̄ Bernard⁹. Uere btā v̄go nō ē tibi op⁹ purificatiōe: sz nūqd filio tuo op⁹ erat circūcisiōe: Esto iter mulieres tāq̄ vna illarū: sicut ⁊ filī⁹ tu⁹ in medio puerorū sicut vn⁹ illorū. ¶ Secūda rō est: vt legem impleret. Non enim venerat dn̄s legem soluere: sed adimplere. Quā si soluisset / iudei ipsum merito repulissent: tanq̄ dissimilem patribus: ⁊ legis traditiones minime obseruantem. Triplici aūt legi se xps ⁊ matrem hodie subiecit. ¶ Primo legi purificationes in significationē virtutis: vt postq̄ omnia bene fecerimus: dicamus serui inutiles sumus. ¶ Secundo legi redemptionis ad exemplū humilitatis. ¶ Tertio legi oblationis ad exemplum paupertatis. ¶ Tertia ratio est: vt legem purificationis terminaret. Sicut enim adueniente luce cessat tenebra: ⁊ adueniēte sole recedit vmbra: sic adueniente purificatione vera: terminata est purificatio typica que purificatio vera xps est. ¶ Quarta ratio est: vt nos spūaliter purificandos instrueret. Debemus enim purificari dn̄i templū ingredientes: peccata nostra oblationibus ⁊ elemosynis redimētes gemitus columbarum pro peccatis emittentes: ⁊ sue‑

rum pudicitiam habētes. ¶ Veniens aūt beata Maria ad templū filiū suum obtulit et cū quinqꝫ siclis redemit. Nam quedam primogenita redimebātur sicut primogenita duodecim tribuum que redimebantur: ꝗ adulti in tēplo dño seruiebāt: ꝛ sicut primogenita mūdorum animaliū que in sacrificio offerebantur. Quedam cōmutabantur vt primogenita asini que cōmutabantur oue. Quedam occidebantur: vt primogenita canis. Cū ergo xp̄s fuerit de tribu iuda patet ꝙ debuit redimi. Obtulerunt etiam pro eo dño par turturum aut duos pullos columbarū. Hec enī erat oblatio pauperū: sed agnus oblatio diuitum. Et nota tres oblationes de dño factas. Prima est de ipso a parentibus. Secunda de ipso ꝛ de auibus. Tertiā fecit ipse in cruce pro omnibus. Prima ostendit eius humilitatem: q: dñs legis se legi subiecit. Secunda eius paupertatē: q: pauperū oblationē elegit. Tertia eius charitatem: q: se pro peccatoribus tradidit. In turture aūt significatur pulchritudo castimonie. In columba amaritudo penitentie. ¶ Secundo hoc festū dicit̄ hypopanti: qđ idē est qđ obuiatio: q: Symeon/ꝛ Anna obuiauerūt dño cum ad templū deferretur: ꝛ dicitur ab hypo qđ est ire: ꝛ anti quod est cōtra. Tunc autem accepit eū Symeō i vlnas suas. Et attēde de Christo mirabilem exinanitionē factā: vt ille ꝗ ē ipēdor glorie ꝛ figura substātie dei: cecorū ac via se ab hoib⁹ duci sinat: vt scꝫ ille qui est portās oīa verbo virtutis sue in vlnis senis se recepit ꝛ portari pmitteret: ꝗ tn̄ se portātem baiulabat: iuxta illud. Senex puerū portabat: puer aūt senē regebat. Et etiā ille qui est purgationē peccatorum faciens: hodie se vt peccatorem purificari non recusat. ¶ Tūc ait Symeō bñdixit ei dicēs. Nūc dimittis seruum tuū dñe secundū verbū tc. Et appellat eū tribus nominib⁹: scꝫ salutare: lumen: ꝛ gloriā plebis israel. Et hoc triplici ratiōe. ¶ Primo ꝑpter nostrā iustificationē: vt dicat̄ salutare remittēdo culpā: lumē dando gratiā: gloria plebis sue dando gloriā. Est enim sal⁹: q: redemptor: lumē: q: doctor: gloria: q: remunerator. ¶ Secundo ꝑpter hui⁹ festi triplicē denominationē: nā dicitur purificatio quo ad purgationē culpe: ꝑpter qđ dicitur salutare. Dicitur candelaria quo ad illuminationē gratie: ꝑpter qđ dicit̄ lumē. Dicitur hypopanti quo ad collationem glorie: propter qđ dicitur gloriam plebis sue: In collatione enim glorie occurremus obuiā xp̄o in aera: ꝛ sic semper cū domino erimus. ¶ Tertio ꝑpter triplicis diuini aduēt⁹ operationē: venit enī primo dei filius in carne ad holen saluādo: ꝛ ideo dicit̄ salutare. Venit secundo spiritussanct⁹ in igne ad apostolos illuminandos: ꝛ ideo dicit̄ lumē. Veniet tertio xp̄s in maiestatis sede ad electos glorificādos: ꝛ ideo dicit̄ gloriā plebis sue. ¶ Tertio hoc festū dicit̄ cādelaria: ex eo qđ cādele accēse in manib⁹ portant̄: qđ ecclesia ordinauit fieri triplici ratiōe. Primo enī ꝑpter remouēdā erroneam superstitionem. ¶ Romani enim olim in kalendis Februarii ad honorē februe matris martis vrbem de quinto in quintū annū cū cereis ꝛ facib⁹ tota nocte illustrabāt: vt fili⁹ su⁹ bellis eis victoriā de inimicis cōcederet: ꝛ ad illud spaciū dicebat̄ lustrū. Mēse etiam februario sacrificabāt februo id est plutoni deo inferorū ꝛ ceteris inferis: ꝛ hoc pro animab⁹ suorū antecessorū. Et vt propiciarent̄ eorū solēnes hostias eis offerebāt: ꝛ tota nocte cū cereis ꝛ facib⁹ vigilabāt. Et q: difficile est cōsueta dimittere: xp̄iani de gētib⁹ ad fidē cōuersi difficile hāc paganorū consuetudinē dimittere poterant. Ideoqꝫ Sergi⁹ papa hāc cōsuetudinē in melius cōmutauit: vt scilicet xp̄iani ad honorē matris dñi omni anno ecclesias cum cereis benedictis illustrādo circuirēt vt solēnitate stante intētio mutaret̄. ¶ Secundo ꝑpter ostendēdā virginis sanctificationē: ne crederet̄ ipsam purificatiōe indiguisse: vt ergo ostendat̄ ꝙ tota fuit luminosa ꝛ splēdida: ideo luminosos cereos deferēdos ordinauit ecclesia. Ac si dicat: Adeo nāqꝫ sanctitate resplēduit ꝙ nō solum aliqđ ad peccatū inclinatiuū in ea nō fuit: sꝫ etiā virtus eius sanctitatis ad alios se extendit. Ita ꝙ etiam i aliis mot⁹ carnalis concupiscentie extinxit: vnde dicitur iudei ꝙ cū Maria pulcherrima fuerit: a nullo tamē vnqꝫ potuit cōcupisci. ¶ Tertio ꝑpter mysticā significationē ꝛ in capite ꝛ i mēbris. In capite enī cādela accēsa Christū significat. ¶ In cereo nāqꝫ tria sunt ꝗ denotāt tria ꝗ in xp̄o fuerūt. Nā cera quā apes gignūt sine cōmixtiōe significat carnē xp̄i natā de virgine sine corruptiōe. Lichnium i cera latēs significat animā cādidissimā i carne latētē. Ignis vo siue lumē significat diuinitatē: q: de⁹ noster ignis ꝯsumēs est. ¶ In mēbris vo q: p hoc instruimur: qūo corā deo purificari debem⁹: vt. s. habeam⁹ fidē verā: actionē bonā ꝛ itētionē rectā. Nā cādela accēsa ē fides itegra cū opatiōe bona: q: sicut cera sine lumine mortua ē: sic ꝛ fides sine opib⁹ mortua ē. Lychniū aūt i cera occultatū ē intētio recta i ope latēs: vn̄ Gregori⁹: sic sit fides i publico: vt recta intētio maneat i occulto.

¶ De scō Cornelio epo cēturione.
Capi.lxxiii.



Cornelius centurio epo beati petri apli discipulus et in baptismate filius fuit. Hic vt dicitur Actuum.x. Cum esset Cesaream centurio prime cohortis que dicitur Italica vir religiosus et timens deum cū omni domo sua faciēs elemosynas multas et orationi insistens licet adhuc gētilis: media die vidit manifeste angelum dei dicentem sibi: qualiter eius elemosyne ꝛ orationes ad deū ascenderant: propter quod de⁹ ipsum saluari decreuerat mandās vt simonem Petrū ad se accerseret: qui ioppe apud symonē coriarium hospitabat̄ qui eum viā veritatis edoceret. Qui cōfestim nuncios ad Petrū misit. Eadēqꝫ hora qua illi ad hospitiū Petri peruenerāt: dū Petrus in superiora domus circa horā sextam oraret in extasi raptus vidit lintheū quatuor finibus de celo missum cunctis animantibus plenum voce ad eum delapsa vt ex ipsis occideret ꝛ manducaret. Qui cum nullatenus se immunda posse comedere diceret: audiuit secundo que deus purificauerat minime immunda reputanda. Cumqꝫ descēdens a nunciis causam itineris audisset: ꝛ visionem intellexisset ꝙ etiam deus gentilitatem immundam ad fidem susciperet: diuinitus admonitus cum illis accessit: quem cornelius deuote suscepit: ꝛ coram vtereqꝫ mutuo suam visionem exposuit. Cum autem Petrus coram centurione ꝛ eius attinentibus ꝛ amicis ibidem cōgregatis christum predicaret: spiritussanctus super illos nondum baptizatos descendit: ꝛ ceperunt loqui linguis et magnificare christum. Quos omnes beatus apostolus baptizauit. Deinde cornelius militie abrenuncians discipulus apostolorum efficitur: et ab eisdem episcopus Cesaree ordinatur. Qui apud eandem vrbem officio predicationis fideliter peracto sanctitate conspicuus ad Christum migrauit. Ibiqꝫ sepultus quieuit.iiii.nonas Februarii.

¶ De sancto Aproniano martyre. Capi.lxxiiii.



Apronianus martyr passus est rome sub maximiano imperatore et Laodicio prefecto: cum enim Laodicius sisinnium diaconem in carcere diebus.xvii. detinuisset: vt dictū est in passiōe saturnini.iii.kal. Decembris/ꝛ post hec prefectus eum sibi presentari iussisset: eum Apronianus qui erat commentariēsis sisinnium de carcere eduxisset: subito lux de celo facta est ꝛ vox de luce exiuit dicens

coro venite

cēo:venite benedicti patris mei ⁊c. Quod Sympronianus videns credidit:⁊ ad pedes sisinnij procidit baptismuz petens. Quem sisinnius mox vnda sacra perfudit:⁊ ad Marcellū papā deduxit:qui ipsum sacro chrismate deliniuit ⁊ cōmunicauit:venitq̄ cū sisinnio ad prefectū. Quē cū de crudelitate qua in xp̄ianos seuiebat argueret ⁊ se xp̄ianū assereret:iubente prefecto via salaria miliario scd̄o ductus ibiq̄ capite truncatus est:⁊ a Joāne presbytero in ipso loco sepult⁹ q̄rto nonas Februarij.

¶ De sctis septē mulierib⁹ martyrib⁹. Cap. lxv.



Septem sctē mulieres martyres que in passione sancti Blasij legūtur apud sebastem ciuitatē passe sunt sub agricolao presideq̄ ab eodē sancto ep̄o in fide fuerant edocte. Cū autem sanct⁹ multa ppessus supplicia iussu p̄sidis ad carcerem duceretur:sancte femine cum insequentes:guttas sanguinis ei⁹ de corpore fluentes in lintheis colligebāt:propter qd̄ ab apparitorib⁹ tente sunt ⁊ presidi presentate. Qui iussit eas ad montis supercilium lacui supereminētis adduci:data sn̄ia:vt si nō adorarent statuā iouis illuc delatam in lacum preci pitarenť. Que cum idolū in lacū precissent:dicentes vt deus est seipsum iuuaret:a ministris ad presidem reducunť. Qui fecit illas super.vij.erea subsellia igne candentia sedere vt in posteriorib⁹ vrerenť. Quib⁹ angel⁹ dn̄i apparuit:⁊ eas intactas ab igne cōseruauit. Deinde in equuleo leuate:vnguibus ⁊ pectinibus ferreis carnes earum dirupte sunt. Tūc duo pueri filij vnius ex illis matrem accedentes:postulabāt se fieri xp̄ianos. Quos iussit Agricolaus vna cū sancto Blasio in carcere mancipari. Sanctas vero mulieres die sequēti mandauit in caminū ignis accensum immitti. Que dū in medio flāmarum illese psallerent:⁊ hec ministri presidi retulissent: iussu eiusdē extra ciuitatem aducte:datoq̄ sibimuicem pacis osculo decollate sunt. Quarū animas carnifices oēs viderūt in specie septē virginū vti de thalamo procedentiū ad celū cōscendere coronatas. Corpora vero a xp̄ianis nocte sublata in eodē loco sepulta sunt. Passe sunt autem iij. non. Februarij.

¶ De sancto Blasio ep̄o ⁊ martyre. Cap. lxvj.



Blasius episcop⁹ ⁊ martyr sub psecutione Diocletiani passus est in ciuitate Sebastē. puincie Cappadocie:qui cū omni sctitate polleret:elect⁹ est a xp̄ianis in ipsius ep̄m ciuitatis vrgente vero psecutione xp̄ianos speluncā argei mōtis petijt:⁊ ibi eremiticam vitam duxit. Cui aues pabulū afferebant:⁊ fere ad eum vnanimiter cōfluebāt. Quicūq̄ vero ad ipsum accessissent egroti sanitatē ad libitū reportabāt. ¶ Cū aūt agricolaus p̄ses xp̄ianos affligeret:⁊ die quadā milites venatū misisset:illiq̄ hincinde discurrētes inuanū tēderēt ante antrū sancti ferarū multitudinē inuenerūt:nullam tn̄ capere valentes p̄sidi retulerūt:⁊ qualiter blasius xp̄ianorū ep̄s in specu lateret ⁊ oēs ad se feras magicis artib⁹ cōgregaret. Quē iussit cōprehēdi sibiq̄ p̄ntari. In ipsa aūt nocte xp̄s sibi ter apparuit:monēs vt sibi sacrificiū offerret. Qui surgens intellexit se xp̄o per martyriū immolandū:⁊ celebrata missa cū militib⁹ ad iudicē profectus est. Cui multi lāguētes occurrerūt ⁊ ab eo diuersarum egritudinū salutē perceperūt. Quē milites iussu presidis vsq̄ in crastinū in custodia recluserūt. Eodē die q̄dā mulier filiū suū morietem in cui⁹ gutture os piscis transuersū erat ad pedes ei⁹ cū lachrymis obtulit:quē sctūs oratiōe sua mox sanauit. Omnibusq̄ ad dn̄m p cū-
ctis se inuocātib⁹ gutturis passionē aliquā sustinentibus:⁊ audiuit vocē se fore a dn̄o exauditū. ¶ Sequenti vero die p̄sidi presentat⁹ cū ioui sacrificare renuisset: dicens eū fuisse idolem sacrilegū ⁊ dānatū fustibus grauiter cesus est. Deinde in carcerē reductus. Tunc vidua paupercula venit ad eū cōquerens lupum vnicum sibi procellum rapuisse. Cui cōpatiens sctūs orauit:⁊ lupus porcū reportauit:mox illa domū rediens ⁊ porcū reperiēs eū occidit:sanctoq̄ viro partem coctam cū pane ⁊ candela obtulit:illeq̄ refectus deo gratias egit. Post aliquot vero dies iterū de carcere educitur:⁊ sacrificare nolens in ligno suspendit:⁊ vnguibus ac pectinib⁹ ferreis laniať. Iteratoq̄ deposit⁹ ergastulo durissimo mācipať:quē sancte septem mulieres subsecute sunt:vt supra proxime dictū est. Dū autē in custodia teneretur duo pueri filij vnius ex prefatis septem feminis petentes se fieri xp̄ianos:in eodē carcere recludūtur:quos blasius in fide christi docuit:⁊ sacri baptismatis vnda perfudit. Post hec aūt iterū conspectui presidis presentať. Et dū in christi cōfessione perseueraret iubente agricolao ligato ad collū eius saxo in lacū precipitať. Ipse vero aquā signauit:⁊ mox sicut arida terra permansit. Ad quē sup aquas stātē dn̄i milites.lxv. accedere vellēt:vt cū in pfundū demergerēt subito vt aquas intrauerūt submersi nusq̄ cōparuerūt. Angelus autē dn̄i deduxit eū ad terrā. Qui a militib⁹ aū p̄sidē adduct⁹ iussus est ab eo cū duobus pueris quos in carcere baptizauerat decollari. Ductus ergo ad locum passionis oratione ad dn̄m pro se inuocantibus fusa/cum duob⁹ pueris capite cesus est. iij. nonas Februarij. Quorū corpora helisea mulier sepeliuit:vbi non longo post tempore ecclesia eius nomini fabricata ⁊ dedicata consistit.

¶ De sctō Joanne eleemosynario ep̄o. Cap. lxvij.



Joannes cognomēto eleemosynarius episcopus claruit temporib⁹ foce imperatoris:q̄ claris alexandrine natalibus ortus sanctitate ⁊ sciētia predit⁹ ad patriarchatū eiusdē vrbis pmotus:⁊ ex vberib⁹ eleemosynis quas faciebat eleemosynari⁹ dictus est. Cui in oratiōe quadam nocte beata virgo apparuit corona oliuarum in capite gestās:q̄ se dei genitricem esse dixit corona misericordie circūdatā:hortās sanctum vt eam in sponsaz assumeret:⁊ q̄cquid peteret a dn̄o obtineret. Extunc misericordie operibus intentus fuit ⁊ paupes suos dominos appellauit:famulisq̄ suis precepit:vt ciuitatem circuirent:⁊ oēs dn̄os suos conscriberent. Qui cū non intelligerēt:exposuit dn̄os suos esse pauperes ⁊ mendicos:q̄ sibi auxiliari valebāt:⁊ regnum celorū sibi largiri poterant. Et vt cōciues suos ad eleemosynas inducere:⁊ ex̄pla plurima sanctorum inducebat:qui largas eleemosynas tribuentes bonis spiritualib⁹ abundant.

¶ Monachus quidā noīe vitalius oēs publicas meretrices cōscripserat:quas vicissim singulas noctibus singulis cōducebat. Et ad eas intrās in oratiōe pernoctabat:precipiēsq̄ mane cui reuelarēt exēplo sue sanctitatis ad multas penitentiā pducebat. Et cū ex hoc multi scādalizarētur:putantes vitaliū admodum esse lasciuū:⁊ de hoc Joanni ep̄o querimonia delata esset:noluit eis fidē adhibere:deprecans deū. vt opus sancti viri alicui reuelaret taliter q̄ nō imputareť in peccatū his q̄ in eū scandalizabātur. Post dies paucos egrediēs monachus ab vna illarū obuiauit cuidā ad eā cognoscendā ingredienti. qui vitaliū alapa percussit:⁊ eū de fornicatione redarguit. Statimq̄ diabolus in specie mauri virū illū in gena repercutiēs eū vexare cepit. Ita vt ex ore eius demon clamaret:⁊ vitaliū sanctitatem exprimeret:necnon castissimū cōprobaret. Pro quo dū ille orasset a demonio liberat⁹ est. Mulieres quoq̄ que sanct⁹

vir operabať manifestare ceperūt. Que oīa beatus ioānes p spiritū cognoscebat ideoq; malediens fidē adhibere nolebat. Sicq; orationibus ei⁹ innocētia viri sancti manifeste cognita fuit. ¶ Cuidam habitu perigrini ad se venienti ⁊ elemosynā postulāti: mandauit ioannes sex numismata dari. Iterumq; mutato habitu reuertēti: sex aureos sibi dari precepit. Cui etiam tertio mutatis vestib⁹ redeūti duodecim dari iussit. Cū aūt dispēsator sibi innueret ꝙ hic idē pauper ipsa die bis elemosynā diuersis mutatis vestibus sumpsisset: instituit ioannes vt sibi toties daret: quoties ille rediret: ne forte esset xp̄s. qui se tētare veniret: an posset plus accipere ꝙ ep̄s sibi dare. ¶ Quidā patritius pecuniā ecclie in mercationibus ponere volebat: patriarcha ꝟo resistebat: volens ipsam pauperibus largiri: sicq; cōtendētes adinuicē irati sunt. Adueniēte ergo hora. xj. mandauit patriarcha patritio p archip̄sbyterū dicēs: ꝙ sol in occasuz ꝟgebat. Qđ ille intelligēs ad eū venit: ⁊ cū lachrymis veniā postulauit. ¶ Quidam ei⁹ nepos a tabernario grauia ꝯuitia audierat: ⁊ patriarche ꝯquestus est. Cui p̄riarcha r̄ndit: se ipso dia talē rem in eo facturū: ꝙ tota alexādria miraret. Cōsolatus est ergo nepos: putans ꝙ eū faceret grauiter verberari. Qui eodē die p hoīe illo misit ⁊ ipsum ab oī pēsione ⁊ tributo libertum fecit aduocāsq; nepotē dulcissimus ꝟbis eū ad patientiā ⁊ iniuriarū tolerantiā aiauit. ¶ Monumētum sibi fabricari fecit: qđ tñ quo ad vixit imperfectū reliquit. Ordinauitq; suis clericis: vt qñcunq; in solēnitatib⁹ celebraret: sibi cōmemoraret monumētum suū imperfectū existere: et ꝙ ip̄m cōpleri mādaret: nesciēs qua hora fur veniret. Hoc aūt faciebat: vt continue memoriam mortis haberet. ¶ Diues quidā vidēs sanctū vilē stratū habere: eo ꝙ oēs pannos pauperibus erogasset: p̄ciosum coopertoriū emit: ⁊ ioāni tradidit. qui cū illud nocte sup se teneret oīno dormire non poterat: cogitans ꝙ. ccc. dñi sui de tanto precio operiri possent. Facto igitur mane statim illud vēdidit: ⁊ preciuz egenis distribuit. Qđ audiēs diues ille coopertoriū redemit: ⁊ ioāni secūdo tradidit: rogans ipsum ne illud amplius vēderet: sed semꝑ apud se teneret. Ille aūt secūdo vendidit: ⁊ de precio vt pri⁹ fecit. Tertio aūt vir ille coopertoriū redemit: ⁊ ioanni dedit dicēs ꝙ oīno proposuerat videre quis vinceret: aut ipse in redimēdo: aut ep̄s in vendendo. Et sic suauiter quasi diuitē illū vindemiabat. ¶ Cuidā elemosynā petēti nūmum dari fecit: qui indignatus eo qđ maiorē sibi elemosynā non dedisset: in cōtumeliā eius prorupit: famulosq; vindicare volētes ep̄s prohibuit: sacculum quoq; pecuniarū corā illo effudit: dicēs vt ide acciperet ꝗtū vellet. ¶ Cōsuetudinē fecerat populus vt lecto euāgelio ecclesiā exirent ⁊ verbis ociosis vacarēt. Quadam vice lecto euāgelio cū eis ep̄s exiit: ⁊ inter eos stare cepit: dicēs ꝙ vbi oues ibi pastor esse debebat. Qđ cū bis iterum fecisset: populū in ecclesia stare docuit. ¶ Iuuenis quidā qui sanctimonialē rapuerat a familiaribus suis exprobatur: dicētibus ꝙ erat dignus morte. Quos ille redarguit: dicens eos magis delinquere qui ꝓximū iudicabant qui forte ampli⁹ nō peccabat. Cuz autē febre correptus vicinus esset morti deo gratias egit qui vnicū sibi solum nummū dimiserat: quē ⁊ pauperib⁹ dari fecit. Cū autē defunct⁹ esset ⁊ corpus eius in sepulchro vbi erant duoz ep̄orum corpora deponere vellent: corpora illa in latera secedētia mirabiliter beato ioanni cesserunt: ⁊ locū sibi mediū vacuū dimiserūt. ¶ Ante dies paucos obitus sui mulier quedam sibi confessa peccatū vnū enorme ex verecundia omisit: qđ tamen in cedula scripsit ⁊ sigillauit ⁊ ioāni tradidit vt pro se dñm exoraret. Audiēs autē ipsum defunctū ⁊ se cōfusam reputans: ne forte scriptum suū ad manus cuiuspiā deuenisset ad tumulū sancti ioannis durissime flere cepit. Cui ille pōtificalibus indutus apparuit duob⁹ secū quiescētibus ep̄is hinc inde vallatus qui scriptū sigillatū mulieri tradidit. Qđ illa aperiēs peccm̄ suū deletū inuenit: scriptū tñ ibidē reperit ꝓpt ioannē seruū meū deletū est peccm̄ tuū. Illaq; deo gras egit. Quieuit aūt sctūs ioānes in xp̄o. iiij. non. Februarij circa annū dñi. Dcv.

¶ De sancto Gaudentio ep̄o. Cap. lxxviij.



Gaudēti⁹ episcop⁹ Nouariēn. fuit. Qui de hyporia oriundus sancti Martini Turonēn. ep̄i notarius ⁊ discipulus extitit. Cui multo tēpore adhesit. Et postmodū Mediolan. veniens cū sancto Eusebio Vercellēn. ep̄o exiliuz sustinuit. Indeq; reuocatus a sancto simpliciano Mediolan. archiep̄o: primus Nouariēn. ep̄s ordinatus fuit. Qui ⁊ ep̄atum suū strēnue gubernauit: ⁊ inter cetera corpus sancti Laurentij presbyteri ⁊ martyris apud nouariam cū multis quos baptizauerat passi dudū latens inuenit: ⁊ digna veneratione exaltauit. Dū aūt mortuus esset: ⁊ sibi p̄ciosuz sepulchrū pararetur a mense Februario vsq; ad augustū inhumatus ⁊ omnino incorruptus corpore permāsit: quo tempore ⁊ capilli ⁊ vngues eidem crescebāt: vt eo tempore quo viuebat. Hic etiam inter cetera miracula mulierē vexatam a diabolo liberauit. Quieuit in pace. iij. nonas Februarij.

¶ De sctis. Celerino ⁊ socijs martyrib⁹. Cap. lxxix.



Celerinus diaconus confessor ⁊ auia eius Celerina/ Laurenti⁹ ei⁹ patru⁹ ⁊ Ignati⁹ Auunculus martyres apud Aphricā claruerūt. De quorū omniū gloriosis laudib⁹ memorat beati Cypriani epistola ad martyres scripta. Nam vt ibidē dicit Celerina gloriosa auus martyrio coronata est. patru⁹ ꝟo Celerini Laurēti⁹ ⁊ auūculus ei⁹ Ignatius in castris secularib⁹ militātes palmas dñi illustri passione meruerunt. Celerin⁹ autē diu adherentibus penis afflict⁹ per. xix. dies in carceris custodia septus in neruo ac ferro fame cruciat⁹: inde tandē educt⁹ ⁊ diuina prouidētia dimissus: ad diaconat⁹ ordinē promot⁹ sctītate pollens quieuit in pace. Horum omnium festum recolitur. iij. non. Februarij.

¶ De sancto Symeone propheta. Cap. lxxx.



Symeon senex et propheta noui testamenti: de quo in euāgelio Luce. ij. multa p̄conia predicantur: qđ vez fuit hō iustus ⁊ timorat⁹ ⁊ expectans consolationē israel: ⁊ ꝙ spiritussanct⁹ erat in eo. Et ꝙ r̄nsuz acceperat a spiritusancto nō visuruz se mortē nisi videret xp̄m dñz. Qui cū spiritu sibi diuino reuelāte puerū Iesum natū: ⁊ ad tēplū a parentibus deferēdū didicisset: venit in sp̄ū in tēplū die ōfice purificationis. Et cū inducerēt puerū Iesuz parētes ei⁹ festinauit Symeon ad portā tēpli ⁊ adorauit Iesuz: ⁊ osculās plātas ei⁹ accepit eū i vlnis suis. Et bn̄dixit deū dicēs. Nūc dimittis seruū tuū dñe ⁊c. Et cū esset annoz. cxij. ⁊ vir posset seip̄m regere: portauit puerū vsq; ad altare iuxta illud. Senex puerū portabat: puer autē senē regebat. Et tūc tradidit puerum matri dño offerendū. Et bn̄dixit parentib⁹ Iesu: ⁊ ꝓphetiā illas matri Iesu predixit ꝙ scribit̄ vbi supra. Et qualr̄ gladi⁹ filij aīam genitricis ꝑtransire debeat: ꝑ secūs autē oībus scdm legē redeūtib⁹ parentib⁹ Iesu ad domum suam: ⁊ Symeon ad ꝓpria rediuit. Et quia ꝓmissionē diuinā obtinuerat: tertio die in dño obdormiuit: ⁊ sepultus est in hierusalem. iij. non. Februarij. Hec in libro apocrypho de infantia saluatoris.

¶ De sanctis Phyllea et Phylloronio et socijs martyribus. Cap.lxxxj.



Phylleas et Phylloronius in ciuitate egypti que appellatur tanneos passi sunt. Qui phylleas vt octauo ecclesiastice historie habetur: et vt dicit Hieronymus de prefata vrbe nobili prosapia ortus. Primo quidem honoribus in seculo fulgēs liberalibus scientijs eruditus fuit deinde ad episcopatum ipsius vrbis prouectus de martyrū laude volumen insigne cōposuit: Qui tempore persecutionis cū multos de suo grege diuersi sexus ordinis et etatis quasi innumere multitudinis ad martyrium premisisset a preside ciuitatis tentus et carceri mancipatus est. Qui cū a propinquis et dilectis blādis et lachrymosis sermonibus induceretur: vt xpm negaret: et ipse econtra constantior permaneret ex sententia presidis cum Phylloronio eius diacono decollatur secundo non. Februarij.

¶ De sctis Aquilino et socijs martyribus. Cap.lxxxij.



Aquilinus: Geminus/Gelasius/Magnus/et Donatus martyres rome in foro symphronij passi sunt. Quos omnes pro confessione nominis christi iussit vrbis prefectus capitali sententia vitam finire.ij.non. Februarij/vt dicit Ado.

¶ De sancto Giliberto confessore. Cap.lxxxiij.



Gilibertus cōfessor Gemmalen. Cenobij fundator anno.xxv. Othonis imperatoris primi claruit qui apud gloriam christo potius quam seculo militabat et in ipso loco monasterio ab eo fabricato et copiose dotato propter amorem sancte religiōis in pace dormiuit.ij.nonas Februarij. Cuius corpus relatum est ad Borziam vrbem.

¶ De sancta Agatha virgine et martyre. Cap.lxxxiiij.



Agatha virgo et martyr apud ciuitatē Cathanien. tēpore decij passa est sub quintiano Sicilie cōsulari. Qui cū esset ignobilis/libidinosus/auarus/et idolis deditus beatam Agatham comprehēdere nitebat: vt quia erat ignobilis tenendo nobilē timeretur: quia libidinosus eius pulchritudine frueret: quia auarus eius diuitias raperet: quia idolatra dijs eam immolare compelleret. Ipsamque detētam tradidit cuidam meretrici nomine aphrodisie nouē filias turpissimas habenti: vt per dies triginta suaderent ei: quomodo eius animum immutaret modo leta promittendo: modo per aspera deterrendo: que cum vti supra firmam petram xpm immobiliter fundata: omnia sibi promissa vel comminata cōtempsisset: et aphrodisia hec quintiano retulisset: ipse virginem ad se adductam cuius esset conditionis interrogauit. Cui virgo se ingenuam et genere spectabili progenitam esse respōdit: addensque quod ancilla xpi esset: hoc quod magis eam ingenuam redderet. Nam summa ingenuitas est: in qua xpi seruitus comprobatur. Cui cū quintianus optionem dedisset: aut dijs sacrificādi: aut diuersa supplicia sustinendi. Virgo respondit quod vtinam vxor illius esset talis vt venus: et ipse talis qualis iupiter deus fu. Tūc quintianus iussit eam alapis cedi. Et cum diuersa sibi tormēta comminaret. Et illa econtra feras ignē et plagas et qualescunque penas se voluntario animo passam offerret: iussit eā in carcerē trahi: ad quē letissime et gloriāter ibat: et quasi ad epulas inuitata agonem suū dño precibus commendabat. Sequēti die inde educitur: et sacrificare contemnēs in equuleo suspenditur et torquetur. Et cum in his penis delectari se diceret: iussit consularis māmillam eius diutius torqueri et tortam abscindi. Que cum illum redargueret: dicens quod confundi debuerat amputare in femina: quod ipse in matre suxisset: iussit eam iterum ad carcerem reduci: prohibēs medicum quemcunque ad eam ingredi: et panem sibi vel aquam ab aliquo ministrari. Uerum circa noctis medium venit ad eam senior: quem antecedebat puer luminis portitor: dixitque virgini quod cum passa fuerat: ibi erat et considerauerat mammillam eius salutem suscipere. Illa vero oēm carnalē medicinā respuebat: sed solū dñm Jesum hēre se dicebat: qui verbo curat oīa et solo sermone restaurat vniuersa. Tunc senior subridens dixit se a xpo dño missum eiusque esse apostolū Petrū. Et protinus ab oculis eius disparuit: virgoque sancta se perfecte sanatā māmillamque sibi restitutā inuenit: et deo gratias infinitas egit. Cū ergo ex immēso lumine custodes territi fugissent: et carcerē apertū reliquissent: rogauerunt eā quidā ex vinctis vt abiret: que omnino recusauit: dicēs quod nolebat amittere coronā sibi a dño preparatā. ¶ Post quatuor dies reducta est ad quintianū qui eā sanatā cōspiciēs: et quod xps eam christus sanasset audiens iratus testas acutas iussit spargi: et carbones ignitos subterponi: et illam nudo corpore desuper volutari. Statimque facto terremotu ciuitas tota cōcutit: et cadēte pariete silui: et falconius cō filiarij iudicis opprimunt: et occurrēte pplo aduersus quintianū et clamante quod propter iniustā Agathe cruciatum talia paterent. Tūc cōsularis ex vna parte terremotū metuēs: et ex alia populi seditionē nō ferēs per posterulā aufugit: et virginē in carcerē reponi mandauit: quo cū introisset: orauit ad dñm: vt susciperet in pace spiritū eius. Finitaque oratiōe cū ingēti voce expirauit. ¶ Cū aūt fideles corpus eius cū aromatibus cōdirēt: et in nouo sarcophago collocarēt: apparuit iuuenis sericis amictus cū plusque cētū alijs albis indutis alias nunquā visus: qui ad corpus veniēs tabulā marmoream: ad caput eius apposuit: et clauso tumulo cum omnibus ceteris ab omniū oculis euanuit. In tabula autem scriptū erat sic. Mentem sanctam spontaneam honorem deo: et patrie liberationem. Quo miraculo diuulgato: non solū christiani: sed etiam gētiles et iudei sepulchrum virginis venerari ceperunt. Quintianus vero dum ad inuestigandas eius diuitias pergeret: et flumen in naui cū equis transiret: duo equi feruentes: calcesque iactātes: vnus cum morsu apperit alter calce percussum in flumine piecit et necauit. ¶ Reuoluto anno circa diem natalis eius mons ethna ciuitati proximus ructauit incendium: qui quasi torrens de monte descendens et omnia comburens: ad vrbem cum impetu veniebat. Tunc paganorum multitudo: velum quo sepulchrum eius erat opertum arripuit et contra ignem opposuit. Statimque in die natalis eius ignis cessit et vlterius non processit: passa est autem non. Februarij circa annum dñi.ccliij.

¶ De sancto Ingenuino episcopo. Cap.lxxxv.



Ingenuinus secūdus episcopus Sabionen. fuit. vt scribit Paulus in gestis longobardorum: quem precesserat sanctus Cassianus qui in mole immolatus martyrium consummauit. Sabiona enim fuit olim episcopalis ciuitas metropolis aquileien. nunc vero sedes trāslata est in brixinam: et subest salzbur

gen. Huius tempore Longobardi Italiam occuparunt regnante eorum rege Autericho. Seuerus episcopus in patriarchatu aquilegien. Helie successerat. Quem smaragdus patricius compulit cum quibusdam aliis episcopis communicare Joanni heretico archiepiscopo Rauenati: qui Romanam ecclesiam contemnebat. Sanctus vero Ingenuinus cum sancto Agnello tridentinum. Petro altinum: Juniore Veronen. Horontio vincentin. Rustico taruisin. Fonteio feltrinen. Agnello aquilin. Aurentio bellunen. Marentio iulien. et Adriano polen. episcopis huic scismati non consenserunt. Propter quod omnes prenominati sancti multas iniurias perpessi sunt. Sanctus vero Ingenuinus actus in exilium: in pace quieuit non. Februarij. Cui sanctus Constantinus successit. Corpusque ipsius post multos annos brixinam translatum est. Et sanctus Albuinus episcopus Brixien. die quo migrauerat: scilicet non. Februarij miraculis clarus eidem associatur. Hec frater Bartholomeus.

¶ De sancto Adiuto episcopo. Cap. lxxxvi.



Adiutus episcopus Viennen. eximie sanctitatis fuit. Cuius fide et industria atque doctrina mirabili ab infestatione Arriane heresis Gallie defense sunt tempore Gundobardi regis Francorum. Qui et virtutibus insignis non. Februarij apud Viennensem in pace dormiuit: vt dicit Ado.

¶ De quinquagesima. Cap. lxxxvii.



Quinquagesima significat tempus remissionis. Et inchoatur in dominica qua cantatur. Esto mihi in deum: et terminatur in ipso die pasche. Instituta est autem propter suppletionem: et propter significationem: et propter representationem. ¶ Primo propter suppletionem: quoniam cum debeamus quadraginta diebus ieiunare ad similitudinem christi: et non sint in quadragesima nisi triginta sex dies ieiunabiles: quia in dominicis non ieiunatur propter leticiam et reuerentiam dominice resurrectionis: ideo pro suppletione dominicarum additi sunt quatuor dies. Iterum clerici videntes quod sicut precedunt populum ordine: sic debent precedere sanctitate per duos dies ante illos quatuor ieiunare et abstinere ceperunt. Et sic septimana vna addita est: que et quinquagesima vocatur. ¶ Secundo propter significationem: quoniam quinquagesima significat tempus remissionis idest penitentie in qua omnia remittuntur. Quinquagesimus enim annus erat iubileus qui erat annus remissionis: quia tunc debita remittebantur: serui liberabantur et omnes ad suas possessiones reuertebantur. Per quod significatur quod per penitentiam dimittuntur debita peccatorum. Liberantur omnes a seruitute demonum: et reuertuntur ad possessiones celestium mansionum. ¶ Tertio propter representationem. Nam quinquagesima non solum tempus remissionis significat: sed etiam statum beatitudinis representat. Nam l. anno serui efficiebantur liberi in l. die data est lex in monte synai: et in l. die datus est spiritussanctus apostolis. Et ideo hic numerus beatitudinem representat. vbi erit adeptio libertatis: quod ostenditur per seruitutis liberationem: cognitio veritatis quod per legis dationem: et perfectio charitatis quod per spiritussancti infusionem. ¶ Numerus etiam quinquagenarius est denarius quintuplatus. Denarius vero significat beatitudinem sanctis in fine mundi conferendam: vnde et paterfamilias suis operarijs in vinea laborantibus: sero contulit denarios singulos pro mercede. Hic autem denarius ideo quintuplatur: quia v. corporis sensus tunc beatificantur. Hic enim per quinque prudentes virgines designantur: que fatuis exclusis ad nuptias cum sponso christo ingrediuntur. Ideoque denarius retributionis in quinque sensibus quintuplandus ad quinquagenum iubilei multiplicatus ascendit. ¶ Tria autem sunt necessaria in epistola et euangelio dominicali proposita: ad hoc vt opera penitentie sint perfecta scilicet charitas que proponitur in epistola: memoria dominice passionis: et fides que sumitur per illuminationem ceci: que duo ponuntur in euangelio. Nam fides ipsa opera facit acceptabilia sine qua impossibile est deo placere. memoria passionis facilis. Gregorius. Si passio christi in animum ducitur: nihil est tam asperum quod non equo animo tolleretur: charitas autem fecit esse continua: quia vt idem dicit amor dei nunquam est ociosus. Operatur enim magna si est. Si autem operari negligit amor dei non est. ¶ Unde sicut in principio ecclesia quasi desperans clamauerat. Circumdederunt me &c. Et post modum ad se rediens et adiuuari petebat dicens. Exurge domine &c. Ita iam hic ex spe veniae fiducia concepta propter penitentiam orat et dicit. Esto mihi in deum protectorem: vbi quatuor petit scilicet protectionem: firmamentum: refugium et ducatum. Omnes enim filij sui aut sunt in gratia: aut in culpa: aut in aduersis: aut in prosperis. Illis qui sunt in gratia petit firmamentum: vt in ipsa gratia confirmentur. Illis qui sunt in culpa petit refugium vt conuertantur. Illis qui sunt in aduersis petit protectionem: vt in ipsis tribulationibus protegantur. Illis qui sunt in prosperis petit ducatum: vt in ipsis prosperitatibus a deo innocenter ducantur. Terminatur autem quinquagesima in die pasche: quia penitentia ad nouitatem vite facit resurgere. Et quia in hebdomada quinquagesime tempora tertie etatis recoluntur: merito sanctorum patrum tertie etatis immediate gesta subscribuntur: quorum dies obitus ignorantur. Quamuis enim de solo sancto Abraham beatus Hieronymus diem dormitionis in suo kalendario scribat: scilicet vij. idus Octobris / quia tamen de nullo alio ipsius etatis certa dies festiuitatis reperitur nec ipsum Abraham primum et solum etatis tertie ab alijs separemus congruentius visum est: vt de ipso vna cum alijs acta subijciamus.

¶ De sancto Abraham patriarcha. Cap. lxxxviii.



Abraham quem deus propter eius fidem addita sibi vna littera quam nomini vxoris detraxerat: vocauit postmodum Abraham patriarcha sanctissimus: non solum in sanctorum catalogo ecclesiastici. xliiij. et primo Machab. ij. cap. specialiter nominatur: sed etiam ex textu sacre scripture in locis pluribus de fide: iustitia: et obedientia commendatur. Hic cum patre Thare habitans in Aram cum esset annorum lxxv. ad imperium domini relictis patre et fratre Nachor egressus inde cum vxore Sarra sterili: et Loth filio fratris Aram quem in filium adoptauerat: et cum omni eius familia et suppellectili peruenit ad terram Chanaam habitaturus quam deus eius semini promiserat se daturum: veniensque ad Sichem iuxta vallem illustrem: que pentapolis dicebatur a quinque vrbibus sodomorum: edificauit ibi altare domino. Et inde vt dicit Josephus primus presumpsit pronunciare vnum deum creatorem cunctorum. Inde transgrediens inter Bethel et Hai aliud edificauit altare: et vltra progrediens habitauit in damasco Annus vero subsequens qui est lxxvi. etatis Abraham. Primus annus est repromissionis dei facte ad eum a quo vsque ad egressum filiorum israel de egypto computantur anni. ccccxxx. post quos apostolus ad Galathas iij. dicit factam fuisse legem. ¶ Uerum propter famem que facta est: descendit Abraham in egyptum: et timensque libidinem egyptiorum: ne eum propter vxoris pulchritudinem occiderent: dixit eam sororem suam esse sicut et erat re vera: quia filia fratris. Et quia laudata est

pulchritudo eius apud regem egypti in domum eius sublata est. Sed deus regis desideriū impediuit: ne tāgeret eā in egritudine ⁊ tumultu causariū: vt dicit Josephus. Cūq; pro salute regis sacrificarent: sacerdotes per iram dei hoc accidisse significauerunt: eo quod vxori peregrini iniuriam inferre voluisset. Sicq; rex egypti vxorem suā intactam Abrahe restituit: ⁊ de commisso veniā postulauit. ¶ Hanc Abraham eo tempore Arithmeticam ⁊ astrologiā egyptijs primus tradidit: a quibus postmodum peruenerūt ad grecos. Reuersus autem Abraham ex egypto habitauit in loco vbi fixerat tabernaculum inter Bethel ⁊ Hai. Et cum esset diues valde in auro ⁊ argento familia ⁊ iumētis ⁊ pastores eius cū pastoribus Loth pro pascuis rixarent: diuisus est a Loth nepote suo: et dedit ei optionem eundi quo vellet. Loth elegit regionē circa iordanem fertilem ⁊ amenam: ⁊ moratus est in oppidis sodomorum Abraham vero descendit ad conuallem mambre iuxta hebron: ⁊ habitans ibi iuxta quercum vel therebinthū edificauit altare dño. Mambre vero Eschol ⁊ Anei fratres erant: ⁊ federati sunt Abrahe: a quorū primogenito vallis cognominabatur. Ibi promisit deus Abrahe oēm circunstantem terrā per quatuor partes dare sibi ⁊ semini eius. ¶ Post hec Chodorlaomor rex helamitarum cū alijs tribus regibus quinq; reges sodomorum vicit in bello ⁊ tulit omnem substantiam eorum: cū Loth ⁊ omni substantia eius. Quo audito Abraham cum .cccxviij. vernaculis suis ⁊ tribus predictis fratribus Mambre/Eschol/⁊ Anei persecutus est eos vsq; ad Dan ⁊ plurimis trucidatis victoriā obtinuit: ⁊ Loth nepotem mulieres ⁊ populū omnemq; substantiā reduxit. Cui Melchisedech rex Salem ⁊ sacerdos occurrit: ⁊ sacrificium panis ⁊ vini primus obtulit: cuiq; Abrahā decimas persoluit vt infra de Melchisedech dicet. Ab hac victoria pro remissione captiuorū dicunt quidam initium habuisse iubileum: quod remissio interpretatur. Et institutus est anno quinquagesimo: quia tunc erat Loth quinquaginta annorum. ¶ Post que Abraham per inflammationem sacrificij diuinitus illapsam accepit signū de promissione sobolis in stellarū numerū multiplicande. Quod quia vtique naturaliter impossibile deo credidit: de fide merito cōmendat. ⁊ sicq; primum suscepit filium ex agar ancilla: cui nomen ismael: a quo ismaelitarū gēs qui ⁊ agareni ab agar dicti sunt qui ⁊ postmodū vti sare filij saracenorū falsum nomen vsurpauerunt. Deinde Abrahā qui primo dicebatur Abram a deo vocatus est Abraham vxorq; ipsius que sarai dicebatur a deo sara vocata fuit. Preceptūq; accepit diuinitus Abraham vt se cū sua sobole circumcideret: vt inter cunctas nationes tali signaculo corporis electorum virorum soboles nasceretur. Et cum esset annorū .xcix. circumcidit se ismaelem filium suum annorū .xiij. ac omnem familiā suam sexus masculini. ¶ Iterum quoq; dñs Abrahe per subiectā angelicam creaturam apparuit: filiūq; de sara repromisit: eāq; hesitantem redarguit ⁊ Abrahe sodomorū interitum nūciauit. Tunc sanctus patriarcha beate trinitatis prius mysteriū intellexit. Cū tres viros vidit ⁊ vnū adorauit: quos ⁊ hospitio susceptos fertili conuiuio refecit: vbi trinitatis expresse mysterium ponitur. Cum Abrahā nunc ad vnū nūc ad tres loquitur. Ipseq; deus in tribus apparentibus angelis nunc singulariter: nunc pluraliter virum sanctum affatur. Abraham post hec peregrinatus in geraris saram vxorem vt fecerat in egypto sororem esse dixit: ⁊ simile necis periculum simili modo per dei prouidentiam euasit. Cum vero esset annorum centum corpusq; iam haberet mortuum naturaliter ad generandum. Sara vero sterilis ⁊ nonagenaria esset iuxta repromissionē dei ad eos factā natus est Isaac qui ⁊ octauo die iuxta diuinum mandatum circūcisus est anno ab institutione circuncisionis secundo ab ortu vero Ismaelis .xiiij. Ablactato vero Isaac ⁊ aliquātulum crescente dum cum Ismaele luderet: ⁊ cum ille vti maior in ludo lesisset: cum etiam vt dicunt hebrei: Ismael aliqua idola de terra finxisset: ⁊ Isaac ad ea colenda inducere vellet ad instantiam sare: Abraham ismaelem cū matre simul eiecit: sed dominus ismaelem custodiens duodecim duces tribuum suarum ex eo multiplicandos procreauit. ¶ Deinde Abimelec rex gerarū timēs Abrahā ditatum ⁊ multiplicatū cū fichol principe exercitus sui ad eum venit: ⁊ cum illo ad puteum fedus iniit vbi ⁊ Abraham nemus plantauit. ¶ Cum autem Abrahā adhuc habitaret in Bersabee ⁊ Isaac esset annorum .xxv. vel vt quidam asserūt quadraginta dominus fidem ⁊ obedientiā sancti patriarche tentare volēs nō quia nesciret: sed vt nobis exemplum innotesceret: precepit immolare filium suum Isaac in monte moria in quo postea templū domini a Salomone edificatū est. Quod quidem ille creatori suo amplius q̄ suo affectui cupiēs deseruire adimplere curauit. Et dum cū asinum ptis duobus pueris ⁊ filio sine victima pergeret: ⁊ dimissis famulis natus parentem vbi esset victima quereret adhuc Abraham eidem diuinum mandatum noluit reuelare: dicēs q̄ deus sibi de victima prouideret. Cum autem ad montem peruenissent: refert Josephus verba patris ad filium dicentis: quia sicut ex voluntate dei ingressus fuerat mundum mirabiliter: sic dei voluntate necesse erat ei egredi mundū: ⁊ quem dominus quidem iudicasset non egritudine: non bello: nō aliqua passione humana vitam finire: sed cū orationibus ⁊ sacrificijs animam ipsius ad se reuocare: ⁊ q̄ nō dubitaret quia infallibiliter deus eum suscitaret ob promissiones implendas. Et sic Isaac immolandus libēter accessit ad Aram. Sed nunq̄ credentibus dura diuinitas permansit. Nam et deus angelica voce suspendit Abraham a filij nece ostendens ei quem immolaret pro filio arietem vt absq; pietatis dispendio tantum sacrificium consummaretur. In hoc mortem Christi prefigurans vt sicuti reseruato Isaac aries immolatur: sic diuinitate in Christo seruata humanitas in cruce patitur. Ex hoc forte quidam codices autumant sacrificium Abrahe eodem anni die cum Christi passiōe cōcurrisse: scilicet .viij. kalendas Aprilis/ quo etiam die tradunt Melchisedech primum sacerdotem et regē panis et vini deo primitus mysterium obtulisse. ¶ Reuerso autem Abraham ad cōuallem mambre: mortuaq; sara eius vxore misit seruum suum eliezer ad mesopotamiam syrie ad nepotem suum bathuelem filium Nachor: adiurās eum vt filiā nepotis sui de cognatiōe sua filio suo vxorem assumeret. Qui recto gradu perueniens ad domum Bathuelis cū esset adhuc in agro ⁊ expectaret diuinitus inspiratus vxorem Isaac predestinatam rebecca Bathuelis filij Nachor filiam nunq̄ sibi visam cognouit. Cogitans vt quecunq; puella ad hauriendam aquam pergens sibi potum petēti quinetiam camelis aquam preberet: ipsa futura Isaac coniux esset. Que oīa cū in rebecca cōtigissent. seruusq; cūcta prī narrasset: dedit pater puellā in vxorē isaac despōdandā. Quā secū adductā/ Isaac desponsauit cū esset annorū .xl. vel secundum quosdam .l. ⁊ intantum eam dilexit. vt dolorem qui sibi ex matris morte acciderat temperaret. ¶ Abraham vero aliam duxit vxorem nomine cethuram: quam quidem dicunt agar ancillam eius fuisse: et ex ea plures genuit filios: quibus et munera dedit: ⁊ eos ab Isaac separauit. Illi vero ⁊ heredi omnem possessionem suam tribuit. Et postq̄ genuerat Isaac superuixit annis .lxxv. videlicet vsq; ad .xv. annū natiuitatis Jacob et Esau. Sicq; cum esset annorum .clxxv. in senectute bona mortuus est. Et sepultus est in spelunca duplici quam emit ab ephron in sepulturam generis sui: vbi ⁊ sara eius vxor ab eo fuerat tumulata. Dies autem dormitionis Abrahe secundum Hieronymum fuit .vij. idus Octobris. Hec ex libro Gen. a c. xij. vsq; ad .xxv. inclusiue ⁊ ex dictis Josephi Hieronymi ⁊

historie scholastice atque ex chronicis Guilielmi.

¶ De sancta Sara matre. Cap. lxxxix.



Sarai quam pro-pter eius incredulitatem detracta vna litera eius nomini et addita nomini Abrahe deus Saram nominauit: filia fuit Aram fratris Abrahe / et ipsius Abrahe cōsobrina id est neptis ex fratre. Nam eo tempore ad augendum et multiplicandum genus humanū cuiuscunque gradus preter sororem coniugem accipere licebat. Hec cum sterilis esset: agar egyptiā ancillam suam Abrahe dedit vxorem ex qua suscepit filium Ismaelem. Deinde promissione sibi a deo facta cum esset annorum .xc. ex Abraham centenario filium concepit et peperit: quem vocauit Isaac. Et cum aliquantulum creuisset puer et cum Ismaele luderet: perpendit Sara quod Ismael de ludo idola finxerat. Et Isaac ad ea colenda prouocabat: vnde et viro instituit vt ancillam cum filio a se eiceret: ne filius Innocens Ismaelis malitia fedaretur. Superuixit autē Sara nato Isaac annis .xxxvij. Et cum esset annorum .cxxvij. mortua est: et a viro sepulta in Hebron in spelunca duplici: quam Abraham emit in perpetuam sui et suorū possessionem sepulchri: hec vnde supra.

¶ De sancto Melchisedech rege. Cap. xc.




Melchisedech rex Salem: que postea dicta est Hierusalem cui apostolus Paulus ad Hebre. vij. sanctitatis testimonium perhibet: et pleris que sacre scripture locis sanctissimus nominatur. Cuius tamen genealogia secundum Apostolum subticetur xpm in hoc prefigurans: qui scdm humanitatem patre caruit: et cuius sm diuinitatem generationis narratio narrari nequiuit. Hunc tamen Hebrei autumāt Sem filium Noe fuisse et vsque ad Isaac tēpora vixisse: et omnes primogenitos a Noe vsque ad Aaron sacerdotes extitisse: qui in conuiuiis et oblationibus populo benedicebant: et primogenita recipiebant. Siue autem melchisedech idem qui et Sem fuerit: siue alter extiterit: hoc ex diuina pagina expressum habemus: que rex et sacerdos fuit: qui et primum et aliis inusitatum sacrificium deo in pane et vino obtulit: cui etiā Abraham vti vero dei omnipotentis sacerdoti decimas exsoluit. In quibus omnibus christum expressius designauit: qui et rex iudeorū et hierusalem ex regis Dauid carne progenitus fuit: quē et magi ab oriente venientes vt regem iudeorum adorent: et Pilatus imperij Romani vicarius in titulo cruci superposito regem iudeorum affirmat. Hic etiā sacerdos verus extitit sacrificiū sui corporis et sanguinis immaculatum sub speciebus panis et vini deo offerens: oblationemque et melchisedech prefiguratam adimplens. De quo pater eius secundū carnē Dauid prophetauerat dicens. Tu es sacerdos in eternum secūdū ordinem melchisedech. Ablato enim sacerdotio Aarō qd fuit ad tempus sacerdotiū melchisedech in xpo innouatū eternaliter confirmat. Cui etiā vti vero et legitimo sacerdoti omnis laicorum decimatio persoluenda debetur: et per cōsequēs eius vicariis in ecclesie regimine substitutis: qui et eius eidem sacrificiū administrant. Quomodo autē melchisedech aut qua morte vel vbi seu quo tpe vita excesserit ignoratur: immo et aliqñ mortuus sit omnino silentio preterit. In hoc etiā xpi sacerdotis typū representās q et si i carne aliqñ passus fuit immortalis tñ ex resurrectiōe factus nunq decetero moriturus ab ecclia predicatur.

¶ De sancto Loth. Cap. xcj.



Loth filius Arā fratris Abrahe naturalis: Abrahe vero filius adoptiuus fraterque Sarai sororis idem Abrahā in coniugium accepit. Hic cum adoptiuo patre et naturali patruo de Aram in terrā Chanaā progressus est: et postmodū ab eo diuisus habitauit in oppidis sodomorū vt dictū est supra. Hic etiā cum ipsis regibus Achodor Laomor Elamitarū rege captus ab Abrahā redemptus est. Cū autem dño propter vitiū abhominabile sodomiticū quinque ciuitates sodomorum: id est sodomā / gomorrā / adama / seboim / et segor subuertere decreuisset q in cōfinio arabie et palestine posite erant. Loth Abrahe nepotē propter eius iustitiā et Abrahe preces saluare disposuit. ¶ Venientes que duo angeli sodomorum vespere missi a deo ad eius sententiā exequendā apud Loth hospitati sunt. Quos sodomite iuuenes putātes et eis abuti volētes ad domū Loth sinistrū fecerūt vt viros ad se educeret. Quos ille defēsare studēs duas filias suas virgines despōsatas quidē: sed nondū a viris cognitas eis illudēdas tradere voluit. Qd illi renuērent et vt iuuenes sibi daret instātes: ab eisdē āgelis cecitate percussi sunt: ita vt ianuas videre nō possent. Tūc angeli eminerūt Loth de ciuitate cū duabus filiabus et vxore duobus generis suis exire nolētibus: et propter Loth pepercit dñs ciuitati segor: et cū aliis subuerterēt: ad quā Loth declinare proposuit: forte quia minor erat aliis quatuor subuertēdis: vel minus peccauerat. Admonuerūtque angeli Loth ne qs eorum post tergū respiceret. ¶ Cū autē sol ortus fuisset: et Loth in segor introisset: subuertit deus quatuor ciuitates reliquas sodomorum cū paruulis et mulieribus et pecudibus et oibus hoibus existentibus in eis: q sulphure et igne celico cōbuste sunt: et in fauillam redacte. Respiciēsque vxor Loth post se versa est in statuam salis. Cū autē nec etiā in segor Loth se tutum reputaret: ascēdit et habitauit in monte: vbi duabus noctibus a duabus filiabus successiue inebriatus cū eis concubuit: et vtraque ipsarū ex eo filium genuit. Maior filiū suū vocauit moab: ipse est pater moabitarum: minor vero suū natum appellauit amon: ipse est pater amonitarum. Nec peccauit Loth cū filiabus cocundo: q ipsas nō cognoscebat: quis peccasset se inebriādo: vel forte nec etiā i ebrietate deliquit: q virtutē vini noue regionis nō cognouit sicut nec Noe qñ inebriatus est. Forte etiā filie minus peccauerunt q nō cōcupiscentia ducte: sed vt saluarēt semē de patre cōcumbēdi secum modū inuenerunt: putātes oēs hoies mundi sicut et sodomitas incendio periisse: sicut alias diluuio audierant esse factum. Potissime q secundum diluuiū ignis extitisse putabāt: qd futurū intellexerant prophetatum. Si autē Loth peccauit credēdū est ipsum penitentiā egisse. Alioquin in sctorum collegio nō poneret. Quod autē sanctus nosandus sit nō solū ex testimonio Petri apli in scda epla. c. ij. probatur: sed etiā ex Gen. testimonio / vbi solus ipse iustus inter cunctos vnius ciuitatis peccatores hoies nolatur. Quis autē aut qñ vite sue finis fuerit vlterius non legitur. Hec vnde supra.



¶ De sancto Isaac patriarcha. Cap. xcij.

Isaac patriarcha Abrahe filius q in sanctorum patrum catalogo ascribit ecclesiastici. xliiij. ex repromissionē anno centesimo prius natus octauo die circuncisus a deo intantū dilectus fuit: vt tentans patrem de eodē sibi exhiberi holocaustū mādasset et eius obediētia probata pro ipso arietem commutasset.

et cu a morte reseruasset: que oia in Abrahe legenda superius dicta sunt. Cu ergo Ysaac esset annoru .xl. et Rebecca Bathuelis filia duxisset vxorem vt ia pretactu est: in geraris peregrinat' est: et fedus cu abimelech iuramento firmauit: et dnm sibi pollicetem que et patri suo pmiserat audiuit. Cum ergo Rebecca vxor eius .xx. fere annis sterilis extitisset: orante pro ea viro suo vt impleretur pmissio: tadem duos geminos concepit. Quoru mutua collisione adinuicem afflictione in vtero sustinuit. Consultoq dno et accepto de duobus populis ex eis nasciturus diuino oraculo: geminam prolem edidit anno Ysaac .lx. Primo egressus rufus et hispidus dictus est Esau qui et Edom a quo ges idumeoru. Secudo natus dictus est Jacob: q plantam fratris manu tenebat: qui postea israel nominatus est: a quo israelite: qui nunc iudei descenderut. Cum ergo adoleuissent Esau factus est venator: et Jacob agricola et pastor in tabernaculis habitabat. Pater diligebat Esau: q primogenitus erat: quia de venationibus eius vescebatur libenter. Mr vero diligebat Jacob pro eius simplicitate ac etia diuina inspiratione. Cum aute Jacob lenticula coxisset: et Esau lassus de agro rediret: et de pulmeto fratris peteret. Illeq sibi dare recusaret: vendidit sibi Esau primogenita sua: ea paruipendendo: et se moriturum putans ne instanti comederet: dedita sibi pmogenita p edulio lentis: et iurauit talem vēditionē se ratū habiturum. Et quia lenticula fulua erat: et hebraice Edon fuluu dicitur: hinc Esau vocatus est Edom. Erat aut primogenita dignitates quas habuerāt primogeniti in cognationibus suis vsq ad Aaron: videlicet vestes speciales quibus induebant tantum in sacrificijs offerendis: et receptio finalis bndictionis a patre. Ipse vero in solennitatibus et conuiuijs benedicebat minoribus: et in his duplam ciboru benedictionem percipiebat. Similiter et in diuisione hereditatis: nec peccauit Jacob fratrem esurientē nō reficiendo gratis secundu gregoriu: q laborabat ille vitio gule nō nature necessitate. ¶ Cu autē senuisset Ysaac et videre nō posset: mādauit Esau primogenito suo de venatiōe sibi cibos parari antequa moreretur vt sibi bndicere posset. Quo ad venandu egresso iussit Rebecca Jacob filio suo vt sibi afferret duos hedos optimos: ex quib' eius gratas faceret patri suo: et sibi pro Esau bndictionem daret. Et cu ille ex hoc se deprehendendu dubitaret: et fortasse maledictionē pro benedictione recepturu: protestata est mater: q talis maledictio in suu caput verteretur: dumodo iussa per filiu coplerentur. Quod cu Jacob perfecisset: paratis cibis induit Jacob vestibus Esau valde bonis: quibus vt dictu est primogeniti vtebantur. Pelliculasq hedoru manibus et collo circudedit: vt similitudinem fratris qui pilosus erat exprimerent: Jacob ergo cibis acceptis: et patri Ysaac allatis cum ipsum minime cognouisset de cibis comedit: et palpato illo putans Esau Jacob postmodu benedixit. Egresso igitur Jacob venit Esau et cibos patri intulit ac benedictionem petijt. Quo audito expauit Ysaac vehementi stupore: et in hac extasi vidit in spiritu vt ait comestor a dno hoc factu esse et significationem pie fraudis intellexit: et ideo nō irascēs qd fecerat cōfirmauit. In hoc aūt facto vt ait Grego. nō peccauit Jacob nec per fraudē benedictionem primogeniture surripuit: sed sibi debitam accepit: quam alias p lentis edulio a fratre cōparauit. Nec falso dixit patri se esse Esau: quia erat ipse nō psona: sed primogeniture dignitate sicut Johānes helias nō natura sed virtute. Benedictus est autem nō secundu intentionē patris que ad Esau erat: sed secundu virtutē verboꝝ que proferebat. Sicut eps qui ordinauit clericu alienu quem credidit esse suu et tamē vere est ordinatus. ¶ Superuixit autē Ysaac post natos Esau et Jacob annis .cxx. Et sic annoꝝ .clxxx. senex et plenus dieru mortuus est. Et sepelierunt eum filij sui in sepulchro paterno: qd est in hebron in spelūca duplici de qua dictu est superius. Hec ex libro Gen. a .c. xxv. vsq ad .xxviij. et ex dictis Hieronymi / Josephi et comestoris: atq ex chronicis Guilelmi.

¶ De sancta Rebecca. Cap. xcij.



Rebecca filia Bathuelis filij nachor fratris abrahe et Ysaac neptis ex auūculo pgenita: eidem Ysaac in vxorē diuina dispensatione quesita fuit: vt superius in gestis Abrahe cōtinetur. Hec multo tēpore sterilis duos postmodu geminos edidit natos esau videlicet et iacob. Et q naturale est vt mater tenerior predilīgat quem pr minus amat: Rebecca Jacob prediligit: quē Ysaac respectu Esau quodāmodo contempsit. Et de matris cōsilio ac prudētia summa adhibita cautela minor maiori bndictionem accepit vt superius dictu est. Eadem circunspectione Jacob ab Esau ira saluauit: dum ipsum ad tempus ad labā auunculu suu et ipsius Rebecce germanum in mesopotamiā transmisit vt mortem euaderet: quam sibi fuerat Esau cōminat'. Quo apud labam cōmorante per annos .xx. vt dicetur anteq inde rediret: Rebeccam decessisse creditur: quo autem tempore vel quomodo scripture textu silentio preteritur.


¶ De sancto Jacob siue israel patriarcha. Cap. xciij.



Jacob qui et israel patriarcha Ysaac filius et ipse sanctorum patru catalogo scriptus ecclesiastici .xliiij. anno patris .lx. cu Esau cōgenitus est. Hic postq fratris benedictionē diuina dispensatione surripuit: vt supra primo dictu est a fratre exosus de cōsilio matris ad labā auunculu suum in mesopotamiā cōfugit: vbi in itinere iuxta luzam dormiens: scalā e terra ad celum erectam per quā angeli ascendebant et descendebāt: vidit et dnm summitati scale innixum sibi terrā et benedictionē seminis promittentē audiuit. Perueniens aūt ad labam .xiiij. eidem annis pro duabus filiab' suis Lia et Rachele seruiuit. Cum enim labā cum Jacob pepigisset vt sibi .vij. annis pro filia sua minore Rachele: quā ipse amabat seruiret. Et cōpleto seruitio .vij. annoꝝ Jacob vxorem suā expeteret: labā nuptijs celebratis nocte Liam filiā suā maiorem in thalamo collocauit cui ancillā zelphā tradidit: cum qua Jacob Rachelem arbitrans nocte dormiuit. Cum aūt mane Liā cognouisset: et de hoc socero cōquestus esset excusauit se labā non esse de more patrie: vt minores filie ante maiores nuptui traderentur. Promisit quoq sibi post .vij. dies Rachelā daturū: et sic Jacob vtrāq sororem habiturum pro seruitio .vij. aliorum annoꝝ futuroꝝ quo sibi seruire debuisset: completaq hebdomada eidem Rachelē tradidit: cui ancillam Balam noie dedit Jacob quoq socero .vij. alijs annis p Lia iam obtēta seruiuit. ¶ Genuitq Jacob .xij. filios ex vxorib' et earu ancillis. Ex Lia habuit Rubē / Symeon / Leui / Judā et Ysachar / et Zabulon / et vnā filiā noie Dinā. Ex ancilla Lie Zelpha / Gad / et Aser. Ex ancilla Rachelis Bala / Dan / et Neptalim. Ex Rachele / Joseph / et Beniamin. Finitis vero .xiiij. annis seruitij p vxoribus suis Jacob a labā discedere voluit: sed labā adhuc ipso requirēte p alio septēni seruitio Jacob remansit: postulauitq Jacob pro pretio quicquid nasceret varij coloris ex gregibus: quos pascebat: qd annuēte Labā Jacob nouā nature strophā cōmentatus cōtra naturā arte naturali pugnauit: virgas .f. varias in canalibus ponens: et in feruore diei dū ad potandum inde pecora pergerent: et accederent ad coitum oues et capras ascendi faciens: vt tales fetus cōciperēt: quales

umbras arietū et hircorū supra se ascēdētiū in aquis cōspiceret. Uarius enī erat color umbrarū: sicque multitudine agnorū et hedorū varij coloris nascētiū. Jacob ultra modū ditatus est. ¶ Jacob igitur Joseph nato cōpletis annis .xx. apud Labā nec valēs .xxj. perficere propter nequitiā labā qui mercedem eius pluries mutauerat cū uxorib⁹ et filijs et substātia sua clam discessit. Quē labam iratus persecutus est cum cognatis et amicis: sed ipsum dño cohibente ne Jacob noceret: inito secum federe reuersus est in pace filiabus et nepotib⁹ deosculatis. ¶ Jacob vero ceptū iter peragens angelos dei confortantes se cōtra fratris sui esau irā quam valde timebat: obuios habuit et ante aurorā cum sibi apparente angelo lucta dimicauit qui et eius femoris neruū tetigit: et statim emarcuit: et nomen Israel imposuit. atque quod cōtra fratrem inuictus staret: eidē predixit. Jacob vero ad placādum animū fratris munera sibi per officios mittit: ipse aūt subsequēs filios et uxores ac familiā et iumēta in duas turmas diuisit. Cui esau cū quadringentis armatis occurrēs et munera eius recusans: ipsum cum uxorib⁹ et filijs suis amabiliter cū amplexu et osculo ac fletu suscepit et in seyr reuersus est. ¶ Trāsacto vero iordane Jacob habitauit in agro sichē: quem emit a rege emor. Et tunc Dina filia eius egressa vt mulieres regionis videret: corrupta est a sichem filio emor. ¶ Quam postmodū in cōiugiū petens symeon et leui dolose egerūt: vt filiūs emor cū patre et populo iuxta ipsorū ritum circuncideren⁹: asserentes se sororem incircūciso homini copulare nō posse: qd̄ si facerent nedum dinam filio regis promiserūt tradere: sed etiā cū eorū populo connubia cōfederare. Cum aūt oēs mares circuncisi fuissent: et pre dolore incisionis tertio die in lectis iacerent. Symeon et leui arreptis gladijs urbē aggressi sunt: cunctisque maribus interfectis cetera diripuerunt. Unde territus Jacob propter incolas terre: sed cōfortatus a dño recessit. Perueniēsque Bethel edificauit altare: et iusta id qd̄ pri⁹ in itinere mesopotamie dño vouerat: ibidē obtulit holocaustum. Egressus igitur Jacob de Bethel venit verno tpe ad terrā q̄ ducit effratā .i. bethleē. Ibique cū Rachel filiū peperisset: et pre dolore part⁹ moreretur: vocauit eū Bennoni .i. filius doloris. Pater vero vocauit eū Beniamin .i. filius dextere. Ibique Rachele sepulta Jacob peruenit ad terram chanaā. Et cū esset annorū .cx. patrē suum Isaac mortuum sepeliuit. Erat aūt Jacob annorū .xcj. qñ genuit Joseph. Et cū esset Joseph annorū .xxxix. Jacob descendit in egyptum in animabus .lxx. qui tūc erat .cxxx. annorū. vt in proximo dicet. Qui postea vixit in egypto annis .xvij. Et sic Jacob annorū .cxlvij. vidēs appropinquare obitū suū vocauit Joseph filiū suum adiurās eum vt ipsum sepeliret: vbi Abraham sepultus fuerat. Conuocatis autem omnibus filijs suis benedixit eis ac prophetice multa vētura predixit de diuisione terre promissionis ad literam: et de futuro statu duodecim tribuū: apertissime aūt de utroque xpi aduētu. Et post hec in pace dormiuit: quē filij assumentes portauerūt in Hebron: et ibi eundē sepelierūt cū patrib⁹ suis. Hoc ex Genesi a .c. xxviij. vsque ad .xxxvij. et ex alijs libris quibus supra.

¶ De sancta Rachele. Cap. xcv.



Rachel filia Labā filij Bathuelis filij nachor fratris Abrahe et Jacob neptis et auunculo procreata in uxorē Jacob diuina dispensatiōe a prē tradita est: pro qua: vt supra proxime dictū est: Jacob Laban seruierat septē annis. Et videbātur sibi dies pauci pre amoris magnitudine qua ipsam adamauit. Nā sororē Liam quasi coactus accepit. Quia tū dic instituta exigit vt minus accepti in aliquo sublleuenū. Uidēs deus qd̄ Jacob Rachelē plus diligeret: eā multo tpe sterilitate dānauit: Liam aūt multis filijs fecūdauit. Cum aūt cōtemplatione filiorū amor sic sororis dilectioni adequatus esset in Jacob. tunc et Rachel parere cepit. Peperitque primū Joseph Jacob iam .xcj. anno etatis agente: vt Joseph⁹ tradit. Post quem annis duodecim genuit Beniamin et in puerperio decessit: quā Jacob in effrata qui est Bethleē vbi et filiū pepererat. sepeliuit: et titulū eius descriptionis desuper apposuit. Prefate tres sctissime matres: scilicet Sara Rebecca et Rachel in multis sacre scripture locis cōmemorant: et earū celebris sanctitas recolitur. Specialiter autē Petrus in prima epistola .c. iij. de sanctitate sare mētionem facit: ipsius et ceteras cōmendare ingñe videat: propter qd̄ merito in sanctarum mulierū catalogo describunt: que tantorū virorum cōiuges et tantorū filiorū meruerunt esse genitrices. Joseph⁹ etiā eas inter sanctas hebreorum matres: immo pre ceteris commemorat. Hec omnia vnde supra collecta sunt.

¶ De sanctis duodecim patriarchis filijs Jacob. Cap. xcvj.



Duodecim patriarche filij Jacob: a qb⁹ .xij. trib⁹ Israel descenderūt: ab eodē ex duabus eius uxorib⁹: Rachele et Lia: et duabus ancillis. Zelpha et Bala pgeniti fuerūt: quorū nomina hec sunt: Ruben: Symeon: Leui: Judas: Isachar: Zabulō: Gad: Aser: Dan: Neptalim: Joseph: et Beniamin. hos enim in sanctorū numero ponendos induxit: nō solū paterna sanctissima merita: quorum illi imitatores fuisse credūtur: sed etiā eorū in multitudinē filiorū Israel innumera generatio diffusa. Qd̄ vt ipsorū sanctitas plenius innotescat ex oī tribu eorū duodecim milia signatorum in Apocalypsi describuntur: vt sic ex electis filijs parētes eorū sancti comprobent. Excepta sola tribu Dā que ideo in nouo testamento repellitur: nō ex vlla progenitoris culpa: sed qz ex ea xpo cōtrarius antichristus nascitur⁹ &c. Uerū et si ex eisdē patriarchis aliqui peccauerūt in aliquo vtpote Ruben qui patris cōcubina abusus est: vel forsitan oēs qñ Joseph iustum in egypto vēdiderūt: pie creditur eorum culpas aū mortem per penitentiā fuisse deletas: vt patrū vestigia imitātes omnes ex hac luce sine delicto migrarent. Confirmatur etiam hec opinio ex duodecim testamentis ipsorum: que in hebreorū codicibus reperta nuper in latinum translata sunt: que Uincētius in speculo ponit. In quibus de aduentu christi et articulis humanitatis tot et tanta mysteria vaticinata continentur: vt videant diuino afflati spiritu. non futuram prophetiā predixisse. sed transactam historiam texuisse. Et potissime in hoc concordantes: qz xps dñs de tribu Juda fuerat nasciturus: ipsas duas trib⁹ pre ceteris extollēs: et in hoc Christo regnum et sacerdotium attribuentes. Neque enī arbitrandum est tantam diuini spiritus afflationem in reprobatos homines eadem sacramenta sic vnico ore pphetantes: potissime mortis tēpore concurrisse. ¶ Omnes autem patriarche sicut cum patre Jacob in egypto intrauerunt. sic ibidem vitam finierunt. Ex istis vt dictum est duodecim tribus filiorū Israel dicte sunt inter quas cūctis tribus Ruben ex eo qd̄ fuerat primogenitus ceteras dignitate precellere debuisset: tū tribus Juda eius locum obtinuit: et ideo merito regnum accepit: quia aperto rubro mare filijs Israel transituris: cunctis intrare dubitātibus: prior tribus Juda mare trāsiuit: et ceteris transeundi audaciam prebuit. Post hanc secunda tribus leui merito preficitur: quia ipsa sola ex omnibus diuina vocatione ad sacerdotium sublimatur. Et quia ex omnibus fratribus suis leuite separati fuerant: vt de sacrificijs et oblationibus ceterorum vitam ducentes sortem hereditatis cum alijs non ac-

ciperent:ita ꝙ soli trib⁹ vndecim remanebāt. Idcirco tribus Joseph in duas subdiuidit̄ que ex duob⁹ filijs effraim ⁊ manasse descenderūt:vt numer⁹ duodenari⁹ impleret̄ ⁊ vt trib⁹ Joseph cui⁹ occasiōe ceteris fratribus tāta bona prouenerant:duplici portiōe ditaretur. Ideoq̄ trib⁹ Joseph inter ceteras nō nominat̄:sed loco ei⁹ due tribus videlicet effraiȝ ⁊ manasse surrogantur.

¶ De sancto Joseph patriarcha. Cap. xcvij.



Joseph p̄triarcha Jacob filius ex Rachele in sanctorū patrū catalogo ecclesiastici .xliiij. ⁊ primo machabeorū .ij. n̄. spāliter nōiat̄. Qui p̄ri dilectissimus:eo ꝙ in senectute genit⁹:cū annorū .xvj. pasceret gregē:inuidiā fratrū suorū incurrit: tum propter familiarē patris erga se dilectionem:tum propter somniorū narrationē. Viderat enī somnia: ꝙ fratrū manipuli suū in agro adorarēt:⁊ ꝙ sol ⁊ luna ⁊ stelle vndecim:se similiter honorarēt:qđ pater exponēs Joseph a fratrib⁹ ꝓdixerat adorādū. ¶ Cū igit̄ a patre i Sichen:vbi fratres pascebāt pecora mitteret̄:ꝑmi tunica talari nudatū deposuerūt in cisternam sichem:deinde ꝯsilio iude extractū ismaelitis triginta argēteis vēdiderūt. Tunicā aūt ipsius in sanguine hedi tinxerūt:simulantesq̄ illū a feris occisum eandē patri miserunt:qui ipsum interfectū existimans incōsolabiliter omni tpe deflebat. Madianite vero qui ⁊ ismaelite Joseph in egypto vendiderūt phuthiphari Eunucho magistro milicie Pharaonis. Hic habuit vxorē ⁊ liberos:nōdum enim eunuchus factus erat. Nam ⁊ Joseph postmodū duxit vxorem eius filiā: qui eunuchus factus ad sacerdotium fuit promotus. ¶ Traduntq̄ hebrei:ꝙ ipse phuthiphar videns Joseph elegantem emit eum:vt sibi misceretur. Dñs autem custodiens Joseph:adeo illum infrigidauit:vt deinceps tanq̄ eunuchus impotēs ad coitum fuerit propter qđ et eunuchus dicitur. Videntes autem eum egrophanti arefactū de amore suo ipsum pōtificem heliopoleos: que postea fuit damiata creauerunt. Phuthiphar autem q̄uis cum Joseph peccare non posset:ipsum tamē diligens in tantum honorauit:quod omni domui sue illum preficeret. Cum autem vxor ei⁹ iniecisset oculos in Joseph quadam die dum esset in camera solus:illa ingressa apprehendit pallium eius:⁊ eum ad concubitus inuitauit. Sed Joseph iratus relicto pallio in manu eius effugit. Illa vero contemptam se videns:in argumentum fidei retentum pallium:ostendit viro redeunti:accusans Joseph quod ipsam voluisset violare. Qui verbis vxoris credulus:vinctū Joseph tradidit in carcerem regis. Ubi etiaȝ post dies aliquod retrusi sunt a rege princeps pincernarum et pistorū megister ex culpa ipsorum. Qui cū ambo nocte vna somnia vidissent: eaq̄ Joseph interrogati narrassent. principi pincernaȝ: qui dixerat se vidisse:ꝙ ex vite triuȝ propaginuȝ vuas exprimens in calicem Pharaonis poculuȝ regi dabat: exposuit Joseph:ꝙ post dies tres suo fueraȝ officio reponendus. Principi vero pistorum dicenti ꝙ viderat se tria canistra panibus referta gestare:auesq̄ ex eis comedere:exposuit ipsum post tres dies in patibulo suspendendum:carnesq̄ eius ab auibus lacerandas:que omnia:vt predixerat:rei probauit euentus. ¶ Post duos annos vidit pharao somnium:ꝙ septem boues crasse de fluuio ascendebāt:quos sequebantur septeȝ alie macilēte priorum pinguedinem deuorantes. Septem quoq̄ spice plene ⁊ vberes pullulabāt:quas sequebātur alie septem tenues et arentes priorum pulchritudinem absorbentes. Cumq̄ sapientes egypti somniū regi interpretari nescirent:ad suggestionē pincerne Joseph Recordans Pharao Joseph educto de carcere somnium retulit:qđ ille sibi exposuit. Dicens septem annos fertilitatis nimie in orbe venturos:quos subsequentur alij septem summe sterilitatis. Consuluitq̄ regi vt prouideret virum qui quintam partē frugū tpe sterilitatis in horreis cōgregaret:⁊ tēpori future postmodum famis reseruaret. Rex ergo miratus in Joseph somnii solutionē:⁊ cōsilij discretionē cōmisit ei huiusmodi dispensationē:faciens eum totius egypti ducē ⁊ principeȝ cū esset annoruȝ triginta. Primo igitur ⁊ fertilitatis anno venit Joseph vt congregaret frumēta in fines Heliopoleos:id est Damiate:⁊ diuertit ad domuȝ phuthipharis:qui ipsum emerat:⁊ per dolum vxoris carcerat:qui princeps et sacerdos regionis Heliopoleos factus fuerat. Huius filiam Asenech virginem dedit pharao ioseph in vxorem. ex qua nati sunt sibi duo filij Manasses ⁊ Effraim priusq̄ anni sterilitatis venirent. ¶ Transactis igitur annis vbertatis ⁊ grano collecto:venerunt anni inopie:⁊ ceperūt tam egyptiorum:q̄ aliarum prouinciarum populi concurrere ad ioseph pro frumētis emēdis. vnde ⁊ exinde infinitā pecuniā cōgregauit ⁊ in archas regis reposuit. Inter hec venerūt in egyptū de terra chanaan .x. fratres ioseph:beniamin cum patre relicto:pro frumentis emēdis:qui ad ioseph intrantes euȝ adorauerūt:quibus ille cognitis durius locutus est dicens eos exploratores esse:eosq̄ diebus aliquib⁹ in vinculis mancipauit. Illi vero se excusantes omnem suam progeniem narrauerunt. et inter alia fratrem alium beniamin domi relictum se habere dixerunt. Quod Joseph audiens symeonem detinuit:ceteros vero cum cibis dimisit iurans ꝙ fratrem illoruȝ nunq̄ dimitteret nisi beniamin sibi adducerent:vt sic illos verum dixisse comprobaret. Qui redeuntes omnia patri narrauerūt ⁊ eum noua tristitia afflixerunt. Cōsumptis ergo triticis de mandato parentis:iterum pro alijs emendis in egyptum descenderūt:⁊ q̄uis dudū iacob recusante beniamin secū adduxerūt. venientesq̄ ad ioseph cū adorauerūt ei beniamin sibi presentauerunt ⁊ munera secum delata obtulerūt. Quos ille ad conuiuiū inuitauit:⁊ symeonem eductū cum fratrib⁹ discūbere fecit. Factoq̄ mane dispensatori suo mādauit:vt eis frumētum tribuat: ciphūq̄ suum in sacco iunioris abscondat. Quod cū factum esset:⁊ illi de ciuitate exissent:fecit eos insequi ⁊ teneri eo ꝙ ciphū principis rapuissent. Quod dū negarent ⁊ apertis saccis omnibus granū effusum esset:repertus est ciphus in sacco beniamin:illiq̄ omnes vincti ad Joseph reducti sunt. Cum aūt eos Joseph de cōmisso furto durius increparet ⁊ solū beniamin vti culpabilem ceteris dimissis in seruum retinere vellet. Judas propius accedens:eidem cum lachrymis exposuit: qualiter puerū a patre in fidem suam susceperat:⁊ pro puero misericordiam postulabat:supplicās illū ad patrē remittendū:⁊ se loco pueri in seruitium detinendū. Joseph ergo:se amplius cohibere non valens:alienis omnibus eiectis se cum lachrymis fratrib⁹ innotuit omnesq̄ sibi cū amplexibus reconciliauit:datisq̄ muneribus ad patrem remisit:eūq̄ cū omni familia et facultatibus ad se deferendum mandauit. Qui festinanter ad patrem redierunt:⁊ sibi per ordinem cuncta retulerunt. Audiens autem Jacob quod Joseph filius eius viueret:⁊ totius terre egypti dominator esset quasi de graui somno euigilans deum benedixit. Quem dominus per visionem confortauit. Qui mox surgens .ij. anno famis cum vniuersa familia in egyptum descendit: Fueruntq̄ aie .lxx. numero ipso ⁊ Joseph cū duob⁹ eius filiis computatis. ¶ Pharao igitur benignissime Jacob senem annorū .cxxx. suscepit ⁊ ab eodem benedici voluit:deditq̄ ei ⁊ filiis suis terram gessen vberrimam ad habitandū. Sicq̄ occasione Joseph Jacob et filiis eius omnibus bonis egypti locupletati sunt. Sepeliuitq̄ Joseph patrē suum defunctum:vt supra dictum est in sepulchro patrum suorū in hebron. Erat autem Joseph annorum .xxxix. qñ Jacob in egyptum intrauit vbi ⁊ annis .xvij. superuixit. Sicq̄ ioseph annos etatis

xxe.lvj.agebat decedente genitore. Quo mortuo supuixit annis.liiij.et vidit filios effraim in tertia generatione: filij quoqz machir filij manasse nati sunt in genibus Joseph. Oblitusqz omnium malorum que fecerat ei fratres sui mortuo patre eos benigne pertractauit: et predijs ac possessionibus ditauit. Et ad extrema deueniens fratribus predixit quod deus eos visitaret: et ad terram pro qua patribus suis iurauit illos reduceret. Adiurans eos vt ossa sua tunc ex egypto transferrent: et in paterno tumulo sepelirent. Mortuusqz est Joseph cum esset annorum.cx.et conditus aromatibus reseruatus est in loculo in egypto. Hec de libro gen.c.xxxvij.vsqz ad finem: et ex alijs voluminibus quibus supra.

De sanctis effraim et manasse. Cap.xcviij.



Effraim et Manasses patriarche filij Joseph fuerunt qui tribum eius in duas subdiuiserunt. Quorum primogenitus manasses anno.xxxiij.etatis Joseph.ij.genitus vero effraim anno.xxxv.eiusdem etatis natus est. Effraim autem minor manasse maiori prelatus est: quia semen eius magis excreuit: et populorum multitudine: et regni dignitate. Nam regno israel in duo diuiso: x.tribuum Effraim caput fuit cuius regni samaria in ipsa tribu posita ciuitatis regalis multo tempore claruit: vnde et cum Jacob morti appropinquaret: Joseph filius suus manassem et Effraim ad eum adduxit: vt antequam decederet filijs suis benedictionem daret. Applicansqz illos ad Jacob manassem primogenitum posuit ad dexteram patris. Effraim vero minorem ad sinistram cupiens vt pater maiori dexteram: minori vero sinistram super caput poneret. Jacob vero qui iam oculis caligauerat: nec luminibus corporis nepotes videbat: spiritu tamen futura preuidens manus cancellauit: et super caput Effraim dexteram: super caput vero manasse sinistram imposuit: eisqz benedixit. Quod Joseph moleste ferens dexteram patris de capite Effraim leuare et super caput manasse transferre nitebatur. Cui Jacob respondit se scire quid faceret: nam quamuis manasses magnus futurus esset: ipsum tamen Effraim et seminis multiplicatione et honoris dignitate precelleret. Qui post aui et patris excessum in eorum semine mirabiliter excreuerunt: et cum ceteris patriarchis in egypto diem extremum concluserunt. Hec ex libro gen.cap.xlviij.et ex alijs voluminibus quibus supra dispersim collecta conscripta sunt.

De sancto Vedasto epo. Cap.xcix.



Vedastus episcopus attrebaten.fuit.qui a beato remigio Remen.archiepo eidem vrbi in episcopum ordinatus: cum venisset ad portam ipsius ciuitatis: et duos pauperes vnum cecum: et alium claudum ad elemosynam sedentes inuenisset: facta oratione cecum illuminauit.et claudum erexit. Cum autem in quadam ecclesia derelicta vepribus operta lupus habitaret: eidem mandauit: vt inde discederet: nec illuc vlterius redire presumeret: quod et factum est. Denique cum verbo et exemplo multos conuertisset: quadragesimo sui episcopatus anno vidit columnam igneam a celo in eius domum descendentem. Finemqz suum post modicum futurum esse cognouit. Et circa annum domini.Dc.in pace requieuit.viij.idus Februarij. Cum autem corpus eius transferretur: audomarus quidem pre senio cecus, dolens quod corpus sancti videre non poterat. Mox lumine recepto corpus aspexit: sed postmodum pensans hoc forte non esse anime sue perutile ad votum lumen amisit.

De sancto Amando epo. Cap.c.



Amandus eps nobilibus parentibus ortus monasterium introiuit. Qui die quadam maximum serpentem inuenit: quem statim virtute crucis ad foueam inde nunquam exiturum ire coegit. Post hoc dum Romam venisset: et in ecclia sancti Petri apli pernoctaret: custos ecclesie ipsum irreuerenter foras proiecit. Cui postmodum ante fores dormitanti beatus Petrus apparuit: et ad gallias ipsum redire mandauit. Cui cum ibidem regem Dodobertum de suis criminibus diuinitus admonitus increparet rex ipsum de regno suo eiecit. Cum autem rex filium non haberet: et amandus sibi oratione natum a dno impetrasset disposuit rex: vt cum ab amando baptizari faceret. Quesito igitur sancto et ad regem adducto prostratus ad pedes eius rex veniam petijt: et vt filium suum quem precibus sancti dnm sibi concessisse nouerat baptizaret: instantius postulauit. Ille vero primam de venia petitionem exaudiuit: sed se secularibus negotijs implicari nolens secundam recusauit. Tandem victus precibus annuit voto regis. Et cum baptizaretur infans tacentibus cunctis respondit amen. Post hec ipsum rex in traiecten.episcopum sublimari fecit. Vbi cum verbum predicationis contemni videret in vasconiam iuit. Et dum ibi predicaret: et quidam iaculator ipsum irrideret: continuo a demone arreptus: et proprijs dentibus se discerpens: quod viro dei iniuriam fecerit confitetur et tandem mirabiliter moritur. Ibi etiam cecus quidam aqua lotionis manuum eius oculis perfusus illuminatur. Cum in quodam loco de voluntate regis monasterium construere vellet: et episcopus proxime ciuitatis hoc egre ferret: misit ad eum famulos suos: vt aut sanctum inde expellerent: aut dolose occiderent. Qui venientes ei in dolo suaserunt vt secum pergeret: et sibi locum aptum ad monasterium construendum ostenderent. Qui malitia eorum per spiritum agnita ad cacumen montis cum eis accessit: vbi eum occidere disponebant: eo quod et ipse martyrium affectaret. Subitoqz tanta pluuia et tempestate mons tegitur vt se mutuo videre non possent. Qui se mori putantes prostrati veniam postulabant: et vt eos viuos abire permitteret exorabant. Ipseqz orationem fudit: et mox serenitas illuxit: episcopiqz famulos amandus in pace dimisit. Post que multa alia miracula faciens in domino feliciter obdormiuit.viij.idus Februarij circa annum domini.Dcxx.tempore Heraclij imperatoris.

De sancta Dorothea virgine et martyre. Cap.ci.



Dorothea virgo et martyr apud Cesaream Cappadocie passa est. Cuius cum due sorores Christa: et Calixta que in tormentis territe fuerant apostatassent tradita est Dorothea virgo a iudice duabus sororibus suis vt ipsius animum ad deorum sacrificia inclinarent. Quas diuino nutu sancta virgo versa vice ad fidei veritatem reuocauit: et ad martyrium animauit. Qua de re ipse sancte ambe in cuppam misse et in conspectu sororis incense xpo animas tradiderunt. Dorothea vero in catastam leuata et palmis diutissime cesa tandem data sententia ad decollandum ducta est. Que dum ad passionem tenderet: scholasticus quidam nomine Theophilus virginem irridendo rogauit: vt quia ad paradisum sponsi iam pergere se dixerat: de ipso paradiso rosas sibi aliquas destinaret: Quod et illa spopondit. Dum autem iugulo feriendo se poneret: astitit ei puer cum ornamentis mulieris quidem eidem in sinu suo tria mala et tres rosas presentauit: que sibi de paradiso sponsi sui attulisse asseruit. Quam sera rogauit vt eas Theophilo deferat: quod et factum est. Propter quod est Theophilus ro-

sas inuisas tempore hyemis aspiceret: et miraculis cō siderasset: conuersus est. Et post de collationē virginis et ipse tentus in equuleo leuatus ac diutius tortus tandē gladio cedēte martyriū cōsummauit. Passa est aūt virgo xpi. viij. idus Februarij.

¶ De sancta Dorothea virgine. Capi. cij.



Dorothea altera virgo apud Alexandriam tempore Maxentij / et Maximi imperatorum nata est. Que vt octauo libro ecclesiastice hystorie traditur nobili progenie orta xpo dño seruiebat: et votum virginitatis emiserat. Sed maxim⁹ in partibus egypti crudēs pudicitie hostis et fidei Christianos mares ad deorū culturā: virgines ad voluptatem obscenā: totis nisibus prouocabat. Dū igitur virgo xpi ab eodem pro adulterio impeteretur: accepta dilatiōe timensq̄ virginitatē amittere: nocturno silentio clam aufugit: et heremum petens orationibus et ieiunijs multo tempore vacans in pace quieuit. Cui⁹ exemplū multe virgines imitate sunt. Hec ibi.

¶ De sancto Moyse abbate. Capi. ciij.



Moyses abbas in deserto de scythi penitentiā egit. Qui fratri a se petenti sermonem dixit vt in sua cella sederet: et ipsa cum vniuersa doceret. Cū quidā frater senex infirmatus in egyptum vellet ire: ne fratres nimis grauaret: prohibebat eum Moyses abbas ne iret: quia in fornicationē incideret. Qui contristatus est nimiū tam infirmitatē suā q̄ senectutem suā considerans. Et cōtra abbatis inhibitionem discessit. Cui cū virgo quedam ex deuotione seruiret ille cōualescens eam violauit. Que cōcepit et peperit. Senex quidē infantem in vlnis suscipiens: in die magno festiuitatis qui erat in Scythi ecclesia cum multitudine fratrum intrauit. Et puerū cū lachrymis omnibus ad sui cōfusionē et alioꝝ exemplū ostēdebat: et ipsum filium inobediētie fore dicebat: ac vt nemo de senectute presumeret admonebat: necnon vt pro se orarēt omnib⁹ supplicabat. Cui moyses abbas penitētiam imposuit: et ille ad cellam reuersus ad pristinum statū redijt. ¶ Fratrē quendā qui peccauerat abbati Moysi miserunt iudicandum. Qui accepto sacco pleno harena venit ad eos. Et interrogat⁹ ab eis quid hoc esset: respōdit q̄ erant peccata sua post se currētia in similitudinem harene ponderosa que ipse non poterat videre: qui tamen venerat aliena iudicare. Illi aūt hoc audientes fratri pepercerunt. Hec in vitis patrum. Quieuit autem abbas Moyses in domino. et agitur eius festū septimo idus Februarij.

¶ De sancto Moyse abbate alio episcopo saracenorum. Capi. ciiij.



Moyses alius abbas ethiops natiōe eps saracenorū fuit: vt habet in hystoria tripertita. Hic postmodū ab egyptijs captus et seruus effect⁹ propter multas culpas a dño suo expulsus: latrocinijs et homicidijs dedit⁹ est. Tandem exēplo sanctorū anachoritarū ad penitentiā prouocat⁹ et xpian⁹ ac monach⁹ effect⁹ est. Fuit discipul⁹ Isidori abbatis. Cui⁹ sanctitatis exēplo oīa diaboli figmēta deuicit et demonib⁹ admodum terribilis fuit. Deinde ad sacerdotij ordinē ascēdit: et septuaginta q̄nq̄ annis i heremo seruire studuit. Cū aūt primo cleri-cus fact⁹ eēt et eps ei superpelliceū imposuit: dixit ei eps q̄ fact⁹ fuerat nimiū cādidat⁹. Ille pro q̄siuit ab epo / an a foris / an ab intus: quasi diceret q̄ dealbatio exterior sine interiori nihil prodest. Volēs aūt eps ei⁹ patiētiā comprobare: dixit clericis suis vt q̄n ad altare accederet eū cū iniuria expellerēt. Deinde ipsum insequentes q̄d loqueretur audirent. Proijcientes ergo eū foras dicebant. Exi foras ethiops: nā ethiops niger erat: qui egressus inter se dicebat quod illi optime fecerant ipsum expellēdo: eo q̄d cū hō nō esset inter homines stare presumpsisset. Hic aūt sex annis in cella inclusus fuit: quibus nulla necessitate exiuit: panē solū comedēs et aquā ad mēsurā bibens: totaq̄ nocte stās apertis oculis orabat: vt tentatiōes q̄b⁹ in somnis fatigabat. deuinceret. Trāsactis sex annis obsusq̄ tentationib⁹ superatis ex charitate duct⁹ nocturno tpe cellas monachoꝝ circuibat: et aquā aliq̄n a decē aliq̄n a duodecim aliq̄n a viginti deferēs stadijs oīm fratrū lagenas implebat factoq̄ mane nesciret q̄s esset ad cellā redibat. Quē nocte quadā demon vt eū ab hoc opere euerteret: quasi ad mortē in dorso percussit: qui mane iacēs repert⁹ et q̄s esset agnit⁹ ad ei⁹ tuguriū per fratres reduct⁹ fuit. Quieuit in pace in deserto scythi septimo idus Februarij. lxx. discipulis derelictis.

¶ De sctō Augulio epo. Ca. cv.



Augulius episcopus in Britannia martyriū passus est. Hic enim pontifex auguste ciuitatis Britannie etate ac virtutibus prouectus cursum tēporis per martyriū cōplens eterna meruit suscipere premia. vij. idus Februarij / vt ait Ado.

¶ De sancta Coiuta virgine et martyre. Capi. cvj.



Coiuta virgo et martyr apud Alexandriam sub Decio Cesare passa est agēte diuino preside. Qui vt habet. vj. ecclesiastice hystorie lib. beatū Metranū senem volētem impia verba proferre iussit omne corpus ei⁹ mēbratim fustib⁹ colliderulumq̄ eius ac oculos acutis calamis celebrari. Deinde ipsum extra ciuitatē eiectū lapidibus mactari: vt superi⁹ dictū est. iij. kal. Februarij. ¶ Post hec iubēte iniquissimo preside Coiutam virginē adorare idola recusantem pagani pedib⁹ innectētes: et per plateas ciuitatis hincinde trahētes horrēdo supplicio corpore discerpserūt. Sicq̄ Christo spiritū reddidit. vj. Idus Februarij.

¶ De sancta Apollonia virgine et martyre. Capi. cvij.



Apollonia virgo et martyr apud Alexandriam sub Decio Cesare passa est agēte diuino preside predicto. Quā pagani detentam ad idola producētes iussu presidis adorare cogebāt. Qd̄ cū illa execraret̄ persecutores eius oēs primū dētes excusserūt. Deinde copioso igne accēso cōminarēt viuā se eā incēsuros: nisi cū eis impia verba proferret: paululū q̄dem intra semetipsā deliberās: repente de manibus impiorū prorupit: et ignē quē parauerāt prosiluit. Sicq̄ igne combustā in odorē suauitatis suauissimā xpo hostiam obtulerunt: quinto idus Februarij. Cui⁹ corpus vna cum reliquijs Coiute virginis et Metrani martyrum a xpianis Alexandrie sepultum est.

¶ De sancto Ausberto epo. Capi. cviij.



Ausbert⁹ episcopus filius sircanti illustris ciuis cet iuuenis: Augadrumam virginem filiam illustris roberti officialis Lotharii regis Francorum/satis renitentem tandē a parentibus coactus desponsauit vxorem. Nam cum ab annis puerilibus deo virginitatē vouisset: virum omnino accipere recusabat. Cū autē deū lachrymis pulsasset: vt ei⁹ pudicitiā conseruaret antequā a viro traducta esset: subito graui in faciē lepra percutitur: & a cōsortio hominum separatur. Sicque dispensante audoeno epō a viro repudiatur: & in cenobio virginum iuxta monasterium beluacense situm virgo ipsa sacro velamine cōsecrat. Sed post dies modicos a lepra mūdata: priorē speciē reassumpsit. Que & postmodum eiusdem loci abbatissa facta est laudabiliter vixit.

¶ Ausbertus vero vxoris exemplo relicta aula regia in qua inuite morabatur: de volūtate Lotharii regis monachus effectus est in monasterio fontanelle: sub sancto Uandegisillo abbate: deinde ab audoeno epō presbyter consecratus: Theodorico regi nondum regnanti: cum ad regnum ascensurum predixit. Et in huius signum: in agro ipsius Theodorici tpe hyemis herbam virentē produxit: que vsque in presens ibidem perpetua viriditate cōspicitur. Successit autem Uandegisillo in regimine monasterii fontanelle. Ac deinde post beatum Audoenum ad episcopatum Rothomagen. electus fuit. Qui vti bonus pastor commissi sibi gregis officii mirabilē curam egit. Sed tandem regi Pipino/eiusque falso tamen de proditione suspectus ab eodem apud altum montem in exilium actus est: vbi in pace vitam finiuit. v. idus Februarii. Cuius corpus dū inde transferret: visum est oculos tertio aperuisse. Sepultusque est ad presens apud beluacū virtutibus clarēs.

¶ De sancto Amonio confessore et abbate. Capi. cix.



Amonius confessor vir eruditissimus Origenis didymique discipul⁹ fuit. Qui a iuuentute vsque ad mortem preter panem assum nihil vnquā comedit. Nunquā visus est irascens: aut iurans: aut mentiens: aut vanum: vel asperum: vel infirmū protulisse sermonem. Cum Athanasio epō Romam tendēs & rediēs: nullum ciuitatis edificiū vel op⁹ inspectabile preter apostolorū & Lateranen. ecclesias cōspexisse narrauit. Elect⁹ aliquā in epm aurē sibi precidit: vt sic vti manc⁹ & mutilat⁹ epatu iudicaret indign⁹. Et dū adhuc oīno hoc nō obstāte electiōi insisterēt: protestās quod sibi linguā precideret: dimissus est. Ignē de domo vicinorū assumēs: nec in quo deferret paratum habēs prunas iniustis vestib⁹ in sinu portauit. Quieuit in pace apud cyprū. v. id⁹ Februarii/vbi & sepult⁹ ē.

¶ De sancta Scholastica virgine. Capi. cx.



Scholastica virgo btī Bndicti soror ab ipso infantie tpe dño dedicata in monasterio fuit. Ad quā vir dei semel p annum visitandā venire cōsueuerat. Quadā die cū discipulis ad eā ex more descēdit. Qui totū diē in sacris colloquiis deducētes: incūbentib⁹ iā noctis tenebris simul cibū sumpserūt. Cum ergo adhuc ad mēsam sederēt: & tardior se hora protraheret: sanctimonialis virgo fratrē rogauit: vt ibi secum eadē nocte pmanēs diuinis eā sermonibus refoueret. Qd ille omnimode facere denegauit. Et cū tanta esset in celo serenitas: vt nec parua nubecula appareret. Scholastica insertis digitis manus super mensam posuit: & caput in manibus dñm rogatura declinauit. Moxque tanta coruscationis & tonitrui virtus tantaque inundatio pluuie erupit: vt neque pater sanctus: neque qui cū eo erant fratres: extra loci limen pedē mouere potuissent. Sicque ipse exire extra tectum non valens: quia remanere sponte noluit: inuitus in loco cum sorore permansit. Totāque noctem peruigilem duxerunt: & per sacra vite colloquia se vicaria relatiōe refecerunt. Dieque sequēti vir dei ad monasterium rediit. ¶ Post triduum vero in cella consistens eleuatis oculis vidit sororis animam de corpore egressam in colūbe specie celi secreta penetrare. Quod mox fratribus nūciauit: eosque vt corpus ad monasterium suū deferrēt trāsmisit. Qd in sepulchro quod ipse sibi parauerat tumulauit. Sicque contigit vt quorū vna mens semp in deo fuerat: eorūque corpora nec sepultura separaret. Quieuit in pace virgo dñi. iiii. idus Februarii. Hec Grego. ii. dialo. ca. xxxiiii.

¶ De sancta Sothera virgine et martyre. Capi. cxi.



Sothera virgo et martyr in orientis partib⁹ passa est. Que grauiter & diutissime alapis cesa: cum cetera quoque penarū genera vicisset nouissime gladio martyrium consummauit quarto idus Februarii. Hec ado in martylogio.

¶ De scta Austreberta virgine. Capi. cxii.



Austreberta virgo filia sisinnii illustris/& sancti Ausberti rothomagen. epi soror fuit. Que voto virginitatis emisso ab eodem frē suo in cenobio virginū apud ciuitatem rothomagū inclusa post laudabilia sanctitatis & vite testimonia. iii. idus Februarii/migrauit ad dominū: vt dicit Guilielmus.

¶ De sancta Euphrosyna virgine. Capi. cxiii.



Euphrosyna virgo apud Alexandriā claruit. Que ipsius ciuitatis nobilissimo prē pānutio progenita fuit. Hic cū diu prole careret & monasteriū quodā monachorū ciuitati proximum frequēter visitaret: eique multas eleemosynas conferret Agabitū abbatem & monachos exorauit vt sibi gratā sobolem a dño precib⁹ impetraret. Cui de⁹ orationib⁹ fratrū filiā Euphrosynam cōcessit. Dū autē ad annos nubiles peruenisset: & virginitatē suā xpo vouisset: atque pater eā inuitā cuidā nobili iuueni despōdisset: virgo xpi votū adimplere cupiēs de prīna domo latēter abscessit: & sūpto virili habitu seque smaragdū nolans ad dictū mōasteriū sexū virilē fingēs accessit: seque monachū fieri postulauit. Quē abbas gratāter excepit: & monasticū habitū sibi tradidit. Que in tātā religiōe ieiuniis & vigiliis pre oīb⁹ occupabat: & ab oīb⁹ mascul⁹ putabat. Cū āt ei⁹ elegātia de corē fratres aliquā tētarent: iussu abbatis separatā cellulā petiit: & sola inclusa deo seruiēs oī tpe māsit. Verū pr̄ & sponsus euphrosynā vbique pquirentes: nec vsquā inuenientes: nimia tristitia afflicti eam vt mortuā defflebant. Pater vero occupatus tristitia: sepius ad abbatē Agabitum veniebat & se suis orationibus commendabat. Ille vero cum fratribus deum exorabat: vt qui pannutio concesserat filiam: eandem sibi reuelaret: vel defunctam.

Sed cum

Sed cũ abbas a dño se exaudiri minime conspexisset: et pãnutius nullã consolationẽ recipere posset: perduxit abbas pannutium ad smaragdum inclusum vt in eius facundo colloquio consolaretur. Quem euphrosyna cognoscens: sed ab eo minime cognita: vtpote habitu virili vultu squalida et afflicta: patrem super amissione filie blandis adeo sermonibus consolatur: et sacris colloquijs exhortatur: vt quasi redivivus effectus ex mortuo eam frequentius visitabat. Sicque .xxxviij. annis inclusa omnibus incognita mansit. Post hec grani valitudine pressa mortique proxima: patrem secretius aduocat: eique omnia sua occulta reserat: et quod sit euphrosyna ipsius filia veris indicijs manifestat. Omnibusque detectis inter eius manus spiritum exhalauit. Quam pater amarissime deflens: vtpote sero cognitam: audita abbati et fratribus reuelauit. Dum corpus lauari deberet veritas detegitur: et virgo domini a fratribus cum lachrymis in monasterio sepelitur. In cuius exequijs monachus monaculus corpus deosculans lumẽ accepit. Pannutius vero omnibus venditis pauperibus medium prebuit: et aliud medium monasterio cessit. Ubi et ipse monachus factus in sctõ proposito decẽnio filie supuixit. Quieuit in xpo virgo sancta .iiij. id⁹ Februarij.

¶ De sanctis saturnino et socijs marty. Cap. cxiiij.



Saturninus psbyter: Dauid: Felix: Apuleus et plures socij eorũdem marty: ex apud aphricam passi sunt. Qui sub Anolino proconsule per diuersa tormenta gloriosissime triumpharunt tertio idus Februarij. vt scribit Ado.

¶ De sancto Seuerino confessore. Cap. cxv.



Seuerinus cõfessor claruit tpe clodouij regis francorum. Hic abbas fuit monasterij agauensis multorũ miraculorũ gloria celeberrimus effulsit. Nã prefatũ Clodoueũ regẽ diudũ validissimis febribus oppressum quẽ nullus medicorum curare potuerat: ab eo accersitus sua confestim oratione sanauit: et in ciuitate parisiensi multos languentes a diuersis infirmitatib⁹ liberauit. Dũ aũt rex eide pro beneficij vicissitudine multas pecunias obtulisset: nihil omnino recepit nihilque aliud pro munere petijt: nisi vt in toto regno quicũque in carcerib⁹ quastcũque detẽti libere laxarentur: qđ et factũ est. Qui dieb⁹ aliqb⁹ parisi⁹ residens: postq̃ obitũ suũ angelo nũciante cognouit: egressus vrbe ad montẽ q castrũ nauonis dicitur pperauit. Ibique in oratorio quodã inter manus sacerdotũ dño seruientiũ expirauit. Admirabili luce instar stelle in ei⁹ transitu ecclesia circunfusa: vbi et sepultus est .ij. idus Februarij.

¶ De sctõ Juliano hospitatore et cõfessore. Cap. cxvj.



Julian⁹ confessor qui a trãseuntib⁹ pro bono hospitio inuocatur: qui et hospitator bon⁹ dicitur: vtrũque parentẽ ignoranter occidit. Cũ enim existẽs iuuenis venationi insistens ceruũ insequeretur: ceruus cõuersus ei miraculose locutus predixit quod patrem suũ et matrẽ suã occidere debebat. Qđ iuuenis audiẽs timuit: et ne sibi prophetata cõtingerẽt ad regionẽ lõge remotã latẽter abscessit: vbi cuidã principi adhesit: et tã strenue secum se habuit: quod princeps militẽ eũ fecit: et quãdã castellanã viduã in cõiugẽ ei tradidit: et castellũ pro dote accepit. Interea parẽtes iuliani pro amissione filij vagãtes cũ vbique solicite requirebãt. Tandẽ ad castrũ cui iuli⁹ preerat deuenerunt. Casuque iulian⁹ abscesserat. Quos cũ vxor iuliani vidisset: et quinam essent inquisisset: illi cũcta que de filio contigerãt enarrassent: intellexit quod viri sui parẽtes erant: vtpote que a viro frequenter audierat: ipsos igitur benigne suscepit: et pro amore viri sui lectum eis dimisit: et ipsa sibi alibi cubile preparauit. Factoque mane summo diluculo castellana ad ecclesiam perrexit iulianus rediens thalamum suum vxorẽ excitaturus intrauit. Et inueniens duos pariter dormientes: et vxorem cum adultero suspicatus: extracto gladio ambos pariter iugulauit. Exiẽs aũt domum obuiauit vxori ab ecclesia redeunti: et admirans interrogauit: quinam essent illi: qui in suo lecto dormierant que respondit parentes suos esse: qui ipsum diudum quesierant: quos honorifice susceptos in suo thalamo collocauerat. Ille hoc audiens effectus exanimis amarissime flebat: et se miserum et patricidam exclamabat. Et dum coniugem vellet deserere pro penitentia peragẽda vxor omnino eum sequi proposuit: vt fuerat secum particeps leticie fieret et doloris. Sicque abeuntes iuxta fluuium vbi multi peribant hospitale fecerũt: in quo omnes pauperes hospitio recipiebant: et penitentiam peragebant omnesque inde itinerantes iulianus transuadabat: post multum temporis media nocte cum esset grauissimum gelu: audiuit iulianus vocem lugubrem: vt se traduceret inuocantem. Qui concitus surrexit: et pauperem frigore deficientem transuexit: et accenso igne in domo sua calefacere fecit. Sed cum calefieri non posset: ipsum in lectulum suum portauit: et diligenter operuit. Post modicam horam qui infirmus et quasi leprosus apparuerat splendidus ad ethera conscendit: et vale faciens hospiti suo dixit quod ipsum ad eum deus miserat et peccatum suũ sibi dimissum propter hospitalitatẽ nũciabat. sicque ille disparuit. Et Julian⁹ cũ vxore post modicum plenus sanctis operibus vitã finiuit secundo idus Februarij. Et quia fuit pauperũ peregrinorũ susceptor: inde a viatoribus pro bono inuocatus hospitio dicitur Julianus cognomine hospitator.

¶ De quadragesima. Cap. cxvij.



Quadragesima incipit a dñica qua cãtatur Inuocauit me &c. et significat tps afflictiõis. vbi ecclesia que tot tribulationib⁹ clamauerat circundederunt me &c. Et postmodum inuocãdum adiutoriũ respirauerat dicens. Exurge domine &c. Esto mihi in deũ protectorem &c. Nũc se exauditam ostendit dicẽs. Inuocauit me &c. Notandum aũt qđ xl. quandoque dicitur habere .xlvj. dies: quãque .xlij. quãque .xl. quãque vero tantũ .xxxvj. secundũ diuersos respect⁹. ¶ Dicitur autẽ esse .xlvj. dierum omnib⁹ ipsius diebus computatis: incipiendo: videlicet a feria .iiij. cinerum: et procedẽdo vsque ad diem pasche omnib⁹ diebus: tam dominicis quam ferijs computatis. Quamuis enim dieb⁹ dominicis non ieiunemus: tñ a carnibus abstinemus. Ratio autem huius obseruantie est: quia licet secundũ theologos corpus humanum in xl. diebus formetur: tamen secundum philosophos quod verius reperitur hominis corpus in quadragintaquinque diebus organizatur: et perficitur: et .xlvj. die anima corpori infunditur. Ideoque .xlvj. diebus abstinemus vt sicut anima corpori infusa ex carnis commixtione .xlvj. die se maculat: sic in carnis afflictiõe .xlvj. dieb⁹ a macula expietur. Uel vt hõ tot diebus deo persoluat abstinẽtie debitũ: quot ab eius clementia se nouit esse perfectum. ¶ Dicitur etiam xl. fore .xlij. dierum incipiendo a prima dominica a qua quadra. xl. inchoatur: et numerando omnes dies vsque ad resurrectionem tam dominicos quam fe-

riales. Cuius obseruantie ratio est. Quoniã mattheus xlij. generationes ab abraham vsq ad christum posuit: ex quibus christus secundum carnem descẽdit. Quoto ergo numero ad nos descendit per carnis generationẽ toto ad eum ascendere debemus per carnis maceratio nẽ. Et hec est ratio Ambrosii. ¶ Uel q: sicut filii Israel ad terrã promissionis pergentes. xlij. mansionibus per desertum factis ad ipsam terrã deuenerunt. Sic ꝛ nos ad patriam eterne promissionis festinantes. xlij. diebus per huius mundi eremum ieiuniis afflicti ad eandẽ pa triam deuenire oportet: ꝛ hec est ratio augustini. ¶ Dicitur insuper. xl. dierum incipiendo a die cinerum vsq ad pascha solis diebus ferialibus computatis ꝛ dominicis in quibus non ieiunamus deductis. Cuius obser uantia ratio est. quia vt dicit Augustinus. Ad hoc vt ha beamus quinquagenarium quadragenario denarius abiiciendus est. Quia ad hoc vt veniamus ad eternam requiem. oportet nos presentis vite tempore laborare. Unde dominus post resurrectionem. xl. diebus cum di scipulis mansit ꝛ postea. x. die spiritum eis paraclitum misit. ¶ Uel vt dicit Grego. Cur in abstinentia quadra genarius numerus custoditur: nisi quia virtus decalo gi per libros quatuor sancti euangelii impletur? In hoc etiam mortali corpore ex quatuor elementis subsisti mus: ꝛ per voluptates eiusdem corporis decalogi prece ptis contraimus. Quia ergo per carnis desideria de calogi mandata contẽpsimus. dignum est vt eandẽ car nem quater decies affligamus. ¶ Dicitur preterea. xl. esse. xxxvj. dierum incipiẽdo a prima dominica vsq ad pascha deductis diebus dominicis ꝛ solis feriis com putatis. Cuius ratio est vt dicit Gregorius: quia dũ per ccclxv. dies annum dicimus. xxxvj. diebus ieiunantes quasi anni nostri siue temporis decimas deo damus. Non solum enim deo debentur decime rerum sed etiã decime dierum. Notandum autem quod christus post quam baptismũ suscepit statim suum ieiuniũ inchoa uit. Quare autem eo tempore nostrum ieiunium non obseruam⁹: sed cum pascha potius illud cõtinuamus: quadruplicẽ rationem assignat Joannes beleth in sum ma de officiis. ¶ Prima est si volumus cum christo re surgere: quia pro nobis passus est ꝛ nos cum eo compa ti debemus. ¶ Secunda causa est vt per hoc filios Is rael imitemur: qui eo tempore exierũt de egypto ꝛ sub sequenter eodem tempore de babylonia. Quod inde p batur quoniam tam isti q̃ illi statim egressi celebraue runt pascha. Sic ꝛ nos imitantes hoc tempore ieiune mus vt de egypto ꝛ Babylonia. i. hoc mundo exeuntes in terrã hereditatis eterne ingredi mereamur. ¶ Ter tia est: quoniam feruor libidinis magis accẽditur tem pore verno: vt ergo refrenemus corporis estum hoc tem pore maxime ieiunam⁹. ¶ Quarta est: quia statim post ieiunium debemus eucharistiam sumere. Sicut igitur filii israel priusq̃ agnum comederẽt se affligebant: edẽ tes lactucas agrestes et amaras. Ita nos debemus p penitentiam prius affligi. vt digni ad esum agni vite peruenire valeamus. Hec Joannes Beleth vbi supra.

¶ De sancto agabo prophetam. Cap. cxvij.



Agab⁹ ppheta vt abbas dorotheus scribit: vnus fuit ex. lxxij. discipulis xpi. Hic natione antiochen⁹: vt habetur Actuũ. xj. tem pore apostolorũ ex Hierosolymis an tiochiam veniẽs significabat per spi ritum famẽ in vniuerso orbe futurã que facta est sub claudio cesare. Cu⁹ rei gratia discipuli prout quisq ha bebat proposuerũt in ministerium mittere habitantibus in iudea fratrib⁹: qđ et fecerunt mittentes ad seniores p man⁹ Barnabe ꝛ Pauli. ¶ Hic etiam cũ Paulus esset cesaree illuc superueniens tulit zonam Pauli ꝛ alligans sibi pedes et manus dixit per spiritumsanctũ virum cuius erat zona illa sic alligan dum per iudeos in Hierusalem ꝛ tradendũ in manus gentium sicut ꝛ rei euentus probauit. Sic ergo sub no ui testamenti gratia iste pphetico spiritu claruit. Qui et Antiochie in pace quieuit idus Februarii.

¶ De sanctis Fusca virgine et Maura martyribus. Cap. cxix.



Fusca v̀go ꝛ maura nutrix eius apud rauennã mar tyrũ passe sũt sub pside Quintiano. Hec nobili patre eiusdẽ vrbis noie syro gentilitatis errore detento p genita: cũ esset annorũ. xv. desidera bat esse christiana. Quod cũ maure nutrici sue secreto reuelasset: ꝛ ipsa puelle cõsensisset: immo etiã ad chri sti fidẽ trãsire disponeret: venerunt occulte noctu ad sãctũ p̃sbyterũ her molaũ q̃ eas baptismatis vnda pfudit: ꝛ de fide diligen ter instruxit. Que cũ syrus pater eius didicisset: ꝛ filiam ab intẽtiõe christiana reuocare nõ posset eã in carcere clausit: ꝛ cibũ oẽm triduo denegauit. Quib⁹ dieb⁹ syrus iussis ad filiã matronis ꝛ coetaneis puellis vt eã ad pa tris volũtatẽ inflecterẽt virgini psuaderi fecit: sz nihil omnino pfecit. Deinde ipse idẽ in carcerẽ psonalr accessit ꝛ fuscã blandis sermonib⁹ demulcẽs aiam ei⁹ in nullo mutare preualuit. Quã inde postmodũ eductã gladio perimere voluit: sed mater ei⁹ se interposuit sperans ex dilatione tpis filiã ad patris voluntatẽ blandiciis de mulcendã. Tunc ad sacrificãdũ diis suis pater accessit. vt ipse filie ppositũ cõmutarent. ¶ Post dies aliqđ p ses quintianus rauennã ingressus hoc audiẽs manda uit fuscam ꝛ maurã cũ parentibus suis ad se vinctos adduci. Ministri vero videntes eã orantẽ: ꝛ angelũ do mini splendidũ iuxta eã stantẽ territi redierunt. Et dũ hec presidi renunciarent: fusca ꝛ maura se spõte sibi pre sentauerũt ꝛ christianas esse viua voce pnunciarunt. Dũ autem preses syrum tentum interrogasset: cur filiã christianã fieri pmisisset illeq econtra se excusans oia gestaq per ordinẽ retulisset: quintianus quidẽ syrum di misit: fuscã vero christũ confitentem ꝛ idola confutan tem flagellari mãdauit. Deinde in carcerem vna cum maura trudi fecit. Et dũ in fide immobiliter pseuera rent: iussit eas pectes ex vrbe educi: ꝛ ibiq illas gladio transuerberari. Cũ autẽ ad locũ certaminis adducte fuissent fusca oratione fusa ad dñm vt susciperet aias earũ in pace: voce celica confortatur: deinde a spiculatore gladio p latera transfixa necatur. Maura vero nutrix ei⁹ tenẽs corpus virginis cũ lachrymis rogauit carni fices vt eã simili passione trãsfoderent qđ ꝛ factum est. Quarũ corpora naute quidem christiani noctu rapien tes ad prouinciã tripolitanã ciuitatẽ sabratã ea dedu xerunt: ꝛ ibidẽ honorifice cõdiderũt. ¶ Trãsactis vero multis annorũ curriculis ciuitate illa a paganis depo pulata: vitalis quidam venet⁹ diuinit⁹ ad vrbẽ ipsam desertã nauigauit: ꝛ corp⁹ sancte fusce inde sublatũ ad puinciã venetie trãstulit: ꝛ in ciuitate torcellẽsi cũ ho nore collocauit: vbi ꝛ ecclesia ei⁹ noi fabricata est. Passa est autẽ virgo xpi cum eius nutrice idibus Februarii.

¶ De sancto Stephano Abbate. Cap. cxx.



Stephan⁹ abbas ordinis grandimontẽ. fundator cla ruit anno dñi. clxxj. Hic de aluernia nat⁹ nobilissimi cuiusdã stephani fi lius in annis puerilibus ab eodem beneuentum deductus sanctoq mi loni archiepiscopo tradit⁹ anniu. xij. sub ipso doctus et educat⁹ est. A quo postmodum discedẽs vitãq ana-

choriticam ducere cupiens: multis eremis peragratis vt locum quietis inueniret: tandem deuenit aquitaniam prope ciuitatẽ lemouicen. montẽq nemorosum et asperum qui dicitur murctus conscendit quem sibi locum aptum elegit: factoq paruo tugurio monasticã vitam ducere cepit: pane solo et aqua refectus: lectulo ex tabulis tantum absq aliquibus stramẽtis decumbens vestes viles τ leues induẽs: quas nullo calore mutabat: nullo frigore perangebat. Ibiq ordinem inchoauit pluribus miraculis fulgens. Inter que dum quidam miles peccatum aliquod sibi confessus esset a quo nullaten⁹ desistere volebat: immo etiã ne crimẽ deferet: si forte pro se sanctus oraret valde dubitabat: abbatem rogauit instãter: ne p se preces ad deũ vllas effunderet. Pro eo tamẽ Stephanus orauit τ anteq̃ inde recederet: militem a peccato voluntarie subtraxit. ℭ Cum quidam dnicos ei victualia sepe deferret quadã die cibaria portans a predonibus in itinere capitur et spoliatur. Quod sanctus dei per spiritum intelligens pro viro christum orauit. Et ecce nocte vir ille liber dimittitur: et cum furibus diuinitus vinculatis mane victualia deferens ante monasterij ianuas reperitur. Predonesq viso miraculo conuertuntur: et imposita eis per abbatem penitentia relaxantur. ℭ Ipse obitum suum sibi reuelatum a deo longe ante predixit: et anno etatis sue. lxxx. sanctitate mirificus in pace quieuit idibus Februarij. Cũ autem fratres eius obitum occultarent vt pacifice sine populorũ concursu corpus sepelire possent. adest subito presbyter ciuitatis et populi multitudo eius obitum cognouisse clamantes: et eius sepulture interesse supplicantes. Et interrogati quõ eius transitum didicissent. Responderunt q puer quidam nuper migrauerat qui biduo ante loquelam amiserat: sed dum ad vltimam deuenisset horam locutus fuerat dicẽs q scalam lucidissimam viderat: cuius cacumen celũ et infirma pars montem murcetum tenebat per quam dominum stephanum conscendisse cõspexerat: cum quo et ipsum statim abire oportebat. Et his dictis continuo expirauerat. Sicq populus eius interfuerunt exequiis sepultusq est in monasterio ipso. ℭ Post aliquos annos sub abbate petro eius successore monachi diuina reuelatione moniti: cenobium et ordinem ad grandimontem transtulerunt a quo τ ordinis vocabulum assumpserunt: vbi et nouum monasterium construẽtes corpus sancti stephani detulerũt. vbi τ iacet signis coruscans.

ℭ De sancto stephano alio abbate. Capi. cxxi.



Stephanus ali⁹ abbas monasterij iuxta Reatine ciuitatis menia constituti pater fuit tẽpore Gregorij pape primi. De quo idem doctor scribit qḋ fuit vir valde sanctus: patientie singularis. Cuius lingua lz esset rustica docta erat ei⁹ vita. Hic pro amore celestis patrie cuncta despexerat: tumult⁹ hominũ deuitabat: crebris orationib⁹ intẽtus erat: in quo vir patiẽtie intãtum excreuerat vt cũ sibi amicũ crederet qui sibi molestiã irrogasset. Reddebat in cõtumeliis grãs: si qḋ sibi dãni fuisset illatum: hoc maximũ lucrum putabat. Hic cũ dies mortis egredi de corpore vrgeret conuenerunt multi: vt tam sancte anime de mũdo recedẽti suas animas cõmendarẽt. Quorũ alij circa eius lectulum cõsistẽtes corporeis oculis angelos ingrediẽtes viderũt: sed dicere quicq̃ non potuerunt alij omnino nil viderunt. Et hi ergo qui viderãt: τ qui nil penit⁹ cõspexerãt: vno omnes timore percussi fugerũt nullusq illic assistere eo moriente potuit vt palã daret intelligi que illa egrediens sctã aiã susciperet: cuius egressum nemo mortalis ferre potuisset. Hec Gregorius.

ℭ De sctõ Valẽtino epo τ martyre. Capi. cxxii.



Valẽtinus episcopus Interanẽ. in vrbe roma martyrium passus est. Nã cum craton quidam ciuis Athenien. orator cõspicuus grece τ latine lingue perit⁹ Rome clar⁹ haberetur: tresq haberet discipulos cõciues nobiles athenien. s. proculũ phebũ τ apolloniũ secũ i vrbe morantes: cõtigit filiũ eius ceremonẽ tanta egritudine per triẽniũ detineri: vt incuruatus dorso caput circa genua deflexũ teneret: τ nisi portaret ab aliis se oino mouere nõ posset. Cũ aũt null⁹ medicorũ eidẽ subuenire potuisset: extitit quidã tribun⁹ frõtonius q̃ germanã suã asseruit p quẽdã valẽtinũ interanẽ. episcopũ a simili passione liberatã. Quẽ cratõ p quosdã nobiles amicos suos ad se romam accersiuit: τ vt filiũ suũ sanaret sicut τ germanã tribuni sanauerat instãtius supplicauit. Promittẽs ei dimidiũ suarũ facultatũ si filiũ suum redderet sibi sanũ. Sctũs vero eius diuitias contempsit: sz pauperib⁹ dãdas persuasit: nihilqz aliud ab eo petijt nisi vt in xp̃z crederet: τ filius ei⁹ salutẽ perciperet. Qui dũ se cũ oĩ familia et tribus eius discipulis fidẽ xp̃i percepturos promitteret: si filiũ eius curaret: ingressus Valẽtinus cũ filio Cratonis cubiculũ tota nocte in oratione perseuerauit. Et circa mediã noctẽ subito lux maxima in cubilo effulsit: τ Ceremon sanat⁹ cũ epo psallere cepit. Et facto mane Valẽtinus puerũ patri erectũ restituit atq Cratonẽ cũ vxore τ filio τ omni ei⁹ familia: necnõ Proculum/ Phebũ/ τ Apolloniũ baptizauit: τ in fide diligenter instruxit. Ceremon autẽ discipulus ei⁹ effectus epm predicantem sequebat. ℭ Cum autẽ prefati Cratonis discipuli Christum predicãdo multos cõuerterent: τ Valẽtin⁹ epo plurima miraculorũ signa faceret: senatores Romani inuidia accẽsi eo qḋ pp̃ter istos multi deorũ cultum deserebãt: Valentinum epm detineri fecerũt: τ virgis cesum eo qḋ sacrificare nollet placido vrbis p̃fecto tradiderũt. Qui ipsum i arcta custodia reclusit: τ media nocte populũ timẽs illum in ipso carcere decollari fecit. Cuius corpus Proculus Phebus τ Apolloni⁹ noctu rapuerũt: τ ad ciuitatẽ Interanen. deferentes in suburbio ciuitatis honeste sepulture tradiderunt: vbi cum in dei laudibus iugiter persisterent tenti a gentilibus traditi sunt licentio consulari. Qui sciens eos a multis populorũ insignibus dilectos: noctis medio iussit eos sibi p̃sentari τ immolari diis recusantes capitali sentẽtia clãdestine puniri. Statimq de ciuitate illa discessit: τ quo abiret nemini reuelauit. Quorum corpora a quodã Abundio presbytero iuxta corp⁹ scti Valẽtini tumulata fuerũt. Passio horũ recolitur decimo sexto kalendas Martij.

ℭ De sctõ Valẽtino pbro τ mar. Capi. cxxiii.



Valẽtin⁹ p̃sbyter τ martyr. Rome passus est sub Claudio imperatore. Quẽ imperator de xp̃ianitate accusatũ teneri fecit in vinculis duob⁹ dieb⁹. Deinde sibi i amphiteatro presentatum interrogauit: cur deos non adoraret. Sanct⁹ vero xp̃i fidẽ cõstãter multis rõnib⁹ verissimis approbauit: oẽs deos gẽtiũ p̃stauit inutiles et imperatori xp̃z de sapia predicaret. Vez dñi Calphurni⁹ p̃fectus assistẽs Claudio diceret imperatorẽ seductum: timẽs imperator populi astãtis cõfusionez aio immutatus Valẽtinũ tradidit Asterio principi: vt cũ in domum suam adductum patiẽter tractaret: τ ipm ad deorũ sacrificium suaderet. Cum autem sanctus domũ princi-

pis introisset: Christum lumen verũ inuocasset: vt do mum Asterij illuminaret: dixit ei Asterius: qd q: Christum lumẽ appellauerat si filiã eius adoptiuã cecam illuminare in Christi noie posset: ipse cũ omni eius familia christo crederet. Sanctus autẽ presbyter oratiõe facta puellam illuminauit et Asterium cum omni domo sua z filia cõuertit z baptizauit. Que cũ audisset Claudius iussit Asterium et puellam atq omnẽ eius familiam teneri: ipsosq cũctos ad ciuitatẽ hostiam missos per diuersa tormẽta vita presente priuari. Sanctuz vero Valentium iussit fustibus cedi: constantem christum via flaminia adductũ capite truncari. Cuius corpus a quadẽ matrona Sauinella collectuz in eodẽ loco sepultum est. xv. kalẽ. Martij.



¶ De sanctis Basso z Antonio et socijs martyri. Ca. cxxiiij.

Bassus: Antoni⁹: protolicus/ Tyrion presbyter. Moyses/ Bassianus/ Agathon/ Dionysi⁹ z Amoni⁹ apud Alexãdriã passi sunt. Quorũ Bassus/ Antonius z protolicus p Christi nois cõfessiõe in mare demersi sunt Tyrion vero pbr. Moyses Bassianus z Agathon igne cõbusti fuerũt. Dionysius aũt z amonius gladio cedente passionem consummauerũt. xv. kalẽdas martij. Hec Hieronymus in martylogio.

¶ De sancto Sisinnio episcopo. Capi. cxxv.



Sisinnius episcopus thausinensi. que ciuitas est prope ephesum z vocat thaus apud ipsam vrbem claruit. Hic eutytio z eutytia nobilibus parentibus smyrne ciuitatis ortus est; quorũ precibus a deo obtẽtus est. Cũ prius prole carerẽt: z gratia suscipiende sabolis ecclesiaz btĩ Joãnis euãgeliste apud ephesum sepi⁹ cũ oblationibus visitarẽt. Qui dũ infans adhuc vbera matris sugeret: quarta z sexta feria z sabbato semel tantuz in die mammillas suggebat. Cum autẽ esset annorum octo a patre liberalibus disciplinis imbuẽdus tradit z in eis breui tpe perfectus erudit. ¶ Hic quadam missus a patre vt blada subiectis sibi gentibus dispensaret: totum triticũ pauperibus erogauit: qd pater audiens moleste tulit: ad suggestionẽ tñ filij ad horrea que prius ille vacuauerat pcessit: et ea oĩa decoro z nouo frumẽto repleta diuinit⁹ inuenit. ¶ Mortuo vero epo thausinensi. theodorus episcopus ephesinus Metropolitanus ipsius diuina reuelatiõe eidẽ ciuitati sisinniũ lz satis recusantẽ cũ adhuc esset annorũ viginti in epm prefecit. Qui gregẽ dñicum sibi cõmissum verbis z exẽplis solicite pascere curauit. ¶ Cum quidam leontius pbyter per annos octo loquelã amisisset: sisinni⁹ ei in xpi noie mãdauit: vt die natalis dñi tunc de proximo futuro missaz populo celebraret. qd z ille adimpleuit: loquela sibi eidẽ pleni⁹ restituta. ¶ Post hec sisinnius filiũ mulieris vidue ab ãnis. xiiij. maligno vexatũ spiritu. post triduanũ ieiunium z oratiõnẽ ac vigilias trib⁹ dieb⁹ in ecclesia celebratas a demonio liberauit. ¶ Sed dũ p annos. xxxiiij. ecclesiam suã feliciter gubernasset die quadã hora sexta eo celebrãte audita est vox de celis eũ ad celestia vocãs. Qui omni clero z populo conuocato: et in domino confortato: ea die qua postmodũ decessit se ad dñm migraturũ predixit: z vt predixerat: sic euenit. Quieuit nãq in pace. xvj. kalendas martij. Cui⁹ corp⁹ in ecclesia sancti Joannis euangeliste apud ephesum prout ipse iusserat delatum. ibiq condigna ueneratione tumulatum seruatur.

¶ De sancto Cratone martyre. Ca. cxxvi.



Craton martyr ciuis atheniensis orator insignis Rome passus est. Cui⁹ cũ filiũ ceremonẽ cõtractum sanctus Valenti⁹ eps sanasset: vt dictũ est in ei⁹ passione. xvj. kalen. martij. conuersus est ad xpm Craton cũ filio z oi familia sua z ab eodẽ epo baptizati sunt. Postq vero Valentinus eps passus ẽ. Craton etiã a senatu Romano ex iudicis decret⁹ z eorũ sentẽtia decollat⁹ ẽ. Cuius corpus cremõ fili⁹ sepeliuit i pdio suo. xv. kalẽdas martij. Qui post patris martyriũ in sanctis operibus christo deseruiens: et ipse post tempus aliquod laudabiliter ex hac vita decessit.

¶ De sanctis Faustino z Jouita martyribus. Capit. cxxvij.



Faustinus et Jouita martyres apud ciuitatem brixie passi sunt sub adriano imperatore. Quorũ prior in presbyteriũ: secundus vero in diaconũ in ciuitate Mediolanẽsi a sancto Apollonio epo ordinati: apud brixiã xpm dñm predicabant. Quos imperator Adrianus ipsaz vrbẽ ingressus cõprehẽdi fecit: z sacrificare nolẽtes i equuleo leuari z torqueri iussit. Qui cũ ex equuleo soluti ante capitolium starẽt illesi: vnus de ministris noie calocerus cõuersus est: z magnũ deũ xpianorũ clamare cepit. Quẽ adrianus extra capitolium eici fecit: faustinũ vero z iouitã in ergastulo concludi. Ad quos visendo xps noctu veniẽs cum luce nimia cõfortauit eos. Cũq hec custodes carceris calocero nunciassent venit ille ad ostiũ carceris: et visionẽ vidit: atq a dño exhortationẽ accepit: ipse vero custodib⁹ fidẽ xpi predicauit: et eos ipsa nocte cõuertit. Et cũ a sctis martyrib⁹ oẽs istes ante ianuã carceris baptismũ expeterẽt: angel⁹ dñi eduxit sctõs ianuis clausis: z calocerũ cũ militibus ad sanctũ Apolloniũ adduxerunt. Illeq ipsos baptizauit hora q̃si. xj. Et cũ altare nõ haberẽt: i quo dñicũ corp⁹ cõficerẽt: subito apparuit quasi linteamẽ niueũ extensuz habẽs corp⁹ dñi inuolutũ cũ quatuor luminarib⁹ accẽsis. Sicq oẽs sacrã eucharistiã sumpserũt. Deinde ab angelo cõfortati sunt. Qui z sctõs martyres i carcerem reduxit: z cũ eis calocerũ z ei⁹ milites clausis ianuis et signatis intromisit. Mane aũt facto cũ hec Adrian⁹ vidisset: z q: caloc⁹ cũ ei⁹ oĩb⁹ intra carcerẽ ianuis clausis itroisset. Irat⁹ oẽs milites illos ante se adduci precepit: z eos oẽs xpm cõfitẽtes decollari mãdauit. Calocerũ vero faustinũ z iouitã secũ vinctos Mediolanum adduxit. Quos sacrificare nolẽtes in equuleo leuatos diu mãdauit torqueri: deinde lãpades ardẽtes eorũ lateirb⁹ apponi. Et post hec stupa resina z oleo adhibitis ignẽ copiosuz subter eos accẽdi. Orantib⁹ aũt sctis ignis ad statuas deorũ q̃ capiti imperatoris supeminebãt: prosiliit z eas incẽdit. Imperator vero fugiẽs sanctos dei pedib⁹ ad posteriora taurorũ ferociũ ligari fecit z i silua dimitti vt tracti post eos discerperẽt. Tauri vero i silua vti agni ad presepe steterũt. angeli vero martyres euoluerũt: z eos tauris cũ oĩ mãsuetudĩe insequẽtibus ad ciuitatẽ reduxerũt. Veniẽtesq ad palatiũ corã impatore steterunt illesi: tauri vero oẽs sibi obuios cornibus vulnerabãt: z ad sanctorũ pedes humiliter procumbebãt. Cunq hec Adrian⁹ arti magice deputaret voluit eos abinuicẽ separare. Et calocerum quidem antiocho presidi tradidit puniendum: faustinum vero z iouitam carceratos suo iudicio reseruauit. Antioch⁹ autem cum alpes cotias esset transiturus calocerum ante se premisit custodie traditum. Custodes vero calocerum

locerū ad ciuitatem astēn. adductum carceri tradiderūt expectantes aduentū antiochi. Interea imperator cū sibi antiochus necessariꝰ esset: misit p̄fectum saprītium ad ciuitatē astēn. cōmittēs eidē vt calocerū diris tormentis cruciaret: antiochū vero secum detinuit. Calocerꝰ vero in ciuitate astēn. carceri mancipatꝰ. Sōm militē conuertit: ⁊ cū ad faustinū ⁊ iouitā baptizandū Mediolanū trāsmisit: vt dicetur in passiōe scōꝝ. iij. Kal. aprilis. ¶ Dū autē Mediolanum venisset angelus dñi faustinū ⁊ iouitam de carcere ad scōm extra ciuitatem eduxit: a quibus baptisma nube quadā aquam prebente suscepit. Et ecce colūba de celo veniēs sacrā hostiam deferēs martyribꝰ tribuit. Faustinꝰ vero scōm cōicauit: ⁊ residuū eucharistie ei dedit vt ad martialem deferret q̄ apud tridonā vinctꝰ detinebat: vt in eiꝰ passione dicet. ij. non. martij. Quo abeūte angelꝰ dñi martyres ad carcerē reduxit. Post hec adrianꝰ brixiā rediit: ⁊ martyres xp̄i secū reduxit: quos sacrificare nolentes capitali snīa dānauit: quoꝝ corpora brixie a christianis sepulta sunt: xv. kalen. martij. Calocerus vero post hec sub saprītio proconsule in ciuitate astēn. martyrium cōsummauit: vt suo loco dicetur. xiiij. kalen. aprilis.

¶ De scō Fausto monacho ⁊ confessore. Cap. cxxviij.




Faustꝰ monachꝰ beati benedicti discipulus fuit. Qui quidem beati patris vitam conscripsit. A quo cū sancto mauro abbate ad gallias missus eidem mauro eande tēpꝰ adhesit: ⁊ ipsius vite ac sanctitatis imitator: eiectus hortātibus cū fratribus mis suos actꝰ et gesta memorie tradidit: ⁊ in andegauen. monasterio laudabilē vitā duxit: ⁊ post magistri transitū ad cassinen. monasterium rediit: vbi ⁊ in pace ⁊ in christo requieuit. xv. Kalen. martij.

¶ De ieiunijs quatuor temporum. Cap. cxxix.



Ieiunia quatuor tēpoꝝ a calixto papa instituta sunt. Circa q̄ tria videnda occurrunt. s. quare ieiunamꝰ quatuor anni tēpibus: quare istis mensibꝰ scꝫ martio: iunio: septēbri: ⁊ decēbri ⁊ non aliis: ⁊ quare tribus in septimana diebꝰ scꝫ feria quarta: sexta: ⁊ sabbato. ¶ Primo igitur videndum quare quatuor anni tēporibus ieiunamus. s. in vere: estate: autumno: ⁊ hyeme. Cuius quatuor assignant rationes. ¶ Prima ratio sumit ex parte ipsoꝝ quatuor tēporum anni. Cū ver est calidū ⁊ humidū. Estas calida ⁊ sicca. Autumnus frigidus ⁊ siccus. Hyems frigida ⁊ humida. Ieiunamus igitur in vere: vt noxium humorem luxurie temperemus. In estate: vt noxium calorem auaritie extinguamus. In autūno: vt castigemus ariditatē superbie. In hyeme: vt refrenemus frigiditatem accidie. ¶ Secūda ratio sumitur ex parte quatuor complexionū: quoniā in vere augmentatur sanguis: in estate cholera: in autūno melancholia ⁊ in hyeme phlegma. Ieiunamꝰ igit in vere: vt in nobis debilitet sanguis cōcupiscentie ⁊ inepte letitie. Sanguineꝰ enī est libidinosus ⁊ letus. In estate vt debilitet cholera iracundie ⁊ fallacie. Cholericus enī est iracūdus ⁊ versutus. In autumno: vt debilitet melācolia cupiditatis ⁊ tristitie. Melancolicus enī est naturaliter cupidus ⁊ tristis. In hyeme: vt debilitet phlegma hebetudinis ⁊ pigritie: Nā phlegmaticꝰ est hebes ⁊ piger. ¶ Tertia rō sumit ex parte quatuor elementoꝝ. Cū ver cōparatur aeri: estas igni: autūnus terre: hyems aque. Ieiunamꝰ ergo in vere: vt in nobis edometur aer elationis ⁊ superbie. In estate: vt edometur ignis cupiditatis ⁊ auaricie. In autumno vt edomet terra frigiditatis ⁊ ignorātie. In hyeme vt edomet aqua leuitatis ⁊ incōstātie. ¶ Quarta rō sumit ex pte quatuor etatū. Cū ver refert ad pueritiam. Estas ad adolescentiā. Autūnus ad etatē virilē. Hyems ad senectutē. Igit ieiunamꝰ in vere vt simꝰ pueri p innocentiā. In estate vt efficiamur iuuenes p alacritatē. In autūno vt efficiamur viri p cōstātiā ⁊ fortitudinē. In hyeme vt efficiamur senes p prudētiā ⁊ honestā vita. ¶ Vel potꝰ vt satisfaciamꝰ deo q̄cquid p illas etates aut p illas cōplexiōes in quatuor anni tpibus vel in quatuor elementis eū offendimꝰ. ¶ Quare aūt in illis potꝰ mēsibus q̄ in aliis ieiunamꝰ: duplex rō assignat. ¶ Prima rō est: vt iudeos imitemur qui quater in anno ieiunabant. s. an paschā: an penthecostē: an scenophegiā. i. fixionē tabernaculi in septēbri: ⁊ an encenia. i. dedicationē tēpli in decēbri. ¶ Scda rō est: q̄m hec ieiunia fiunt in martio germināte terra vt in nobis virtutū germina oriant. In maio vel iunio qn̄ segetes colligunt: vt nos manipulos bonorū operū deo nostro reddamꝰ. In septēbri qn̄ vue vindemiant: vt nos diuina charitate inebriari valeamꝰ. In decēbri qn̄ herbe moriunt: vt nos vitia carnis mortificemꝰ. ¶ Quare aūt tribꝰ diebus in hebdomada ieiunamꝰ duplex sibi ratio reddit. ¶ Primo q: sicut homo cōstat ex quatuor elemētis q̄tuꝫ ad corpus: ⁊ tribꝰ virtutibꝰ q̄tū ad alam. vcꝫ rationali cōcupiscibili ⁊ irascibili: sic p tres dies quatuor anni tpibus ieiunamus: vt quicq̄d in carne vel aīa delinquimꝰ deo per ieiuniū exoluamus: sicut quaternarius ad corpus: ternariꝰ vero ad animā refertur. ¶ Scdo vt p hoc satisfaciamꝰ in die quicquid peccamꝰ in mēse. Ideo singulis mēsibus tribus diebus ieiunamus. Et fiūt hec ola in quarta feria: q: dñs a iudā ea die vēduꝰ fuit. In sexta: q: in cruce pepēdit. In sabbato: q: in sepulchro iacēs discipulis tristitiā dereliquit. Hec ex sūma de officio Joannis beleth: ex dictis damasceni ⁊ Guilielmi.

¶ De sancto Onesimo discipulo ⁊ marty. Cap. cxxx.



Onesimꝰ discipulus apli pauli: seruus fuit. Philemonis nobilis Colossen. eiusdē apostoli familiarissimi. Hic a domino suo fugiens romam ad apostolum iam in carcere detentū venit: ⁊ eiq̄ sedule ministrauit. Quē paulus ad christū conuertit ⁊ baptizauit. Et ad dominum cū epla q̄ intitulatur ad philemonē christianū ⁊ correctus remisit. In qua epistola Paulus Philemonē rogat vt Onesimo dilectū agnoscat: ⁊ ipsum vt christianū ⁊ confratrē benigne suscipiat. Quem Philemon apostoli intuitu manumisit: ⁊ ipsum ad eum remisit. Apostolus vero ipsum episcopum Ephesi ordinauit. Qui peracto predicationis officio post passionem Pauli iterum romā rediit: vbi ⁊ pro fide christi lapidatus occubuit. Corpusq̄ eius inde ad locum vbi fuerat episcopus constitutus delatum est. Qui passus est. xiiij. Kal. martij. vt dicit Aso.


¶ De sancta Juliana virgine ⁊ martyre. Cap. cxxxj.



Juliana virgo et martyr passa est in ciuitate nicomedia tempore maximiani imperatoris. Hec aphricani nobilis ⁊ gentilis filia ex eadem vrbe oriunda ab annis infantilibus christiana tradita est in sponsam a patre cuidam eleusio prefecto. Quam cū sponsus traducere vellet: ⁊ virgo dū sibi copulari nollet nisi fierꝰ christianus: fecit eam pater suus expoliari ⁊ gra

uiter cedi. Sicq flagellatā tradidit prefecto sponso ei⁹. Ille ergo eā sibi presentatā ⁊ diu diū examinatam cū dicerct se nullatenus sibi copulandā nisi fieret christianus: iratus iussit virginē extēsam a quatuor sibi inuicē succedentibus virgis crudeliter cedi: deinde per sex horas capillis appēdi: ⁊ post hoc plumbum liquefactū in caput ipsius perfundi. Qd cū nihil sibi nocuisset: eam cathenis ligauit ⁊ in carcerē reclusit. Ad quam venit belial demon in specie boni angeli: dixitq dixit ꝙ christus ipsuz ad eā miserat: ex cuius sibi parte mandabat vt diis sacrificaret ne in tormentis male deficeret. Juliana vero dubitans cū lachrymis orauit vt dominus sibi reuelaret quis esset q̄ talia suaderet. Factaq est vox ad eam vt ipsum apprehenderet: ⁊ quis esset confiteri cogeret. Que cum demonē tenuisset interrogansq quis esset: dixit ei ꝙ belial demō erat: ⁊ ꝙ pater sui⁹ beelzebuth ipsum ad eam decipiendam miserat qui ⁊ demones facit grauiter flagellari quotiens a christianis fuerint effugati. Dixitq ꝙ erant innumerabiles demones qui a dicto beelzebuth ad omnia mala perpetranda mittebātur. Ipse multa scelera committi fecerat: ⁊ nunq̄ ab aliquo christiano eo modo detētus fuerat. Nam adam ⁊ euam fecerat in paradiso preuaricare: ⁊ Abel per cayn occidi: ⁊ populū in deserto ad vitulū adorandū cōuerti: ⁊ tres pueros in caminū ignis immitti: ⁊ bierutalē inflāmari: ⁊ alia multa plurimis pessima opa perpetrari. Tunc Juliana manibus retrorsum ipsum ligauit: ⁊ cū cathena qua vincta erat diutissime verberauit. Et cum die sequēti iussu prefecti de carcere educeretur demonē post se trahebat ligatum. Qui cum misericordiam eius peteret ne amplius de se ridiculū faceret per totum forum illum traxit: ⁊ tandem in latrinam quandam proiecit. Et cum ante prefectum consistens christum confiteretur: in quadam rota extenditur tantātum vt omnia ossa eius vsq ad exitum medullarum confringerentur. Angelus autem domini rotam comminuens: virgineq in momento sanauit. Quo miraculo viso centum viginti gentiles promiscui sexus ad christū conuersi sunt: ⁊ in confessione nominis christi decollati. Deinde in ollam plumbo liquefacto repletam iussu eiusdē mittitur: sed plumbo velut suaui balneo tepefacto virgo illesa educitur: qua educta plumbum ebulliens prosiliit ⁊ septuaginta quinq gentiles ex circūstantibus interfecit. Tūc preses gladio caput eius amputari precepit. Quam demon quem verberauerat in specie iuuenis insequi cepit: ⁊ gentiles exhortari: ne sibi parcerent que deos vituperauerat ⁊ se nocte precedēte grauiter flagellauerat. Et cum ipsum virgo respexisset: aufugit demon dubitans ne iterum se capere vellet. Ducta est igitur extra ciuitatem ⁊ oratione premissa decollata est. Cuius corp⁹ sophonia senatrix accepit: ⁊ cum in naui detulit: vt romam veniens ipsum ibidem sepeliret. Sed orta tempestate nauis in fines campanie ad portum puteolanum impellitur ⁊ ibidem vno miliario a mare corpus virginis sepelitur. Eleusius vero non post multo tempore nauigans maris tempestate cum .xxxiiij. viris submersus est. Passa est autem virgo Christi .xiiij. kalendas Martii.

¶ De sancto Pollachronio episcopo ⁊ martyre. Cap. cxxxi.



Pollochroni⁹ episcopus et martyr apud babyloniam ciuitatē passus ē sub decio cesare. q̄ cum aduersus persas congressus esset ⁊ habita victoria multas ciuitates obtinuisset veniens ad ciuitatem babylonie pollochronium episcopū christianorum teneri iussit cū presbyterio parmenio: Elimate: ⁊ Chrysotello: ⁊ diaconibus Luca: ⁊ Mutio: quos fecit duci ad sacrificandū: ⁊ sacrificare nolētes ac xp̄m confitētes in custodiam reclusit multis dieb⁹. Interimq in ipsa vrbe tēplū saturno edificauit. Et cū ad nouū tēplum episcopum cū eius clero duci fecisset: ⁊ vt sacrificia offerrēt instaret. ⁊ pollochronius neq sacrificare neq verbū aliqd decio respondere vellet interrogauit Decius parmeniū cur ep̄s eorum mutus effect⁹ esset. qui respondit ꝙ nō obmutuerat: sed os sanctum inter stercora coinquinare nolebat. Propter qd Deci⁹ linguam parmenii p̄cidi fecit: qui tamen vt pri⁹ expedite loquebatur. Tūc iratus decius iussit os pollochronii lapidibus contūdi. Et dū cederet emisit spm̄. post hec decius ambulās in ciuitatē cordulā parmeniū ⁊ socios seciū vinctos adduxit: de quibus in eorum passione agetur. x. kal. maii. Corpus vero pollochronii ante templum dimisit: quod duo reguli abdon ⁊ sennē christiani noctu colligētes ante muros babylonie tumulauerunt. x ii. kalen. martii.

¶ De sctō Sauino ep̄o. Ca. cxxxii.



Sauin⁹ episcop⁹ ciuitatis canusine claruit tempore totille regis gothorum qui inter cetera dona sibi a deo concessa spiritu prophetico claruit. Quod totilla rex gothorum audiēs minime credidit: sed probare studuit qd audiuit. Cuz enim in eisdem partibus deuenisset: ⁊ a viro dei inuitatus ad eius dexteram discubuisset: cū iam episcopus longo senio lumen oculorū amisisset: puer ex more eidem patri poculum prebuit: sed rex silenter manuz extendens calicem puero abstulit: ⁊ cumq per se vice pueri episcopo porrexit. Tunc ille calicem accipiens: sed tamen ministrum non videns dixit: viuat illa manus: viuat talis minister. De quo rex letus erubuit: q: quamuis deprehēsus esset: in sancto quod querebat inuenit. Cum autem sabinus longo senio traheretur archidiaconus eius episcopatum ambiens vinifusorem ei⁹ animi precio precibusq corrupit vt mixto vino sibi venenum propinaret. Qui refectionis hora episcopo venenū poculum obtulit: sed episcopus eidē vt illud statim biberet imperauit. Tremefactus pincerna deprehensum se sentiens maluit moriturus bibere quaz penas pro tanta homicidii culpa tolerare. Cumq ad os sibi calicem posuisset: ep̄s compescuit seq venenum biliturum obtulit: mandans vt ad illum qui sibi dederat iret: ⁊ ei diceret ꝙ sauinus quidem venenum biberet: sed ipse minime ep̄s esset. Facto ergo signo crucis venenum ep̄s bibit: ⁊ illesus permansit: eadēq hora archidiaconus eius alibi existens subito defunctus est. ac si per os ep̄i ad archidiaconi viscera mortiferū transiuisset. Quieuit in pace vir dni. xiii. kalendas martii. Hec Gregorius. iii. dialo. cap. vi.

¶ De sanctis Maximo ⁊ Claudio fratribus martyribus. Cap. cxxxiii.



Maximus et claudius fratres cai pape ⁊ gabini p̄sbyteri: ⁊ vxor claudii p̄pedigna et filii eius alexāder ⁊ cucia p̄clarissimi genere ex vrbe cagēte fratre eorū hino p̄sbytero a sancto caio papa baptizati sunt. Ob hoc iussu diocletiani imperatoris tēti sunt a iudice iulio. Et maximus quidem capitalem sniam accepit. Claudi⁹ vero cū coniuge ⁊ filiis in exiliū deportati: deinde incendio cōcremati odoriferū martyrii sacrificiū dn̄o reddiderūt. Quorū corpa in mare apud hostiam iactata fuerūt. Sed eorū reliquias christiani requirentes cū corpore maximi iuxta muros hostie vrbis sepelierūt. Qui passi sunt. xii. kalendas martii.

¶ De sancto Symeone episcopo et martyre. Cap. xxxv.



Symeon episcop' hierosolymitanus et martyr: propinquus salvatoris nostri in carne extitisse dignoscitur ac fili' cleophe qui fuit frater ioseph uti ut dicit Hieronym'. hic ut .iii. ecclesiastice historie habet: post Jacobu fratrem domini hierosolymorum pontifex sub persecutione traiani imperatoris cu iam esset decrepitus: accusatus est ab attico consulari tanq christianus. Qui ab eo tentus multisq suppliciis affectus: tandem crucis patibulo appensus martyrio consummatus est: omnibus qui aderant etia ipso iudice de e' patientia admirantib' q co. cxx. annoru senex crucis patibulu pertulisset: q passus est. xij. Kal. martij.

¶ De sancto Sabino presbytero et martyre. Cap. xxxvj.



Sabin' presbyter et martyr: nobilis civis Roman' ex genere diocletiani imperatoris et frater sancti Caij pape fuit. Hic liberalibus studiis diu esset gentilis no mediocriter eruditus: factus christian' et presbyter libros et tractat' ad fidei eruditione plurimos copilabat. Hic germanos maximum et claudium cu uxore claudij et filiis ad christu coverti et p man' caij pape baptisari fecit. Filia quoq sua susanna virgine pulcherrimam ab infantia christiana sacris literis erudivit. Que cu ob ei' nobilitate et elegantia a maximiano diocletiani filio in coniugiu peteretur: puella consentire nollet: dicens se christo dno desponsata no posse alicui viro et potissime idolorum cultori matrimonio copulari: et gabin' presbyter ab imperatore requisit' ea ad hoc copellere nollet: in carcere iussu augusti mittit: ibiq fame et vinculis maceratus. Qui ia etia post aliquot tempus ibide expiravit. Cu' corpus caius papa germanus ei' sepelivit. xj. Kal. martij.

¶ De sanctis innumerabilibus martyribus. Cap. xxxvij.



Innumerabiles sancti martyres quorum numeru solius dei scientia colligit apud tyrum civitatem passi sunt. De quibus octavo libro ecclesiastice historie scribit quod diversi sex' et etatis ac ordinis ex egypto illuc advenientes persecutione in christianos imminente a paganis sunt tenti. Et cofitentes christum primo quidam per omne corpus flagris laniati: deinde in arena bestiis diversorum generum traditi sunt. Cum aute a feris minime lesi fuissent aliiq gentiles rei mortis bestiis subiecti subito lacerati essent. Iterum sancti martyres feris exponuntur: et ex paganorum morsibus incitate in sanctos ferociores redderentur. Et cum nec sic in eos prevaluissent mutatis super eos ferocioribus animalibus omnino intacti permanserunt. Quod dum pagani magice arti ascriberent ad alias feritates feris inhumaniores se converterunt. Et alios quidem ex sanctis gladiis trucidarunt: alios flammis incenderunt: alios in mari necaverunt: alios capitibus absciderunt: nonnullos etiam inedia consummaverunt: quosdam vero rectos: quosdam vero deorsum verso vertice patibulis affixerunt: q omnes in cofessione veritatis coronas passionis a dno perceperunt. Horum gloriosam multitudine ad victoriam incitabat beati tyrannus silvanus ph[illegible] atq linus episcopi necnon cenobius presbyter qui omnes una secum felici agone palmas adepti sunt. Nam tyrannus et silvanus episcopi bestiarum morsibus interiecti: et phileus et linus ep[illegible] ignibus cosumpti: cenobius vero presbyter cum pluribus aliis decollatus est. Horum olim passio recolitur .x. kalendas martij.

¶ De sanctis septuagintanovem martyribus. Cap. xxxviij.



Septuagintanovem martyres apud siciliam passi sunt. Qui sub diocletiano augusto per diversa tormenta confessionis sue coronam a christo sibi paratam percipere meruerunt. ix. Kaledas martij. Hec Hieronymus.

¶ De sancto Symmacho papa et confessore. Cap. xxxix.



Symmachus papa natione sardus ex patre fortunato anastasio secudo pape in potificatu romano successit: et sedit annos. xv. menses. vij. d. es. xxviij. In cuius electione tanta rome dissensio fuit: ut electo quoda laurentio una cum symmacho senatores laurentij partibus faventes adversus ceteros qui symmacho adherebant: bellum inferrent: multasq cedes et homicidia facientes: pleros sacerdotum et clericorum ac civium extinxerunt. Deniq ambo uno die ordinati sunt. Symmachus quide in ecclesia costantiniana: laurentius vero in ecclesia sancte Marie. Sed cum neutra pars alteri cederet: concluserunt ut lis incepta iudicio regis theodorici finiretur. Qui ravenne positus dum legatos partium audisset: decrevit ut quem maior pars cleri et populi elegisset: ipse in sede apostolica resideret. Sicq Symmachus in quem maior pars convenerat pontifex factus costituit laurentium episcopum in nucena civitate intuitu misericordie. In hac dissensione sanct. festus patricius ecclesie romane diacon' partibus favebat laurentij bona fide. Hic Symmachus constituit ut omni die dominico in natalitiis apostolorum et sanctorum precipuorum Gloria in excelsis deo cantetur. Et que sequuntur post verbum angeli addidit in eode hymno. Post paucos annos criminat Symmachus ex invidia per falsos testes et occulte laurentius revocatur: et iterato clerus dividitur quibusdam adherentibus Symmacho: nonnullis aute laurentio. Sed convocata synodo. cxv. episcoporum expurgat' ut Symmachus de crimine falso et cum gloria restituitur. Laurentius vero depositus cum suis condemnatur. Post hec symmachus vero in pace sedi apostolice presidens: sanctitate cospicuus quievit in pace. x. kalendas martij. Sepultusq est apud sanctu petrum miraculis coruscans.

¶ De cathedra sancti petri apostoli antiochie facta. Cap. xl.



Cathedra sancti Petri apostoli ab ecclesia festive celebratur: quia tunc beatus Petrus apud antiochia in cathedrali honore sublimatus fuisse perhibetur. Huius aute solennitatis institutio triplicem causam videtur habere: scilicet propter historiam: propter figuram: et propter pravam consuetudinem abolendam. Prima causa est propter historiam. Cum enim beatus Petrus antiochie predi.

caret theophilus princeps illius ciuitatis:eo quod populum seduceret:apostolum fecit in carcerē vinculari et fame diebus pluribus affligi. Qui iam pene deficiens christum ne se deserat deprecaretur:et ab eodem celica voce confortatur. Audiens paul⁹ de carceratione petri ad theophilū iuit:et se multarum artium summum opificem esse dixit:propter quod a principe rogatus in cuius curia mansit et post dies tres ad petrū in carcerem latenter intrauit:et videns eum pene consumptū amarissime plorans eum vocauit:et in eius ruens amplexus ipsum cibo refocillauit:et multis confortatum sermonibus dimisit. Deinde Paulus caute reperto tempore theophilo suggerebat:quod eius gloriā petri vinculatione dehonestauerat:qui mendicus et pauper nil mali perpetrauerat:sibi⁊ in multis prodesse poterat. Et cum theophilus paulum interrogaret:in quo sibi petrus prodesse posset. Paulus tanq̄ se alienum fingens dixit quod audiuerat petrum oēs egros sanasse et mortuos suscitasse. Cū hec theophilus vt deliramento despiceret:ad hoc tandem deuenit:vt si petrus filiū suū .xiiii. annos ante defunctum suscitaret:ipse eum in pace dimitteret:et fidem cū omni populo suo susciperet. Ingressus ergo paulus ad petrū eidem narrauit:qualiter theophilo filiū suscitandū promisit. Eductus ergo petrus de carcere ad sepulchrum accessit:et cū orationem fudisset cōtinuo iuuenis resurrexit. Tūc theophilus cū vniuerso populo credidit:et gloriosam ecclesiam ad nutum apostoli fabricauit. In cuius medio populi cathedram locauerunt:et in ipsa petrum exaltauerūt:in qua sedit annis septē. Deinde romam veniens in cathedra romana prefuit annis viginti⁊quinque. Cum autē petr⁹ ex antiochia ad tempus discessisset. Simō magus illuc accessit:et predicans figmenta multa atque signa fallacia ostedens populum omnē a fidei veritate peruertit:et contra petrum ipsum terribiliter concitauit. Petr⁹ vero rediens et predicta reperiens:simonis⁊ fallacias detegens vexatos ab omni languore curauit et oppressos a demonibus liberauit. Sic⁊ populū ad veritatem fidei reuocauit:et intra dies septem plusq̄ decem milia hominum baptizauit. Tunc⁊ populus nudis pedib⁹ ad petrum accessit:agens penitentiam quod simoni mago consensit:et ipsum vna cū principe theophilo iterum in cathedra sublimauit. Ideo ecclesia de ipsi⁹ prima cathedratione festum agit:q̄uis secunda qua rome sedit principalior fuerit:vt dictū est supra in alia cathedra petri .xv. kalendas februarii. ❡ Secūda ratio est propter figuram. Nam petrus in triplici ecclesia exaltatus fuit scilicet in ecclesia militantiū:malignantium et triūphātium:et hoc secundū triplicem festiuitatem quam de ipso ecclesia celebrat. Est enī exaltatus in ecclesia militantium ei presidendo:et eam in fide laudabiliter regendo. Et hoc quantū ad presentem solennitatem que dicitur cathedra:quia tunc super ecclesiam antiochenam pontificatum accepit et eam septennio gubernauit. ❡ Est etiam exaltatus in ecclesia malignantium ipsam dissipando et ad dominum conuertendo. Et hoc quātum ad secundam festiuitatem que dicitur ad vincula:tunc enim malignantium iudeorum ecclesiam dissipauit et multos conuertit. ❡ Extitit insuper exaltatus in ecclesia triumphantium in ipsam scilicet feliciter introeundo et christo domino conregnando. Et hoc quantū ad tertiam festiuitatē que est passionis ipsius:quia tūc in ecclesiā triumphantium intrauit. Celebratur autem et festum eius ter in anno propter priuilegiū:propter officiū:et propter beneficium. ❡ Propter priuilegium qđ habuit triplex. Fuit enim pre ceteris dignior auctoritate:quia claues regni celorum accepit. Fuit et feruentior in amore:quia cum maiori feruore christum dilexit q̄ alii apostoli. Fuit etiam efficacior in virtute:quia ad vmbram petri sanabantur infirmi:ideo⁊ festum eius ter in anno celebratur. ❡ Propter officium:quia officium prelationis habuit sup vniuersam ecclesiā q̄ diffusa est in asia:aphrica et europa:ideo ecclesia ter in anno celebrat festū eius. ❡ Propter beneficium:q: absoluit nos a trib⁹ generibus peccatorū:scilicet cogitationis:locutionis et operationis:vel quod homo facit in deum:in proximū:et in seipsum. ❡ Tertia causa huius festi est propter prauam consuetudinem tollendam. Cōsuetudo enim fuit gētilib⁹:vt ait Joānes beleth singulis annis circa dies istos epulas offerre super tumulos parētū suorū:quas nocte demones cōsumebant. Ipsi aūt eas ab animab⁹ circa sepulchra errantib⁹ quas vmbras vocabant eas putabant absumi. Que consuetudo epularum cū a christianis extirpari nō posset:statuerūt sancti patres festū cathedre sancti petri:tā de illa que fuit rome:tum de illa que fuit antiochie:vt eo die quo talia per paganos fiebant in reuerentia demonū:eodē die christiani charitatiue epularent in subsidiū pauperū:et honore principis apostolorū. Ideo⁊ tali die in aliquibus locis celebrant conuiuia:et vocat festū epularū sancti petri .i. viii. kal. martii. Hec ioannes beleth. ❡ Post cathedrationē aūt suā beat⁹ apostolus scripsit duas epistolas q̄ canonice nominant:quarum secunda propter stili dissonantiā a plerisq̄ non illi⁹ fuisse narrat:marci euangeliū dictasse dicitur. Hec hieronymus de viris illustribus.

❡ De sancto papia epō hieropolitano. Cap. cxli.



Papias hieropolitanus epō ioānis apostoli auditor: policarpi quoq̄ condiscipulus et cōsodalis fuit. Hic ab eodem episcopo apud hieropolim predicante:ordinatus episcop⁹ eiusdē ciuitatis:postq̄ gregi dominico pluribus annis laudabiliter prefuit:beato fine in christo quieuit .viii. Kal. martii. Hic quinq̄ libros de verbis dñi composuit. Hec hiero. de viris illustribus.

❡ De sancto Aristione discipulo. Cap. cxlii.



Aristiō discipulus vnus de .lxxii. discipulis fuit:qui bini ab eo missi sunt ad predicandum. De quo in passione barnabe apostoli mētio habetur. Qui post peractum predicationis officium apud salaminas in cypro insula in domino requieuit .viii. kal. maii:sicut dicit Ado.

❡ De sancto Abilio episcopo. Cap. cxliii.



Abilius episcop⁹ Alexandrinus fuit:qui post beatum marcum secundus pōtifex ibidem cōstitutus:siquidē post ipsum marcus primus extiterat anianus:annos .xii. eidem sedi presidens sacerdotium vita conspicuus ministrauit:et .viii. Kalen. martii in christo quieuit:vt dicit Ado.

❡ De sancto Policarpo presbytero. Cap. cxliiii.



Policarp⁹ presbyter et confessor xp̄i tp̄e diocletiani et maximiani imperatorū claruit. De quo in beati sebastiani passione supra .xiii. kal. februarii mentio facta est:et dicetur infra in passione tyburtii .iii. idus Augusti. Hic vna cū beato sebastiano multos ad christū cōuertens plurimos baptizauit. Nam cū beat⁹ sebastian⁹ zoe vxori nicostrati primi scrinii:que dudum mu

ta exstiterat loquelam restituisset: ipsam vna cum viro suo ⁊ familia necnon tranquillinum ⁊ martiā parētes marci ⁊ marcelliani cōuertisset: ipsos omnes policarp⁹ sacri fontis vnda perfudit. Et cum nicostratus a fratre suo claudio cōmentariensi obtinuisset: omnes carceratos ad domum suā adduxit: eos omnes ad christum per sebastianum conuersos idem p̄sbyter baptizauit. Cumq; eidem claudio nicostratus retulit: qualiter vxori sue loquelā sebastian⁹ recuperasset: obtulit claudio sebastiano duos filios: quorū vn⁹ hydropicus: alter vulneribus obsessus erat: quos sanctus sebastianus similiter sanos effecit. Claudium quoq; vna cū ipsis cōuersos: policarp⁹ predictus diuino fonte regenerauit. Deinde cum chromatius vrbis prefectus grauj morbo lāguens decumberet: ⁊ transquilli⁹ ad eū policarpum ⁊ sebastianum adduxisset: illeq; ab eis conuersus omnia idola in domo sua existentia destrui permisisset: sanat⁹ est mox chromatius cum tyburtio eius filio ad fidem christi reductus: quos policarpus presbyter cum familia sua qui erāt vltra .M.cccc. promiscui sex⁹ similiter baptizauit. Post hec autē cū iussu diocletiani chromatius prefect⁹ in exiliū apud cāpaniā cū multis christianis mitteret: policarpus p̄sbyter sponte secū exiliū subijt vt christianos existētes ibidem exhortaretur: vbi multo tempore fideliter deo seruiens: orationibus et predicationi insistens in pace vitam finiuit .vij. kalen. martij.

¶ De sancto Gerardo episcopo ⁊ martyre. Cap. cxlv.



Gerard⁹ episcop⁹ ⁊ martyr: venetiarū ciuitate oriūdus a pueritia deo deuotus ecclesie sancti marci canonicus fuit. Sed ad vitam arctiorē anhelans religionis habitu suscepto. Dum ad sepulchrum dominicum pergeret visitandum: pannoniam deuenit: vbi a sancto stephano christianissimo vngarie rege qui cum seruum christi esse cognouit retētus est: dimissisq; socijs cū quibus pergebat ibidem mansit. Et in quodā eremo qui bel vocatur per annos septem solitariā vitam duxit. Post hec a rege ꝑuis satis renitens ad episcopatum ꝓmotus est. Qui per ciuitates ⁊ castella pannonie circuiens verbum domini predicabat. Sedem autem suam iuxta flumen morisū fluminis statuit: quam ⁊ morisenam appellauit. Ubi ⁊ ecclesiam sancti martyris georgij ↄstruxit: in qua ⁊ altare dei genitricis erexit: ante quod argēteum thuribulum cū thymiamate perpetuo collocauit: ⁊ ibidē semper cōseruari decreuit. Beatam enim dei genitricem deuotius coluit. Unde ⁊ singulis sabbati diebus officium eius cum nouem lectionibus ibidem cōstituit celebrandum quod vsq; in presens seruatur. Episcopatū quoq; strenue gubernabat: sepius ad eremum aliquot dieb⁹ diuertebat. Deinde ad sedem suam rediens officium sibi iniunctū administrabat: ⁊ iugiter predicationi vacabat. Defuncto ergo stephano rege successit ei rex petr⁹. Cuius regnum cū vnus ex principibus inuasisset: ⁊ plurimos nobiles occidisset: venit morisenā vt ab episcopo gerardo die pasche coronaretur. Cuius coronationem nedum sanctus facere recusauit: sed nec ipsi interesse voluit: quin potius eidem vt regni inuasori et proditori interfectionem ipsius post triennium futuram predixit. Qd vt predixerat euenit. Deinde post annos quinq; cum ad albam ciuitatem pergeret: hospitatus apud ecclesiam sancte sabine martyrium suum in crastinum futurum ꝓnunciauit. Sequenti die missarum solennijs celebratis cum esset iuxta flumen danubium ab infidelibus captus lapidari cepit. Dumq; lapides in ipsum iactari in area penderent: lancea transuerberatus cum pluribus alijs Christianis gladio cesis ibidē occubuit: vbi et sepultus fuit. Sed ꝓcessu temporis inclytus rex Andreas corpus martyris transtulit morisenam: vbi et miraculis claret. Passus est autem .vij. kalen. Martij. Hic sanctus plures homelias ⁊ sermones ꝓclaros per solennitates per anni circulum edidit in quibus eius doctrina ⁊ sapientia liquido demonstratur et precipue quia deuotus beatissime virginis fieret in cuius laudē multa preclara dictauit.

¶ De sancto Gerardo episcopo et confessore. Cap. cxlvj.



Gerardus episcopus laicorū sanctitate mirabilis extitit. Qui .xlij. anno Henrici imperatoris tertij miraculis clarens ad xp̄m migrauit. Et a leone papa calcidonēsi synodo quarta celebrata canonizat⁹ fuit: ⁊ intra sanctorū confessorum numerū in ecclesia bonōñ dus cēsit⁹ est: vt dicit frater Uincēti⁹ in speculo.

¶ De sancto Sereno martyre. Cap. cxlvij.



Seren⁹ episcop⁹ et martyr sub maximiano imperatore apud syrmiū passus est. Nā cū ipse sibi hortū excoleret ⁊ vnus ex domesticis imperatoris amicus intimus esset: quadā die vxorē illius in horto suo hora incongrua deambulantem reperit: eāq; acriter de inhonestate increpauit: qd sola: hora inepta monachi pomeriū introisset: eāq; quoq; cum indignatione eiecit. Que viro suo de sereno cōqueritur: ⁊ quod eam turpiter eiecerit lamētatur. Qui verbis coniugis ad iracundiā motus: que dudum vt amicum celauerat: maximiano vt xp̄ianū accusat. Sicq; serenus iubente imperatore tentus sub se christianum confessus capite cesus est .vij. kalen. Martij.

¶ De sancto Sereno abbate. Cap. cxlviij.



Serenus abbas summe ↄtinentie fuit. Qui nō solū in ei⁹ actib⁹: sed etiā in aspectu conspici poterat. Quā a deo in tantum crebris orationib⁹ impetrauit: vt nec etiā se naturalib⁹ incētiuis inquietari: vel i sopore sentiret. Qd adhuc fortiorib⁹ ieiunijs ⁊ assiduis orationib⁹ expetens: ad tantā mentis et corporis puritatē deuenit vt vix in se motū naturalē sentiret acsi paruulus ⁊ latēs sentire dignoscat. Et dū huiōi grē ꝓseuerātia lachrymis flagitaret: angelus eidē in somnijs astitit ⁊ cum ꝑ ventrē nouacula secuit: ⁊ iecore ac intestinis eductis ⁊ extricatis: vilnisq; mūdissime lotis ei sera interiora suo loco reposuit: sibiq; dixit oīa incentiua carnis in eo abinde fore precisa: perpetuamq; in posterum mentis et corporis ipsum obtinuisse. vti petierat a domino puritatem. Hec in vitis patrum.

¶ De sancto Matthia apostolo. Cap. cxlix.



Matthias apostolus in loco iude proditoris substitutus est. Cum enim inter ascensionem ⁊ penthecostem apostoli in cenaculo simul essent. Uidēs petrus quod numerus apostolorū erat imminutus: quos dominus tamen in numero duodenario elegerat: vt fidem trinitatis in quatuor mundi partibus predicarēt: cum essent omnes discipuli in cenaculo syon numero .cxx.

exurgens in medio eorum eos allocutus est: ostendens ex textu diuine scripture in psalmo prophetarum: quod iudas proditor periturus erat: cuius apostolatum alius accipere debebat. Exhortans fratres vt aliquem ex ipsis eligerent: quem in locum inde surrogarent. Quod cum omnibus placuisset: elegerunt duos inter ceteros sanctiores: scilicet ioseph iustum: qui vocabatur barsabas: filium cleophe et fratrem iacobi minoris: et mathiam: et oratione premissa dederunt sortes eis. Et cecidit sors super mathiam: et annumeratus est cum .xj. apostolis. Et nota quod hoc exemplo non est sortibus vtendum: vt dicit hieronymus: quia priuilegia paucorum non faciunt legem communem. Hec que dicta sunt habentur Actuum .j. Cum ergo apostoli ad predicandum essent diuisi: mathias apostolus iudeam in sortem preiudicationis accepit. Qui tamen vt alibi reperitur prius in macedonia predicauit. Gentiles vero eius fidem et sanctitatem probare volentes: quandam potionem toxicatam que cunctos bibentes visu priuabat: sibi dederunt. Quam in nomine christi bibit: et nullam lesionem incurrit. Et cum illa potio plusquam .ccl. excecasset: ille singulis manus imponens omnes illuminauit. Diabolus vero in similitudinem infantis eis apparuit: suadens vt mathiam occiderent qui cultum eorum euacuabat. Quem per triduum quesierunt et in eorum medio consistentem minime viderunt. Tertia vero die se eis sponte manifestum vinctum in carcerem recluserunt: vbi demones sibi apparentes in eum dentibus fremebant: sed appropinquare non poterant. Dominus autem cum multo lumine sibi assistens eum confortauit: et ostio aperto liberum abire permisit. Et dum iterum predicaret: et quidam obstinati persisterent: mox terra se aperuit et cunctos illos deglutiuit. Reliqui vero ad christum conuersi sunt. ¶ Post hec reuersus apostolus ad iudeam verbum domini predicabat: multosque in signis et prodigiis conuertebat. Cui inuidentes iudei cum in consilio statuerunt. Duosque testes qui illum accusauerant primo in ipsum lapides miserunt. Quos lapides in testimonium secum petiit sepeliri. Qui dum lapidaretur: securi in capite percussus spiritum deo reddidit. Cuius corpus in iudea sepultum: deinde romam translatum in ecclesia sancte marie maioris esse dicitur: et ibidem caput eius populo demonstratur. Qui passus est .vj. kalen. martij.

¶ De sanctis .lxxij. martyribus. Cap. cl.



Septuagintaduo martyres sub maximiano imperatore apud ciuitatem syrmium passi sunt. Qui martyrij certamen in prefata vrbe consummantes regna mansura perceperunt .vj. kalend. martij. vt dicit hieronymus in martyrologio suo.

¶ De sanctis victorino et victore et sociis marty. Cap. clj.



Victorinus: victor: nicophorus: claudianus: dioscorus: serapion: et papias: apud egyptum sub numeriano imperatore martyrium passi sunt agente iudice sabino. Quorum primus in pillam vndique circumforatam missus: et per singula foramina diutissime culteris transpunctus est: et deinde capite truncatus. Secundus amputatis manibus et pedibus in eadem pilla missus: et sicut prior transfictus et postmodum decollatus est. Tertius cum in pillam ipsam sponte fuisset ingressus: iudex indignatus illum inde educi: et dudum sup craticulam fecit assari. Et cum tali supplicio non moreretur: spem minuat[?] gladiis iussit occidi. Claudianus et dioscorus flammis incensi fuerunt. Serapion et papias gladio cesi: omnes celebre martyrium dedicauerunt .v. Kal. martij.

¶ De sancto nestore epo et martyre. Cap. clij.



Nestor eps et martyr in ciuitate pergen. pamphylie passus est sub persecutione decij. Qui cum die noctuque orationi insisteret postulans vt gregem christi custodiret: comprehensus est a quodam principe curie hyrenarcho: qui eum obtulit presidi pollioni: quem ille nomine domini miram libertate et alacritate confitentem in equuleo leuatum: et crudelissime tortum: nolentem christum negare: cruci configi mandauit. In qua dum orasset emisit spiritum. A fidelibusque sepultum est .iiij. Kalen. martij.

¶ De sancto alexandro epo et confes. Cap. cliij.



Alexander eps Alexandrinus gloriosa senio venerandus extitit. Hic post beatum petrum Alexandrinum epm et martyrem ad eundem promotus episcopatum non immediate: sed post achillam qui eidem petro immediate successerat: sicut et ipse beatus petrus eidem duobus tunc suis discipulis predixerat sibi domino reuelatum: arrium presbyterum suum hereticum prauitate corruptum: et diuina charitate coniunctum: de ecclesia alexandrina eiecit: et postea inter .cc. xviij. patres in niceno concilio damnauit. Qui in reuerenda senectute annorum .xcviij. apud eandem vrbem laudabili fine quieuit .iiij. Kalend. martij.

¶ De scto Juliano et eunio eius ministro ma. Ca. cliiij.



Julianus et quidam eius minister nomine eunus martyres apud alexandriam passi sunt. Cum enim christianorum persecutio deseuiret: et iulianus ita podagra constrictus esset: vt neque incedere neque stare posset cum duobus ministris christianis eum gestantibus in sella iudici affertur: ex quibus ministris vnus timore tormentorum que videbat christianis inferri: professum negauit: alter vero eunus nomine cum iuliano domino suo in confessione persistit. Quos iudex camelis impositos per totam iussit vrbem circunduci: et flagris hincinde inspectante populo tamdiu laniari vsque quo finem ipsis verberibus sortirentur. Qui passi sunt .iij. kalen. martij.

¶ De sancto Leandro epo. Cap. clv.



Leander eps in hispania prouincia hispalensis ecclesiam feliciter pastorali cura gubernauit. Hic est ad quem beatus Gregorius Moralium libros scripsit. Cuius predicatione et industria tota Gothorum gens per regem recaredum depravata ab arriana prauitate conuersa est. Qua etiam frater eiusdem recaredi hermigildum regem viuente adhuc patre heretico ab eadem heresi conuersum ad martyrij passionem ex hortando perduxit: vt ponit Gregorius .iij. dialo. cap. xxx. et deinde in passione hermigildi idibus aprilis. Qui et officio predicationis fideliter peracto: quieuit in domino .iij. kalen. martij.

¶ De scto ioanne monac. Ca. clvj.



Joannes monachus filius eutropij magistri militum vrbis rome et theodore christiane: cum esset annorum .xij. a parente liberalibus studiis traditus est. Cum autem pater in domo sua abbatem monasterij accimitensis hierosolymas pergentem hospitio suscepisset: iuuenis ad vitam monasticam animatus ab eodem regularis

dus disciplinis imbuitur promissione sibi facta quod regrediens domum illuc diuerteret eo quod secum ire et monachus fieri disponeret. Interea Joannes a patre euangelium sibi scribi petijt in quo studere cupiebat: quod mater gemmis et auro ad sui delectationem ornauit. In quo quotidie Joannes legebat: et ad vite perfectionem emulus anhelabat. Reuersus igitur abbas in domo Joannis recipitur: cum quo habito colloquio de fuga petenda: quia parentes timebat: nauem reperiunt iuxta littus a quibus dum naute multum pro naulo exigerent et pecunia carerent abbasque ad repatriandum festinaret. Juuenis patrem rogat vt det sibi centum aureos pro conuiuio comodalibus celebrando. Quibus acceptis Joannes quasi necessaria empturus abijt: vrbem exiuit: et ad abbatem se iuxta mare prestolantem concitus venit datoque naulo nauem secum ascendit. Quam parentes dudum perquirentes et minime inuenientes ad mortem affligebantur. Ille igitur ad monasterium perueniens factus est monachus: vbi in omni vite sanctitate et summa obedientia septennium peregit. Post hoc cum de visione parentum nimium temptaretur: obtenta abbatis et monachorum licentia: relicto cenobio romam venit: mutatoque habitu consutis vestibus indutus: facie pre ieiunijs tabefacta: in domo parentum incognitus hospitaretur minime se reuelans. Cum mane pater domum egrediens: vt pauperi peregrino compatiens tugurium sibi iuxta domum suam construxit: cumque de mensa propria vti pauperem aluit. Qui multis ieiunijs affectus continue orationibus insistebat. Sed tandem infirmitate correptus mortique vicinus matrem vocauit: et eius psalterium gemmis et auro ornatum exhibuit. Que libro cognito viroque vocato. Joannem interrogat quomodo psalterium illud habuisset: et si qua de eorum genito audiuisset. Qui cuncta per ordinem narrauit: et Joannem eorum filium patefecit: moxque in eorum brachijs expirauit. Cuius corpus cum multarum effusione lachrymarum parentes in nouo edificato oratorio sepelierunt: et eidem pro peregrinorum susceptione cenobium addiderunt: ibique domino seruientes preter quotidianum victum omnem substantiam suam pauperibus ministrabant. Quieuit autem in pace vir domini. iiij. kalen. martij.

De sancto Joanne abbate. Cap. clvij.



Joannes abbas in Scythi claruit. Ad quem cum quidam anachorita nomine Epistius visitandum venisset: qui per annos. xl. in eremo habitauerat: interrogatus est a Joanne quantum exinde profecisset: qui respondit quod ex quo ceperat solitarius esse: nunquam sol viderat cum manducantem: cui Joannes inquit: nec me irascentem. Dum autem Joannes vellet ad similitudinem angelorum nihil operari: sed domino sine intermissione vacare seipsum expoliauit: et hebdomadam in eremo perfecit. Cum autem fame periclitaretur: et aculeis muscarum et vesparum totus vulneratus esset reuersus ad ostium fratris sui pulsauit dicens se esse Joannem. Qui respondit quod hoc esse non poterat: quia Joannes angelus factus erat: et inter homines amplius non habitabat. Sicque dimisit eum affligi vsque mane. Postea eidem apparuit et ipsum de presumptione redarguit dicens quod si homo erat iterum cum vt pasceretur inter homines operari oportebat. Si autem angelus esset intrare cellam non quereret. Joannes compunctus veniam postulauit. Cum autem postularent: rogauerunt eum fratres vt aliquod verbum salutare compendiosum loco hereditatis sibi relinqueret. Qui eis dixit quod ex quo fuerat monachus nunquam propriam fecerat voluntatem nec aliquid docuerat quod non prius ipse fecisset. Hec in vitis patrum. Quieuit in domino. iij. kalen. martij.

De sancto Joanne alio abbate. Cap. clviij.



Joannes abbas alius in eremo superioris thebaidis etate prouectus: vita: moribus et abstinentia precedens claruit. Hic primum secedens ad eremum tribus annis continuis sub quadam rupe stando semper orauit ita vt nunquam sederet neque iaceret. Somni autem tantum cepit: quantum quis stans rapere potest: cibum vero nisi die dominico sumpsit. Presbyter enim tunc ad eum veniens pro eo sacrificium offerebat: et ipsum sacra hostia communicabat: adeoque erat sacramentum et victus. Huic die quadam diabolus se in presbyterum transfigurans vt ipsum deciperet: horam solitam preuenit: simulans se sacramentorum gratia aduenisse. Quem sanctus propter intempestiuam horam demonem suspicatus: ipsum redarguit: moxque diabolus confusus abscessit: pedes autem eius ex nimia immobilitate dirumpebantur: adeo vt saniem effluerent. Sed completis tribus annis angelus sibi apparuit: eiusque pedum vulnera sanauit et celesti cibo refecit: ac diuina repletum sapientia ad alios edocendos ire mandauit. Qui iussa complens dominica semper die ad eundem locum redibat: et ipsum angelus reficiebat: ceteris vero diebus Joannes ex palmarum folijs manibus operabatur. Cum quidam claudus ad ipsum curationis gratia ire disponeret: asinum ascendit qui cingulo manibus sancti viri operato: sella constrictus erat: moxque vt pedes claudi cingulum tetigerunt sanatus est. Secreta etiam domini agnoscebat: ita vt monachis vicinorum locorum eorum peccata occulta conscriberet: et eorum patribus vt tales vel tales fratres de tali vel tali culpa corrigerent. Eorum etiam merita eisdem per litteras insinuabat: admonens vt in eis perseuerarent. Similiter et patribus cenobiorum scribebat in quibus eos per spiritum deliquisse cognouerat: ita vt illi conscientie remorsu conuicti negare non possent: multis quoque alijs virtutibus et miraculis admodum effulsit. Hec omnia appellos Hieronymus narrauit: vt idem refert in vitis patrum.

De sancto Joanne viro dei confessore. Cap. clix.



Joannes vir sanctus anachorita in deserto sitrie claruit: qui totius gratie homo fuit in quo vt dicit Hieronymus vbi supra: tanta consolationum gratia refulsit: vt quacunque mesticia quocunque tedio quis oppressus fuisset: paucis eius sermonibus alacritate et letitia repleretur: sed et sanitatum gratia plurima sibi a deo donata est. Hec in vitis patrum.

De sancto Romano abbate. Cap. clx.



Romanus abbas in territorio Lugdunensi in locis virentibus claruit. Qui primus in eodem loco vitam eremiticam duxit et multis virtutibus et miraculis insigniter effulsit: ac plurimorum postmodum pater extitit monachorum. Qui et in eodem loco sanctitate famosus: in christo quieuit pridie kalendas Martij. Hec vsuardus.

De translatione sancti Augustini episcopi. Cap. clxi.



Translatio corporis sancti Augustini

Translatio corporis scti Augustini facta est anno domini. Dccxviij. trãslactio ab obitu sancti annis. ccxxx. tẽpore luprandi regis Lõgobardorũ. Nã cũ beatus doctor apud Hipponeñ. ciuitatẽ Aphrice eius eps fuit in dño quieuisset: ibiq; sepultus fuisset. Post aliquod tempus barbari terram illam occupauerunt: ⁊ loca sancta prophanauerunt: propter qd fideles corpus sancti Augustini inde tulerunt: et ipsum in sardiniam transtulerũt. Tempore igitur premisso luprandus predict⁹ Longobardorũ rex audiẽs sardiniam a saracenis depopulatam: solennes illuc nuncios misit: vt doctoris sancti reliquias papiam deferrent: qui magno precio dato corpus scti Augustini tulerunt: ⁊ ipsum vsq; ianuam nauigio adduxerũt. Quod deuotus rex audiens vsq; ad dictam ciuitatem ei obuiauit: et reuerenter illud excepit. Cum autẽ mane corpus vellẽt educere: nullo modo inde moueri potuit: donec rex votum emisit: q si se inde deduci permitteret: ibidem in nomine eius ecclesiã fabricaret. Statimq; corp⁹ sine vlla difficultate inde motũ est: et rex quod vouerat adimpleuit. Idem miraculũ in die sequenti in villa epatus condenẽ. que dicit casselle contigit: et eodem modo ibidem in honore sancti rex aliam ecclesiam cõstruxit. Et q: videret sancto cõplacere: vt in suo nomine ecclesie plures fierẽt: vbicũq; mansisset corpus nocte cũ rege: timẽs ne aliũ locum q vbi desiderabat sibi eligeret: in honore eius ecclesiã inchoabat. Sicq; cũ gaudio papiã deducit ⁊ in ecclia sancti Petri que dicitur celũ aureũ honorifice collocatur pridie kal. Marcij / vbi claris virtutũ signis efulget.

De sanctis ducentis ⁊ septuagintaduobus martyribus. Cap. clxij.



Ducenti ⁊ septuagintaduo martyres Rome sub Claudio passi sunt: quos primo p xpi nomine ad arenã fodiendam damnatos iussit Claudius vt foras muros porte salarie in amphitheatro mitterentur: ibiq; sagittis militum interficerentur. Quod audies marius cũ filijs suis Audifax ⁊ Abacbuch: vt in eorũ passione habetur. xiiij. kal. Februarij / illuc accesserũt Johãne presbytero secum assumpto: vt sanctoꝝ corpora sepelirent. Et inuenerũt ipsa igni superposita. Tũc exuẽtes se ceperunt subtrahere: et sepelire quotquot ex ipsis potuerũt: que ⁊ ibidẽ sub cliuio cucumeris recõdiderũt. Cetera vo igne ꝯsumpta sunt. Qui passi sunt kal. Marcij.

De sancto Herculano epo. Cap. clxiij.



Herculan⁹ episcopus ciuitatis perusine anno. xvij. Justiniani imparatoris sub rege Gothorũ totilla passus est: vt ait Sigisbertus. Hic ex cõuersatione monasterij ad sacerdotalis ordinis gratiã deduct⁹ est. Totille aũt regis Gothorum tẽporib⁹ eãdem vrbẽ annis septẽ cõtinuis exercitus Gothorum obsedit: ex qua multi ciuium fugerũt qui periculũ famis ferre nõ poterant. Anno vero. vij. necdum finito obsessam vrbem exercitus Gothorum intrauit. Tũc comes qui exercitui preerat ad regẽ nuncios misit exquirens: quid de episcopo vel populo fieri iuberet. Qui mandauit episcopo primo a ceruice vsq; ad calcaneũ corrigiã tolli: ⁊ tunc caput eius amputari: omnem vero populũ gladio extingui. Tunc idẽ comes crudelitatem tantam abhorrẽs herculanũ epm sup murũ vrbis capite truncauit: eiusdẽq; cutẽ iã mortui a vertice vsq; ad calcaneũ incidit: vt ex eius corpore corrigia subtracta videretur: morq; corpus extra murũ proiecit. Qd quidã humanitate cõpulsi abscissum caput ceruici apponẽtes cũ corpore paruuli infantis illic iuxta muros reperto sepulture tradiderunt. Cũq; post eandẽ cedẽ die. xl. rex Totilla misisset: vt ciues vbilibet dispersi ad ipsam ciuitatem sine trepidatione remearẽt. Hi qui prius famẽ fugerãt: accepta viuendi licentia reuersi sunt. Qui corp⁹ epi sui perquirentes: effossa terra vbi iacebat corp⁹ pueri pariter humati: vtpote die. xl. corruptũ et vermibus plenũ: corpus vo epi ac si die eodẽ esset sepultũ inuenerunt. et qd mirabilius est: ita caput eius vnitum fuerat corpori: ac si nequaq fuisset abscissum: in quo nec sectiõis vestigia apparerẽt: ⁊ similiter tergũ eius perquirẽtib⁹ ita sanum atq; intemeratũ omne corpus inuentũ est: ac si hoc nulla incisio ferri tetigisset: quod intra vrbez adducentes honorifice sepelierũt. Qui passus est kalẽ. Marcij. Hec Gregorius tertio dialogo. cap. xiij.

De sancto Albino episcopo. Cap. clxiiij.



Albin⁹ episcopus tempore sancti Egidij abbatis floruit. Hic de regione venetina: q oceani britãnici confinis est nobilib⁹ parentibus ortus tinilaceñ. monasterũ primo monachus fuit. Qui cum aliqñ ad obediẽtiã abbatis perficiẽdã pergeret: ⁊ subito tẽpestas nimia ingrueret: ⁊ domus ad quã cũ alijs diuerterat ipsa tẽpestas etiam tectũ contriuisset: oĩbus alijs qui in eadẽ se domo reduxerãt madefactis: ipse solus a pluuia immunis fuit. Deinde annorũ. xxxv. existens ipsius monasterij abbas factus est. Qui ipsi regimini laudabiliter prefuit annis. xxv. Post hec annorũ. lx. andegauis episcopus ordinatur. Curenq; pastorali vigilanter insedit annis. xx. diuinis operibus vacans multisq; miraculis coruscans. Inter q duos mortuos suscitauit. In asiaco monasterio cecum illuminauit: ⁊ mulierem dudum ab immũdo spiritu vexatam liberauit. In andegaueñ. ciuitate sedis sue dum pro carceratis in turri detentis ad iudicẽ interuenisset: nec alicuius liberationẽ obtinere potuisset: orationez fudit. Statimq; saxũ quadrum de muro turris exiliens: inclusis exeundi aditum fecit: omnesq; continuo exierũt et deo ac sancto gratias egerunt. Quieuit in pace kalẽ. Marcij: sepultus Andegauis. In cuius exequijs paralytici tres sanati ⁊ duo ceci illuminati sunt.

De sancto Donato martyre. Cap. clxv.



Donatus martyr apud Carthaginem aphrice ciuitatem passus est. Qui sub iudice nisatio et marcellino tribuno cum esset militaris: in christi confessione gladio cedente martyrij coronam percepit kalẽ. Marcij: vt dicit Ado.

De sanctis pluribus martyribus. Cap. clxvj.



Martyres plurimi quorũ tamen certus numerus minime reperitur Rome sub Alexãdo imperatore passi sunt. Quos idẽ augustus diu cruciatos capitali sñia i extremo dãnauit. vj. noñ. Marcij. Hec Ado i martyrologio.

De sanctis quadringentis marty. Cap. clxvij.



Quadringēti fere martyres a longobardis passi sunt. Quos cū lōgobardi italiā deuastātes cepissent more suo imolauerūt caput capre diabolo. Hoc circūferētes p circuitū ꝛ carmine nephādo dedicātes. Cūq; illud ipsi pri⁹ submissis ceruicibus adorarent: cosq; quos ceperāt hoc adorare pariter ꝯpellebāt. Sꝫ ex eidē captiuis pmaxima multitudo paucis vex exceptis obtēperare iussis sacrilegis noluit: ꝛ ceruicē quā semp creatori flexerat: creature inclinare cōtempsit. Quapropter hostes q̄ eos ceper .. t graui iracundia accēsi: cūctos gladijs interfecerūt. Quos in errore suo participes habere nequiuerūt. Hec gregorius. iij. dialogo. c. xxvij. Qui passi sunt sexto nonas martij.

¶ De sctis pluribus epis marty. Cap. clxviij.



Episcopi plures martyres: quorū etiam nec cert⁹ numer⁹ scripti⁹ colligit: iustiniani angusti tpib⁹ apud aphricā passi sunt. Nā cū psecutio vādalica i partib⁹ illis vehemēter insaniret qdā in defēsione veritatis episcopi fortiter psistētes ad mediū sunt deducti. Quos vādalorū rex pmis ac munerib⁹ flectere ad pfidiam nō valēs tormētis frāgere eos posse credidit. Nā cū eis in ipsa defensione veritatis silentiū indiceret: nec tamē ipsi cōtra pfidiā tacerēt: raptus in furorē eorū linguas abscidi radicitus fecit. Qui ita post pro defensione veritatis etiā sine lingua loquebantur sicut prius loqui per linguā consueuerant. Hos oēs iussit postmodū idē rex in exilium deportari. Qui multo post tempore superuixerunt. Et quidam ex ipsis miraculum narrantes constantinopolim venerunt vnus autem illorum statim vt in luxuriam decidit loquendi facultatem amisit. Hec idem qui ꝛ vbi supra Cap. xxxij.



¶ De sanctis Jouino et Basileo martyribus. Cap. clxix.

Jouinus ꝛ Basileus martyres Rome via latina passi sunt sub Valeriano et Galieno imperatoribus. Qui per gladium palmaꝫ martyrii pceperūt sexto nonas martij: vt dicit Ado.

¶ De sancto Guilelmo presbytero. Cap. clxx.



Guilelmus anglicus sacerdos vir charitatiu⁹: sctitate vite pollēs ac morib⁹: ꝛ officij sui psecutor strenu⁹ tpe hericij .iij. ipatoris plen⁹ sctitate migrauit ad christū. vj. non. Martij. Ad cui⁹ sepulchrū tpe mortis ei⁹ ceci illuminati sūt claudi erecti ꝛ alij plures a diuersis infirmitatib⁹ liberati: vbi ꝛ corp⁹ ei⁹ a multis pegrināti⁹ visitat pgētib⁹ ad ipꝫ deuotiōis cā. Hec vicēti⁹.

¶ De sanctis Marino et Asterio marty. Cap. clxxj.



Marinus miles ꝛ asteri⁹ senator apud cesareā palestine sub valeriani ipatoris psecutiōe passi sūt. De qb⁹ hr. vij. ecclesiastice historie libro. Quoꝝ prior ciuis hierosolyme clar⁹ a ꝯmilitonib⁹ accusat⁹ ꝙ esset christian⁹: datoq; sibi a iudice spacio triū horarū ad deliberādū: aut sacrificaret: aut mori eligeret. Interim quoq; a scto theoteno ciuidē vrbis epo cōfortat⁹: dū immolare renuisset p xpo decollat⁹ est. Cui⁹ corp⁹ cū asterius trūcatū subiectis humeris ꝛ expoliata veste excepisset ꝛ sepelisset. honorē quē martyri detulit continuo martyrij ipse accepit. De q̄ Asterio scribit Ubi. S. ꝙ dū esset apud cesareā philippi q̄ tūc pancas dixet gētiles suo more idolis imolarēt: victima arte demonis subito rapiebat: ꝛ nusq̄ cōparēs celo delata putabat. Qd dū sanct⁹ fieri cerneret: orationē fudit ad dominū. Et ecce victima q̄ credebat assumpta: aqs supferri cōspicitur et ppls ab errore cōuertit. Passi sūt autē v. nonas martij.

¶ De sanctis Emitrerio ꝛ Chelidonio martyribus. Cap. clxxij.



Emitreri⁹ ꝛ Chelidonius martyres: vt scribit Aurelius clemēs in libro coronarū: primū apd legionē gallie ciuitatē exurgēte psecutiōis pcella p cōfessione nois iesu xpi plurimis tormētis afflicti. deinde calagurim vsq; pducti atq; ibi capite cesi martyrio coronati sūt. In q̄ decollatiōe anulus vnius ꝛ stola alba alteri⁹ nube suscepti ꝛ i celū euecti sūt: quousq; ab assistētibus anuli aurei fulgor et linthei cādor in tātis luminibus discerni potuerūt. Passi sunt aūt. v. nonas martij.

¶ De scto Lucio papa ꝛ marty. Cap. clxxiij.



Lucius Papa et martyr natiōe romā⁹ ex patre porphirio cornelio pape in papatu romano successit: ꝛ sedit annos tres: mēses tres: ꝛ dies tres: hic pcepit vt duo presbyteri ꝛ tres diaconi in oi loco epꝫ nō delererēt: ppter testimoniū ecclesiasticū ꝛ stilū erroris. Hic primū in exiliū missus: demū ad ecclāꝫ suā reuersus a valeriano capite truncat⁹ martyrio coronat. Et sepult⁹ est cum collegis suis epis via apia in cimiterio calixti. iij. nonas martij. Et cessauit epatus dies quinq;.

¶ De sanctis Caio ꝛ socijs martyru. Ca. clxxiiij.



Caius palatinus ꝛ alij viginti septem martyres apud vrbē romā passi sunt. Qui omnes maris fluctibus immersi victorie coronas a domino percipere meruerunt quarto nonas martij: vt dicit Ado.

¶ De sanctis nongentis martyribus. Cap. clxxv.



Nongenti martyres rome via apia passi sunt. Qui oēs vna die laurea martyrij coronati: positi sunt in cimiterio ad sanctam ecclesiaꝫ quarto non. martij. Ibiq; tumulati digna fidelium deuotiōe venerantur. Hec Ado.

¶ De sancto Phoca martyre. Cap. clxxvj.



Phocas martyr apud Antiochiā passus est: qui post multas passiones quas pro Christi noie redemptoris est passus iniurias qualr de illo antiquo serpēte triūphauerit vsq; hodie populis declarat. Nā

si in campis in locis illis coluber venena diffunderit: mox vt ianuam basilice martyris credens attigerit eius cuata virtute veneni saluatur. Sed et lõge satis ab eius templo animalia queqꝫ mortifera approximare non audent. passus est autem. iij. noñ. Martij. hec Ado.

¶ De sancto Theophilo episcopo turris stratonch. Cap. clxxvij.




Theophilus eps palestine ciuitatis q̃ quondã turris stratonis siue cesarea dicebatur nũc vero paneas dicitur: sub seuero principe insignis sapientia et conspicuus sanctitate admodum effulsit: qui inter cetera laudabilia cum ceteris episcopis synodicam et vtilem valde: aduersus eos qui cum iudeis luna decimaquarta pascha celebrant. composuit epistolaꝫ. Et quieuit in dño. iij. nonas martij. hec Hieronymus de viris illustribus.

¶ De sancto Theophilo episcopo Alexandrino. Cap. clxxviij.



Theophilus episcopus alius scilicet Alexandrinus studio et doctrina clarissimus extitit. Hic aduersus Origenem grande scripsit volumen: in quo ipsum et oia fere sua pariter damnat: docens illũ a sanctis patribus et maxime ab heracla fuisse a presbyterio eiectũ: et ecclesia pulsum: vrbe fugatũ. ¶ Scripsit et ctra antropomorphitas hereticos asserentes deũ humana effigie et membris constare humanis eos longissima disputatione confutans. Tres libros sub illius nomine inscriptos ic legisse: sed eis multũ credidisse propter stili dissonantiam tradit Gennadius: qui hec de illo scripsit.

¶ De sctõ Martiano epo et martyre. Cap. clxxix.



Martianus martyr et eps apud terdonã passus est sub Adriano imperatore agente prefecto saprtio. Qui a ciuitate Mediolanẽsi ad partes illas ab imperatore delegatus ciuitatẽ terdonã ingressus Martianũ de xp̃ianitate suspectũ in carcerẽ reclusum inuenit. Ad quem visitãdũ sanct⁹ secũd⁹ miles iã a calocero in ciuitate astẽsi in fide edoct⁹: ij occultus xp̃ian⁹ cũ saprtio venerat: ꝗ̃ satis videre desiderabat. Tũc educẽte ipsum angelo Martian⁹ de carcere exiit: et secũdũ visitauit: atqꝫ i dño cõfortauit: vt dicit in passione secundi tertio kalendas Aprilis. Post hec secũdus Mediolanũ iuit: et a sanctis Faustino et Jouita baptizatus fuit: vt superius in eorum passione dictum est. xv. kalendas Martij. Corpus quoqꝫ dñicum qđ eis columba de celo detulerat: ab eisdem suscepit: partẽqꝫ ipsius Martiano detulit: quẽ terdone in carcere reliquit. Rediens autem secundus cum iam nox esset: et ad ripã padi venisset: angelus dñi frenum equi accipiens super padum ipsum trãsueçit: et vsqꝫ ad terdonaꝫ perducens ad Martianũ in carcerẽ introduxit. Cui et secũdus munus eucharistie ex parte Faustini presentauit: quo suscepto secũdus angelico mãdato ad suum hospitiũ rediit. Post hec Martianus eductus de carcere cum laminis ferreis candentibus super verticẽ eius appositis illesus permansisset: a saprtio capitalez sententiam accepit. Et secundus corpus eius rapiens sepeliuit secundo nonas Martij.

¶ De sanctis Uictore/et Uictorino mar. Cap. clxxx.



Uictor et Uictorinus martyres apud nicomediam ciuitatez passionis gloriã perceperũt. Qui per trienniũ cũ Claudiano et Basilla vxore eius tormentis multis afflicti: et retrusi in carcerem. Ibidem vite sue cursum cũ palma martyrii cõpleuerũt. ij. nonas martij. hec Ado.

¶ De sctõ Thoma de Aquino confessore. Cap. clxxxi.



Thomas cõfessor ordinis p̃dicatorꝫ ex illustri prosapia comitũ de Aquino patre Ladulpho comite/ mr̃e theodora nobili de Neapoli incõ finib⁹ cãpanie et regni Sicilie extitit oriũdus. Cuius ortus et vite progressus anteꝗ̃ nasceretur fuit diuinit⁹ p̃mõstratus. Nã a quodam eremita re et nomine bono in partib⁹ illis solitariã vitã ducẽte: matri eius existẽti in castro suo nomine Rocha siccaꝫ: cũ esset pregnans adhuc ignoranti fuit prophetatum ꝙ filiũ pareret Thomam nominãdum: ordinis predicatorum habitum et regulam assumpturum et preclarum sapientia in toto orbe futurum. Que omnia vt predixerat sunt completa. Natus ergo puerulus Thomas vocatus est. Quem cum die quadam nutrix balnearet strictam cedulã vidit in manu eius quam cum de manu ipsius vix mater auelleret: reperit in ea scriptam salutationem angelicam. Sed puer fletibus et signis cedulam instanter repetijt quem sibi traditam protinus in ore positam transglutiuit. Et extunc in consuetudinem duxit: vt si quando fleret: nunquam desisteret nisi aliqua sibi charta vel liber presentaretur. Et cum adhuc vix sciret aliqua verba differere: cũ libros videret ad eos festinãter currebat et chartas reuoluẽs tali se ludo more puerorũ exercebat. ¶ Cũ autem esset annorũ v. tradit⁹ est a patre abbati monasterii Cassiñ. vt ibi literis erudiretur. Quem abbas videns esse mirabilis indolis ad patrem remisit: et vt eũ ad Neapolitanum studium destinaret: perfectius sapientia imbuendum. Pater ergo ipsum annorũ x. Neapolim destinauit: vbi in liberalibus scientiis modico tẽpore optime profecit. Sed cum sepius ad locũ predicatorũ pgeret: et fratrũ sermones audiret: delectatus illorum sapientia et regulari vita: relicto seculo annorũ xvi. ordinem ingressus est: vbi sanctis operib⁹ et studio sacre sapientie vacare cepit. Qđ fratres ei⁹ carnales patre iã defuncto audiens moleste tulerunt: et primo quidem ad ipsum venientes: eumqꝫ ab ordine reuocare nitentes: nihil profecerũt. Tandem ab ipsis Thomas violẽter rapitur: et quasi per biennium turris custodie mancipatur. ¶ Cumqꝫ nec minis nec blanditiis posset a proposito reuocari: per speciem puelle impudice ad eũ introducte: subuertere querũt animũ innocentis. Qui mox de igne titionem arripiens suggestionem ignite libidinis extra cameram effugauit. Factoqꝫ signo crucis in oratione se prostrauit petens cũ lachrymis a domino sibi dari ppetue cõtinentie castitatẽ. Mox [illegible] ti duo angeli affuerunt dicentes ipsum a deo clemẽt⁹ exauditũ: qui etiã cum cingulo quodã circa renes stringẽtes dixerũt ꝙ nullatẽn⁹ dissolueret. Et extũc in vita sua nunꝗ̃ sensit stimulum veneree voluptatis. ¶ Tandem mater ipsi⁹ dubitãs diuine resistere volũtati: et recordata eoꝝ q̃ de ipso p̃dicta fuerant ipsa pmittente p fratres ordinis ad ordinẽ est reduct⁹. et ꝗ̃ sanct⁹ dubitabat ne adhuc carnaliũ fratrũ pscẽret ptinacia: pcurauit de Neapoli discedere: missusqꝫ Romam ad capitulum generale: inde cum magistro Joanne teutonico iuit Parisius ibidem in sacre theologie studio mane-

cipatus. Deinde missus Coloniã magistrũ Albertum virum sapientia mirabilem in philosophia et theologia habuit preceptorem: vbi studio intentus ab alijs cõdiscipulis quodammodo despiciebatur: eo quod in scholis nunq̃ verbũ proferret. Et quia naturali complexione carnosus erat bouem mutũ eum appellabãt. Dũ autem quidam ex fratrib⁹ de eius industria aliqua notabilia cõperissent et hec magistro reuelassent: ex mandato ipsius quandam questionem disputandã assumpsit. Ad quam dum mirabilibus argumentis respõdisset: magister albertus prophetico spiritu predixit ipsum esse futurũ bouem qui talem daturus esset mugitum quod totus cum mũdus audiret. ¶ Post hec missus est baccalarius ad studium Parisiẽ. vbi post lecturam libri sententiarũ: quam luculentissime transcurrit. Dũ ad magistratum peteretur: ex humilitate reputãs se indignum potissimeq: annorum .xxx. nondum impletorum omnino recusabat. Cui apparuit sanctus quidam senior qui sibi ex parte dei vt magisteriũ assumeret mãdauit et thema quod in sui sermone ꝓponeret edocuit: authoritatẽ videlicet illã psalmi. Rigans montes de superioribus suis &c. Sicq; Thomas humiliter ad magisterium ascendit in quo non segniter maiori adhuc studio intendebat: et velut apis spiritualia mella colligens suo tempore mellita doctrinarum eloquia infundebat. ¶ Tanto etiam gaudio in contemplatione replebatur: vt q̃ pluries dum in secreto loco oraret: visus fuerit stare totaliter eleuatus a terra: nullo prorsus innix⁹ corporis fulcimento. ¶ Quoties autẽ disputare: legere vel dictare voluit primo ad orationis secretum accessit: et inde surgẽs inueniebat quod querebat quasi in libro aliquo didicisset. Nam vt socio suo fratri reginaldo in cõfessione reuelauit scientiam suã non tam humano ingenio vel studio q̃ orationis diuinitus impetrauit suffragio. Et quia cause per effectus cognoscuntur quãtum in eo diuine sapientie gratia abũdauerit: si quis cognoscere velit per ipsius scripturarum opera percipere potest. ¶ Hic doctor cum quadam nocte orationi incumberet: visi sunt apostoli sanctus petrus et paul⁹ ipsum de textu aliquo dubio scripture ꝓphetice plenissime instruentes. Ex studio etiam contemplatione nimia adeo a sensibus abstrahebatur: vt quasi in extasi raptus nullis sensib⁹ vel motib⁹ corporis vti videretur: et quodãmodo sepius mortuus vel insensibilis redderetur. Nõ solum enim inter homines stans: homines non aduertebat: sed nec visibilia videbat nec ad interrogata respõdebat. Aliquãdo etiam tanto feruore mentis studio cõtemplationis spiritu inherebat: vt de nocte ad librũ sedens: et candelam manu tenẽs ac ipsius candele cõsumptẽ canterium non sentiens: digitos multa adustione ledebat et quasi lapis esset vel ferrum: nec per hoc a sui meditatione retrahebatur: plurium autẽ miraculorum gloria claruit. Nam et puerum cecũ illuminauit et mulierem a demonio vexatã liberauit: et matronam sibi deuotam in die pasche post predicationem a sanguinis profluuio sanam effecit: aliosq; plures a diuersis languoribus exemit. ¶ Post hec vite ipsius termino proximans tercũ nocte quadam apud neapolim deuotius oraret: visus est a quodã fratre quasi duobus cubitis in aera eleuari: et audita est vox ab imagine crucifixi q̃ thomam quia de christo optime scripserat commendabat. Et quã exinde mercedẽ accepturus esset querebat. Qui respondebat q̃ nihil aliud nisi ipsum christum recipere cupiebat. Et quia facta fuerat questio de mercede dabatur intelligi de propinquo labori suo terminum imponendum. Cum enim ex mãdato gregorij pape .x. iret romã ad concilium generale transiens per campaniam infirmitate deprimitur: et in monasterio fossenoue ordinis cisterciẽ. honeste recipitur. Ubi languore ingrauescẽte nec sic a doctrina fluentis sapientie se poterat cõtinere. Rogatus enim a monachis exposuit eis cantica canticorum vt sic ad cantica tenderet angelorum.

Per triduũ aũt ante ei⁹ obitũ stella cometes apparuit que quid presignaret doctoris obitus patefecit. Nã sancto deficiente stella defecit. Sicq; ad extremam horam deueniens anno dñi. M.cclxxiiij. etatis vero sue quinquagesimo in pace quieuit non. marcij. ¶ In cui⁹ obitu frater Reginaldus testimonium perhibuit q̃ ipsi⁹ sancti sepius et tunc cõfessionẽ audierat: et semper eum vel puerum quinq; annorũ inuenerat: q: nunq̃ sue carnis contagium sensit nec mortalis crimi nis habuit in voluntate cõsensum. In hora vero transitus sui quidam frater vidit eum in scholis legentem et sanctũ apostolum paulum ad eum intrãtem. A quo dum thomas peteret an in epistolis suis verũ intellectũ habuisset: respondit q̃ sic q̃tũ quis viuẽs in corpore posset habere. Sed eũ volebat ducere vbi clariorem intellectũ haberet. Uidebaturq; sibi q̃ ipsm per cappam tractum extra scholas educeret. Tunc frater fortiter clamans fratres ad auxiliũ inuitabat: quia frater Thomas ab eis tollebat. Ad cuius clamorem excitati fratres: et visa audiẽtes diẽ et horam notauerunt et tunc sanctum a corpore migrasse cognouerunt. ¶ Uerum quia monachi fossenoue timuerunt ne corpus sancti per fratres sui ordinis tolleretur ipsum de nocte clandestine ad locũ alium trãstulerunt. Sed beato Thoma priori dicti loci apparẽte in somnis et ipsum de hoc durius increpante: corpus ad locum pristinum ductum est totaliter integrum: et tanto odore refragrans q̃ totum plaustrum suauitate repletum est ibiq; conditũ requiescit: et miraculis gloriosis refulget. ¶ Scripsit autem hic sanctus super omnib⁹ libris dialectice et pene totius philosophie naturalis et moralis scripta elegantia et vtilissima in multis voluminibus. Cõposuit et fallacias logicales rudibus perutiles. Scripsit et cõmentum super quatuor libris sententiarum. Summã theologie in libris quatuor distinctã. Summã contra gentiles in libris quatuor conspicuam. Composuit et scripta plurima sup libris diuine scripture plurimis. Super quatuor euãgelijs. Super psalterio. Super epistolis pauli. Super quinq; libris moysi. Super cãticis canticorũ: et super alijs pluribus. Scripsit et questiones de malo. De veritate. De potentia. De spiritualib⁹ creaturis De anima. De virtutib⁹. Et alia multa insignia et notabilia opuscula q̃ singula scribere nõ occurrũt.


¶ De sancta Perpetua et Felicitate et socijs martyribus. Capi. clxxxij.



Perpetua et Felicitas martyres cũ saturnino satyro reuocato: et secũdolo i ciuitate tyburitanorũ mauritania passi sunt tpib⁹ valeriani et galieni imperatorũ sub ꝓconsule tarnutio. Fuerũt aũt saturni⁹ et satyr⁹ germani. Reuocatusq; fuit frater felicitatis. Qui oẽs sacrificare cõtẽnentes a ꝑdicto ꝓcõsule in carcerẽ missi sunt. Erãt aũt ꝑpetua et felicitas ambe nobiles cõiugate. Felicitas q̃dẽ ꝑgnãs erat: ꝑpetua filiũ lactãtẽ habebat. Pr̃ ãt ꝑpetue ad carcerẽ venit vt filiã a ꝓposito reuocaret sʒ nõ voluit. Uidit aũt ꝑpetua ꝑ visionẽ scalam aureã vsq; ad celũ erectã in dextra et leua cultris et gladijs plenã adeo angustã vt nõ nisi vn⁹ et paru⁹ ꝑ eã inter gladios ascẽdere posset. Sub ea draco teterrim⁹ et ingẽs iacebat: quẽ cũcti ascẽdere volẽtes formidabãt. Uiditq; satyrũ ꝑ eã sursum ascẽdẽtẽ et ꝯsocios vt ascẽderẽt suos et ne draconẽ timerẽt exhortãtẽ. Quã visionẽ cũ ceteris recitasset omnes deo gratias egerunt: quia se vocatos ad martyrium cognouerũt. Presentati ergo iudici fuerũt viri a mulierib⁹ separati. Cũ autẽ felicitati suaderet vt sui misereretur: eo quod pregnãs esset: illa q; immobilis permaneret: compatiẽs iudex sibi quodãmodo: quia pregnãs eam ad carcerem reduci fecit. Cũ

autem parentes ⁊ vir perpetue cum lachrymis eidem suaderent vt presidi consentiret: paruulum quoq; ipsi⁹ lactantem ad collum eius iactassent: illa fortissimo animo paruulum abiiciens ⁊ parentes ac virum contemnens in christi ꝯfessione inuictissime perstitit. Qua propter iudex ipsam cum sanctis diutissime verberatam iterū carceri mancipauit. Sanctis autem ꝑ felicitate orantibus quia .viij. mensium pregnās erat: subito in ea dolores irruerunt peperitq; filium viuū. Quod preses audiens eos omnes de carcere educi fecit: ⁊ ligatis post tergum manibus nudatisq; natibus per plateas circūduci deinde in amphiteatro duci ⁊ bestias sibi laxari. Ex quibus satyrus ⁊ perpetua a leonibus deuorātur. Reuocat⁹ ⁊ felicitas a leopardis comeduntur: saturnin⁹ ⁊ secūdol⁹ illesi diuina volūtate seruant. Unde post hec saturnin⁹ iussu ꝓconsulis decollat⁹ finē accepit. Secundolus vero ad carcerē reduct⁹ ibidē expirauit. Quorū omniū corpora a fidelib⁹ in eadē sunt vrbe tumulata. Qui passi sunt nonas martij.

¶ De sanctis Philemone et Apollonio et sociis martyribus. Capi. clxxxiij.



Philemō ⁊ apollonius adrianus ⁊ theotic⁹ cū aliis tribus apud egyptum in ciuitate antinoſi. tempore diocletiani augusti sub preside adriano passi sunt. Cum enim post mortem asclemartyris: de quo dictum est .x. kalendas februarij. Philemō ⁊ apollonius ad tumulum orare reperti fuissent a iudice tenti sunt. Qui philemō fecit primo alapis cedi: deinde ligatum ad stipitem sagittari. Et cū sagitte in aere penderent: accessit adrian⁹ vt videret quem vna ex sagittis percutiēs oculo excecauit: sed cū philemon admonuit: vt se mortuo ac sepulto de terra illa aqua infusa oculum inungeret: sicq; visum recuperaret. At vero adrianus fecit philemonem cū apollonio decollari. Sequenti die dū quasi tentatiue sibi a philemone consulta perficeret: lumen ꝑcepit ⁊ confestim conuersus est ad christum. Quod diocletianus audiens misit theoticum cū aliis tribus ad ipsum capiendum. Accedensq; adrianus ad sepulchrū martyrum ⁊ eorum implorans auxiliū voce sanctorum de sepulchro lapsa in domino confortatur. Quod quatuor illi protectores audientes stupefacti sunt. Cū quibus adrianus ad imperatorem accessit. Et quia ꝑ spiritum se in mare necandum cognouerat: precipit octo seruis suis vt ipsi⁹ corpus die octauo ad mare expectarent: quod delphin⁹ ad terrā portare debebat: illudq; sepulture traderēt. Cū aūt corā diocletiano christū cōstanter confiteretur. iussit eum ligatū in foueā profundam deponi: terra que defossa fuerat superiecta. Sȝ cū sero ad lectum pergeret: inuenit adrianū in cubili suo iacentem incolumen ⁊ cathenas ipsius trabi appensas. Tunc indignatus imperator fecit eum in sacco cū arena ligato mergi vna cum quatuor protectoribus predictis qui ad ipsum tenendum fuerāt missi: quiq; tantis visis miraculis ad christum erant conuersi. Die igitur octaua serui adriani ad littus prestolabantur. Et ecce quinq; sanctorum corpora super quinq; delphines ad littus allata deducuntur. Cum autem serui dubitarēt ne corpus domini sui ibi nō esset: eo ꝙ de se solo non de aliis predixerat exportando subito vocem vnius ex delphinis loquentem humanitus audierūt: ⁊ quod domini sui corpus ibi esset cum aliis quatuor vna secum passis intellexerunt. Sicq; omnium predictorum corpora iuxta corpus asclemartyris sepelierūt: vbi ⁊ Philemō ⁊ apolloni⁹ tumulati quiescunt. Horum omnium passio recolitur .viij. idus martij.

¶ De sancto Pontio diacono et martyre. Cap. clxxxiiij.



Pontius diacon⁹ cypriani cartaginen. episcopi ⁊ martyris vsq; ad diem passionis ei⁹ cum eo exilium ducens egregium volumen de vita ⁊ passione ei⁹ reliquit: ⁊ in suis semper passionibus christum glorificans coronā vite promeruit. Qui apud carthaginem sub galieno imperatore in domino feliciter quieuit .viij. id⁹ Martij: vt dicit Hieronymus de viris illustribus.

¶ De sanctis .xl. martyribus. Ca. clxxxv.



Quadraginta milites in ciuitate sebasten. armenie minoris passi sunt tēpore licinij imperatoris sub agricolao preside et Lysia duce. Quorum nomina hec sunt. Eunoicus: Sisinnius: Domicianus: Heraclius: Alexander: Joannes: Claudius: Athanasius. Ualēs: Helianus: Melitum. Edic⁹ Acbatius: iulian⁹: helius: theodol⁹: cyrillus flauius: seuerianus: quirion: valerianus: cudiō sacerdos: priscus: eutychius: smaragdus: philoctimon: acti⁹: lysimachus: dōnus: theophil⁹: xistochi⁹: sancitus: agius: leontius: isitius: gaius: gorgon⁹ candidus michalius. Qui primo ab agricolao preside in carcerē diebus plurimis detenti: expectante lysie ducis aduentum. Deinde ipso lysia ad eandem ciuitatē veniēte: corā vtroq; constituti: dum christū dominū confiterentur: lapidib⁹ in facies cedi iussi sunt. Sed diuino nutu ministri alterutrum lapidibus se feriebant. Dum autem lexiās lapidē vt eorū aliquem percuteret: lapide retorto faciē presidis contusit. Sicq; sancti in carcerē reducti diuina visitatione cōsolantur. Mane vero ante presidē ⁊ ducē iterum constituti: cum christum viua voce confiterentur: in stagnum gelidissimum missi sunt: vt gelu constricti corpora eorū noctu superueniente dirūperentur: custodib⁹ sibi adhibitis. balneo quoq; iuxta posito: vt si quis vellet transgredi fidem suā ad balneum confugere posset: vn⁹ vero de numero .xl. effect⁹ pusillanimis refugit ad balneū: moxq; vt attigit calorem reddidit spiritum. Ceteri vero cōfortati in laudes dñi eruperūt. Circa horā noctis tertiam resplenduit velut sol lumē sup eos ⁊ glacies dissoluta est. Custodibus quoq; cūctis dormientib⁹ sol⁹ clauicularius vigilabat. Qui eos orātes audiēs: ⁊ in luce curiose ꝯspiciēs vidit in luce coronas .xxxix. descendere super eos. Et cognouit quod qui ad balneum cōfugerat: non erat cum ceteris numeratus. Expergefaciēs ergo custodes proiecit vestimenta sua in facies eorum et se christianum profitens exiliuit in stagnum: et cum ceteris tota nocte psallebat. Quod dum preses et dux mane didicissent: iusserunt ipsos omnes ad littus trahi: ⁊ baculis crura eorū cōfringi. Sicq; reddentes christo animas tali crurifragio martyriū cōsummauerūt. Corpora xpo ... iusserūt igne cōsumi: ⁊ reliquias in fluuiū iactari: ne a christianis sepulta martyrū colerentur nomine. Horū vn⁹ meliton noīe cū esset olim etate iunior: ⁊ cruribus fractis adhuc superuiueret mater eius que assistebat dubitās ne in cruciatu deficeret blādis ⁊ salutiferis eum sermonib⁹ hortabatur. Cumq; sanctorū corpora plaustris imposita ad incēdiū a ministris portarentur: mater iuuenis ipsum tollēs in humeris vehiculū sequebatur. Cūq; ferret inter maternos amplexus emisit spiritū. Cui⁹ corp⁹ mater in ignē cum aliis proiecit: vt nec fili⁹ mortuus a sodalib⁹ esset diuisus: combusta sunt igni sanctorum corpora ⁊ ossa in fluuium dispersa. Episcopus autem ciuitatis per visum admonitus: noctu ad fluuium veniēs inuenit sanctorum reliquias i alueo fluminis subrus

nis subtus aquas sicut luminaria splendentes. Quas omnes collegit et digna veneratione recondidit. Qui passi sunt. vij. idus Martij.

¶ De sctõ Gregorio epõ emensen. Cap. clxxxvj.



Gregorius emẽsenus frater beati basilij, cesarien. epi fuit. Qui habuit et alterũ fratrẽ noĩe petrũ: quoꝝ alter in verbo doctrine: alter in ope basiliũ exequabãt. Hui9 extãt plurima opuscula luculẽta. Nã vt ait Vincẽtius in speculo scripsit librũ de imagine in supplementũ exameron beati basilij. Scripsit etiã libros ꝫ eunomiũ quos bt̃ꝰ gregorio. nazenzeno et hieronymo legit. Scripsit et ꝫ apollinarẽ librũ in quo euidẽter in christo ostẽdit vnam esse personã: ꝫ duas naturas et operationes. Itẽ librũ de anima obscurum valde: quẽ pisanus causidicus tpe secũdi federici de greco transtulit in latinum. Item epistolã de trinitate fidẽ catholicã explicãtẽ. Alia quoqꝫ multa scripsisse dicit. De quo Hierony. in lib. de viris illustrib9 mẽtionem fecit. Et claruit sub imperatore valente. Et quieuit in christo die. iij. idus martij.

¶ De sancto Patiano episcopo. Cap. clxxxvij.



Patian9 episcop9 apud barcinonã eiusdẽ põtifex ecclesie claruit: vir castitate insignis vita et sermone clarus: varia compilauit opuscula: ex qb9 est cert9 liber ꝫ nouatianos tpe aũt theodosij prĩn vltima senectute fessus finem vite sortitus est. vij. idus martij. Hec hieronymus de viris illustribus.

¶ De sanctis Alexãdrio et caio martyribus. Cap. clxxxviij.



Alexãder et caius martyres apud apamiã passi sunt: qui vt apollinaris scribit hieropolitanus epũs in libro aduersus cathaphrygas pse. inde Antonini veri glorioso martyrio coronati sunt xj. idus martij. Hec hieronymus in martyrologio.

¶ De sancto Anatholio episcopo. Cap. clxxxix.



Anatholi9 Alexãdrin9 natiõe laodicie syrie epũs tpib9 pbi et chari iperatoꝝ floruit: q vir in artib9 liberalib9 et philosophoꝝ disciplinis erudit9 plurimo sermõe celebrat: hic opuscula multa nõ solum religiosis ꝫ philosophis ipsis admiranda reliquit: q ad se puenisse testat eusebi9. Cui9 ingenij magnitudo de libro quẽ sup pascha ꝯposuit: et de libris decẽ arithmetice institutionis põt aptissime cognosci: q etiã sanctitate sublimis in pace quieuit. vj. idus Martij.

¶ De sancto Attalo abbate. Cap. cxc.



Attal9 abbas monasterij lexouiẽsis successor fuit sancti Colũbani abbatis. Qui dũ egregie monasteriũ regeret: quidam ex suis fratrib9 austeritatẽ vite nõ valentes sustinere ꝫ ei9 preceptũ apostatarunt: quoꝝ vnus subita febre correptus: cũ ad sanctum Attaliũ venire se posse peroptaret. Post modicum extinct9 est. Cui9 exẽplo plurimi ad monasteriũ redierunt: quidã vo obstinati in apostasia pmanserũt: quoꝝ vn9 securi pcussus interijt: alter in pal ustri mo flumine necatur. Tertius de naui in mare concidẽs submergit. Cum aũt bobius fluuius inundans molẽdinũ monasterij et officinas inuaderet mandauit sanctus p sinoaldum diaconẽ suum fluuio vt se retrahere deberet. Statimqꝫ fluuius alueo naturali relicto per alios meatus adeo a loco illo discessit: vt etiã alueus siccaretur. ¶ Et cum quidã ex monachis laborãdo in nemore casu sibi pollicem precidisset et sepelisset: Sanctus digitum defossum manui applicãs: sputoqꝫ liniens ad locum suũ sanatum reduxit. Quieuit in domino. v. idus Martij.

¶ De sanctis Hirado et socijs martyribus. Cap. cxcj.



Hiradus: Zozim9 Alexãder: Cãdidus: piperion: et alij eorum viginti consocij martyres apud chartaginẽ pro christi nominis confessione passi victorie triumphum a domino consecuti sunt quinto idus Martij. Hec Ado.

¶ De sancto Gregorio pap et doctore. Cap. cxcij.



Gregorius papa primus doctor egreg9 ex senatoria stirpe romanoꝝ nobilissima pgenitus: patre gordiano: matre silua: romane sedis põtificatũ tenuit annis xiij. mẽsib9. vj. dieb9. x. Qui cũ summi philosophie apicẽ in annis adolescẽtib9 attigisset: ac rerũ et diuitiarũ copia abundaret: cogitabat hec omnia deserere: et ad religionẽ se trãsferre. Sed dũ sub pretoris vrbani habitu mũdo deseruiret: multaqꝫ sibi ex secli cura succrescerẽt: tãdẽ orbat9 prẽ sex monasteria in sicilia ꝯstruxit: et septimũ intra vrbẽ in honorẽ sancti andree: qb9 de pprio large dotatis oĩbus ceteris pauperib9 erogatis: in septimo se fecit monachũ sub abbatis disciplina. Ubi ad tãtã in breui pfectionẽ deuenit: vt posset iã in pfectoꝝ numero cõputari. Tãtaqꝫ districtione corp9 suũ afflixit: vt infirmato stomacho subsistere vix valeret: et infirmitatẽ illã quã greci syncopim vocãt patiẽs: p horarũ momẽta q̃ ad exitũ ppiquaret. Abbate quoqꝫ eius defuncto successit eidẽ in regimine abbatie. Quadã die cũ in studio suo scriberet: naufrag9 ad eũ venit: sibiqꝫ misereri cũ lachrymis postulauit. Cũ qꝫ sibi sex argẽteos dari iussisset et abysset: eadẽ die iterũ redijt seqꝫ multa pdidisse et pauca accepisse dixit. Qui cũ ab eo totidem argẽteos recepisset tertia die iterũ reuersus: nuferri sibi importunis clamoribus postulabat. Sed cũ sanctus Gregori9 a pcuratore dom9 nihil dandũ pter scutellã argẽteã didicisset: illã statim sibi dari pcepit. Quã ille accipiẽs let9 abscessit. Postqꝫ autẽ gregorius ad papatũ pmot9 fuit: die quadã cancellario suo mandauit vt. xij. peregrinos ad cõuiuiũ vocaret. Et dũ oẽs recũberẽt. intuẽs papa. xiij. numerauit. Et cũ cancellario diceret cur. xiij. cõtra suũ mãdatũ inuitasset: illeqꝫ nõ vltra duodecim esse assereret. Animaduertit gregorius vnum ex illis crebo vultum mutantem: et nunc senem: nunc iuuenem simulantem. Finito conuiuio illum in cameram secreto vocauit: et interrogans quis esset: audiuit quod angelus ille erat qui ab eo in forma naufragi existente in monasterio. xij. nummos et scutellam argẽteam receperat: ex quo die deus ipsum romane vrbis pontificem futurum destinauerat: statimqꝫ ab eo disparuit. ¶ Cum die quadam Gregorius adhuc abbas per forum trãsiret: vidit pueros pulcherrimos

vultusq; venustos esse venales. Et interrogans vnde es-
sent audiuit q͛ erant de insula anglorum: quos ille recte
ait vocari anglos quasi angelos: q: angelicos vult⁹ ha-
bent. Cum autem didicisset illos esse gentiles compatiens
genti: q͛ princeps tenebrarum tam decoros homines
possideret: pelagium romanum pontificem obnixe ro-
gat vt ad conuertendas gentes illas predicatores aliq͛s
mittat offerens se in tale opus esse paratum. Quem pa-
pa cum quibusdam aliis ad predicandum ad angliam de-
stinauit. Sed postq̄ trium dierum iter perfecisset ad in-
stantiam romani populi se de ipsius absentia conquerē-
tis gregorium per nuncios reuocauit: quem postmodum
a suo monasterio abstraxit: ipsum cardinalem diaco-
num ordinauit: ipsum quoq; successiue legatum ad cō-
stantinopolim pro causis ecclesie destinauit vbi existēs
Gregorius. Euticetis heresim de resurrectione corpo-
rum male sentiens confutauit: librosq; ipsi⁹ comburi fe-
cit: et gratiam imperatoris mauritii plurimam acqui-
siuit: vnde et filium eius de sacro fonte leuauit: indeq; ad
vrbē rediit. ¶ Post aliquod tempus fluuius tyberis al-
ueum suum egressus intantum excreuit: vt sup muros
vrbis influeret et plurimas domos euerteret. Tunc etiam
per tyberim serpentium multitudo cū dracone ad ma-
re descendit: sed a fluctibus prefocati: ad littusq; proie-
cti aerē terribiliter infecerunt. ¶ Sicq; plaga pessima
quā inguinariam vocant secuta est. Que primo omnium
pelagium papam percussit: deinde in populo adeo dese-
uit vt domus plurime vacue remanerent. Tunc Grego-
rius ab omni populo in pontificem electus est. Cum er-
go consecrari deberet: et lues populum deuastaret: ser-
monem ad populum fecit et processionem cum letaniis
instituit: et omnes diuinam misericordiam implorare
monuit. In qua processione octuaginta de populo spiri-
tum exhalarunt: Sed nequaq̄ ab oratione cessandū ad-
monuit: finitaq; processione habitum mutauit et ex vr-
be fugiens triduo latitauit. Sed dum populus ipm vbi-
q; perquireret: cuidam eremite per visum ostenditur
vbi esset. Nam columna lucis super cauernam vbi latebat
conspicitur. Sicq; licet renitēs a populo trahitur: et ad
summum pontificium sublimatur. Et cum imperato-
ri mauritio precibus per literas institisset: vt electioni
de se facte nullatenus consentiret prefect⁹ vrbis literas
surripuit. Sicq; confirmationem gratāter imperator mi-
sit. Sed quia adhuc Romani pestis predicta vastabat
populum mox solito processionem iterum cum leta-
niis vrbem circumeundo ordinauit et iconam beate vir-
ginis quā lucas euangelista in propria forma pinxisse di-
citur circumferri iussit. Cui aer infectus miro modo ce-
debat: et post imaginē serenitas remanebat. Tunc audite
sunt voces angelorum in aere concinentium ante illā.
Regina celi letare. Or. etc. Viditq; Gregorius sup castrū
crescentii angelum: qui gladium cruentum in vaginam
deponebat: quo signo deum placatum intellexit: et sic pe-
stis ex vrbe cessauit. Unde et castrum illud deinceps san-
cti angeli vocatum est. Tandem vt dudum optauerat:
augustinum melitum et ioannem cum quibusdam aliis
ad angliam misit: et populum illum suis precib⁹ ad deū
conuertit propter quod ab anglorum populis apostol⁹
appellatur. Tante autē humilitatis fuit quod primus
seruus seruorum dei se nominauit et alios nominari in-
stituit. Tante largitatis et elemosynarum vt non solum
presentibus sed etiam lōge positis: etiam in monte sy-
nai monachis necessaria ministraret. Nam omnium pau-
perum nomina scripta habebat: et eis liberaliter sub-
ueniebat: monasterium hierosolymis instituit: et illic de-
gentibus necessaria procurauit. Tribus milibus ancil-
lis christi pro quotidianis stipendiis octuaginta libras
auri annuas offerebat quotidie quoq; ad mensam suā
peregrinos et pauperes inuitabat. ¶ Cum die pasche
in ecclesia sctē Marie maioris celebraret: et pax domini
sit semper vobiscum dixisset. Angelus domini alta voce
respondit. Et cum spiritu tuo: propter quod pape ipsa
die ibidem celebranti et pax dñi dicenti nihil responde-
tur. ¶ Die quadam per forum traiani transiens: recor-
dat⁹ virtutum de traiano imperatore legerat: et qualiter
iustitiam summopere coluerat: et ex sola ignorantia: cum
maxima tamē moderatione christianos persecutus fue-
rat ad sancti petri basilicam deuenit: et ibidem p eo ama-
rissime fleuit. Cuius lachrymis deus placatus mirabi-
li dispositione traianum reuocauit ad vitam: vbi Iulce
pro baptismate gratiam consecutus veniam meruit: et
sic iterum obdormiens gloriam obtinuit. Nec enim ei⁹
anima erat in inferno finaliter deputata: sed ad tempus
non sententia diffinitiua damnata. Huius autē rei eccle-
sie orientalis et occidentalis credulitas testis est. Post hec
angelus sibi apparuit: et quia pro damnato orauerat
duarum sibi penarum optionem dedit: aut biduo in
purgatorio cruciari: aut in vita sua infirmitatibus fati-
gari. Qui primo spreto secundū elegit. Unde deinceps
semper aut febribus: aut podagra: aut stomachi occupa-
tione: aut variis membrorum dolorib⁹ pressus fuit. ¶ Ma-
trona quedam singulis diebus dominicis beato viro
panes offerebat. Qui cū sibi post missam corpus domi-
ni offerret: illa subrisit: eo q panem quem propriis ma-
nibus illa fecerat: gregorius corpus dominicum appel-
labat. Qui pro incredulitate mulieris se in orationem
prostrauit: et partem illam dominici corporis ad instar
digiti conuersam inuenit: et sic matronam conuertit.
Orauit iterum et carnem in formam panis conuersam
vidit: et matrone sumendum tradidit. ¶ Cum quēdam
romanorum principem propter culpam adulterii excō-
municasset: ille vindictam expectens magorum suffra-
gia requisiuit. Qui demonem in equum pontificis im-
miserunt. Cum autem gregorius equo insideret: illeq;
vexat⁹ nequaq̄ teneri posset: gregorius per spiritū san-
ctum intelligens signo crucis edito demonē ab equo
eiecit: et egressus malefici ppetua cecitate dānauit: quē
tamē sanctus ecclesie subdito nutriri mādauit. ¶ Cū
apud Mauritium imperatorem de morte cuiusdā epi-
scopi falso accusaretur: et mauritius ex hoc ipsum et ec-
clesiam persequeretur: quidam monastico habitu gla-
dium tenens imperatori astitit: et gladiū vibrās: illū p-
pter persecutionē pape gladio moriturū predixit. Qui
territ⁹ a psecutione destitit: et vt p se oraret pape p līas
supplicauit. ¶ Hic cōstituit etiā in singulis ecclesiis vr-
bis rome in dieb⁹ aduētus et quadragesime fieri statio-
nes deuotione fideliū celebrādas. Et ne errores anti-
qui semen decetero pullularēt: fecit generaliter ampu-
tari imaginib⁹ demonū capita: vt per hoc extirpata gē-
tilis prauitatis facultas ecclastice veritatis palma ple-
nius exaltaret. Addidit i canone misse. Diesq; nostros
in tua pace dispone etc. Et precepit vt sup corpora apo-
stolorum papa sine cardinalib⁹ celebraret missa. ¶ Offi-
cium misse per introitū: et ix. kyrieleison: et alia q̄ in an-
tiphonario cōtinētur celebrari instituit. Letanias ma-
iores iter pascha et pēthecosten ordinauit. Anno quoq;
imperatoris mauritii .x.ii. synodū ad ecclesiam sancti
petri .xxiiii. episcoporum celebrauit. In qua plurima
de necessariis ecclesie prouidit. Alia quoq; multa insi-
gnia et laudabilia opera tā in vrbe q̄ in orbe pfecit. Et
plenus sanctis virtutib⁹ a corpore migrauit circa an-
num dñi .ccccccvi. die .iiii. idus Martii. Et sepult⁹ est
in ecclesia sancti Petri iuxta secretarium. Et cessauit
episcopatus menses .v. et dies .xxi. ¶ Hic eximi⁹ doctor
librum cōposuit pastoralem: in quo ostēdit qualis esse
debeat: qui ad ecclesie curā debet assumi. Librū sacra-
mentorum per totum anni circulum. Euāgeliorū home-
lias .xl. Dialogorum libros .iiii. Sup Iob libros .xxxv.
Primam et vltimam Ezechielis partem que obscu-
riores videbantur per homelias .xxii. q̄tum lucis ha-
beant ostendit. Antiphonarium nocturnum et diur-
num suaui modulatione formauit. Epistolarum suarum re-
gistrū ad diuersos missarū. in .xii. voluminib⁹ ordina-
te digessit. Super cantica canticorum. Et in oēs pro-

phetas. Et in libros regū Josue. t iudicum multa scri-
psisse dicitur. Aliaq; plurima que ab inuidis combu-
sta fuisse tradunt.

¶ De sancto Petro diacono t confes-
sore. Cap.cxciij.



Petrus sancte ro-
mane ecclesie diaconus t beati gre
gorij discipulus fuit. Ad cuius in-
stantiam ipse doctor librū dialogo-
rum composuit: t vtriusq; mutuas
collocutiões in eo inseruit. Hic san
ctitate cōspicuus bonus magistri
imitator extitit. Hic aliquādo bea-
to gregorio predicante vel dictante
spiritum sanctum vidit in colum-
be specie super caput doctoris verba in eius auribus in
ferentem. Qui cum beato Gregorio visa narrasset: ad-
monuit eum doctor: vt visa silentio tegeret: quia qua-
cunq; hora visum referret: confestim spiritum exhala-
rent. Mortuo igitur Gregorio cum quidam eius emu-
li sibi detraherent q; prodigus thesauros ecclesie cōsum
psisset: t in vindictam libros eius comburerent: oppo-
suit se petrus diaconus dicēs tanti viri opera perutilia
non fore delenda. Tandem mortem preeligens q; san-
cti doctoris infamiam: ad hanc eos sententiam dedu-
xit: vt secretum quod de Gregorio viderat reuelaret: t
iureiurando firmaret: quo dicto si statim ipse decede-
ret a librorum combustione cessarent. Sin autem su-
perstes existeret: ipsum cum libris insimul incendio cō
cremarent. Itaq; cum apparatu diaconi librum euan-
geliorum gestans venerabilis Petrus corā populo re-
uelauit q; pluries super caput Gregorij spiritum sanctū
in specie columbe conspexit quod mox vt tactis euan-
gelijs iuramento asseruit a dolore mortis extraneus in
ter verba vere confessionis spiritum exhalauit. Statim-
q; inuidia librorum exustione destiterunt: t corpus pe-
tri iuxta magistri tumulum sepelientes: ipsum vt san
ctum venerari ceperunt.

¶ De sancto Petro martyre. Capi.cxciiij.



Petrus martyr apud
nicomediam passus est sub persecu
tiōe diocletiani. Hic cū esset cubicu-
larius imperatoris diocletiani pre-
fati: t cū ipso in thalamo fiducia ac-
cepta cesarem de immēsis marty-
rum supplicijs liberius causaren-
tur q; ethnican' depu dēsus est. Et
eodem imperatore iubēte in mediū
ducitur ac primo suspens' diutissime
flagris torquetur: deinde aceto t sale vulnerib' pfunditur:
ad vltimū in craticula assatur. Sic q̄ vere petri apostoli
extitit fidei heres t nominis. Passus est autem quarto
idus Martij. Hec hieronym' in martyrologio.

¶ De sancto Paulo episcopo. Ca.cxcv.



Paulus leonēn.
episcop' a beato Elduco a puerı-
tia nutrit' t doct' simul cū beato
sampsone epo t alijs plurib' tpe
iustini iunioris claruit in britānia
cis marina. Cū aūt sanct' elducus
in planicie triticū seminasset ne va
stat ab altib' marinis paulū ad
huc iuuenculū custodē adhibuit.
Quo nocte dormitāte ager vastatur.
Excitat' mane dānū segetis ad-
uertit: oratione fusa agrum ambiunt: aucesq; se mouere
non valētes alarum virtute depositā: vt oues ad clau-
strum abegit. Quod cernēs abbas: q̄rit sibi hoc vel-
let interrogauit: rñdit paulus illos esse segetis ho-
stes: quos captos ad ipsum duxerat puniendos. Quod
pater videns t miraculum stupēs auēs abire precepit.
¶ Rogatus a sorore vt alueus eius iuxta mare positus
dilataretur: ad mare accessit: nudasq; sibi cedentes vsq;
ad certum locum sibi visum insequi cepit: t ibi lapillis
modicis iactatis: mari mandauit ne lapillos transire
presumeret. Qd vsq; hodie factum est. Nam et eo red-
eunte lapilli in columnarū magnitudinē excreuerunt.
¶ Temporis processu abbas fact' est. Qui die quadā
discipulis p aridas syluas vagantibus: t siti deficienti-
bus: solo percusso: humo quoq; in triplici loco desolla
tres fontes de terra produxit vsq; in presenti tempore
permanentes. Sed t draconem infestum qui etiam ar-
matos plurimos inuadebat stolla sacerdotali collū ei'
constringens sicut agnum ad mare vsq; deduxit: t in
profundū equoris demersit. Postmodum autē elect'
episcopus leonēn. q̄uis dudum renitens exlarus sancti
tate in pace quieuit. iiij. idus Martij.

¶ De sancto Egduno presbytero et socijs
martyribus. Capi.cxcvj.



Egdunus presby-
ter t alij septē martyres apud ciui-
tatē nicomedie sub diocletiani pse-
cutiōe passi sunt. Qui diebus singu
lis singli colli suffocati sunt: vt cete
ris metus incuteret. Quorū passio
recolitur quarto Id' Martij vt Ado.
in martyrologio scribit.

¶ De sancta Euphrasia vir
gine. Cap.cxcvij.



Euphrasia virgo
filia antigoni senatoris t euphrasie
nobilissime de ciuitate constantino
politana tempore theodosij impera
toris originem duxit. Cuius pater
augusto amicissimus t propinquus
totius lycie negocia gubernabat.
¶ Post cuius ortum parētes ei' ce-
libem vitā duxerūt. Antigonus ve-
ro anno integro eleemosynis t sanctis operibus inten-
tus: post annum diem clausit extremū. Mater vero ad
huc iuuenis que per triennium cum viro vixerat in san
cta viduitate deo seruire studens apud imperatorē cū
filia degebat. Qui filiam eius euphrasiam annorum. v.
cuidam magno principi despondit donec perfecte eta-
tis existens eidem matrimonio iungeretur. Cum autē
post aliquod tempus euphrasia antigoni relicta ab an
gusta suaderetur vt alteri cā petenti nuberet senatori:
euphrasia moleste ferens t ne ad hoc compelleretur ti-
mens cum filia sua Euphrasia ex vrbe latenter discessit
t ad possessiones suas in egyptū accessit: t ibi comites
ecclesias t monasteria seruorum dei sepius visitabat:
t multas eleemosinas faciebat. ¶ Erat aūt i thebaide
monasteriū domunarū habēs virgines. cxxx. i summa
vite sanctitate domino seruientes vbi cōtinue ieiunius
arduū seruabat: t vnaqueq; manib' operabatur. Dū aūt
euphrasia cū infantula locū illū frequētius visitaret: ce
pit infantula in vita virginum delectari: t audiens que
ab eis de christo dicebantur ad ingressum monasterij quo
tidie ardenti' animari. Quadā vero die cū matre ad ce
nobiū accedens omnino ibidē remanere cū abbatissa
voluit: nec vllis precib' aut minis vel impositis pauori
bus inde abstrahi potuit: sed matrē ad ciuitatē venire
permisit. Et cū diebus pluribus ibidē fuisset: t in san
cto proposito psereraret: dicens se christum in sponsum
elegisse consentiēte matre ab abbatissa cilicino habitu
monasterij induitur: t in cenobiū monialis effecta in-
troducitur. Quā mater dño commendauit t filiā anno
rum. vij. in monasterio dimisit. Que summa humilita
te t sancta cōuersatione pollere cepit. Dataq; sibi magi

stra iulia psalteriū breui tpe didicit ⁊ mira obedientia in cunctis ministerijs pce cunctis profecit. Post modicum tpis euphrasia mater virginis moritur: ⁊ in monasterio sepelitur. Euphrasia vero iunior oēs facultates paternas pauperib⁹ erogauit. Cū aūt ad perfectā venisset etatem sponsus suus per literas imperatoris eam ad coniugium requisiuit: ⁊ ipsa imperatori rescribens: vt pote xpo iam nupta temporale connubiū denegauit: vnde ⁊ in monasterio summa abstinentia deo feruentius famulari cepit. Multasq; diaboli tentationes pertulit ꝓpter quas superādas penitentia mirabili se affligit. Nam ⁊ lapidem capiti supposuit: ⁊ cinerem super stratum conspersit: aliquando per tres vel quatuor dies: aliquādo hebdomada integra seu media macerauit. Cuius patientiā abbatissa tentare volens: lapidem magnum vix a duabus feminis baiulandū diebus singulis de orto ad furnum: ⁊ inde ad hortum p dies viginti ipsam portare iussit: quem illa cum omni humilitate detulit n᷑ murmurās neq; de labore importabili: neq; de inanitate ꝑcepti. Et cum itez diabolus eā tentaret quod senatoris filia ad altarum ministeriuz esset submissa. cepit adhuc vilioribus officijs se occupare: ⁊ in coquina ollas abluere ⁊ immunditias exportare: nec propter hec ab abstinentia se solita subtrahebat: nec officium in ecclesia dimittebat. Cum aūt eidē quedā germana nomine improperaret. qḋ talia ope ra pretextu hypocrisis ostenderet: ⁊ ob hoc abbatissa illam punire vellet: euphrasia nedū ad pedes sororis sibi conuitiantis veniam petens procidit: sed etiā pro ea ab abbatissa veniam impetrauit. ¶ Cū aūt diabolus eā animo superare non posset: cepit ipsam persequi pectio corporali. Nam cū ex puteo aquam hauriret: capite deorsum deficitur: sed a sororibus illesa educitur. Ipsa vero vbi quotidie portabat singulas: cepit exinde deferre hydrias aque binas. Alia quoq; vice dū ligna precideret: securi calcaneum sibi vsq; ad tibiā scidit: ⁊ colligata a sororibus propter hoc non destitit: quin ligna incisa deferre voluerit. Sed cum scalam ascenderet summitatem tunice calcans super ligna cecidit: q̄rū vnum fere oculum eius effossum grauiter vulnerauit. Sed dei misericordia diebus modicis ex vtraq; plaga conualuit. ¶ Post hec eam diabolus de tertio solario precipitauit: que tamen sine vlla lesione ad terram descendit. ¶ Deinde ollam cū aqua feruente portās cecidit: ⁊ aqua bullienti facie perfusa omnino intacta permansit. Multis autem signis ⁊ miraculis claruit. ¶ Mulier quedā infantem annorū octo: ex paralysi effectum surdum ⁊ mutum ad monasterium detulerat vt ipsum sororū orationibus commendaret. Quem mox vt sancta virgo ad abbatissam deferendum in brachijs sumpsit: puer loqui ⁊ audire cepit: ⁊ ad matrem ad ianuam expectantem incolumis proprijs pedib⁹ cucurrit. Quedā ex sororib⁹ antiquis ab immundo spiritu dudum vexata fuerat: quam nulle ancillarum christi preces liberare potuerāt. Que etiā cathenis vincta tenebatur: ⁊ cibusq; ei sum cauco ligneo porrigebatur: eo qḋ nulla ad eā appropinquare presumebat: quia vestes ⁊ carnes sororum dentibus lacerabat. Et quia abbatissa sanctitatē euphrasie nouerat: et cuius miraculū in puero viderat: eidem licet ex humilitate satis recusanti per obedientiam sororis illius liberationem imposuit. Pro qua euphrasia dudum se ieiunijs affligit: ⁊ ad dominum diebus pluribus orauit. Et tādem in christi nomine demonem ab illa effugauit: ⁊ cū maximo strepitu in abyssum ire precepit. Ex istis tamen in nullo extollebatur: sed ampliori humilitate proficere videbat. ¶ Post hec abbatissa per visionem conspexit: quod duo viri venerabiles ad monasterium venientes euphrasiam rapiebāt. ⁊ ipsam in aureum palatium gemmis ornatum introducebāt: que ibidem ab angelis concinentibus suscipiebatur: ⁊ ad xp̄i pedes ꝓcidēs a genitrice domini corona aurea decorabatur. Intellexit ergo abbatissa virginē quātotius ad celestē thalamū deducendā. Que cū sororib⁹ intimasset: ⁊ ille obitum dilecte sororis deflerēt: euphrasia subita febre corripit: ⁊ vite termino ꝓxima in oratoriū deducit: verum ex profunda eius humilitate orabat ad dn̄m vt eam adhuc per annum in carne dimitteret: eo qḋ penitentiā cōdignam suo arbitrio non perfecisset. Et cū abbatissa ⁊ eius magistra iulia virginē exorarent: vt ipsaz sequi sine dilatiōe liceret: permisit eis orare dn̄m: vt ipsarū desiderium adimpleret. Sicq; inter sororū man⁹ migrauit ad christū iiij. idus martij. ¶ Post cui⁹ obitum die tertio iulia obijt. Abbatissa vero substituta quadā eugenia in matrem filiarum ipsa die. xxx. ex hac vita discessit. Que ambe in eodem sepulchro cū euphrasia virgine condite sunt.

¶ De sanctis Macedonio ꝑsbytero ⁊ socijs martyribus. Capi. cxcviij.



Macedonius presbyter patricia modesta theodera oxor theodora imponderatiamartia et trabia apud nicomediam ciuitatem martyrium passi sunt. Qui omnes per ignē conflagrati acceptabile sacrificiū christo domino reddiderūt. iiij. id⁹ marty. vt i martyrologio odonis habetur.

¶ De sanctis quadringenta nouem militib⁹ martyribus. Cap. cxcix.



Quadringentanouem milites Rome sub nerone cesare passi sūt. Hos omnes vna cū sanctis processo et martiniano beat⁹ petrus apostolus conuertit ad christū: cum teneretur in custodia mamertina cū coapostolo suo paulo: vbi vna nouē mēses detenti fuerūt. Et cum milites predicatione apostolorum ⁊ aquā pro ipsis baptizandis non haberent: orante apostolorū principe de silice lapci mē tis fons aq̄ ꝓrupit: ⁊ cui⁹ vnda ipse apl's baptizauit: ⁊ fons ibidē i testimoniū miraclī p̄manet vsq; in p̄ntem i loco qui dr̄ carcer sub colle tarpeio. Deinde predicti gloriosi quadraginta nouē milites sub deuotissima fidei confessiōe neroniano gladio ꝯsumpti sunt: v. die idus martij.

¶ De sancto Petro abbate clareuallēsi. Cap. cc.



Petrus abbas clareuallēsi. cum esset nobili exortus ꝓsapia fact⁹ monach⁹ igniaci monasterij nobilitatem suam summa vtilitate occultabat vilibus indut⁹: vilia officia exercendo. Cū ob vite nimiam sanctitatē a multis reuerentie habebatur. Adhuc nouus in ordine dum in matutinis aliqn̄ dormitaret seq; pulsari sentiret. Apertisq; mox oculis nullum conspiceret: orauit dominum vt excitantē ip̄m sibi ostenderet. Et dum iterum dormitasset: pulsatus citius aperiēs oculos vidit iuuenē splendidū sibi i assistere indeq; morosq; per chorū trāsire quē demū disparuit: ⁊ petr⁹ cū esse angelū intellexit media nocte cum fratribus psallens subito dolore capitis premitur: ⁊ recedere de ecclesia cogitās audiuit vocē dicentem versi. illū. Laudās inuocabo dominum ⁊c. ⁊ statiz dolor cessauit. Et dum mane iterū cum dolore eodem capitis perseuerante ad cōionem accessisset: visum cē sibi quod lapis ponderosus de capite eius egressus cēt ⁊ exinde a tali dolore liberatus perfecte fuit. Post hec fact⁹ est prior igniaci. Deinde abbas vallis regis assumptus est. Qḋ abbas ei⁹ igniacēsi. tali visiōe presciuit. Vi debatur enim sibi candelabrum lucens ante altare ꝑ maiorem

maiorẽ fenestram exire. Nec multo post petrꝰ prior in abbatem electus est. Cum aliquãdo abbas egrotaret: et mercennarius quidã a cellario operis mercedem exigeret: illeq̃ dare recusaret: indignatus mercennarius prunas ardentes ad vnã ex monasterij grãgijs in cacabo deferebat: vt eã incenderet. Tunc affuit abbas et eũ de mala volũtate redarguit: et vt ad se mane et ad infirmariam veniret mercedẽ suam recepturꝰ admonuit: qđ et factũ est. Mercennarius quoq̃ est miratus: eo q̄ abbatẽ de infirmaria vtpote languentem minime recessisse cognouit et penitentiam egit. Uocatus ad electionem abbatis igniacen. oratiõe premissa vt deꝰ sibi idoneum inspiraret: audiuit vocẽ q̄ illuc veniens audiret quis idoneus esset. Cũq̃ ad locum veniens pro eodem orasset: missus est socios itineris sui de hoc interrogare. A quibus cum quereret quis vtilis eligẽdus foret: responderunt qđ ipse. Sicq̃ omniũ consensu electus est. ¶ Cũ henricus comes cãpanie se ipsius orationibus cõmendasset et ipse pro eo celebrasset post vltimam collectam vidit comitem tũc absentem signũ crucis in veste habentem. Et diem ac horas notans cõperit: postmodum ipsum eodẽ tẽpore cruce fuisse signatũ. Orãti sibi aliquãdo apparuerunt sancti bernardus abbas et malachias episcopus qui eum abbatem clareuallen. futurum predixerunt. Nõ multo post gerardus clareuallen. abbas a fratre hugone de bazochijs qui grauiter in ordine deliquerat: et abbatis punitionem timebat: interfectus est. Cui successit henricus. Quo post modicum in presbyterum cardinalem assumpto: petrus ad electionem aufugit eo qđ eligi formidaret: qui tamen absens electus est. Et cum diu recusaret tandẽ visionis memor consensit. ¶ Romanus pontifex eius famam audiens eum ad se accersiuit: cui et peccata sua ex deuotione confiteri: et ab eodem communicari voluit. Cum autem esset in valle regis infirmitate grauiunum et oculis amisit: et hoc gaudens et deum laudans: quia vnum ex hostibus suis a capitalibus sibi abstulerat. Et dum esset cũ fratribꝰ in messibꝰ operans tres pulcherrimas mulieres in medio fratrũ vidit: quas de nimia presumptione redarguẽs audiuit ab illa que erat formosior quod erat maria mater xp̄i: alie due maria magdalena et maria egyptiaca: que fratres in suo labore consolari curabant. quieuit autem sanctus petrꝰ in domino predie idus marcij.

¶ De sancto Longino martyre. Cap. ccj.



Longinꝰ fuit quidã centurio de prouincia hisaurieq̃ cum alijs militibꝰ cruci dñi astans latus eius lancea perforauit. Et videns signa q̄ fiebãt: solem scʒ obscuratũ: et terremotum in christo credidit. maxime ex eo vt quidã dicunt: qđ cum ex infirmitate eiꝰ oculi caligassent de sanguine christi per lanceam decurrente casu oculos tetigit: et protinꝰ clare vidit: vñ renunciãs militie. et ab apostolis instructꝰ in cesarea cappadocie viginti octo annis monasticã vitam ducit: et plurimos ad xp̄m cõuertit. Cũ aũt ab octauiano preside tentꝰ sacrificare nollet: iussit preses oẽs dentes eiꝰ excuti et linguã abscidi. Ex hoc tñ loquelã nõ amisit: sed accepta securi oia idola cõfregit. Demones aũt de idolis exeuntes et in aerẽ vlulãtes in p̄sidẽ et in eiꝰ socios intrauerunt. Qui insaniẽtes longini se pedibus p̄strauerunt. Quos oẽs longinus in xp̄i noie ab oppressiõe demonũ liberauit: et demones in desertum misit. Quo miraculo quidã aphrodisius cõmentariensis cum multis alijs ad xp̄m cõuersus est. post dies aliquot cũ octauianꝰ longinum tentũ ad se adduci iussisset: vt eũ penis afficeret: et ipsum ex hoc aphrodisius reprehenderet: eo qđ de suscepto ab eo bñficio ingratꝰ esset: iussit preses aphrodisio linguam precidi. Sed ipse nihilominꝰ loquebat. Preses vero confestim excecatus est. Cui longinꝰ suasit: qđ liberari non posset nisi ipsum occideret. Nã martyr effectus pro p̄side oraret: et ipse lumen recuperaret. Statimq̃ preses longinũ decollari fecit. Post hec ad corpꝰ eiꝰ adiit: et prostratus cum lachrymis penitentiã egit: et continuo visum recepit. Corpusq̃ martyris honorabiliter tumulauit: et in bonis operibus perseuerauit. passus est autem martyr xp̄i idibus marcij.

¶ De sancta Matrona martyre. Cap. ccij.



Matrona martyr apud thessalonicam passa est. Hec religione christiana cum esset ancilla plautille vidue gentilis: xp̄m occulte adorabat. Et cum a dña sua deprehensa esset in ecclesia christianorum ab eadẽ in scãno ligat et crudeliter flagellat dieq̃ et nocte integra inclusa et vincta dimittitur. Sʒ diũ noctu diuinitꝰ soluta et clausis ianuis educta esset: ad ecclesiam rediit et deo gratias egit. Quam iterũ ibidem repertam domina sua iterum ipsam in scãno vinxit et crudeliꝰ flagellauit: triduo quoq̃ sine cibo reclusam dimisit. Illa vero iterum diuinitus soluta educitur: et in ecclesia orans a domina sua tertio reperitur. Que tertio ab eadem ligatur: et loris durissimis tandiu ceditur: donec spiritum exhalauit. Que passa est idibus marcij. Hec Ado.

¶ De sanctis Ilaro epo et tatiano marty. Ca. cciij.



Ilarus episcopꝰ et tatianꝰ diaconus apud aquileiam passi sunt tempore Numeriani imperatoris. Beatꝰ enim ilarus ab infantia christianꝰ sacris literis eruditus ad diaconatus ordinẽ: deinde ad pontificatũ aquileien. ecclesie a pp̄lo promotus est. Qui eius discipulũ noie tatianũ sibi archidiaconẽ p̄stituit cũ quo in christi fide populum admonebat. Cum autẽ ab imperatore numeriano christianorũ persecutio excitata fuisset: et quidã beronius preses aquileie christianos ad sacrificia coartaret ad suggestionem cuiusdam sacerdotis idolorum nomine monophanti fecit Ilarum epm Christianorum detineri: et ad templum idolorum adduci: vt ibi dijs thura imponeret. Quẽ sacrificare nolentem iussit nudatũ virgis durissime cedi. Deinde in equuleo leuari et vngulis radi: adeo vt eius intranea nudarentur. Deinde depositum ex equuleo mãdauit dorsum eius carbonibus aduri: et post hec acetum sale permixtum eius vulneribus infundi ipsasq̃ plagas ex camelorum cilicio confricari. Et cum hec oia pro xp̄i nomine patientissime tolerasset: oratione premissa cruciſlauit in simulachra et mox cuncta in puluerem redacta sunt. Clamante quoq̃ aduersus illũ omni populo paganorum fecit eum preses in carcerem recludi. Et cũ audisset quod haberet diaconum tatianum: qui similiter populum a deorum cultura subtrahebat fecit eum teneri: et deos gentium confutantem extendi: et virgis diutius flagellari: et eum quoq̃ vna cum Ilaro episcopo eodẽ carcere detineri. Orantibus aũt sanctis nocte illa factum est tonitruum magnum: ita vt fundamenta vrbis commota fuissent: et multi paganorum interirent. Templũ etiã herculis funditus euersum est. Qđ audiens beronius preses missis spiculatoribꝰ fecit gladios in pectora ipsorũ in ipso carcere trãsfigi. Cũ quibus et alij tres christiani in eadẽ custodia vincti: felix scʒ largus: et Dionysiꝰ eodẽ martyrio necati sunt. Quorũ corpa noctu a christianis de carcere rapta iuxta muros aquileie ciuitatis sepulta sunt. xvij. kalen. aprilis.

¶ De sancto patricio ep̄o. Cap̄.cciiij.



Patricius episcopus apud scotiā p̄im⁹ xp̄m p̄dicauit. Qui cū die quadā scothoꝝ regi de passione dn̄i aliqua narraret: ⁊ ille deuote intēderet appodiās se sup ferulā quā manu tenebat: casu pedi regis sup posuit: et cuspide ferule ipsum pforauit. Rex vero credens ep̄m hoc ex industria facere ⁊ se aliter fidē nō posse suscipere: nisi talia p xp̄o pateretur: patiēter pertulit. Sanct⁹ vero intelligens obstupuit: ⁊ regis pedem sanauit. Hic p̄cib⁹ suis toti illi insule obtinuit: q̄ð nullū venenosum aīal ibidē viuere possit. Et q̄ð plus est etiā ligna ⁊ coria illius regionis cōtraria sunt veneno. Quidā cōuicini sui ouē furat⁹ fuerat: ⁊ comederat. Et cū ep̄s plurics furē quicūq͂ ille esset: exhortat⁹ esset: vt furtū redderet: ⁊ null⁹ appareret: conueniente oī pp̄lo ad ecclesiā orauit dn̄m: vt in cui⁹ ventrē ouis intrasset: corā oībus balatū daret: q̄ð ⁊ factū est. Et reus penitētiā egit. ¶ Erat autē eius cōsuetudo oēs cruces quas videbat adorare. Cū autē quandā crucē inuisam p̄terisset: ⁊ a suis admonit⁹ cur nō vidisset: audiuit vocē de sub terra cuiusdā ibidē sepulti: dicentis se fuisse paganū: ⁊ signo crucis indignū: ⁊ ideo ipsam nō viderat: vn̄ fecit ipsā abinde tolli. ¶ Cū aūt patrici⁹ per hyberniā predicaret: ⁊ fructū ibi modicū faceret: rogauit deū: vt ibi aliq̄ð signū ostenderet: p q̄ð territi peniterēt. Jussu igit̄ dn̄i in quodā loco circulū magnū cū baculo designauit: intra q̄ð se terra statim apparuit: ⁊ puteus profundissimus ibidē apparuit. Reuelatū quoq͂ fuit sc̄tō q̄ð ibi quidā purgatorij loc⁹ esset: in quē quisquis vellet descendere: alia sibi penitentia nō restaret: nec aliud p peccatis purgatorium sustineret. Plerīq͂ aūt non redirent: ⁊ qui redirent die naturali integrū ibidē morā facerent. Multi igit̄ ingrediebātur qui de cetero nō reuertebant̄. ¶ Post longū t͡pus mortuo patricio: quidā nobilis noīe nicolaus qui peccata multa cōmiserat: ad penitentiā deuenit: ⁊ locū ipsum intrare volens dieb⁹ octo precedētibus: vt oēs faciebāt: se ieiuniis macerauit: ⁊ sic in puteū descendit: ⁊ ostiū q̄ð a latere inuenit introiuit: vbi monasteriū inuenit: ⁊ a q̄busdā abbatis in oratoriū introducit̄ officioq͂ peracto: vt cōstās esset admonetur: q: multa diaboli tētamēta eū percurrere oporteret. Et cū se penis affligi sentiret ptin⁹ diceret. Jesu xp̄e fili dei viui miserearis mihi peccātori. Quib⁹ abeuntibus adsunt demones: ⁊ vt sibi obediat primo eū blandis sermonib⁹ persuadent: asserentes q̄ð ip̄m custodient: ⁊ ad ꝓpria in columē deducent. Et cū eis obedire nollet: diuersarū ferarū terribiles audiuit voces. Ad q̄ pauefact⁹ verba inuocationis ꝓtulit: ⁊ ois ille tumult⁹ conquieuit. Ulterius ꝓcedens ⁊ demonibus cōsentire nolens in ignē maximū proicit̄: sed verbis expressis ignis extinguit̄. Ad locū alterū veniens vidit homines viuos igne assari: ⁊ carbonib⁹ vsq͂ ad effusionē viscerū cōcremari. Et dū nec sic consensisset demonibus ab eisdē simili pena torquet̄: sed verba ꝓferens cōtinuo liberat̄. ¶ Inde ꝓcedens in puteū ꝓfundū obscurū et fetidū deicit̄: dicentibus sibi demonib⁹ q illc erat infernus: sed dum verba repetiisset inde illesus educit̄. ¶ Post hec ad pōtem arduū ⁊ lubricū deuenit: subter quē igne⁹ fluui⁹ rapid⁹ currebat. Et dū pontē trāsire desperaret: vnū pedē ponens: verba q̄ didicerat dixit: deinde aliū pedē ponēs ipsa repetiuit: ⁊ ad quālibet pedis mutationē eadē iterauit: ⁊ sic illesus transiuit. Et in quendā pratū amenū ⁊ odoriferis floib⁹ ꝯsertū deuenit. Ubi a duob⁹ speciosis iuuenib⁹ ad quandā ciuitatē auro ⁊ gēmis fulgentē adducit̄: ⁊ q̄ð illa esset paradisus sibi reuelatur. In qua dū se admitti oraret: audiuit q̄ð p̄io ad suos rediret ⁊ post dies .xxx. in pace q̄esceret ⁊ sic illuc intraret. Tūc nicola⁹ inde ascendēs supra puteū se restitutum altero mane reperit: ⁊ q̄ viderat enarrauit: ac post dies .xxx. in pace q̄euit. Dies aūt depositionis sancti patricij .xvj. kalen. aprilis celebratur.

¶ De sancta gertrude virgine. Cap̄.ccv.



Gertrudis virgo obiit anno constantis imperatoris .xxj. vt dicit Sigibertus. Hec oriūda fuit de ciuitate nigelēsi: vbi ⁊ monasteriū dn̄arū construxit: ⁊ ipsum sub regulari disciplina laudabiliter rexit maxima sanctitate pollens. Que die obitus sui apparuit modeste abbatisse monasterij treuerēsi. sibi in amicitia coniuncte ad altare beate virginis tunc in oratione ꝓstrate: exiq͂ ipsa hora ad christū migrasse: ⁊ celestē patriā introisse nunciauit. ¶ Post annos vero .x. ignis exiens monasteriū ignis consumere videbatur. Sed tunc sancta supra tectum apparuit ⁊ velum suum flammis obiiciens: ignē excussit: statimq͂ extinctus focus monasterium omnino indemnem reliquit. ¶ Puer quoq͂ in fonte necatus: ipsius meritis suscitatur: ⁊ alia multa miracula ad eius tumulum demonstrātur vbi in ipso monasterio sepulta venerat̄. Quieuit autem in pacem decimo sexto kalendas aprilis.

¶ De sc̄tō Alexādro ep̄o ⁊ martyre. Cap̄.ccvj.



Alexander episcopus ⁊ martyr apud cesaream passus est. De quo in .vj. libro ecclesiastice historie scribitur: quod de cappadocia ⁊ propria ciuitate sanctorum locorum visendorum causa hierosolymam veniens diuina reuelatione eiusdem loci gubernacula suscepit. Nam cum narcissus hierosolymorum episcopus esset annorum .cxvj. et propter nimiam senectutem cure pastorali intendere nō posset: voce de celo prolapsa vt omnes ciues eidē hierusalem venienti occurrerent: ⁊ ipsum suum vna cū narcisso episcopum ordinarent a populo honorifice susceptus: ⁊ factus est narcisso coadiutor: et eiusdem post obitum ipsi successor. Post hec romam venit ad apostolorum limina visitanda. Reuersus autem hierosolymam sub persecutione decij ductus est cesaream. Et dum diebus multis: multo ferri pondere vinctus: de carcere ad tribunalia iudicis: ⁊ inde ad carcerē duceretur: inter ipsa sibi vicissim succedentia tormenta defecit. Atq͂ ob confessionem christi martyrium compleuit .xv. kalendas aprilis. Hic ad ecclesiam antiochenam cuius regimini primo prefuper pacem ecclesie vnam scripsit epistolam. Ad aronitas vero aliam per clementem presbyterum alexandrinum. Item ad origenem ⁊ pro origene: contra demetritum aliam. Sed alie eiusdem ad diuersos feruntur epistole: vt dicit Hiero. libro de viris illustribus.

¶ De sancto Joanne abbate. Capitulum.ccvij.



Joannes abbas magne sanctitatis vir de syria oriundus peruenit italiam. Susceptusq͂ hospitio a deuota matrona apud vrbem pennacensem resedit. Et ab angelo monitus: locum sue habitationis sub quadā arbore prope eandem ciuitatem elegit. Sub qua dum mēse decembris quiescere cepisset: arbor repēte insuetato imbris tempore flo-

res protulit et frondes. Quod ubi a venatoribus illac transientibus copertum esset: visoque miraculo cognito quod servus dei esset fama ipsius circunquaque declarata est: unde a Joanne spoletano episcopo visitatur: et ab eodem sibi iuxta dictam arborem cenobium fabricatur: ubi per annos .xliij. congregationi sanctorum multorum monachorum prefuit multisque clarus virtutibus post vitam laudabilem in pace quievit .xiiij. kalendas aprilis ibique sepultus iacet.

¶ De sancto Calocero martyre. Cap. ccviij.



Calocerus martyr de cuius triumpho in passione faustini et iovite ex parte dictum est supra .xv. kalendas martij. visis miraculorum insignijs que deus in tormentis predictorum sanctorum exhibebat ad Christum conversus est: et cum eisdem martyribus plurimis supplicijs cruciatus: tandem ab alexandro augusto mediolani existente: traditus est sapritio prefecto puniendus: qui ad alpes cotias ab imperatore mittebatur. Quem sapritius ante se premisit sub custodia in civitate astensi carcerari mancipandum: ubi dum sapritius cum secundo milite advenisset: et secundus calocerum sepius in carcere visitasset: ab eodem christi fide doctus esset: iussus mediolanum a sanctis faustino et iovita baptizandus. Qui baptizatus terdonam rediens: et martianum episcopum in carcere visitavit: ipsumque a sapritio martyrizatum sepelivit: propter quod plurimis afflictus tormentis a sapritio in carcerem missus fuit: ut in eius passione dicitur .iij. kalend. aprilis. Cum autem sapritius ad carcerem mittens secundum non invenisset: et ad civitatem in asten. redijsset: ut vel calocerum mori faceret: repperit secundum in eodem carcere cum calocero existentem. Et secundum quidem in custodia reservari iussit. Calocerum vero albiganum mittit: ibidem capite cedi. Cuius corpus a fidelibus iuxta ipsam civitatem cum honore humatum est decimoquarto kalendas aprilis.

¶ De sancto Joseph sponso domine nostre. Cap. ccix.



Joseph sanctissimus domine nostre sponsus de civitate bethleem oriundus de domo scilicet et familia david regia stirpe progenitus: per miraculum aride virge florentis et spiritussancti in columbe specie in eius cacumen descendentis: cum iam senex esset: et filios ex uxore premortua haberet: inter omnes suos contribules solus deo placens ad desponsandam virginem electus est: eiusque ad custodiam deputatus. ut in historia nativitatis virginis dicitur .vj. idus septembris. Hic enim virginem desponsatam in nazareth in domo paterna dimisit: et in bethleem ad preparandas nuptias accessit: ubi dum moram traheret: angelus ad virginem mittitur: ipsaque operante spiritusancto impregnatur. Cum autem ioseph post septem menses rediens pregnantem repperisset cum iustus esset: voluit occulte dimittere eam. Sed admonitus ab angelo: ut dicit Matthei .j. eam accepit: et ipsam de sancto spiritu concepisse cognovit. Postmodum cum describeretur orbis illam secum bethleem pro facienda professione deduxit: ubi et filium dei natum de virgine primus in ulnis suscepit: et ipsum ut bonus nutricius: summa diligentia educavit: et omnibus verbi dei infantie gestis interfuit. Nam et eidem circuncisio astitit: et magos ad eum adorandum venientes conspexit: et ipsum una cum matre ad templum presentavit: ipsumque metu herodis ab angelo monitus in egyptum cum matre fugavit: et per septennium ibi manens: et defuncto herode eundem et genitricem ad patriam retulit. In medio doctorum etiam ipsum duodenem una cum maria triduo ante amissum invenit. Ideoque virginitatis sponse sue et omnium infantilium et aliorum actuum veridicus testis fuit. ¶ Hic ioseph ut in libro de infantia christi dicitur: uxorem alteram prius habuit: ex qua plures filios procreavit: qui etiam ex evangelio Joannis secundo capitulo. fratres iesu dicuntur: quia ex iesu patre putativo progeniti. unde et quibusdam placet: quod iacobus minor apostolus ideo frater domini dicatur: quia ioseph filius fuerit et alia coniectat: ut Hieronymus libro de illustribus ponit quamvis ab eodem talis opinio reprobetur. Eodem etiam infantie christi libello traditur quod ioseph faber lignarius fuit: unde et ibidem fertur quod cum ioseph grabatum faceret: et omnes tabulas secuisset: una ipsarum ex errore mensure minor ceteris reperta est. Et cum ioseph ex hoc tristaretur: puer Jesus tabulam breuem alijs appositam et ipsam ut esset cera mollis protrahens ad ceterarum longitudinem divina virtute protendit: propter hoc in evangelio Joannis Jesus a iudeis fabri filius appellatur. Hec ex textu evangeliorum et libro de infantia predicto: et ex compilatione fratris bartholomei colliguntur. ¶ Quanto vero tempore ioseph supervixerit vel ubi aut quomodo humanitatis debitum solverit: expressum non habemus. Tamen quod usque ad duodecim annos etatis christi superstes extiterit ex textu luce .ij. capitulo didicimus. In quodam tamen antiquissimo kalendario in cuius exordio rubrica ponebatur: quod ex vetustis eusebij cesariensis exemplaribus sumptum fuerat: scriptum reperi festum ioseph sponsi domine nostre .xiiij. kalen. aprilis. Cui ex antiquitate et exemplaris origine satis fidem adhibui.

¶ De sancto Theodoro episcopo. Cap. ccx.



Theodorus heracliensis episcopus tempore Constantini magni imperatoris in thracia claruit. Qui in mattheum: Joannem: paulum: et psalterium elegantis apertique sermonis commentarios edidit: et sermonibus atque moribus admodum extulsit. Diem quoque extremum .xiiij. kalend. aprilis conclusit. Hec Hieronymus de viris illustribus.

¶ De sancto Archypo discipulo. Cap. ccxj.



Archypus discipulus apostoli pauli fuit. Cuius commissionis sui idem apostolus meminit scribens colossensibus ad col. quarto. Qui ab eodem apostolo ibidem predicationis gratia dimissus: post completum eius ministerium perrexit ad dominum .xiij. kalend. aprilis ut Hieronymus in martyrologio testatur.

¶ De sancto Cudberto episcopo. Cap. ccxij.



Cudbertus episcopus ut dicit Beda quarto lib. historie anglorum: vir sanctus et venerabilis in insula modica que appellatur pharnes et ab ecclesia lyndisfarcientium novem milibus passuum distat in oceano vitam solitariam pluribus annis duxit. Fuit autem primo monachus monasterij metrosensis in ripa nudi fluminis positi est sub abbate eata: cuius et post mortem successor extitit. Inde ad curiam lyndisfarciensis monasterij vocatus ibidem diutius mansit. Devenit post hec ad illam pharnensem ob cultu et habitatore desertam cupiens solitariam ducere vitam. Et quia et plures infestationes demonum

expulit:et fontem viuuz fratribus suis de terra produ-
xit:qui ibi vsq in presens scaturit:ibiq edificato nouo
cenobio cōgregationi anachoritarum pluribus annis
prefuit. Deinde post mortem theodori lyndisfaciēsis ar-
chiepiscopi quāuis tanis restitisset:archiepiscopus ordi
natur. In qua sede verbo semper et exemplo populum
instanter docuit:et miraculorum signis vitam inclitam
duxit. ¶ Post hec autem quia obitum suum de proxi-
mo futurum diuina reuelatione prenouerat:ad mona
sterium suū rediit:vite residuum ibidē consumare de-
siderās. Ubi dum quidam sanctus presbyter herbert⁹
ei⁹ intimus ipsum visitasset. Cudbertusq ei suū trāsi-
tum predixisset:rogauit eum instātius presbyter:vt vna
secum sibi occumbere liceret. Qui oratione facta sibi a
domino qđ poposcerat impetratum nunciauit. Reuer-
sus itaq ad ecclesiā suam herbertus anno integro an-
te obitum sancti viri languore detentus die et hora qua
ille obiit:et hic ex hoc seculo transmigrauit scilicet. xiii.
kalēdas aprilis. Cuius corpus ad ecclesiam lyndisfar-
ciensem delatum et in solo sepultum est. Cum autē post
annos vndecim leuaretur. vt supra pauimētum hono-
rabilius locaretur:integrum et omnino incorruptū re-
pertum est:et vestes quibus indutus fuerat:illibate nul
la vetustate consumpte. Cui successit sanctus eadber-
tus sanctitate clarus qui decedēs in eodem tumulo cū
sancto Cudberto positus est:vbi est:vbi ambo requie-
scunt miraculis prepollentes.

¶ De sancto Uulphrānio epō. Cap. cexiii.



Uulphranius seno
nēs. episcopus successor liberti ex ter-
ritorio vastinēs. inclytus fuit in aula
regis Dagoberti et filii ei⁹ ludouici pa-
tre milite nolberto progenit⁹. Qui pri
mus a christo admonitus assumptis
secū a sancto anisberto tunc rothoma-
gēs. episcopo quibusdā sociis de mō-
nasterio fontanelle gēti frisonum chri
sti euāgelium predicauit. ¶ Cum au-
tem per mare nauigans in naui celebraret:et patenam
offerre vellet:de manu diaconi casu patena prolabitur
et in mare demergitur. Sz orante sancto patena in ma-
nu diaconi diuinitus reponitur. ¶ Dum autem saxoni
bus predicaret die quadam iuuenē laqueo appensum
reperit:quem illi forte elegerant:et more sue gentilitatis
suspensum demonibus immolare volebant. Quem ilico
sanctus sola oratiōe dirupto laqueo:et ipso illeso caden-
te a morte eripuit:et tali miraculo multos ad fidē con-
uertit. ¶ Cum autem filium ducis ratbboldi baptizas
set et albis induisset:ille subito expirauit:quod episco-
pus ideirco a deo obtinuit ne iuuenis a patre gētili ad
culturam idolorum reduceretur. Completa vero pre-
dicatione sua post annos quinq reuersus ad ecclesiam
suā epi scopatum resignauit. Et ordinato sibi successore
gerícoin monasterio fontanelle monachus factus:vi-
tam in sanctis operibus consummauit anno domini.
dccxl. xiii. kalen. aprilis. Sepultusq est iuxta sanctum
Wandegisillum.

¶ De sctō Bñdicto abbate et cōfessore. Cap. cexiiii.



Benedict⁹ abbas
cuius vitā gregorius. ii. dialogo scri
bit ex nursia prouincia claris paren
tibus ortus. Cum rome liberalibus
studiis traditus esset. in ipa infantia
mundum deseruit et desertum pete-
re decreuit. ¶ Quē nutrix eius ipm
tenere diligens vsq ad locum q̄ effi-
de dicitur secuta est:vbi dum ad pur
gandū triticum capisterium mutuo
accepisset:illud cadēs in terram fra-
ctū fuisset. Benedict⁹ nutrici flenti cōpassus capisterii
partes accepit. et oratione fusa ipm reintegrauit. Post
hec nutricem fugiens in locum qui sublacus dicit̄ de-
uenit triennio hominib⁹ cunctis excepto romano mo
nacho incognit⁹ mansit:q ei necessaria ministrabat. Et
cū ad specum ipsius iter nō esset:panē in fune ligatum
ei deponebat:in quo et tintinabulū ligauerat:vt ad ei⁹
sonitum benedictus panem sibi delatum audiret. Sed
diabolus ex inuidia piecto lapide tintinabulū fregit:
nihilominus tamen romanus sancto ministrare aliter
nō desiit. ¶ Post hoc dominus cuidam presbytero qui
die pasche sibi refectionem parauerat apparuit:et vt ci-
bos viro dei tali in loco ferre deberet admonuit. Qui
cum multo labore ad eū veniens:inuitauit patrem:vt
cibos sumeret. q: eo die pascha esset:qui respondit qđ
vere pascha esset:et quo illum videre meruisset:longe
quippe ab hominibus positus quod die eadē pascha-
lis foret solennitas ignorabat. Sicq benedicentes do-
minū ambo refecti sunt. ¶ Quadam die auicula meru
la circa faciem eius volitante:signoq crucis effugata
tanta libidinis tentatione accensus est:quanta nunq̄
expertus fuisset. qui in spinis et vepib⁹ adeo se voluta-
uit:quod exinde totus cruentus et laceratus exiuit. Et
sic per cutis vulnera mentis vulnus eduxit. Ab illo er-
go die talis nunquam tentatio in eius corpore pullula-
uit. Fama igitur eius crescente venerunt ad eum mo-
nachi cuiusdam monasterii abbate vacātis:et ipsum in
patrem elegerūt. Qui satis recusabat:eo quod se eorum
moribus minime conuenire dicebat:tandem instanti-
bus acquieuit. Cūq ille districtius eos regulam serua
re cōpelleret, illiq illicita sibi nō licere conspicerēt:pe
nitētes qđ eum elegerant:venenū vino miscuerunt:et ei
in poculū porrexerunt:sed signo crucis edito sic vitreū
vas quod vinum tenebat:confregit:ac si pro signo lapi-
dem dedisset. Moxq intelligens:q illi fecerant ab eis
discessit:et ad locum dilecte solitudinis remeauit. Ubi
multis ad eum discipulis cōuenientibus duodecim mo
nasteria construxit. ¶ In vno quorum monachus erat
qui ceteris in ecclesia orātibus mox foras exibat:et ali-
qua temporalia peragebat. Quod dū benedictus p ab-
batem illius loci didicit. illuc iuit:viditq puerū nigrū
monachum illum ceteris orantibus extra ecclesiā per
vestimenta trahentem. Quod etiam maurum mona-
chum videre orationem impetrauit. Egrediens ergo
sanctus monachum virga percussit:et ille immobilis in
oratione perseuerauit ac si malignus spūs eius verbere
percussus fuisset. Ex ipsis monasteriis tria in cacumi-
ne montis erāt:que deorsum aquas cum nimio labore
hauriebāt. Ubi sanctus pater ascendens cum puero no-
cte tres lapides pro signo posuit:reuersusq domū fra-
tribus illis mandauit:vt in locis vbi lapides erāt fode
rent:et aquam inuenirent. Quod et factum est:in illo lo
cis aqua vsq in presens large fluit mundāte. ¶ Cū qui-
dā frater circa monasteriū vepres securi absciderēt fer-
rum de manubrio prosiliēs: in lacū profundū se demer-
sit:vir aūt dei manubrium in aquam posuit et ferrum
ad suū locū enatauit. Placidus puer et monach⁹ cū ad
aquā hauriendā descendisset:ipsum mox vnda rapuit:
et in momēto ultrorsus a terra subtraxit. Qđ dū sanct⁹
in cella per spiritū cognouisset:maurū vocauit:et qđ ac
ciderat enarrauit:atq vt ad eripiendū puerū pergeret
imperauit. Tunc ille concitus cucurrit:et per terras se
ire existimans:ad puerū sup aquas venit:eūq ad terrā
per capillos adduxit:et deinde q super vndas ambulas
set aduertit: ad virū dei ergo veniēs qđ acciderat enar-
rauit:qđ abbas nō suis meritis sed eius obediētie de-
putauit. Cumq exinde inter eos pia contētio oriretur:
dū alter alteri⁹ meritis miraculū ascribebat. Placid⁹
puer ex aqua liberatus arbiter accessit:qui dū esset in
periculū melotē abbatis sup se extēdēsq protegentē
vidisse narrauit. ¶ Presbyter florētius sancto inuidēs
panem infectum veneno quasi pro benedictione misit:
quē ille gratanter accepit. Coruo quoq qui de manib⁹

eius quotidie panem accipiebat mandauit: vt panem il
lum in loco deferret: vbi a nullo hominum sumi vale
ret. Coruus ergo patris mādatum impleuit: et post tri
duum reuersus solitam ab eo escam accepit. Quod p̄s
byter sentiens septē puellas nudas in horto monasterij
ludentes et canentes immisit: vt sic vel fratres eius ad
libidinem inflāmaret. Quod sanctus prospiciens emu
lationi cessit: et quibusdam fratribus secum assumptis
habitationem mutauit. Statimq̄ solarium domus
in qua erat florentius corruit et malignantem oppres
sit. ¶ Benedictus autem locum non holdem mutauit.
Nam ad montem cassinum veniens: templum apolli
nis ibi si tamen in sancti ioannis baptiste ecclesiā com
mutauit: et circūadiacētes homines ab idololatria cō
uertit. Quod diabolus moleste ferēs eidē teterrim⁹ ap
parebat: et in eum ignem visibiliter emittebat: multaq̄
eidē conuitia inferebat. Quadam die lapidem in terra
iacentem multitudo fratrum in edificium leuare non
poterant: donec vir sanctus aduenit et demonem lapidi
insidentem cōspexit: sed signo crucis edito diabolus
effugatur: et lapis faciliter a paucis fratribus subleua
tur. ¶ Alia etiam vice demon coquinam monasterij
vt cunctis videbatur inflammauerat: fratresq̄ omnes
vt ignē extinguerent aquam solite deferebant: vbi au
tem abbas superuenit: et signum crucis edidit: omne il
lud incendium vt phantasia euanuit: et nihil cōbussisse
per effectum ostēdit. ¶ Alias etiā malignus spūs pa
rietem quam edificabāt euertit: et puerū monachum
ruina oppressit: quem vir dn̄i mortuum et laceratum in
sago ad se adduci fecit: et ipsum in oratione suscitauit et
operi predicto eadem hora restituit. ¶ Laicus quidā
ex deuotione semel per annum ad eum ieiunus venire
consueuerat. Et cum semel ad eum vadens: alterique
viatori se iungens ab eo tertio pulsat⁹ in quodam pra
to comedit: et sic ad benedictum venit. Cum ille qd̄ co
mederat moxq̄ patefecit: et de gulositate redarguit: lai
cusq̄ penitentiam egit. ¶ Totilla rex gothorum au
diens q̄ spiritum propheticum haberet: eum probare vo
lens: quendam spatharium suis regiis vestib⁹ induit:
et cum magno comitatu: vt regem ad benedictū misit.
Quem ille venientem cōspiciens mox agnouit: et vt ve
stes regales sibi non pertinentes deponeret manda
uit: et spatharius confusus erubuit. ¶ Clericum quē
dam a maligno spiritu vexatum liberauit: ei tamen
precepit ne ad sacros ordines vnq̄ ascenderet: qd̄ si se
cus faceret eum demō iterato opprimeret. ¶ Cū autē
clericus dudum mandatis paruisset post tēp̄s aliquod
se consecrari fecit: ipsumq̄ continuo demon vsq̄ ad
spūs effusionē inuasit. ¶ Vir quidam duos flascones
vini sibi miserat: quorum alterum portitor in via ab
sconderat. Qui cum gratiarum actione vnum accepit:
sed latorem ne de altero quē abscōderat biberet omni
no prohibuit. Qui confusus ab eo recessit et in flascone
occultato serpētem inuenit: et de commisso penitētiam
fecit. ¶ Fili⁹ defensoris monachū eidē cenanti cādelā
tenebat: et spiritu supbie in corde suo murmurabat in
dignum reputans q̄ filius tāti viri illi comedenti assi
steret. Quod vir dei statim per spiritum agnouit: et vt
cor suum contra tentationem signaret admonuit: atq̄
de manu eius lumen auferri precepit. Alia quoq̄ mul
ta cordium secreta cognouit: et multa que ventura erāt
spiritu prophetico predixit. ¶ Cum quosdam fratres
ad locum construendum misisset: certo die se ad illos
venturum dixit: et qualiter operari deberent iudicauit.
Nocte vero diē statutam precedente abbati et preposi
to illi⁹ loci p somniū apparuit qualr loc⁹ cōstruēdus
esset p singula indicauit. Cū autē visioni nō crederent:
sed ipm̄ expectarent: tandē reuersi sunt dicentes q̄ nō
venerat diutius expectatus. Qui se venisse vt promise
rat p visum asseruit: et q̄ vt in somnis moniti fuerant
oīa facerēt ordinauit. Quidam eius monachus tenta
tus de monasterio abijt: et draconē maximū se deuora
re nitētem inuenit: perterritusq̄ ad claustrū rediit et in
pmissione perseuerauit. ¶ Cum fames valida regio
nē illā premeret: et quinq̄ solummodo panes in mona
sterio superessent: fratrib⁹ conquerentib⁹ diuidi iussit:
ipse vero nocte in oratione permāsit. Et ecce mane du
centi farine modij ante fores monasterij inuenti sunt:
sed vnde: vel a quo missi fuerint ignoratur. ¶ Eodem
quoq̄ tempore cū omnia q̄ in domo erant pauperib⁹
dispensasset: modicum olei quod in vitreo vase remāse
rat: pauperi elemosynam petenti dari iussit. Quod di
spensator obedire contempsit: timens ne fratrib⁹ oleū
deesset. Quod pater audiens: oleū per fenestrā abijci
iussit: ne quid ibidem per inobedientiam remaneret.
Cum autem vas super saxa deiectum: nec fractum es
set: nec oleū effusum: oleū cū vase petēti tribuit: et cū oras
set dolium olei: quod vacuum erat vsq̄ ad summum
repletum oleum pauimentum exudat. ¶ Rustic⁹ qui
dem corp⁹ defuncti filij in vlnis ad monasterium detu
lisset vt puerum suscitaret virum dei cum lachrymis
exorauit. Quē oratione pmissa: ipse suscitatū patri re
stituit. Multisq̄ aliis signorum virtutib⁹ effulsit. Scri
psitq̄ monachorum regulam sanctitate precipuam: ser
mone luculentam: q̄ vir dei non potuit aliter doceri
q̄ vixit. ¶ Eodē anno quo migraturus erat obitū suū
etiā absentibus fratribus nūciauit. Ante sextum vero
exitus sui diē aperiri sibi sepulturā iussit. Moxq̄ cor
reptus febrib⁹ septimo die in ecclesiam portari se fecit:
sumpto quoq̄ viatico inter discipulorū manus: vlti
mū spiritū inter verba orationis efflauit. Eadē hora
maurus monach⁹ lōge positus: ipm̄ versus celos ten
dentē conspexit per viā vero orientis plucidam ab eius
cenobio vsq̄ ad celos pertingentem. Cuius corpus in
cassinen. monasterio sepultum est. Quieuit in xv. ko.
Kalend. aprilis. circa annos domini. cccccviij. tem
pore iustini senioris.

¶ De sancto Benedicto papa .j. Cap. ccxv.



Benedict⁹ papa huius nominis primus natione ro
manus ex patre Joanne leoni secun
do in pontificatu romano successit:
et sedit mēses decē dies .ix. Hic be
nedictus ex vite sanctitate cū nomi
ne concordauit. Et cū tā modico tē
pore sederit: multas tamen in vrbe
ecclesias reparauit. Hic ab ineunte
etate ecclesie militauit. Atq̄ sic se di
uinis scripturis et cantilene a puero
et in presbyter dignitate nomine pariter et operibus ex
hibuit: vt digne ad pontificatus honorem perueniret.
Paupertatis nāq̄ fuit amator. Humilis: mansuetus: et in
omnib⁹ cōpatientiam habēs manuq̄ largissima. Hic
cōstituit vt ad tumulādū romanū pontificem oēs eius
dem ecclesie clerici cōuenirent: sicut et ipse in eorū faceret
obsequijs. Sepultusq̄ est apud sanctū petrū. Et cessa
uit episcopat⁹ mensibus tribus diebus quindecim.

¶ De sancto benedicto monacho. Cap. ccxvj.



Benedict⁹ monachus in campanie partib⁹ .xl. ab vr
be miliario in quodam monasterio
fuit: etate quidem iuuenis: sed mori
bus grandeuus et in sancte cōuersa
tionis regula se fortiter stringens.
Quē cū tpe Totille regis Gothi re
perissent: hūc incēdere cū sua cellula
moti sunt. Ignē nāq̄ supposuerūt et
in circuitu oīa arserūt: cellulā vero
cōburere nequiuerūt. Qd̄ illi viden
tes magisq̄ seuientes ipsumq̄ ex suo habitaculo dedu
cētes prīmū accensum clibanū p coquēdis panibus
inspexerūt: et sic in illū piecerunt: clibanumq̄ clause

runt. Sed die altero, ita illesus inuentus est: vt nec caro eius: nec extrema vestimenta vllo modo cremarentur. Hec Gregorius .iii. dialo. cap. xviii.

¶ De sancto Serapione abbate. Cap. ccxvii.



Serapion abbas vt in octauo libro historie tripartite: et in vitis patrum habetur: fuit in regione arsenoite pater decem milium monachorum: de labore manuum victum querentium quotidianum. Tempore autem messis omnes ad metendum precio conducebantur: et quicquid acquirere potuissent: indigentibus regionis et alexandrie carceratis ac peregrinis in corporum necessitatibus expendebat. Hic tempore iuuentutis existens monachus: post mensam communem panem furabatur: quem sero latenter comedebat. Tandem ad cor rediens: abbati peccatum confessus est: moxque ex ore eius quasi flamma ignis egressa fetorem sulphureum exhalauit. Hic sola vnica syndone amictus: pane tantum pro cibo et aque potu contentus: nihil aliud quotidie sumebat. ¶ Cum autem semel amictum suum pauperi tribuisset: et alteri nudo obuians tunicam dedisset euangeliumque tenens nudus sederet. Interrogatus quis eum expoliasset. respondit quod euangelium quod tenebat. Alias insuper pauperem tertium videns euangelium ipsum vendidit: et pauperi precium dedit dicens quod euangelium omnia precipit vendi: et pauperibus dari. Seipsum ergo euangelium vendi mandat. ¶ Alio tempore existens in quodam oppido paganorum seipsum eis vendidit: quos postquam verbo et exemplo conuerterat: reddito precio ab eis recessit. Hoc idem fecit in lacedemonia apud athenas: seipsum vendens vni primario ciuitatis vt ipsum conuerteret: quod et fecit. Dormiuitque in pace duodecim kalendas aprilis Alexandrie tumulatus.

¶ De sancto aphrodisio episcopo et confessore. Cap. ccxviii.



Aphrodisius gente egyptius prefectus totius egypti erat tempore quo puero Jesu egyptum fugato: et in templo deorum delato idola omnia corruerunt. Quod cum aphrodisius tunc prefectus audisset ad vrbanum in quo simulachra euersa fuerant accessit: et viso puero Jesu cum adorauit ipsum: eumque vna cum parentibus a furore pontificum idolorum eos in deorum suorum vltionem occidere volentium viriliter defensauit. Et extunc in ipsum quasi per somnium credidit. Sed post ascensionem domini cum predicatio euangelii ad egyptum peruenisset: prefecturam deserens antiochiam venit: et ibi baptizatus atque beati petri discipulus factus est. Cum quo postmodum romam iuit. A quo et directus est ad gallias predicandi. Qui etiam ibidem sancto paulo sergio episcopo narbonensi se associauit. A quo ordinatus bituricensis episcopus ad ipsam ciuitatem deuenit: vbi multo tempore officio predicationis insistens et miraculorum gloria refulgens: omnem populum eiusdem vrbis christi nomini subiugauit. Et virtutibus ac etate maturus in domino quieuit .xi. kal. april. et sepultus est in ecclesia sua signis clarescens.



¶ De sancto Victoriano martyre. Cap. ccxix.

Victorianus adrumentine ciuitatis nobilis: vt dicit aphricanus: a quodam proconsule carthaginis quo nullo in persecutione ecclesie durior fuit: diis idolis immolare cogeretur: et omnino renueret proconsulo rebus spoliatus: deinde tantis tormentorum generibus cruciatus quantus humanus sermo non poterit explicare: feliciter tripudians martyrium in eadem vrbe consummauit. .x. kalendas. aprilis. Hec aphricanus.

¶ De sanctis frumentio et alio frumentio martyribus. Cap. ccxx.



Germani duo quorum vterque frumentius vocabatur agri regiensis in ciuitate ouiedi apud tabadensem oppidum passi sunt. Qui sibimutuo iurauerunt tortores rogare: vt semper pari supplicio torquerentur. Tandem igitur a paganis cum die integro penderent suspensi molis in pedibus alligatis: vnus eorum se deponi petiit: et inducias sibi dari. Sed ab altero confortatus: et penitens tortores rogabat: vt lapides maiores adiicerent. Deinde ambo laminis ignitis exustati: et post hec vngulis exarati: et multis quoque cruciatibus vexati: ab ipsis tortoribus tedio derelicti: et a facie eorum proiecti spiritum domino reddiderunt. .x. kalen. aprilis.

¶ De sanctis duodecim infantulis martyribus. Capitulum. ccxxi.



Duodecim infantuli apud aphricam sub persecutione vandalica passi sunt. Qui ab arrianis de numero confessorum christi segregati: non spiritu: sed corpore fugerente quodam teste ebario heretico: quos ipsos nouerat ad cantilenam vocales ac strenuos carthaginem deducti sunt: vbi primo quidem puerili blanditiis suasi: domini arrianis fidei consentire nollent: durissimis verberibus tandem cessarunt: quousque ipsum emiserunt: ibidemque quasi in numero apostolorum sepulti. Quorum exemplo duo negociatores: quorum vterque frumentius dictus est: quinque eiusdem monasterii fratres: scilicet liberatus abbas: bonifacius diaconus: rusticus subdiaconus: rogatus: et maximus. monachi pro fide catholica martyrium pertulerunt. Qui passi sunt .x. kalen. aprilis.

¶ De sanctis Liberato et sociis martyribus. Capitulum. ccxxii.



Liberatus martyr cum vxore et filiis duobus et crescentius presbyter necnon puer quidam annorum .vii. cuius nomen non exprimitur tempore persecutionis arriane in aphrica passi sunt. Nam primo infantulus iussu Syrilli arrianorum episcopi a parentibus raptus matre post raptores conclamante vt se quoque ducerent: diuina voce se catholicum profiterentur in gurgitem demersus est. Quod et de duobus filiis liberati medici factum est. Post hec liberatus et vxor detenti separatim in duobus carceribus missi sunt. Cumque prius liberatum eductum in loco honorabili consedere fecissent: vxorem illi eduxerunt suggerentes ei quod vir suus consenserat arrianis. Que vbi ipsum conspexit in loco sublimiori considentem: verum existimans quod audiuit ipsum de apostasia durissime increpare cepit. Ille vero se catholicum profitens hereticorum fallacias detexit quapropter ambo coniuges gladiis trucidantur. Crescentius autem presbyter tarzetane ciuitatis persecutionem fugiens in speleo quintini montis inclusus media defecit. Horum passio agitur .x. kalen. aprilis. Hec aphricanus.

¶ De sancto Prymnio presbytero et martyre. Capitulum. ccxxiii.



Pygmeni⁹ presby-ter ⁊ martyr rome sub Juliano apostata passus est. Hic Julianum eundē vna cū sancto donato postmodū aretino epo ⁊ martyre a pueritia enutriuit: ⁊ sacris literis erudiuit. Julianus autē post hec factus monachus christi fide inapostatauit: ⁊ diuina pmissione procurante diabolo ad imperij apicem ascēdit: vnde christianos vltra modū persecutus est. Audiens autē qḋ pygmeni⁹ corpora martyrum sepeliret misit eū in exilium in persidē: vbi quadriennio demoratus cecitatē incurrit: post hec in somnijs diuinitus admonitus venit romā. Cū autē vna cum puero ipsum deducente sępē petens clinium sacre vie conscenderet: ostendit baculo redam cesaris transeuntis. Qui pygmenium videns ⁊ eius quodammodo cecitati congaudēs ait, gratias dijs ꝙ te video. At ille gratias inquit deo meo ꝙ nō video. Quem mox imperator per pōtē in tyberim iactari fecit. Cui⁹ corp⁹ a xpianis collectū ī cimiterio pōtiani sepultū est: nō lōge a corporib⁹ abdō ⁊ sennē. nono kalēdas aprilis.

De sancto Murita martyre. Cap. cxxxiiij.



Murita diacon⁹ et martyr cum pluribus alijs apud aphricam passus est: qui cū quendā elpidephorū baptizasset ille postmodum apostatasset: et ad prīcipis dignitatem peruenisset: ab eodem tempus suasus est: vt arrianorū fidei cōsentiret. Cū autē murita non solū ei cōsensum prebere renueret: sed etiam ipsum de apostasia increparet: et vestes candidas quas ei in baptismate dederat: reseruatas ad eius confusionē ostēderet. Elpidephorus ira accensus muritam cumpluribus clericis celos et nudos in exilium relegauit: vbi fame ⁊ inedia ac frigore consumpti martyrium cōpleuerunt. xij. kal. aprilis. Hec victor aphricanus.

De annunciatione beate Marie semper virginis. Cap. cxxxv.



Annunciatio dominica dicitur: q: tali die ab angelo aduentus filij dei in carnē virgini marie annunciatus fuit: vez viij. kalendas aprilis. Cum enim virgo beata a tertio etatis sue anno vsq ad. xiiij. in templo cū alijs virginibus extitisset: ⁊ votū virginitatis nisi de⁹ aliter disponeret emisisset: eam Joseph desponsauit dño reuelante. ⁊ Joseph virga frondente: sicut in historia natiuitatis eius dicetur. vj. Jdus septembris. Et in bethleē vñ erat ioseph necessaria pueritis iuit: ipsam quoq in nazareth in domo paterna dimisit: vbi ad eam angelus venit ⁊ eidē verbi dei aduentū nūciauit. Circa hāc annunciationē sex cōsideranda occurrūt: vez tēporis oportunitas: missi nobilitas: mittentis authoritas: loci congruitas: virginis nuncium suscipiētis sanctitas: et annunciationis nouitas. Primum ergo cōsiderandum occurrit temporis oportunitas: quod fuit in mense. vj. a conceptione ioannis baptiste: que facta est. viij. kalen. Octobris. vt per hoc detur intelligi quod Joannes fuit figura veteris testamenti: vt dicit Augu. Cuius aduentum christi aduentus sequitur. vj. Mense quia in sexta mundi etate dominus incarnatus est: et sexta feria: et hoc. Primo propter numeri perfectionem: quia numerus senarius ex ipsis partibus suis cōponitur: scilicet. iij. ij. et j. nullo superante vel deficiente: vt per hoc perfectio ipsius incarnationis denotetur: in qua cōcurrunt tria: scilicet eterna diuinitas: anima de nouo creata: ⁊ caro ab adam traducta ⁊ due nature: scz diuinitas ⁊ humanitas: et hec cōstituunt vnam personam xpi. Scdō ppter hominis formationē. Nam sicut adā primus sexta feria de terra virgine formatus est: sic ⁊ adā secundus qui est xps de femina virgine incarnatus: ⁊ eodem die anni ad literā vt quidam tradūt qḋ est. viij. Kalen. Aprilis primi ⁊ scdi adē diuerso tēpore vez post annos quinq mille centumnonagintanouē formatio facta est. Tertio propter nature renouationem. Nam filius dei in equinoctio vernali quo tempore omnia renouantur incarnari voluit per hoc ostendens ꝙ per ipsam incarnationem omnia renouabantur. Apocalip. xxj. Ecce noua facio oīa. Secundū est missi nobilitas q fuit angel⁹ gabriel. Congruum enim fuit ꝙ angelus ad virginem mitteref. Primo ex parte ordinis vt ordo reparationis respōderet ordini preuaricationis: vt sicut malus angelus mulierem ad peccati lapsum induxerat: sic bonus angel⁹ virginē ad verbi conceptum induceret. Scdō ratione ipsius virginis. Nā vt dicit hieronymus. Recte mittit angelus ad virginē: q: semp est angelis cognata virginitas. In carne preter carnem viuere: nō terrena vita est sed celestis ⁊c. Tertio rōne finis subsequentis. Nam incarnatio xpi ordinabat ad finē ruine angelice per saluandos homines reparande. Ideo angeli non debuerunt excludi. De quo autē ordine hic angelus fuerit dubitat. Gregorius tenet quod fuerit de ordine supremo dicēs summum angelū venire dignum fuit: qui summum omniū nunciabat. Alij tenent ꝙ de ordine archangelorū q: ipsum ecclesia archangelum nominat: dicentes ꝙ hoc magis cedit ad honorem virginis: q: si quis de superioribus mitteretur ab eo illuminari potius ꝙ nūciari videretur. Quid autē gabriel interpretetur dicet infra prima historia gabrielis. Apparuit autē sibi corporaliter vt visio esset certior: q: corporaliter visa certiora sunt. Cognitio plenior: q: visa etiā p intellectū meli⁹ cognoscunf. Et facto similior: q: nūciabat spūale verbū incarnandū: ideo fuit cōgruū vt corporaliter appareret. Et apparuit corpore humano: q: dei filium nō quodcunq animal: sz hominem assumpturū nūciabat. In sexu masculino tum q: dignior: tum q: magis illuminatiuus: tum q: in ipso sexu dei filius erat hominem assumpturus. In etate iuuenili: q: iuuenis dicit nouitatē cum perfectione. Nam in puero est nouitas impfecta. In sene perfectio antiquata. Et q: angelus nūciabat illum qui erat nouus humanitate et pfectus diuinitate: ideo apparuit in iuuenili etate. In veste alba que denotat innocentiā ⁊ angeli nunciātis ⁊ virginis recipientis et verbi carnē innocentē assumētis. In ortu solis q: veri solis ortū venerat nūciare. Tertium est mittentis authoritas q est ipse deus. Missus est enī angelus a deo patre q ibi posuit suā omnipotētiam: vt ꝑter naturam virgo mirabiliter pareret. A deo filio qui ibi posuit suā sapientiā: vt saluo pudicitie sigillo in ventrem virginis intrare et inde exire sapienter sciret. A deo spūsancto q posuit suam gratiam vt mulier sine peccato cōciperet. Quartū est loci congruitas q: missus est in ciuitatē galilee cui nomen nazareth qḋ interpretatur flos: vt sic locus tempori congruat. Unde dicit Bernardus quod flos natus est de flore in flore et floris tpe. Quintum est virginis nūcium recipientis sanctitas q: missus est ad virginē ⁊c. Ubi tria videnda occurrūt. Primo quare xps in matrem elegit virginem feminā: hoc enim fuit conueniens. Primo ex parte mittentis patris. Non enim fuit conueniens vt xps qui ꝓm naturam diuinā naturaliter est filius dei alium haberet patrem ꝙ deū. Secūdo ex parte concipientis matris. Nam xpi generatio tēporalis est imago generationis eterne: vt sicut de vno patre indiuisibiliter nascitur generatione eterna: sic de vna matre incorruptibiliter nascitur generatione tem

poraliter in vtraq; generatione de vno solo principio procedat. Tertio ex parte incarnati germinis vt sicut verbum sine corruptione in mente concipitur: sic verbum dei incorrupte carni vniatur. Quarto ex parte subsequentis muneris: vt sicut filius dei naturalis sine corruptione nascitur de virgine feminina: sic filii dei adoptiui renascantur sine corruptione de virgine ecclesia. ¶ Secundo quare elegit virginem desponsatam. Huius autem tres rationes a doctoribus assignantur. Prima ratio est vt per hoc sacramentum istud diabolo celaretur: qui videns mariam pregnantem et eam desponsatam sciens: putauit eam de ioseph concepisse: et per hoc aduentum christi non plene cognoscere potuit: quem sciebat de virgine nasciturum/ et hec ratio est origenis. Secunda vt per hoc christus legem implere videretur. Quomodo enim legem non solueret qui ab iniuria legis eripit: et eam pars innupte legem damnetur: et hec est ratio hieronymi. Tertia vt per hoc infamia virginis tolleretur. Maluit enim dominus aliquos de suo ortu quam de matris pudore dubitare. Ideo potius voluit credi filius esse ioseph quam matrem impudicam: et hec est ambrosii. ¶ Quarto vt per hoc ceteris mulieribus exemplum daretur. Nam si beata virgo infamata fuisset cetere virgines sinistra opinione viuentes velamen excusationis haberent quod infamata quoq; mater domini videretur. Et hec etiam est ambrosii. ¶ Quinto vt per hoc virgini testimonium preberetur. Fuit enim ioseph virginitatis domine testis veridicus: qui eam et virginem probauit: et si alter eam cognouisset accusare potuisset. Et hec est augustini. Sexta vt per hoc nato puero a Joseph ministerium preberetur. Cui ioseph nutritius fuit et omnis eius infantie educator: vt dictum est supra de sancto ioseph. xiiii. kalendas Aprilis. Et hec Hieronymi. ¶ Tertio quare elegit virginem nomine Mariam. Hoc enim nomen interpretatur. Illuminatrix: illuminata. Mare amarum. Et domina atq; stella maris. Fuit enim illuminata in verbi conceptione. Illuminatrix in eius parturitione. Mare amarum in eius passione. Domina in ipsius assumptione. Stella maris est in peccatorum conuersione. ¶ Tertium est legationis nouitas que consistit in sex. ¶ Primo in angelica salutatione. Ingressus enim angelus ad eam in cubiculum et orantem inueniens eam nimia claritate et summa reuerentia prostratus vt seruus ad dominam qui iam alias venerat eidemq; apparuerat vt socius ad amicam vultu in terram demisso: iocunda voce inquit. Aue gratia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus etc. Et ostendit ipsam a seruitute liberatam. Aue. i. sine ve. Triplici enim ve mulieres laborant: quod notatur in triplici litera huius nominis eua. Est enim ve pudoris quoad concipientes: et hoc denotat litera E. que est nota irrisionis. Est ve doloris quoad parturientes: et hoc denotat litera U. que est nota lamentationis. Est ve laboris quoad nutrientes: et hoc denotat litera A. que est nota fatigationis. Sed econtra nomen Eua vertitur et fit Aue. i. sine ve pudoris doloris et laboris: quia sine pudore concepit: sine dolore peperit: et sine labore filium educauit. ¶ Dotibus adornatam gratia plena. Hieronymus. Singulis enim gratia largitur per partes. Marie vero simul se totam infundit gratie plenitudo. ¶ Matrimonio copulatam: dominus tecum plusquam mecum dicit Chrisostomus. Quia mecum per gratiam: tecum per naturam: mecum in mente: tecum in carne: mecum quia ab eo sum creatus: tecum quia ex te est incarnatus. ¶ In reginam ordinatam benedicta tu in mulieribus. Augustinus. Maledictio eue in benedictionem mutatur marie etc. ¶ Secundo notatur hec nouitas in virginis cogitatione. Hec enim cum virgo audisset turbata est non perturbata: quod enim turbata est: fuit pudicitie virginalis quod non perturbata fortitudinis: vt dicit Bernardus. Et turbata est non in angeli visione quem sepe videre consueuerat: sed in noua salutatione. Ideo turbata est in sermone eius et cogitabat qualis esset ista salutatio. ¶ Tertio in facti fine legationis narratione. Angelus enim more sapientum legatorum post salutationem virgini factam ex parte dei narrat ei causas sui aduentus dicens. Ne timeas maria etc. Annuncians ei dei filium ex eius vtero incarnandum et ipsum secundum hominem super sedem dauid patris eius perpetuo regnaturum. ¶ Quarto in dubii cuiusdam interrogatione. Nam virgo cum credula verbis angelicis redderetur quantum in facto: non dubitans aliqualiter quin hoc fieret quod mater filii dei esset: dubitans de modo vt doctores dicunt angelum super hoc interrogauit dicens. Quo modo fiet istud etc. Et debz scribi diuisse vt sint due dictiones. s. que pronomen et modo nomen: et non vna dictio quomodo que est aduerbium interrogandi: quasi dicat virgo. Tantum virginitatem predilexi: vt salua diuina dispositione potius eligerem virginem permanere quam corruptam dei matrem esse. ¶ Quinto in ipsius dubii solutione quod immediate angelus soluit dicens. Spiritussanctus superueniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi. Et notanter dicit non veniret: sed superueniret: vt superabundantie gratia ostendatur. Et virtus altissimi eidem obumbratura prenunciet etc. Hec autem obumbratio ipsa est diuini verbi incarnatio. Nam vmbra a lumine et corpore obiecto formatur. Sicut enim sol quodammodo est pater vmbre: et statua siue quodlibet corpus eius mater: et statua ex solis lumine conspiciens lumen: vmbram format in terra: que vmbra patrem solem habet in celis: statuam vero: matrem in terris. Sic christus patrem deum in celis: et matrem virginem in terris que dei lumen concipiens christi humanitatem instar vmbre ex sui natura formauit in terris. ¶ Ultra hec angelus ad letitie virginis cumulum: et eius perfecte fidei firmamentum: elisabeth eius cognatam zacharie coniugem nunciauit sterilem concepisse et iam mensem sextum attigisse vt ex hoc deo possibile quicquid vellet esse assereret. ¶ Sexto in legationis finali conclusione. Nam vbi virgo audiuit quod mater filii dei esset futura: nec propter hoc virginitatem quam deo vouerat amissura summa repleta letitia: genu terre posito expansis manibus oculisq; ad celum erectis cum lachrymis dixit. Ecce ancilla domini: fiat mihi secundum verbum tuum. Statimq; filius dei in vtero virginali de ipsius semine spiritusancto operante conceptus est: perfectus deus: perfectus homo: ex anima rationali et humana carne subsistens. Cuius corporis formatio et organizatio non. xl. seu. xlv. dierum numerum expectauit: sed mox ipso instanti vt virgo verbum protulit: diuina operante omnipotentia perfecta et integralis facta fuit. ¶ Tunc surgens Maria abiit in montana ad elisabeth visitandum: quam vt salutasset Joannes in eius vtero exultauit. Illa per spiritumsanctum in exultatione filii virginem christum in vtero concepisse cognouit et quod non erat prophetauit. Et maria canticum magnificat: cum exultatione decantauit. Et inde apud cognatam tribus mensibus mansit donec Joanne nato ipsa mater christi eidem primum officium obstetricis impendit.

¶ De sancto Gabriele archangelo. Cap. cxxxvi.



Gabriel archangelus quamuis nulla speciali solennitate aliquo anni tempore ab ecclesia recolatur: merito tamen. viii. kalen. apri. de ipso memoria celebris habenda censetur: quia ipso die mysterium incarnationis principium nostre salutis vt dictum est beate virgini nunciauit et ad ipsam legationem deferendam nuncius idoneus pre cunctis angelis a deo electus fuit. Quamuis enim alias plures a deo magna sacramenta nuncianda pluribus sanctis fuerit destinatus: in nullo tamen sicut in mysterio incarnationis fuit tanto honore sublimatus. De ipso enim in scriptura sacra expressum habemus: quod multa predixit danieli de tempore futuro: et secreta nunciauit zacharie de ioanne nascituro. Hic etiam secundum Joannem beleth ortum beate virginis ioachim et tandem eius parentibus nunciauit. Et generaliter licet ex nomi

de gabrielis non exprimat:creditᷣ a plurib⁹ ꝙ ad queq; magna dei sacramenta prenunciãda hic angel⁹ destinetur. Unde ⁊ ex hoc quidam putant eundem fore qui ortum sampsonis matri predixit:et Joseph vt christum puerum fugaret in egyptum in somnis mandauit:eidemq; in egypto herode defuncto vt in iudeam rediret imperauit. Atq; magos vt per aliam viam reuerterentur ad patriam similiter soporatos admonuit. Hic insuper idẽ fuisse arbitratur:qui christo domino passionem expectanti:⁊ sanguineũ sudorem emittenti in oratione apparuit:eiusq; humanitatem secundum motus sensibiles confortauit:ꝙuis aliis rectius videatur:ꝙ ille michael potius fuerit:quia angelus qui tunc christo apparuisse legitur non venit ad aliquid nunciandũ:sed exhortandum:quod potius est officium michaelis ꝙ̄ gabrielis. Dicunt quidam ꝙ non fuerit ille idem angelus qui ortum ioannis ⁊ virginis ⁊ ortũ christi prenunciauit:licet enim eodem nomine appellentur:illud tamen est nomen officij non persone. Nã ista nomina michael:gabriel:raphael:nomina sunt officiorum sicut comes:imperator:episcop⁹:⁊ sacerdos. ⁊ ideo plures angeli idẽ exercentes officium possunt eodẽ nomine nuncupari. Nõ enim videtur cõueniens ꝙ idẽ angelus fuerit nuncius natiuitatis serui ⁊ dñi precursoris et regis. Etiam alter de inferioribus alter de superioribus ordinibus extiterit. Sed hanc opinionem leo papa reprobat in sermone asserens gloriam baptiste inter alia in hoc consistere ꝙ eius natiuitas eodẽ angelo quo ⁊ christi incarnatio prenunciata fuit. ¶ Gabriel vero interpretatur fortitudo dei. Et hoc ideo:quia illum nunciare venit:qui dominus fortis ⁊ potẽs in prelio ad debellandas aereas potestates descẽdit. ¶ Officium autem ei⁹ est secreta mysteria diuina nũciare. Un̄ et de sancta elizabeth de vngaria inuenitur ꝙ gabriel angelus eidẽ plures apparuit:⁊ multas ei diuinas visiones reuelauit:que etiam ei dixit:ꝙ ipse erat angelus:qui verbi dei cõceptũ beate virgini nunciauit:quiq; obitum ipsius virginis eidem predixit. ¶ Est etiam eius officiũ animas iustorũ cum michaele assumere. Unde in vitis patrum habetur:ꝙ quidam frater veniens ad ciuitatem vidit peregrinum egrotum in platea iacentẽ:⁊ in extremis laborantem cui nullus assistebat:viditq; a dextris eius ⁊ a sinistris michaelem:⁊ gabrielẽ archãgelos qui descẽderant ꝓpter aiam ei⁹:rogantes eã vt egrederetᷣ. Sed cũ ex corporis affectione egredi recusaret:dixit gabriel ad michaelẽ vt eam assumeret:⁊ sic abirẽt. Qui respondit quod non poterat:quia impositum a deo sibi fuerat vt animam peregrini sine dolore educerent. Et tunc frater ille vidit dauid cum cythara ⁊ omnes ciues celestis hierusalem psallentes iussu dei descendere ad quorum cantus ⁊ sonitus melodiam anima peregrini sponte a corpore exiuit:quam Michael cũ Gabriele suscepit. Hec in vitis patrum.



¶ De passione dñi nostri iesu christi. Cap.cclxvij.

PAssio domini eodez die quo ⁊ eius incarnatio ad literã post annos.xxxiij.et eadem sexta feria facta est.s.viij.kale.aprilis quo etiam die augustinus quarto de trinitate hominẽq; primum de terra formatum:et ipso die lapsum fuisse testatur:et quidam eundem post annos.dcccccl.ipso die dicunt esse defunctum:vt sic ordo redẽptionis concordet creationi. Et notandũ ꝙ passio domini est memoriter retinenda eo ꝙ ꝙ̄tum ad ꝓcessum fuit iniusta:ꝙ̄tum ad modũ fuit ignominiosa:ꝙ̄tuʒ ad supplicium fuit penosa:ꝙ̄tum ad effectũ fuit fructuosa. Primo ꝙ̄tum ad processum fuit iniusta:quia peccatum non fecit:nec inuentus est dolus in ore eius. Nam que venit indigne pena dolenda venit. Fuit etiam contra humanam legem ꝙ enim in hominem nõ confessum nec conuictum sententia mortis feratur est cõtra omnem legem. Ecce ego (ait pylatus) coram vobis interrogãs nullam causam inueni in homine isto ex his in quibus eum accusatis. De tribus enim eum accusabant ꝙ.s.tributum dari cesari prohibebat:ꝙ se regem dicebat:⁊ ꝙ filiũ dei se faciebat. De primo a pylato interrogatus non fuit:quia manifeste de cõtrario sibi cõstabat ꝙ.s.dixerat. Reddite que sunt cesaris cesari ⁊c. De secundo interrogatus satisfecit manifeste se regem probans:⁊ ꝙ regnum eius non erat hoc mũdo. De tertio interrogatus nõ rñdit. Cum enim eũ pacies interrogasset:vnde es tu: Responsum ei nõ dedit:eo ꝙ diuinam generationem siue etiam humanam mirabilẽ audire indignus fuit. ¶ Fuit secũdo cõtra consuetudinẽ. Nã tẽpis cursu nullã dilationẽ accepit. Un̄ die qua in cõcilio decretũ fuit ipm occidẽdum nullã requiem ei dederunt. Et postq̄ eum ceperunt sine vlla intermissiõe verberauerunt:hincinde traxerunt: flagellauerunt:iudicauerũt:crucifixerũt ⁊c. ¶ Fuit tertio cõtra legẽ naturalẽ. Natura eñi ipsa repugnat in corpus hoĩs mortui plagas innouare. Xp̄s vero iam defunctus in cruce lãcea trãsuerberatur ꝯtra naturalem legẽ. Joãnis.xix. Unus militũ lancea latus eius aperuit ⁊c. ¶ Secundo ꝙ̄tũ admodũ fuit ignominiosa. Et hoc ꝓpter sex causas. Primo propter ignominiosum precium:q: pro triginta argenteis comparabilis precij sanguis venalis factus est:vt ꝓ tam vili ꝓcio quis nõ daret asinũ:aut deforme mancipiũ. zacha.xj. Appenderunt mercedem meã.xxx.argenteis ⁊c. ¶ Scdo propter ignominiosum officiũ:q: crucis suppliciũ suũ portare compellitur qđ nusq̄ de latrone auditũ est. figura isaac qui ad immolãdũ vadẽs ligna sibi detulit. genesis.xxij. ¶ Tertio ꝓpt ignominiosum locum:q: in loco caluarie vbi malefactores ⁊ scelerati ex̄ ciuitatẽ puniebantur. ¶ Propter ignominiosum suppliciuʒ:q: morte turpissima cõdẽnat⁹ est. Crux eñi supplicij erat latronũ vel quorũcũq; sceleratorũ. Sap.ij. Morte turpissima cõdẽnem⁹ eũ. ¶ Quinto ꝓpter ignominiosum ludibriũ:q: corã multitudine nudus cõstituitᷣ in cruce suspẽsus. psalmista. Tota die verecũdia mea cõtra me est. Et alibi. Diuiserũt sibi vestimenta mea ⁊c. ¶ Sexto ꝓpter ignominiosum cõsortiũ:q: cũ sceleratis deputat⁹ est.i.cũ latronibus:quoruʒ vn⁹.s.dismas q̃ erat a dextris:vt dr̄ in euãgelio nicodemi:cõuersus ad penitentiã saluat⁹ est. Ali⁹ q̃ erat a sinistris.s.gesmas obstinat⁹ ꝑmanẽs est dãnat⁹:vt dicetᷣ infra de sancto dismã. ¶ Tertio ꝙ̄tũ ad suppliciũ fuit penosa:acerba:⁊ dolorosa. Et hoc ꝓpter septẽ rõnes. ¶ Primo ꝓpter carnis xp̄i paciẽtis vi

Incipit prologus quarti libri.



Quartꝰ liber presentis catalogi continet gesta ⁊ passiones illorum sanctorum quorum festiuitates occurunt intra tempus in quo representat ecclesia solennem sponse a sponso factam traductionem: ⁊ ipsius dotationem siue adornationem quod tempus fuit a resurrectione domini vsqꝫ ad diem penthecostes. Et ipsum tempus ecclesia dei prout ad literam euenit representat. ¶ In quo quidem tempore pronuba christi figuratiue primo in die resurrectionis domini et per octauam de domo tyranni diaboli qui pater eius factꝰ fuerat: non creando sed decipiendo per christum resurgentem educitur. Cui ⁊ per psalmistam dicitur. Obliuiscere populum tuum et domum patris tui. ¶ Secundo ipsa eadem nupta ab octaua pasche vsqꝫ ad ascensionem mystice vestitur ⁊ colitur atqꝫ dotibꝰ adornatur. ¶ Nā in prima dominica post pascha glorificatur in corpore et vestitur immortalitate. In cuius figura ipsa dominica vocatur in albis: tolliqꝫ candidis neophyti vestiuntur: quod denotat dotes corporis immortalis. Et in euangelio de gloria dominici corporis ad discipulos clausis ianuis introgressi memoria fit: quod est figura nostre future corporee glorificationis. ¶ In reliquis quatuor subsequentibus dominicis glorificatur in anima: cuius dotes secundum Augustinum sunt visio ⁊ dilectio. ¶ Ideo in secunda et tertia dominica representatur beatorum visio in libro scilicet apocalypsis qui tunc legitur: vbi narratur de viginti quatuor senioribus et de angelis ac turba magna sanctorum stantibus ante thronum diuinaqꝫ fruentibꝰ visione. ¶ In quarta et quinta dominica representatur eorundem dilectio in epistolis canonicis que tunc leguntur: in quibus de dilatione precipue pertractatur. ¶ Tertio ipsa eadem sponsa a die ascensionis vsqꝫ ad penthecosten subarratam: vt dictum est feliciter dotata in domum sponsi christi solenniter introducitur: et hoc in personam christi carne gloriosi et sanctorum glorificatorum cum illo ascendentium: vnde tunc cantatur. Ascendens christus in altum captiuam duxit captiuitatem: et ascendit deus in iubilatione ⁊c. Ad huius ergo temporis festa discutienda procedendum est.

Finis prologi quarti libri.

Incipit liber quartus a pascha resurrectionis domini: vsqꝫ ad penthecosten.

¶ De resurrectione domini nostri iesu christi. Capitu. j.



Resurrectio domini nostri Jesu christi tertio die a passione ipsius facta est: eo videlicet die ad literam quo hic ponitur .vj. kalēdas Aprilis. Circa quam resurrectionem quatuor cōsiderare debemus. s. factum miraculosum: tempus gratiosum: modum gloriosum ⁊ fluem fructuosum: atqꝫ preciosum. Primo considerare debemꝰ factum miraculosum: nam omnem naturalem cursum excedit: quia secundum philosophum. Quod semel corruptum est secundum suā formam specificam: impossibile est idem numero reparari. Tamen aliquibus rationibus probabilibus potest probari christum resurrexisse: ⁊ per naturam: ⁊ per figuram ⁊ per scripturam. Primo per naturam phenicis: nam phenix que est sola in mundo sue speciei postqꝫ per annos .ccc. vixerit: vt dicunt naturales: montem excelsum ascendit ⁊ de lignis pluribus aridis nidum sibi facit. In quē intrans alas aperit et versus solem aerem pulsat et pulsando ignem excitat: quia cum regio illa que prope equinoctialem sit calidissima ex solis inflammatione et aeris percussione faciliter ignis accenditur: sicqꝫ phenix in nido comburitur: cuius corpus combustum solis radiis nutritur: ⁊ ex eo post dies aliquot nouam phenicem producit: sic quodammodo christus phenix est solus in mundo sine semine humano cōceptus qui carnem antiquatam propter ade peccatum ad sublimia caluarie montis adduxit/ ⁊ ibi nidum sibi crucis elegit: que de quatuor lignis fuit quem ascendens alas. i. brachia extendit: igneqꝫ charitatis vltra modum accensus carnem passione vsqꝫ ad spiritus emissionem combussit: sed eterni solis diuinitas ipsum corpus in sepulchro refouit: ac ex resurrectione glorificatum in nouum hominem excitauit. Leo etiam dicitur nasci mortuus qui ad patrisꝰ vocem rugientis post triduum excitatur. Sic et christus qui est ille leo de quo Apocalypsis. v. Ecce vicit leo de tribu iuda ⁊c. post triduum mortis sue paterna voce ipsum excitante suscitatur. ¶ Secundo per figuram. Nā vt habetur. iij. Regum. capitulo. xvij. Helias filium sareptane vidue super eius lectulum positum a mortuis suscitauit. Helias autem qui interpretatur deus meus significat deum patrem: qui filiū suū in crucem mortuū in sepulchri lectulo collocatus a mortuis excitauit. Hic est filius marie secundum carnem que propter eius passionem viduata fuit: vel filius synagoge: que ipsum mortuum semper existimans semper in viduitate manet. Tertio per scripturam. j. corint. xv. c. Tradidi vobis in primis: quod et accepi qꝫ christus mortuus est: ⁊ quia resurrexit tertia die secundum scripturas. Et in symbolo patrum additur qꝫ resurrexit tertia die secundum scripturas. Licet enim de ceteris articulis humanitatis scripture loquantur tamen in hoc additur secundum scripturas quia hic articulus est difficilior ad probandum ⁊ magis dubius ad credendum:

credēdū: vt q: scripture credere debem⁹: merito resur-
rectionē cꝑuis improbabilē credamus. ¶ Scđo ꝯsidera-
re debemus tꝑs gratiorum. Et hic tria sunt notanda. s.
quare xp̄s die tertio ⁊ nō añ resurgere voluit: quare cū
alijs in vltima resurrectione resurgere nō expectauit et
qua hora resurrexit. Circa primū sciendū est ꝙ non fuit
cōueniens vt ante diē tertiū resurgeret triplici ratione.
¶ Primo propter mortis sue ꝓbationē sicut enī in tri-
bus testibus stat oē v̄bū: ita in trib⁹ dieb⁹ experit̄ oē fa-
ctū. Et vt mortuū se ꝑfectissime cōprobaret vsq ad diē
tertiū iacere voluit i sepulchro. Nā si añ resurrexisset: po-
tuisset opponi ꝙ vere mortuus nō fuisset: cū hō vsq ad
xxvj. horas possit ex aliqua angustia q̄si mortuus deti-
neri vt phisici dicūt. Ideoq. xl. horis mort⁹ stetit. ¶ Se-
cundo propter sue ptātis ostēsionē: q: si statim resurre-
xisset: nō videret̄ habere ptātē ponēdi aīam suā ⁊ iterū
sumēdi eā. ¶ Tertio ꝑpter nr̄e mortis significationē: vt
ꝑ hoc ostēdat ꝙ crux sue mortis curauit nr̄am duplicē
mortem: ⁊ iō vna die integra ⁊ duabus noctibus iacuit
in sepulchro. Nā vna dies significat ei⁹ simplicē mortē:
due noctes nr̄am duplicē mortē. ¶ Circa scđm dicēdū
ꝙ triplici rōne nō expectauit cū alijs resurgere in no-
uissimo die. ¶ Primo ꝑpter corporis dignitatem: quia
non erat decens vt corpus deitati vnitum cum ceteris
puluisceret. ps. Non dabis sanctum tuum videre cor-
ruptionem. ¶ Secūdo propter fidei firmitatem: si enī
non surrexisse fides perisset: nec aliquis ipsum verū deū
credidisset. prime Corinthiorum. xv. Si xp̄s nō surre-
xit inanis est fides nostra. ¶ Tertio propter nostre re-
surrectionis exemplaritatē. Nā si xp̄s resurrexit ⁊ nos
resurgemus vt dicit apostolus: quia eius resurrectio est
causa exemplaris nostre. vnde Gregorius. Habem⁹ spē
resurrectionis nostre considerata gloria capitis nostri.
¶ Circa tertium sciendum quod de hora resurrectio-
nis doctores diuersa senserunt. Hieronymus ⁊ quidā
alij tenēt qđ surrexit in media nocte: adducentes illud
in figura iudicum. xvj. Dormiuit sampson vsq ad no-
ctem mediam. Sz si hec opinio vera esset xp̄s solū. xx-
iiij. horas mortuus extitisset. Augustinus vero et quidā
alij tenent quod summo diluculo surrexit. vt sic. xl. ho-
ris mortu⁹ fuerit: ⁊ adducunt ꝓ authoritate illud. ps.
Exurge gloria mea exurgā diluculo. ¶ Tertio habem⁹
cōsiderare modum gloriosum. Circa quod sciendum
qđ xp̄s resurrexit. ¶ Primo potēter q: propria virtute.
Joannis. x. Potestatē habeo ponendi animam ⁊ iterū
sumendi eam. ¶ Secundo feliciter: quia deposita omni
miseria. Habuit enim dotes. iiij. que corporibus nostri
glorificandis in fine debentur que sunt apposita corpo-
ri nostro morituro. Corpus enim nostrū nunc est pas-
sibile: obscurum: grossum ⁊ ponderosum. Tunc aūt erit
impassibile: q: mors vltra non erit: neq luct⁹ neq cla-
mor: neq vllus dolor. Et xp̄s resurgēs a mortuis iam
non moritur. Roma. vj. Item erit luminosum: quia ful-
gebunt iusti sicut sol in regno patris eorū. Et xp̄s resur-
gens habuit in corpore eandem claritatem quā habuit
transfiguratus in monte quando resplenduit facies ei⁹
sicut sol. Item erit subtilissimum in cuius figura corp⁹
xp̄i clausis ianuis ad discipulos intrauit: sicut solis ra-
dius ex subtilitate penetrat corpus perlucidum. Item
erit agilissimū quia assumēt pennas vt aquille volabūt:
⁊ nō deficient. Esa. xl. ¶ Tertio surrexit mirabiliter: q:
clauso sepulchro exijt sicut alias clauso vtero matris
processit. Legitur quod anno domini. M. cxj. cuidam
monacho sancti laurentij extra muros vrbis miranti
de cingulo suo insoluto et ante illū proiecto vox in aere
facta est. Sic potuit christus clauso prodire sepulchro.
¶ Quarto surrexit vtiliter quia capta preda. Hiere. iiij.
Ascendit leo de cubili suo et predo gentium se leuauit.
¶ Quinto socialiter: quia cum pluribus resurrexit. Nā
multorum corpora sanctorum surrexerunt cum eo ⁊c.
vt habetur Matth. xxvj. In quibus vt plurimi docto-
res opinantur perfecta resurrectio cōpleta est. Et hoc
probatur. ¶ Primo quia ad hoc cum domino surrexe-
runt vt fidem resurrectionis eius per simile confirma-
rent. Et ideo apparuerunt multis. Hanc autem fidem
confirmare non possent si iterum morituri fuissent: ⁊ et
in ipsis perfecta resurrectio completa non esset. Itē ꝓ-
batur per authoritatem petri de dauid: quem petr⁹ die
penthecostes in testem xp̄i allegādo produxit dicēs de
eo. Et sepulchrū eius apud nos est. Actuum. ij.
Non enī petrus ausus est dicere corpus dauid ibidem
esse. Et sepulchrum eo quod ꝑ spm̄ sibi infusum iam
ipsum nouerat ꝑfecta resurrectione cū dn̄o surrexisse.
Itē probat̄ ꝑ euidentiam. Nā iacob in egypto moriēs
se ad hebron in sepulchro patrum sepeliendum man-
dauit. Joseph filios adiurauit vt qñ de⁹ eos visitaret ⁊
de egypto educeret ossa ei⁹ ad p̄nū tumulū trāsporta-
rēt. Cura enī fuit istis sanctis: vt dicit Comestor. sepeli-
ri in loco illo vbi deo reuelāte xp̄m sepeliēdū nouerāt:
vt cū eodē resurgēte cōcius resurrectionem accelerent: ꝙ
nō essent si verā resurrectionē se nō obtēturos ꝑsciuis-
sent. ¶ Itē ꝓbat̄ ꝑ textū euāgelicū q: dr̄ ꝙ sancti q cū
dn̄o surrexerūt venerūt in sanctā ciuitatē: ⁊ apparue-
rūt multis. Nā hoc v̄bū apparere non cōpetit nisi cor-
porū glorificatorū ꝑpter ei⁹ dotes p̄missas in momen-
to vt̄: ⁊ subito nō vt̄. Nusq̄ enī dr̄ de lazaro ꝙ apparue-
rit: q: ꝑfecta resurrectione nō fuerat suscitat⁹: sz iterū
moriturus. ¶ Sexto surrexit veraciter: tripliciter aūt
se xp̄s resurrexisse cōprobauit. ¶ Primo ꝑ angelicā atte-
stationē. Angelus enī q nō mētit̄ eiusdē resurrectionē
nūciauit. Et nō solū vnus angel⁹ trib⁹ marijs: sz etiā
duo angeli magdalene: vt euangeliste testant̄: q: in ore
duorū vel triū testiū stat oē verbū. ¶ Scđo ꝑ oīm sen-
suū cōprobationē. ¶ Probauit enī se vere surrexisse ꝑ
sensū visus: q: cicatrices ostēdit: ⁊ ꝑ hoc se surrexisse ve-
re demōstrauit in eodē corpe quo passus fuit. ¶ Per
sensū audit⁹: q: aperuit illis sensū vt itelligerēt scriptu-
ras. ¶ Per sensū olfact⁹: q: insufflauit i eos ⁊ dixit. Ac-
cipite spm̄ scm̄ ⁊c. vbi dicit glossa iterti. ꝙ xp̄s habuit
anhelitū refrāgantē: cui⁹ odorē apli sentiētes ipm̄ ve-
re surrexisse cognouerūt. Per sensū gust⁹: q: cū come-
disset corā eis sumēs reliquias dedit eis. Et in die ascē-
sionis cōuescēs precepit eis ab hierosolymis ne discede-
rēt. ¶ Per sensum tact⁹: q: thomas cicatrices tetigit:
et in fixuras clauorū digitū: ⁊ in aperturā lancee manū
misit. ¶ Tertio per frequentē apparitionē. Nam die ip-
so resurrectionis. v. vicibus apparuit et alijs diebus se-
quētibus alijs. v. ¶ Primo enī apparuit marie magda-
lene. Joannis. xx. ⁊ marci vltimo. Secundo tribus ma-
rijs a monumento redeūtibus: dicens eis. Auete. Mat-
the. vlti. ¶ Tertio apparuit simoni. sed vbi vel quando
nescitur. Dicit tamē Damascenus: qđ cū petrus a monu-
mento redisset ad foueam suam redut: vt peccatū suum
defleret. Tūcq sibi dn̄s apparuit: ⁊ se surrexisse declara-
uit: ac peccatum suum sibi dimissum nunciauit. Luce
tamen cap. xxiiij. habet̄: ꝙ surrexit dn̄s vere ⁊ apparuit
simoni. ¶ Quarto apparuit duobus discipulis eunti-
bus in emaus. Luce. vlti. ¶ Quinto. x. discipulis in ce-
naculo congregatis thoma absente. Joannis. xx. Hec. v.
apparitionis ipsa die resurrectionis facte sunt: ⁊ has re-
presentat sacerdos in missa quinquies. se ad populum
cōuertens. ¶ Sexto apparuit. xj. discipulis octaua die
cōgregatis ⁊ Thoma presente. qui tunc ipm̄ tetigit ⁊ ci-
catrices palpauit. Joānis. xx. ¶ Septimo apparuit di-
scipulis. vij. ad mare galilee piscantibus. Joannis vlti-
mo. ¶ Octauo apparuit. xj. discipulis in thabor monte
galilee. Matthei vltimo. Nono discipulis recūbentib⁹
in cenaculo die ascensionis vbi eorum incredulitatem
exprobrauit ⁊ cum eis comedit. Matthei vlti. et Actuū.
j. ¶ Decimo et vltimo apparuit eisdem ipsa die in mō-
te oliueti. vnde ab eis in celum ascendit. Actuum pri-
mo. Hec decem apparitiones ab euangelistis expresse
ponuntur. ¶ Sunt et alie tres que in ipsa die resurre-
ctionis facte dicuntur. ¶ Prima Quando apparuit ia-

cobo iusto: de qua in ei⁹ passione dicetur kalēdas maij. ¶ Secunda quando apparuit Joseph ab arimathia de qua infra proxima legēda. ¶ Tertia ante omnes istas et alias quascunq ipsa hora qua resurrexit virgini gloriose apparuit: licet hoc euangeliste subticeant. Hoc enim non solum Ambrosius lib. de virginibus testatur dicens: vidit maria mater domini resurrectionem eius: et prima vidit et credidit: sed etiam ecclesia romana hoc approbare videtur: que ipsa die apud sanctam mariam maiorem celebrat stationem. ¶ Quarto habemus considerare resurrectionis effectum fructuosum: qui reuera quadruplex est. Est enim resurrectio christi operans iustificationes peccatorum: docens nouitatem morum: generans spem de receptione remunerandorum: et creans resurrectionem omnium mortuorum. ¶ De primo rom. iiij. Traditus est propter delicta nostra: et resurrexit propter iustificationem nostram. ¶ De secundo roma. v. Quomodo christus surrexit a mortuis per gloriam patris: ita et nos in nouitate vite ambulemus. ¶ De tertio prime petri secundo. Propter magnam misericordiam suam regenerauit nos in spem viuam per resurrectionem iesu christi ex mortuis. ¶ De quarto. j. Corinth. xv. Christus resurrexit a mortuis primitie dormientium: quoniam quidem per hominem mors et per hominem resurrectio mortuorum.

¶ De sancto Joseph ab arimathia. Cap. ij.



Joseph ab arimathia siue ramathea ciuitate iudee nobilis decurio occultus christi discipulus fuit. qui corpus eius defuncti a pilato petiuit: et cum aromatibus in sindone munda in suo proprio monumento exciso de petra quod ipse sibi parauerat: sepeliuit. In quo nondum quisq positus fuerat: ne forte si christus resurgeret alter ibidem alias tumulatus crederet. Quapropter indignati iudei ipsum ceperūt et in quodam cubiculo clauso et sigillato recluserūt: post sabbatum occidere cogitantes. Et ecce iesus die resurrectionis ad eum intrauit: et faciem eius a lachrymis extersit: et osculum dedit ac suspensa domo a iiij. angelis in aerem: inde christum saluis sigillis eduxit: et in arimathia in domo propria collocauit. Hec in euangelio nicodemi. Cum autem Joseph post ascensionem domini a discipulis baptizatus fuisset: et christum cum eis predicaret: a iudeis iterum captus: et in quodam muro inclusus est: vt ibi in fame et tenebris interiret. Cum vero hierusalem a tito imperatore capta et destructa esset: videns ipsum murum titus cum aperiri fecit: et ioseph venerāda canicie et aspectu glorioso introclusum inuenit: et quis esset aut cuius rei causa ibi inclusus fuisset: ab eo audiuit: addiditq q a die qua intromissus ibidem fuit vsq tunc celesti fuerat cibo refectus: et diuino lumine cōfortatus. Qui post captam hierusalem cum discipulis omni tpe vite sue pmāsit: et in senectute bona in dño quieuit.

De sancto Nicodemo discipulo. Cap. iij.



Nicodemus ex phariseis gamalielis doctoris honorabilis iudeorū nepos et auditor fuit. Hic videns signa q̄ Jesus in hierusalē fecerat circa festū pasche primo ei⁹ pdicationis anno in eū credidit: et ad eū visitādū nocte venit: auditisq sermonib⁹ ipsi⁹ occult⁹ et ipse iesu discipul⁹ extitit: q̄ etiā in pcilio iudeorū de morte iesu tractantiū cū pōtificib⁹ fuit ipm p posse defendit. Et cū de iesu occidēdo inter eos dubitatū fuisset: ppter amorē magistri clādestine cōspirationē iudeorū magdalene nūciauit: quatenus sibi precaueret: vt secederet a finibus iudeorum. Quod magdalena Jesu secreto p epistolā reuelauit ex nomine nicodemi: cum ipse iā ad ciuitatē efrē iuxta desertū psecutionē fugiēs declarasset. Hec damascen⁹ ponit. Qui etiā vna cū ioseph ab arimathia sepulture christi obsequiū impēdit. Sz post ascēsionē xpi ab apostolis petro et ioāne baptisma suscepit: ppter qd iudei contra ipm stomachati vsq ad mortē eū ceciderūt: et plagis affectū semiuiuum reliquerunt omni substātia spoliātes. Gamaliel vero ipm collectū in possessionē suā gophargamala extra ciuitatē adduxit: et ibi ipm dieb⁹ plurib⁹ refouit. Qui tādē in christo obdormiuit: et sepult⁹ est a sancto gamaliele in eius sepulchro: vbi et corpus prothomartyris stephani iam pridē fuerat tumulatum.

¶ De sancta Maria iacobi. Cap. iiij.



Maria iacobi: scilicet minoris mater que ab alio euāgelista dicitur maria cleophe: subaudi filia fuit soror beate virginis vterina filia sancte anne et cleophe: cui ipsa nupserat mortuo ioachim primo viro domine nostre patre: hec tradita est in coniugem alpheo: ex quo quatuor filios procreauit. s. iacobū apostolū: qui dicit minor ad differentiam alteri⁹ maioris: nō q iste minor fuerit etate: sed posterior vocatiōe. Joseph iustū q̄ dr barsabas q̄ cū mathia sortit⁹ fuit: et simonē et iudā aplos. Hec cū maria matre iesu sorore sua ad crucē dñi stetit: et cū ea mortē iesu defleuit: atq cū magdalena et altera maria circa corp⁹ dñicū perungēdū sollicita fuit. Ideoq eisdē dñs appuit vt supra de resurrectione dictum est. Cui⁹ corp⁹ in prouincia puincie requiescit in ciuitate.

¶ De sancta Maria salome. Cap. v.



Maria Salome subaudi filia fuit etiam soror dei genitricis vterina filia sancte anne et salome: cui anna post mortem duorum virorum. s. Joachim et cleophe matrimonio fuit copulata. Uel vt q̄dam voluit hec maria binomia fuit. s. maria et salome. Aliis placet quod salome nomē mulieris fuit que passioni domini cum maria eius matre interfuit: et q tū nec maria vocata fuit: nec soror virginis extitit. vñ et Matthe⁹ euāgelista duas solas marias. s. magdalenam et alterā mariā nominauit. Doctores tū cōmuniter tenent: quod fuerint tres marie. Cū quibus potuit esse et alia mulier salome: de qua dicit in eius festo: quam et hieronym⁹ in suo martyrologio ponit. Hec autē maria salome vxor fuit zebedei: ex quo genuit filios. iacobum maiorē aplm et ioannem euangelistā. Et hec cū sororibus circa passionem christi et sepulturam et corporis vnctionē laborauit: et christumq sibi et duabus aliis apparentem videre meruit: vt supra dictum est: hec filium suum ioannem euangelistam audiens rome detentum ad ipsum visitandū accessit. Sed cum eum in exilium relegatum audisset: et rediret in ciuitatē cāpanie que dicit verulana defuncta est: cuius corpus in specu sepultum dudum latuit: sed reuelante filio suo iacobo processu temporis inde leuatū est miro fragrans odore et miraculis fulgens: atq in ipsa ciuitate digno honore conditum est. Horū predictorū quatuor sanctorū ideo hic acta ponuntur: quia dies certos non habentes optime resurrectionis festo applicantur: eo quod sepulture et resurrectionis dominice consortes primarie fuerūt atq participes.

¶ De sancto Joanne anachorita confessore. Cap. vj.



Joannes anachorita: vt ait Sigibertus: ⁊ in vitis patrum habetur: anno primo imperatoris theodosij senioris sanctitate ⁊ spiritu prophetie in egypto claruit: habuitq̄ cellam in eremo thebaidis in rupe ascensus grauissimi et pene inaccessibilis ĩ qua inclusus. lx. annis ꝑmansit. Qui nūq̄ mulieri ⁊ vix rarissimus viris se loqui permittebat. Nullus tamē ad se intrare vnq̄ voluit: sed per fenestram solummodo loquebatur. Hic theodosio imperatori ꝑ literas de eugenio tyranno triumphum predixit: eidemq̄ principi suum obitū satis longe spiritu prophetico p̄renūciauit. Cuidam etiam romanorum duci de gente ethiopum que thebaidem ciuitatem inuaserat: certa die victoriam prophetauit: ⁊ vt predixerat per omnia euenit. ¶ Cum quidam tribunus cum rogaret vt coniugem suam ad se videndū ex deuotione venire permitteret omnino denegauit: promisit tamen eidē quod ipsa nocte illam visitaret. Dormientibusq̄ ipsa nocte ambobus coniugibus per visum apparuit: et mulierem in domino confortauit. Que euigilans: ⁊ que viderat viro referens vultum ⁊ gestus ac habitū viri sancti prout erant exposuit ac si ipsum corporaliter vidisset. ¶ Preposito etiam cuidaꝫ militum qui ad se de longe venerat: et vxorem pregnantem reliquerat: nunciauit coniugem masculum peperisse: ⁊ vix periclitantem in partu tandem nutu dei euasisse: monens vt domū rediret et filium. vij. dierum natum inueniret: quē ⁊ ioannem vocari mandauit. Qui regressus omnia vt sibi predixerat contigisse repperit: ⁊ ioannem puerū nominauit. Sex monachos cuꝫ vno diacono ad se venientes quis eoruꝫ esset clericus interrogauit. Quibus respondentibus neminem: diaconuꝫ alijs iuniorem per spiritum cognouit: ⁊ quis esset ostēdit: et de mendacio illos redarguens bene edificatos remisit. Occulta etiam cordium pluribus: et peccata que commiserant reuelabat. Sicq̄ multos ad penitentiam inducebat. Per triduum ante obitum suuꝫ neminem ad se ingredi permisit: vt sic deo liberius vacare posset. Et positis genibus in oratione spiritum emisit. vj. kalen. aprilis.

¶ De sancto ioanne obediente confessore. Capi. vij.



Joannes monachus ab adolescentia sua cuidam seniori tanta humilitate deseruiuit: vt ipsi quoq̄ seni stuporem inferret. Die quadam iussus ab eo vt saxum immane volueret qđ turba hominum magna vix voluere posset: nūc applicata ceruice: nunc pectore toto nixu voluere conabatur. Adeo vt sudore membrorum totum infunderet vestimentum: ea videlicet fide ac obedientia qua putabat senem nil posse sine ratione vel incassum precipere: mirabilis enim humilitatis ⁊ sollicite obedientie vir fuit. Ideoq̄ cognomen ex obedientia sortitus est. Abbas sūꝰ aliqñ vt eū ꝓbaret lignū aridū pro foco paratū: iam ꝓpe putridū vetuste defixit in terrā: iussitq̄ inueni aqua quotidie bis rigare donec viresceret: qđ mādatū ille vt possibili sumens aquam bis in die quasi duobus miliaribus efferens lignum irrigabat: ita vt nulla occupatiōe vel necessitate aut festiuitate aut hyemis asperitate itermitteret aut retardaret preceptū. Sicq̄ anno integro continuauit: donec abbate iubēte lignoq̄ impulso ruēte irrigare cessauit. Alias etiam vt veniēs ad se exemplo edificaret presentibꝰ quibusdam monachis iussit ioanni vt lenticulam olei que sola in eremo vel sibi vel aduenientium vsibus necessaria erat deorsum abijceret per fenestram: quod ille nil precogitans de inepto precepto vel necessitate aut olei penuria mox adimplere curauit. Hec cassianus et ex vitis patrum.

¶ De sancto Gunterano rege ⁊ cōfes. Ca. viij.



Gunteranus Rex francoruꝫ tempore maurittij imperatoris miraculis et sanctitate refulsit. Qui ita se spiritualibꝰ actionibꝰ mācipauit: vt relictis seculi pompis thesauros suos ecclesijs ⁊ pauperibꝰ erogaret. De hoc paulꝰ in historia longobardorū refert: qđ dū venatū iuisset in syluā hac illac cūctis discurrētibꝰ ipse ĩ genibꝰ fidelissimi soci grauiter soporatꝰ obdormiuit. De cuius apto ore paruū reptile egressum dum tenuem riuulū ibidē positum transire satageret: ille in cuiꝰ gremio rex quiescebat spatam euaginatam super riuulū posuit ꝑ quaꝫ animal trāsiens mōtis foramē intrauit. Atq̄ post morulam egressus in os regis dormiētis socio stupēte rursus introiuit. Expergefactꝰ rex dixit se vidisse ĩ somnis qđ fluuiū ꝑ pontē ferreū pertrāsibat: ⁊ speluncā mōtis ingrediēs auri pōdꝰ maximū inuenerat. Retulit sociꝰ ꝙ ipso dormiēte cōtigerāt: ⁊ effosso loco quē serpens intrauerat: reperti sunt infiniti thesauri ibidē dudū abscōditi. de quo auro rex fecit ciboriū maximū sup sepulchrū dñi deferēdū gemmis ornatū. Qđ cū illuc deferri nō posset positū est supra corpꝰ sctī marcelli martyris ĩ ciuitate cabilonēn. passi ⁊ sepulti: cuiꝰ festuꝫ agit̃ pridie non. septēbris. Qđ vsq̄ hodie ibi manet. Reliquū vero ipsiꝰ thesauri sanctꝰ rex pauperibꝰ dispēsauit. ⁊ in ciuitate cabilonē. q̄ tūc regni sedes erat in dño q̄euit. v. kalē. aprilis: vbi ⁊ tumulatꝰ miraculis claret.

¶ De sanctis Prisco Malco ⁊ Alexādro martyribus. Cap. ix.



Priscus malcus ⁊ Alexāder martyres apud cesareā palestine passi sunt sub ꝑsecutione valeriani q̄ diuino fidei calore succensi vltro iudicē adeūtes: cur tātū ĩ sanguinē xp̄ianorꝫ deseuiret obiurgāt. Quos ille cōtinuo ꝓ xp̄i noīe tētos bestijs tradidit deuorandos. v. kal. aprilis.

¶ De sanctis Armogaste Archimimo ⁊ Satyro martyribꝰ. Capi. x.



Armogastes archiminꝰ ⁊ Satyrꝰ martyres apđ aphricā tpe vādalice ꝑsecutiōis sub gēserico rege arriano cū eēnt xp̄ianissimi ⁊ ꝑtinatiā arrianoruꝫ libertate catholica frequēter arguerēt martyriū passi sūt. ¶ Ex q̄bꝰ archiminꝰ ducꝰ est ad decollādū mādāte rege: vt si expauesceret gladiū decollaret: sin autē dimitteret. Sꝫ q̄ ꝯstās stetit ⁊ ĩ nullo territꝰ fuit dimissus cōfessor redijt solo aīo martyriū patiēdo. ¶ Satyrꝰ autē cū eēt ꝓcurator domꝰ henricij edictū ꝯ eū proponit vt si cōsentiret nollet rebus omnibꝰ spoliaret: filij in seruitutē traderent vxor quoq̄ eiꝰ in cōiugeꝫ camerario daretur: datis inducijs vxori ad seducendū viꝫ. Que cū diebꝰ plurimis ipsum blanditijs et lachrymis auertere non valeret que contra eum decreta fuerant exequuntur. ¶ Armogastes vero postq̄ diu tortus: ⁊ in equuleo vno pede suspensus dudū tollerasset ad ꝯfessione sui a theodorico principe in bizagonam prouinciaꝫ prope carthaginē relegatur: vt pastor esset vaccarum:

vbi in confessione christi perseuerans migrauit ad dominum. Quem cũ quidã felix christianus iuxta ciuitatem sepelire vellet prout ei sanctus per visionẽ mãdauerat: cistã sepulchrã reperit preciosã: in quo ipsum sepeliuit. Horũ passio recolit. iiij. kal. aprilis.

De sancto Eustasio abbate. Capi. xj.



Eustasius abbas monasterij luxouiensis discipulus fuit sancti columbani abbatis. hic sexcentorum pr̃ ferme extitit monachorũ et vita et sanctitate conspicuus etiam miraculis claruit: et in eodem cenobio. iiij. kalendas aprilis feliciter obdormiuit.

De sancto Secundo martyre. Capi. xij.




Secundus miles et martyr in ciuitate asten. passus est tẽpore adriani imperatoris sub pfecto sapritio. Qui a beato calocero q̃ ab eodẽ pfecto in ipsa vrbe i carcere detinebat̃ fidẽ christi edoct⁹ est. Cũ autẽ sanctus martian⁹ i terdonẽ. ciuitate teneret̃ in custodia. Sapriti⁹ illuc pficisci voluit vt eũ faceret immolare. Cũ q̃ scũs quasi cã solatij profect⁹ est: martianũ videre desiderãs. Et cũ extra ciuitatẽ asteñ. equitaret: colũba sup caput secũdi aduolans intedit: et cũ ad flumẽ tanarũ venissent: vidit secund⁹ angelum super aquam ambulantẽ et ipsum in fide cõfortantẽ. Sapriti⁹ vero voces deorũ cũ secũdo loquentiũ esse putabat. Et cum per uenissent ad flumẽ burbiã angel⁹ filit sibi appuit et ipsm vt in xpm crederet sine vlla hesitatione cõfortauit. Cũ dũ terdonã appropinquarent: martian⁹ angelo duce de carcere exiuit et scõo obuiauit: et vt ad palmã obtinendã pergeret inuitauit. Sapriti⁹ vero vocẽ audiens et nullũ adesse vidẽs stupefactus se somniare putabat. Post hec scõs mediolanũ iuit ad quẽ angel⁹ faustinũ et iouitã de carcere eduxit a quib⁹ nube quadam aquã prebẽte baptisma suscepit. Et ecce colũba de celo veniẽs corp⁹ dñi deferẽs faustino et iouite dedit q̃ secũdũ cõicauerũt: et residuũ eucharistie eidem vt martiano deferret tribuerũt. Rediẽs aũt secũd⁹ cũ iã nox esset: et ad ripã padi venisset angelus frenum equi ei⁹ accipiẽs sup aquã illũ trãsfretãs: vsq ad terdonam pduxit atq ad martianũ in carcerem intromisit. Qui corp⁹ dñi ei obtulit: et ad domũ suã angelico ductu rediuit. Postq̃ autẽ martian⁹ a sapritio martyrizatus est: et secũdus ipsum sepeliuit vt supra dictum est in legenda martiani pridie noñ. martij. Sapritius hoc audiens secũdum teneri fecit et xpm cõfitentẽ in equuleo suspensum tandiu torqueri mãdauit: donec ei⁹ brachia a suis compaginib⁹ soluerent̃. Sed cum fuisset sanitati a domino restitut⁹ in carcerẽ illũ reclusit: vbi dũ esset angel⁹ dñi sibi apparuit: et secũdũ clauso carcere eduxit: et vsq ad asteñ. ciuitatẽ deductũ ad carcerẽ vbi erat calocer⁹ intromisit quib⁹ saluator apparuit et eos bñdicens confortauit. Cũ autẽ mane sapriti⁹ ad carcerẽ pro secundo misisset et carcere clauso et signato ipsum minime reperisset: indignat⁹ venit ad vrbẽ astẽ. vt vel calocerum puniret. Et cũ in codẽ carcere secundũ et calocerum inuenisset: calocerũ quidẽ albiganũ misit et ibidẽ illũ decollari mãdauit vt dictũ est supra in passiõe caloceri. xiiij. kal. aprilis. Secundum vero aliquib⁹ dieb⁹ in carcere detentũ educi fecit: et in cõfessione vere fidei ipso immobiliter persistẽte picẽ cũ resina liquari mandauit: et sup caput ei⁹ ifundi ac in os ipsi⁹ iactari. Qõ cũ viriliter tolerasset: et iubilãdo deo psalleret: ipm extra ciuitatẽ ductũ decollari mãdauit. Cui⁹ corp⁹ angeli mox tulerũt: et ipm cũ laudib⁹ sepulture tradiderũt. iij. kalẽ. aprilis.

De sancto Mamertino abbate. Capi. xix.



Mamertino abbas primo paganus cũ idola quadã vice coleret vnũ oculum perdidit et vnius manus ariditatem incurrit. Qui dũ deos se offendisse putaret: et ad templum ad idola colenda pergeret: obuiauit cuidã xpiano nomine sauino. Qui cũ ab eo causam sue infirmitatis didicisset eidẽ christum predicare cepit: et ne demones quos deos putabat ampli⁹ coleret admonuit: consulẽs vt ad sanctũ Germanum antisiodorẽ. epm pergeret cuius cõsilio fretus sanitatem reciperet. Mamertinus ergo iter arripiẽs venit ad sepulchrũ sancti amatoris epi et plurimũ sanctorũ. Et pp̃ter pluuiam nocte super tumbã sancti cõcordij se collocauit. Cunq obdormisset apparuit ei visio mirabilis. Videbat enim virum ad cellam eius veniẽtẽ et sanctũ cõcordij vocãtem vt veniret ad festum quod sancti peregrinus amator cũ alijs epis faciebant. Cui de tumulo sanctus respõdebat q̃ tunc venire non poterat: q̃ hospitẽ suum custodiebat: ne a serpentibus ibidẽ existentibus occideret̃. Tunc ille recedẽs post interuallũ redibat et iterũ cõcordiũ aduocabat. Sanct⁹ vero de tumulo surgẽs mamertinũ per manũ apprehẽsum ducebat. Cunq sanctus amator q̃s esset interrogabat: et concordius hospitẽ suũ esse rñdebat. Cunq amator ipsum tanq̃ pollutum expelleret: et ille corã eo prostratus gratiã impetraret: iubet vt ad sctm̃ germanũ pergat: et quicquid ille sibi iusserit adimpleat. Euigilans igit̃ ad sctm̃ germanũ venit: et sibi visa narrans veniã cũ baptismate postulauit perrexerũt ergo ad tumulum sancti cõcordij et remoto lapide plures inuenerũt serpẽtes. q̃. x. pedũ longitudinẽ excedebãt. Quos germanus ad talẽ locum abire iussit vbi nemini nocere possent. Sicq mamertinus baptizatus est et cõfestim sanatus. Factusq est monachus: et deinde abbas monasterij sancti Germani: vbi sanctus Alodius abbas fuit. Quadã vice monachi ei⁹ vasa laqueũ tetẽderunt q̃ eis quib⁹ insidiabatur: que nocte irruẽs capta detinebat̃. Quod abbas pciẽs de lecto surrexit: et vase cõpatiẽs ipsas expoluit: et ne ampli⁹ ad oues rediret psumeret imperauit. Bestiaq deinde patris mãdata adimplere curauit. Latrones quidã cum cum expoliassent solũ ei palliolũ dimiserũt: q̃ nũmũ in palliolo ligatũ inueniẽs latrones reuocat: vt etiã denariũ illũ sibi forte necessariũ accipiãt. Qui reuersi palliũ cũ denario abstulerũt: et nudũ penit⁹ dimiserũt. Sed eliminatesq ad suas latebras fugere tota nocte vagãtes mane dimiit⁹ ad cellã ei⁹ inueti sunt. Quos ille benigne suscipiẽs ad prandium adduxit: et sibi ab eis ablata recepit. Cũ aũt ad monasteriũ de fontancto venisset ad iubilatũ fratrũ die dñico palmarũ missam eis solẽniter celebrauit. Et eodẽ sero egrotare incipiẽs die pascue spiritum xpo cõmisit: x. kl. iñ. kal. aprilis. Cui⁹ corp⁹ dũ antisiodorũ sepeliẽdũ portaret̃ veniẽtes ad quãdã villã nullo modo illud inde mouere potuerũt donec q̃dã carcerat⁹ fractis vinculis liber exiliit: et ad corp⁹ veniẽs illũ cũ alijs vsq ad vrbẽ deportauit: vbi in ecclia scti germani sepult⁹ ẽ.

De sctõ Quirino marty. Ca. xiiij.



Quirin⁹ tribunus martyr passus est rome persecutiõe traiani sub aureliano comite vtriusq militie. Qui tribun⁹ cũ hrm̃i hermetẽ: ab his pfectũ i domo i custodia detineret: beatũ quoq alexãdrũ papã alibi in artissimo carcere vinculis mãcipatum haberet: et cũ Quirino dudum de fide nostra colloquium habuisset. Alexander nocturno silentio a quodam puero quẽ

puero qui faculam ferebat ardentem a carcere per fe-nestram educitur: et ad domū quirini deductus in cu-stodiam hermetis intromittitur. Qd̄ quirin⁹ cernēs credere cepit: et alexandro promisit vt si filiā eius balbi nā habentē in collo struma liberare posset: ipse vna se-cū fidē xp̄i susciperet. Alexander vero filie sue sanitatē spopōdit eiq; mādauit vt puellam ad se in carcerē sui deferret. Abeūteq; quirino alexāder ad carcerē suū a puero reduct⁹ est clausis ianuis custodie vtriusq; tam alexādri vz ꝙ hermetis. Cū aūt quirinus filiam suā alexādro ad carcerē suū adduxisset: et obseratis ianuis ipsum ibidē reperisset magis obstupuit. Cuius boias euoluēs filie sue imposuit moxq; puella sanitatem rece pit: sicq; quirinus et filia eius balbina cū omnib⁹ qui in custodia eius tenebātur fidē susceperunt ab alexan-dro papa baptizati. vt in eius narrabitur passione. v. non. maij. Qd̄ audiens aurelianus qui locum impera-toris absentis in vrbe tenebat quirinū detineri manda uit. Cui xp̄m ɔfitenti linguā fecit abscidi et in equuleo leuari. Qui cū nihilominus loquēs iniurias p̄rumpe ret iudicis p̄cisis sibi manib⁹ ac pedib⁹ decollari eun-dē mandauit. et corpus canib⁹ iactari: quod tñ occulte xp̄iani rapientes via apia sepelierunt. iij. kal. aprilis.

Dc sancto Regulo ep̄o. Cap̄. xv.



Regul⁹ episcop⁹ natione grecus ioannis euangeliste apud ephesū discipul⁹ fuit. Quo in pathmos insulam relegato athenas veniens dionysio adhesit cū quo ro mā perrexit: et vna secū et cū sanctis rustico et eleutherio a beato papa cle mēte ad gallias predicandi gratia destinat: qui primū arelatū deuenit: vbi a sancto dionysio xp̄i noīe inuo-cato idolū martis destruitur: et mul tis cōuersis templum illud in honorē ap̄lorū petri et pauli consecrat: missis ergo socijs suis ad diuersas vr-bes ipse dionysius sancto regulo arelatēsi. ciuitati ordi nato ep̄o parisius accessit: vbi cum rustico et eleutherio martyrij palmam suscepit. Eodē autē die quo passi sunt: dum missam regulus in arelato celebraret et noīa istorū martyrū inaduertēter in canone cum alijs san-ctis recitasset: miratus quid dixerat vidit in altari. iij. columbas ipsorum martyrū noīa cōscripta in rostris habētes. Qua visione cognoscēs sanctos p̄ martyrium migrasse: dimisso populo cuidā felici ep̄o parisi⁹ acces-sit: et a xp̄iana matrona olim dionysij discipula catulla noīe hospitio susceptus: martyres xp̄i eadē die qua vi-sionē viderat passos fuisse cōperuit: et super eorū corpa basilicā edificauit. Inde siluanectensem ciuitatē ire di-sponens in villa lauria idolū mercurij baculo commi-nuens: ppl̄m conuertit: et basilicā dei genitricis ibidē cō-struxit. ¶ Post hec in ciuitate siluanectēsi. a filio cilicie cōsanguinee catulle predicte a demone obsesso immū-dū sp̄m in sp̄e vespertilionis eiecit: qui cū asinum san-cti intrare vellet: asinus miraculose pede crucē in terra signauit: et demon euanuit. In introitu etiā ipsi⁹ vrbis ostia carceris leui baculi ictu feriens reserauit: et xp̄ia-nos detētos absoluit. Quem dū prefectus quereret pu niēdū a sancto Dionysio et socijs noctu in somnis mor-te sibi cōminata territus: et ne regulo noceat admonet. Qui cū mane pro eo mitteret: vt doctrinā salutis susci-peret: audiens qd̄ regulo ingrediente templū oīa idola corruissent: et ꝙ ex hoc ip̄m pōtifex occidere vellet ep̄m quidē ab eorū furore defendit: et fide recepta tēplū illud in honore beate virginis dedicandū obtinuit: omnēq; ppl̄m baptizare fecit. ¶ Post hec cū die quadā sermo in villa rustaco predicaret: multitudinis ranarū garu-litate īpedit⁹: ranis illis vni excepte ppetuū silētiū im posuit: q̄ vsq; in p̄senti in ipso loco miraculose p̄man sit. Quieuit in pace anno. lx. etatis sue. iij. kalen. aprilis. Sepult⁹ in vrbe arelatēsi. in ecclesia apostolorum quā ibidem consecrauit.

¶ De sancto Amos propheta. Capi. xvj.



Amos p̄pheta nō fuit pater Isaie: vt plures putant. Nā Isaias nobili genere nobili parente exortus est. hic aūt pastor et rusticus fuit aliq; literis ꝙ ille apd̄ hebreos scribitur: vt hieronym⁹ tradit: que li terarū differētia apud latinos nō ha betur. Fuit autem cognatio huius ex oppido thecua: quod .ix. milibus a bethleem distat: curisq; gerens peco-rū in latitudine camporum qui p̄xmi sunt oppido thecue: in quib⁹ humi arido atq; arenoso nihil omnino frugum gignitur: sed vberrimis pascu-lis abundāt: et ideo cūcta sunt pastorib⁹ plena: et sterili-tatis terre compensatur pecorum multitudine. Ex nu mero isto pastorū fuit amos imperit⁹ sermone: sed ple nus sciētia. Prophetauit autem hidem tp̄ibus quibus Johel: Naū: Jonas: Osee: Isaias: sed aliquantulū: exor-sus est p̄phetare ante Isaiam: vz tp̄ibus hieroboam filij Jonas regis israel et amasie regis iuda. Missusq; est vt ad gentes illas que eius lectione cōprehēdunt irā dei venturam denunciaret: et maxime contra. x. tribus israel: vt euersionē domus hieroboam et calamitatem populi p̄diceret. Qd̄ cū significasset amasias sacerdos bethel hieroboam regi ex mandato ipsius prohibuit Amos ne vltra in regno. x. tribuum prophetaret. Cum aūt Amos cessare nollet: dicens se nō esse p̄phetam sed pastorē missum a dn̄o frequenter illū amasias plagis afflixit. Tādem filius eius Ozias frequenter cū incre-pans: vecte per tp̄a transfixit: et semiuiuus in terrā suā deductus post dies aliquot dolore vulneris expirauit p̄die kalen. aprilis. Sepultusq; est cum patrib⁹ suis. Hec hieronymus et Josephus. Hic p̄pheta ex numero .xij. prophetarum est qui in sanctorum patrū catalogo ecclesiastici. xliv. c. conscribuntur.

¶ De sancto Amos abbate. Cap̄. xvij.



Amos abbas i de serto scythi p̄r fuit quasi. M. cccc. monachorū cenobij ꝙ dicebat̄ te-barnense qui erant ingētis abstinē tie viri habentes vsui indui collo-bijs quasi saccis lineis et pelle confe cta a collo post tergū et latus descen dente contegi: cucullis etiam caput operiri maxime cū ad sumendū ci bū veniebāt: eisq; faciē velare ne ali⁹ aliū parci⁹ cibū sumentē deprehen-deret habentes summū silentiū ita vt nec putaret̄ esse in illo loco quisq̄ hominem vbi sedebatur ad mensas. Et oīs eorū cōgregatio sic erat posita in multitudine: ac si eorū quisq; fuisset in solitudine dū ita lateret vniuscu-iusq; abstinentia: vt ab alio cognosci nō posset. Sede-bāt ad mēsas cōtinentes magis ꝙ cibos sumentes: vt nec defuisse mensis nec vētri satisfecisse viderentur: qm maior virt⁹ est his abstinere q̄ in oculis habent̄ et ma-nib⁹. ¶ Post gubernatā p̄o et regulatā cōgregationē ad desertū nitrie accessit: vbi dū esset rogauit duos ad se veniētes vt sibi dolium a ciuitate deferrēt necessarium ad aquā colligendā illiq; p̄miserūt. Recedētes aūt alte rū eorū penituit: et deferre recusauit: eo qd̄ p̄ deuexa et p̄rupta montiū nollet camelū longo itinere et periculo exponere. Alter vero nō habēs camelū cū deuotione por tauit asino: qd̄ ita leuiter asin⁹ tulit: ac si nullo ponde re oneraret̄ incedēs. Qui dū ad cellā deuenit: amos illū gratanter excepit: eiq; camelū comitis sui mortuū esse nunciauit: eo qd̄ promissum attēdere noluit. Illeq; re-uersus ita euenisse cōperuit. Quieuit in dn̄o vir dei pri-

die kalend. aprilis. Hec in vitis patrum.

¶ De sancto amonio abbate. Cap. xviii.



Amonius abbas

in deserto interiori nitrie plenus charitate habitauit cum duob⁹ qui sibi carne et ipsi fratres erāt. Quorū alter eusebius: alter eutimius vocabatur: tercius germanum dioscorū noīe habuit: qui ep̄s fuit: hic autem fratres suos predictos et alios monachos: sicut nutrix filios consouebat: qui et monasterium muro vallatū construxerat: in quo et puteum foderat: oībusq̄ necessariis instruxerat. Et dū quidam frater saluari volens ad eum venisset querens cellulam vacantem in qua habitare posset: imposuit ei vt se in suo cenobio expectaret: donec ad requirēdū accederet. Abiensq̄ procul ab eo loco sibi cellulam paruissimam fecit in qua habitare cepit et fratri qui aduenerat monasterium cū oībus que in eo fuerant reliquit. Sed si plures fuissent qui ad eum venissent saluari cupientes: vir sanctus oībus fratribus congregatis: cum alacritate cū manentibus locellum vna die cōstruebat. Et dū aduene qui venerant ad ecclesiā vel ad refectionem inuitati essent vnusquisq̄ de fratribus amonij de suis cellulis necessaria proferebant: et nouas cellulas construebant: ita vt nihil vtensilium que requiruntur deesset: nec tñ eiusq̄ collatio nota foret. Regressi ergo hi quib⁹ cellule fuerant preparate: eas ingressi omnia inueniebant que ad vsum necessaria erant. Et hec ipsa amonius sepius summa charitate iterauit. Hec in vitis patrum.

¶ De sancta Balbina virgine. Cap. xix.



Balbina v̄go fuit

filia q̄rini tribuni martyris de quo supra dictum est. iij. kalen. aprilis. Que vt ibidem dictum habetur cū esset strumosa a sancto alexādro papa liberata est. Nam cum pater eius boiam de collo Alexandri tulisset et pergeret vt filie collo imponeret prout sibi sanct⁹ papa mandauerat apparuit puer facula deferens et puelle assistens: qui eam in amorem christi et virginitatis perseuerantiam confortauit: eisq̄ spōsum celestem promisit. Mox autem vt boia circa collum virginis cingitur: puella a struma liberatur: et ab alexādro papa baptizatur. Que in virginitatis proposito vsq̄ ad vite finem permansit. Et cum ex deuotione boiam Alexandri pape oscularetur admonita ab ipso cathenam beati petri apostoli requisiuit et obtinuit: et moriens sancte theodore sorori hermetis prefecti et martyris commendauit. Sepultaq̄ est via apia in cimiterio pretextati iuxta patrem suum pridie kalendas aprilis.

¶ De sancta Theodora virgine et marty.
Capitulum. xx.



Theodora virgo et

marty: sub aureliano imperatore rome passa est. hec fuit soror hermetis martyris et prefecti vrbis que a sancto Alexandro papa in fide docta et baptizata est. Cum autem beat⁹ hermes ab aureliano passus fuisset: et ipsum soror theodora sepelisset ab eodem imperatore et ipsa diu in vinculis detenta: tandem capitis obtruncatione passa martyrium sepulta est iuxta fratrem suum via salaria non longe ab vrbe rome kalendas aprilis.

¶ De sancto Valerico abbate.
Capitulum. xxi.



Valericus abbas

aluernia natus cū patris oues adhuc puer pasceret scholas puerorum frequentans occulte literas didicit. Deinde relicto seculo secutus est auunculū: abbatē monasterij autricē. vbi sancto renitēte patre monachus effectus est. Et post aliquātulus temporis lapsum artiori vite et professioni se tradēs a sancto machario abbate in monasterio antisiodorēn. ciuitatis receptus est: vbi diutius manēs adhuc ad perfectiora tendens quendam nobilem nomine bobinum conuertit: et cum ipso monacho facto luxouium iuit. Ibiq̄ ambo discipuli sancti sunt columbani abbatis. ¶ Post hec valericus de sui abbatis licentia cum alio fratre ad predicandū gētibus accessit. Et veniens neustriam remotum solitudinis locum a rege clotario impetrauit: vbi cum eodem consocio in vite sanctitate permansit: et multis virtutum signis claruit. Nam in vico ambianensium gualmago reum quēdam dudum patibulo appensum deposuit et suscitauit. ¶ Matrona quedam per puerum suum panes et duos vini flascones viro destinasset: sed puer partem panum et vinum ex flasconibus in via abscondit: et reliquum vnum ad sanctum portauit: quem ille monuit ne de vino aut pane in via dimissis gustaret: eo quod serpens esset in flascone et venenum in pane. Confusus puer rediit: et serpentem in flascone videns extimuit: et penitentiam egit. ¶ Cum tempore hyemis ad domum presbyteri cum sociis ad ignem pro se calefaciendo declinasset: et presbyter cum quodam iudice ciuitatis ad focum sedentes mania et lasciua verba proferrēt: ab eo admoniti vt silerent: cum adhuc in deteriora prorūperēt: inde discessit. Et statim presbyter excecatus est: et iudicis virilia marcuerunt. Quieuit in christo kalendas aprilis. Sepult⁹ ambianis in monasterio leucan.

¶ De scō Hugōe ep̄o ordinis cartusieā. Cap. xxii.



Hugo episcopus

gratiopolitanus fundator fuit ordinis cartusien. Cuius mater cum ipsum gestaret in vtero vidit in sompnis se parere filium: qui a beato petro apostolo et aliis multis sanctis in celum ferebatur. Et precognoscens eum aliquid magni futurum natum puerum et educatum tradidit litteris imbuendum. Qui satis iuuenis monachus effectus cartusiensium ordinem inchoauit. Cum enim esset in solitudine cartusie vidit per somnium septē stellas sibi ducatum ad habitaculum vsq̄ prestantes. Mane autē facto ecce septem viri: quorum vnus fuit magister bruno: quatuor alij literati: et duo laici ad eum venerunt vitam solitariā exquirentes. Quos sanct⁹ septem stellas vitas esse intelligēs: et eisdem vita narrauit: et cum eis in ipso loco monasterium et ordinem inchoauit. ¶ Deinde disponente deo factus est abbas calesien. deinde ep̄s misserenus siue gratiopolitanus. Factus autem episcopus quietē mentis desiderans absolutionē ab episcopatu per nuncium: deinde per seipsum ab honorio secundo et innocentio secundo romanis pontificib⁹ obtinere nequiuit: eo quod ipsum perutilem ecclesie cognoscebant: et multasq̄ persecutiones a petro leonis ecclesie dei aduersario pro libertate ecclesie passus est: eo quod innocentio pape cui ille inimicabatur constanter ille fauebat. Quieuit in pace anno gratie. M. cxxxii. etatis sue anno lxx. in senectute nono kalen. aprilis.

¶ De sancto hugone abbate boneuallis.
Capitulum. xxiii.



Hugo abbas bonevallis ordinis cisterciẽ. floruit tẽpore Frederici primi. Qui cũ iuuenis ordinem esset ingressus: ⁊ de redeundo ad seculum grauiter temptaretur: oratiõe in ecclesia facta beata virgo sibi p visum apparuit: eiq natiuitatẽ: ⁊ cõuersationem: passionem: resurrectionẽ ⁊ ascẽsionẽ christi ostẽdit. Ex qua visione cõfortatus in nimia sanctitate perseuerauit: quẽ sanctus Bernardus abbatem bonevallis constituit. ¶ Sub hoc nouitius quidam in suo principio tentatus de redeundo ad seculum cõfessus abbati: ⁊ ab eo cõfortatus perstitit. Et per biennium ante eius obitum grauem infirmitatẽ incurrit: sed beato Job ei apparente confortatus die sequenti expirauit. Ac postmodum abbati apparuit gratias ei agẽs: quod eius hortatu in ordine permãsit: seq in gloria esse dixit. ¶ Alij quoq duo nouitij de recessu tẽtabant: quorũ vnus qui miles peruersus fuerat: in somnis vidit se cadentem in puteũ tante pfunditatis quod tres dies transiebãt donec ad profundum perueniret. Qđ cũ abbati retulisset: exposuit hunc esse abyssi in puteũ in quẽ casurus erat: si ab ordine discederet. Ille vero nihilominus abijt: ⁊ post triduum ab hostibus occisus fuit. Alius vero qui cleric⁹ erat: ab eo monit⁹ permãsit: ⁊ eo qđ sibi abbas vitam eternã promisit. Cui pridie q̃ moreretur: domina nostra apparuit: ⁊ in crastinum ei gloriam a suo abbate promissam obtinendã incunctanter asseruit: qui die sequenti expirauit. ¶ Cum sepius diabolũ in choro inter fratres vidisset: dixit aliquem ex fratrib⁹ graui peccato detineri: nec talis visio cessauit: donec vnus ex fratribus peccatum qđ commiserat cõfessus fuit. ¶ Joãnis ei⁹ ministri ⁊ fratris vni⁹ paralytici egrotãtium diem et horam transitus predixit: et vt predixerat sic euenit. ¶ Famulus cellarij infirmatus peccatum graue vni fratrum cõfessus ab eo monitus est: vt abbati illud confiteretur qđ ille se facturũ promisit: si abbas tunc absens antequã obiret reuerti cõtingeret. Sz antequã abbas venisset expirauit. Postea vero frater ille abbati in dormitorio apparuit: eiq peccatum vt pmiserat cõfessus fuit addẽs ex hoc magnas luere penas: quem abbas absoluit. Ac postea cõfessorẽ suũ interrogãs de eodẽ pctõ ⁊ pmissione sibi facta certificat⁹ extitit. Pro cu⁹ aĩa dũ orasset. vidit eũ postmodũ cũ magna luce de sua liberatione sibi gratias referẽtẽ. Post multa vero sanctitatis eius insignia sanctus abbas hugo in monasterio bonevallis humanitatis debitum soluit: ibidem sepultus.

¶ De sancta Maria egyptiaca. Cap. xxiiij.



Maria egyptiaca q̃ peccatrix appellabat in egypto nata parẽtes annoꝝ xij. deserens alexãdriã fugit: ibiq xvij. annis publice se libidini subiecit: ⁊ nulli hoĩni se petẽti denegauit: quinimo multos ad luxuriam obscenis actibus inseruiens prouocauit. Cũ autẽ hoĩes regionis illius ad adorandam sanctam crucẽ hierosolymã ascenderẽt: quibusdam iuuenibus sociata cum eis nauẽ ascẽdit: ⁊ hierosolymam nauigauit: ⁊ nauigãdo oĩbus indifferẽter se exposuit. ⁊ plurimos secum cõcumbere fecit. Cum vero naute ab ea naulũ requirerent: corpus suũ eis pro naulo prostituit. ¶ Et cũ hierusalẽ aduenisset: ⁊ p adoranda cruce vsq ad fores ecclesie cũ aliis accessisset: subito ⁊ inuisibiliter repulsam patiebatur: ⁊ intrare nullatenus permittebat. Ceteris quoq cũctis intrantibus ipsa tertio ad limen perueniens repulsa est. Ad se igit̃ reuersa ⁊ hoc propter eius enormia flagitia euenirẽ cognoscẽs: pectus tũdere cepit. ⁊ lachrymabiliter a cordis intimo pctã sua defleuit. Et corã imagine dei genitricis prostrata orare cepit: vt pctõꝝ sibi veniã impetraret: ⁊ sanctã crucẽ adorare permitteret: pmittẽs seculo abrenũciaturã: ⁊ decetero caste mansuram. Recepta aliqua fiducia sine repulsa ecclesiã intrauit: ⁊ crucẽ dñi cũ ceteris adorauit. Cui qdã p eleemosyna tres nũmos tribuit: de quibus tres panes emit. Audiuitq vocem sibi dicentem q̃ si iordanẽ transiret: salua esset. Jordanẽ ergo transiuit: ⁊ in desertũ accessit et. xlvij. annis ibidem manens: nec hominem: nec quodcũq animal vidit. Tres autẽ panes quos secũ tulerat: ad instar lapidis indurauerunt: ⁊ et. xvij. annis ei ad cibum suffecerunt: vestimentis aũt eius putrefactis nuda remãsit: estu pariterq gelu cute ethiopis instar denigrata: capilli vero cani effecti cutis nigredinem operiebãt. Annis aũt. xvij. diuersis tẽtationibus molestata: ipsas tãdem dei gratia oẽs deuicit: ⁊ deinceps annis. xxx. celesti lumine super eam diebus singulis radiante sine cibo permãsit. ¶ Eodem tempore abbas zosimas in cenobio sanctoꝝ monachoꝝ iuxta iordanẽ morabatur. qui diuina inspiratione cõmotus: heremum illam ingressus est. vt aliquẽ seruum dei ibidẽ latitatẽ inueniret. Qui cũ iter xx. dierũ perambulasset: vidit quandam nudo nigroq corpore perambulantẽ incendio solis exustã: ⁊ carnis consumptam: q̃ vidẽs eũ fugã arripuit: ⁊ abbas post eam currere cepit. Tũc eũ ex noĩe vocans: cur se persequeretur interrogat: ⁊ q2 nuda erat palliũ suũ sibi tradi petijt: vt sic operta cum alloqui posset. Qui se nominari audiẽs stupefactus palliũ ei proiecit: ⁊ in terra prostratus vt se benediceret exorauit. Illa vero ad eũ bñdictionẽ spectare dicebat: eo q̃ presbyter erat. Cũ aũt nomẽ ⁊ offitiũ suũ audisset: magis extimuit: ⁊ instãter ab ea benedictionẽ obtinuit. Cumq ipsa extensis manibus oraret: vidit ipsam mensura vnius cubiti a terra in aere leuatam. Et cogitare cepit: ne forte spirit⁹ esset q̃ se orare sic fingeret. Cui mox sancta eius cogitationẽ aperuit: ⁊ q2 vere esset mulier et nõ spiritus affirmauit. Et admirante sene cum eo sedit: ⁊ oẽm vite sue ordinem vt pmissum est enarrauit: rogans senem vt ad monasteriũ redeat: ⁊ post annũ die dominice cene ad iordanẽ veniat: ⁊ corpus dñi secũ ferat: promittens q̃ tunc ipsum locum veniet: ⁊ de manu illius sacramẽta dñica sumet. ¶ Rediens igit̃ abbas ad monasteriũ reuoluto anno die cene dñi tulit corpus dominicum ⁊ vsq ad iordanẽ perueniens ex alia parte fluminis mulierẽ stantẽ aspexit: ⁊ cogitans quomodo ad eum sine nauicula pertransiret subito vidit eam signo crucis edito super aquas ad se venientem. Cumq stupẽs ad pedes ei⁹ se prostrare vellet: illa prohibuit eo qđ dñi corpus ferret ⁊ sacerdotij dignitate preemineret. Sumptoq sacramẽto abbatẽ rogauit vt sequenti ad se anno ad eremum redire vellet. Et super aquas iterũ iordanis ambulans rediit: ⁊ solitudinẽ petijt. zosimas vero ad suũ monasteriũ regressus dolere cepit qđ eam de nomine suo interrogare nõ meminit. Sequenti vero anno ad locũ vbi eã prius viderat venit: ⁊ ibidẽ eam defunctã repperit. Qui lachrymans eamq tangere nõ audẽs: timens ne forte sibi displiceret: ad caput eius literas in terra descriptas legit ita continentes. Sepeli zozima marie corpusculũ: ⁊ redde terre puluerem suũ: ⁊ ora p me ad dñm: cu⁹ precepto die scdõ aprilis reliqui hoc seculũ. Tũc ille procerto cognouit ⁊ mox vt sacramentum dñi accepit ⁊ ad desertũ rediit vitã finiuit: ⁊ q̃ spaciũ itineris dierũ. xx. illa vna hora perambulauit. Cũq terram quo foderet non haberet: leoni ad se venienti mansuetissime iussit effodere terram. Qui iussa humiliter adimplens: ⁊ ad desertum vt agnus accessit. Senex quoq corpore humato ad monasterium suum glorificans deũ venit. Quieuit in dño sancta de maria peccatrix. iiij. nonas aprilis.

¶ De sancta Theodosia virgine ⁊ martyre. Cap. xxv.

poraliter in vtraque generatione de vno solo principio procedat. Tertio ex parte incarnati germinis vt sicut verbum sine corruptione in mente concipitur: sic verbum dei incorrupte carni vniatur. Quarto ex parte subsequentis muneris: vt sicut filius dei naturalis sine corruptione nascitur de virgine femina: sic filii dei adoptiui renascantur sine corruptione de virgine ecclesia. ¶ Secundo quare elegit virginem desponsatam. Huius autem sex rationes a doctoribus assignantur. Prima ratio est vt per hoc sacramentum illud diabolo celaretur: qui videns mariam pregnantem et eam desponsatam sciens: putauit eam de ioseph concepisse: et per hoc aduentum christi non plene cognoscere potuit: quem sciebat de virgine nasciturum / et hec ratio est origenis. Secunda vt per hoc christus legem implere videretur. Quomodo enim legem non solueret qui ab iniuria legis cepit: et eum partus innupte legem damnetur: et hec est ratio hieronymi. Tertia vt per hoc infamia virginis tolleretur. Maluit enim dominus aliquos de suo ortu quam de matris pudore dubitare. Ideo potius voluit credi filius esse ioseph quam matrem impudicam: et hec est ambrosii. ¶ Quarto vt per hoc ceteris mulieribus exemplum daretur. Nam si beata virgo infamata fuisset cetere virgines sinistra opinione viuentes velamen excusationis haberent quod infamata quoque mater domini videretur. Et hec etiam est ambrosii. ¶ Quinto vt per hoc virgini testimonium preberetur. Fuit enim ioseph virginitatis domine testis veridicus: qui eam et virginem probauit: et si alter eam cognouisset accusare potuisset. Et hec est augustini. Sexta vt per hoc nato puero a Joseph ministerium preberetur. Cui ioseph nutritius fuit et omnis eius infantie educator: vt dictum est supra de sancto ioseph xiiii. kalendas Aprilis. Et hec hieronymi. ¶ Tertio quare elegit virginem nomine Mariam. Hoc enim nomen interpretatur. Illuminatrix: illuminata. Mare amarum. Et domina atque stella maris. Fuit enim illuminata in verbi conceptione. Illuminatrix in eius parturitione. Mare amarum in eius passione. Domina in ipsius assumptione. Stella maris est in peccatorum conuersione. ¶ Tertium est legationis nouitas que consistit in sex. ¶ Primo in angelica salutatione. Ingressus enim angelus ad eam in cubiculum et orantem inueniens cum nimia claritate et summa reuerentia prostratus vt seruus ad dominam qui antea alias venerat eidemque apparuerat vt socius ad amicam vultu in terram demisso: iocunda voce inquit. Aue gratia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus etc. Et ostendit ipsam a seruitute liberatam. Aue. i. sine ve. Triplici enim ve mulieres laborant: quod notatur in triplici litera huius nominis eua. Est enim ve pudoris quoad concipientes: et hoc denotat litera E. que est nota irrisionis. Est ve doloris quoad parturientes: et hoc depta litera U. que est nota lamentationis. Est ve laboris quoad nutrientes: et hoc denotat litera A. que est nota fatigationis. Sed econtra nomen Eua vertitur et fit Aue. i. sine ve pudoris doloris et laboris: quia sine pudore concepit: sine dolore peperit: et sine labore filium educauit. ¶ Dotibus adornatam gratia plena. Hieronymus. Singulis enim gratia largitur per partes. Marie vero simul se totam infundit gratie plenitudo. ¶ Matrimonio copulatam: dominus tecum plusque mecum dicit Chrisostomus. Quia mecum per gratiam: tecum per naturam: mecum in mente: tecum in carne: mecum quia ab eo sum creatus: tecum quia ex te est incarnatus. ¶ In reginam ordinatam benedicta tu in mulieribus. Augustinus. Maledictio eue in benedictionem mutatur marie etc. ¶ Secundo notatur hec nouitas in virginis cogitatione. Hec enim cum virgo audisset turbata est non perturbata: quod enim turbata est: fuit pudicitie virginalis quod non perturbata fortitudinis: vt dicit Bernardus. Et turbata est non in angeli visione quem sepe videre consueuerat: sed in noua salutatione. Ideo turbata est in sermone eius et cogitabat qualis esset ista salutatio. ¶ Tertio in facti sine legationis narratione. Angelus enim mox sapientum legatorum post salutationem virgini factam ex parte dei narrat ei causam sui aduentus dicens. Ne timeas maria etc. Annuncians ei dei filium ex eius vtero incarnandum et ipsum secundum hominem super sedem dauid patris eius perpetuo regnatorum. ¶ Quarto in dubii cuiusdam interrogatione. Nam virgo cum credula verbis angelicis redderetur quantum in facto: non dubitans aliqualiter quin hoc fieret quod mater filii dei esset: dubitans de modo vt doctores dicunt angelum super hoc interrogauit dicens. Quo modo fiet istud etc. Et debet scribi diuise vt sint due dictiones. s. quo pronomen et modo nomen: et non vna dictio quomodo que est aduerbium interrogandi: quasi dicat virgo. Tantum virginitatem predilexi: vt salua diuina dispositione potius eligerem virginem permanere quam corruptam dei matrem esse. ¶ Quinto in ipsius dubii solutione quod immediate angelus soluit dicens. Spiritussanctus superueniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi. Et notanter dicit non veniret: sed superueniret: vt superabundantie gratia ostendatur. Et virtus altissimi eidem obumbratura prenunciatur. Hec autem obumbratio ipsa est diuini verbi incarnatio. Nam vmbra a lumine et corpore obiecto formatur. Sicut enim sol quodammodo est pater vmbre: et statua siue quodlibet corpus eius mater: et statua ex solis lumine conspiciens lumen: vmbram format in terra: que vmbra patrem solem habet in celis: statuam vero: matrem in terris. Sic christus patrem deum in celis: matrem virginem in terris que dei lumen concipiens christi humanitatem instar vmbre ex sui natura formauit in terris. ¶ Ultra hec angelus ad letitie virginis cumulum: et eius perfecte fidei firmamentum: elisabeth eius cognatam zacharie coniugem nunciauit sterilem concepisse et iam mensem sextum attigisse vt ex hoc deo possibile quicquid vellet esse assereret. ¶ Sexto in legationis finali conclusione. Nam vbi virgo audiuit quod mater filii dei esset futura: nec propter hoc virginitatem quam deo vouerat amissura summa repleta letitia: genu terre posito expansis manibus oculisque ad celum erectis cum lachrymis dixit. Ecce ancilla domini: fiat mihi secundum verbum tuum. Statimque filius dei in vtero virginali de ipsius semine spiritusancto operante conceptus est: perfectus deus: perfectus homo: ex anima rationali et humana carne subsistens. Cuius corporis formatio et organizatio non. xl. seu. xlv. dierum numerum expectauit: sed mox ipso instanti vt virgo verbum protulit: diuina operante omnipotentia perfecta et integralis facta fuit. ¶ Tunc surgens Maria abiit in montana ad elisabeth visitandum: quam vt salutasset Joannes in eius vtero exultauit. Illa per spiritum sanctum in exultatione filii virginem christum in vtero concepisse cognouit et quod non erat prophetauit. Et maria canticum magnificat: cum exultatione decantauit. Et inde apud cognatam tribus mensibus mansit donec Joanne nato ipsa mater christi eidem primum officium obstetricis impendit.

¶ De sancto Gabriele archangelo. Cap. cxxvj.



Gabriel archangelus quamuis nulla speciali solennitate aliquo anni tempore ab ecclesia recolatur: merito tamen. viii. kalen. apri. de ipso memoria celebris habenda censetur: quia ipso die mysterium incarnationis principium nostre salutis vt dictum est beate virgini nunciauit et ad ipsam legationem deferendam nuncius idoneus pre cunctis angelis a deo electus fuit. Quamuis enim alias pluries a deo magna sacramenta nuncianda pluribus sanctis fuerit destinatus: in nullo tamen sicut in mysterio incarnationis fuit tanto honore sublimatus. De ipso enim in scriptura sacra expressum habemus: quod multa predixit danieli de tempore futuro: et secreta nunciauit zacharie de ioanne nascituro. Hic etiam secundum Joannem beleth ortum beate virginis ioachim et tandem eius parentibus nunciauit. Et generaliter licet ex nomi

ne gabrielis non exprimat: creditur a pluribus q̄ ad queq̄ magna dei sacramenta prenuncianda hic angelus destinetur. Unde et ex hoc quidam putant eundem fore qui ortum sampsonis manue predixit: et Joseph vt christum puerum fugaret in egyptum in somnis mandauit: eidemq̄ in egypto herode defuncto vt in iudeam rediret imperauit. Atq̄ magos vt per aliam viam reuerterentur ad patriam similiter soporatos admonuit. Hic insuper idē fuisse arbitratur: qui christo domino passionem expectanti: et sanguineū sudorem emittenti in oratione apparuit: eiusq̄ humanitatem secundum motus sensibiles confortauit: q̄uis aliis rectius videatur: q̄ ille michael potius fuerit: quia angelus qui tunc christo apparuisse legitur non venit ad aliquid nunciandū: sed exhortandum: quod potius est officium michaelis q̄ gabrielis. Dicunt quidam q̄ non fuerit ille idem angelus qui ortum ioannis et virginis et ortū christi prenunciauit: licet enim eodem nomine appellentur: istud tamen est nomen officij non persone. Nā ista nomina michael: gabriel: raphael: nomina sunt officiorum sicut comes: imperator: episcopus: et sacerdos. et ideo plures angeli idē exercentes officium possunt eodē nomine nuncupari. Nō enim videtur conueniens q̄ idē angelus fuerit nuncius natiuitatis serui et dn̄i precursoris et regis. Cum alter de inferioribus alter de superioribus ordinibus extiterit. Sed hanc opinionem leo papa reprobat in sermone asserens gloriam baptiste inter alia in hoc consistere q̄ eius natiuitas eodē angelo quo et christi incarnatio prenunciata fuit. ¶ Gabriel vero interpretatur fortitudo dei. Et hoc ideo: quia illum nunciare venit: qui dominus fortis et potēs in prelio ad debellandas aereas potestates descēdit. ¶ Officium autem eius est secreta mysteria diuina nunciare. Unde et de sancta elizabeth de vngaria inuenitur q̄ gabriel angelus eidē pluries apparuit: et multas ei diuinas visiones reuelauit: que etiam ei dixit: q̄ ipse erat angelus: qui verbi dei conceptū beate virgini nunciauit: quiq̄ obitum ipsius virginis eidem predixit. ¶ Est etiam eius officiū animas iustorū cum michaele assumere. Unde in vitis patrum habetur: q̄ quidam frater veniens ad ciuitatem vidit peregrinum egrotum in platea iacentē: et in extremis laborantem cui nullus assistebat: viditq̄ a dextris eius et a sinistris michaelem: et gabrielē archāgelos qui descēderant propter aiam eius: rogantes eā vt egrederetur. Sed cū ex corporis affectione egredi recusaret: dixit gabriel ad michaelē vt eam assumeret: et sic abirēt. Qui respondit quod non poterat: quia impositum a deo sibi fuerat vt animam peregrini sine dolore educerent. Et tunc frater ille vidit dauid cum cythara et omnes ciues celestis hierusalem psallentes iussu dei descendere ad quorum cantus et sonitus melodiam anima peregrini sponte a corpore exiit: quam Michael cū Gabriele suscepit. Hec in vitis patrum.

¶ De passione dn̄i nostri iesu christi. Cap. cccxvij.

Passio domini eodem die quo et eius incarnatio ad literā post annos xxxiij. et eadem sexta feria facta est. s. viij. kal. aprilis quo etiam die augustinus quarto de trinitate. hominem primum de terra formatum: et ipso die lapsum fuisse testatur: et quidam eundem post annos dcccccl. ipso die dicunt esse defunctum: vt sic ordo redemptionis concordet creationi. Et notandū q̄ passio domini est memoriter retinenda eo q̄ q̄tum ad processum fuit iniusta: q̄tum ad modū fuit ignominiosa: q̄tum ad supplicium fuit penosa: q̄tum ad effectū fuit fructuosa. Primo q̄tum ad processum fuit iniusta: quia peccatum non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. Nam que venit indigne pena dolenda venit. Fuit etiam contra humanam legem q̄ enim in hominem nō confessum nec conuictum sententia mortis feratur est contra omnem legem. Ecce ego (ait pylatus) coram vobis interrogās nullam causam inueni in homine isto ex his in quibus eum accusatis. De tribus enim eum accusabant q̄. s. tributum dari cesari prohibebat: q̄ se regem dicebat: et q̄ filiū dei se faciebat. De primo a pylato interrogatus non fuit: quia manifeste de contrario sibi constabat q̄. s. dixerat. Reddite que sunt cesaris cesari &c. De secundo interrogatus satisfecit manifeste se regem probans: et q̄ regnum eius non erat hoc mūdo. De tertio interrogatus nō respondit. Cum enim eū presses interrogasset: vnde es tu? Responsum ei nō dedit: eo q̄ diuinam generationem siue etiam humanam mirabilē audire indignus fuit. ¶ Fuit secūdo contra consuetudinē. Nā temporis cursu nullā dilationē accepit. Ubi die qua in concilio decretū fuit ipm occidēdum nullā requiem ei dederunt. Et postq̄ eum ceperunt sine vlla intermissiōe verberauerunt: hincinde traxerunt: flagellauerunt: iudicauerūt: crucifixerūt &c. ¶ Fuit tertio contra legē naturalē. Natura enim ipsa repugnat in corpus hominis mortui plagas innouare. Christus vero iam defunctus in cruce lācea trāsuerberatur contra naturalem legē. Joānis. xix. Unus militū lancea latus eius aperuit &c. ¶ Secundo q̄tū admodū fuit ignominiosa. Et hoc propter sex causas. Primo propter ignominiosum precium: quia pro triginta argenteis comparabilis precij sanguis venalis factus est: vt pro tam vili precio quis nō daret asinū: aut deforme mancipiū. zacha. xxiij. Appenderunt mercedem meā. xxx. argenteis &c. ¶ Secūdo propter ignominiosum officium: quia crucis supplicium suū portare compellitur qđ nusq̄ de latrone auditū est. figura isaac qui ad immolādū vadēs ligna sibi detulit. genesis. xxij. ¶ Tertio propter



ignominiosum locum: quia in loco caluarie vbi malefactores et scelerati extra ciuitatē puniebantur. ¶ Propter ignominiosum supplicium: quia morte turpissima cōdēnatus est. Crux enim suppliciū erat latronū vel quorumcunq̄ sceleratorū. Sap. ij. Morte turpissima cōdēnemus eū. ¶ Quinto propter ignominiosum ludibriū: quia corā multitudine nudus cōstituitur in cruce suspēsus. psalmista. Tota die verecūdia mea cōtra me est. Et alibi. Diuiserūt sibi vestimenta mea &c. ¶ Sexto propter ignominiosum cōsortiū: quia cū sceleratis deputatus est. i. cū latronibus: quorum vnus. s. dismas q̄ erat a dextris: vt dr̄ in euāgelio nicodemi: conuersus ad penitentiā saluatus est. Alius q̄ erat a sinistris. s. gesmas obstinatus permanēs est dānatus: vt dicetur infra de sancto disma. ¶ Tertio q̄tū ad suppliciū fuit penosa: acerba: et dolorosa. Et hoc propter septē rōnes. ¶ Primo propter carnis xp̄i patientis vi

uacitatē. plus enī dolet caro delicata quam grossa. Et qꝛ caro xp̄i fuit viuacissima ꝛ delicatissima: quia optime cōplexionata ꝛ sine omni deordinatione formata: ideo magis dolorē sensit. Et ꝑpter hoc sudorē sanguineum emisit: quia caro optime complexionis fuit. In huius figura dꝛ de dauid. ij. Reg. xxiij. Ipse est enī quasi tenerrimus ligni vermiculus. ¶ Scd̄o ꝑpter occidentium qualitatē. Tolerabilius enī quis patitur vel ab inimicis vel ab extraneis q̄ꝫ a suis. Christus aūt passus est ab amicis et a proximis .i. de quorum stirpe nat⁹ est: ꝛ ab his q̄bus multa bona contulerat: vnde cōqueritur dicens in officio huius diei. Popule meus quid feci tibi ꝛc. Ubi recolit omnia beneficia sibi illata. ꝛ omnia supplicia sibi retributa. ¶ Tertio ꝑpter passionis acerbitatem: qꝛ cōfixus est in locis magis sensibilibus ꝛ neruosis ꝛ corpore distentus supra crucē pendens manibus ꝛ pedibus conclauatis: qui maximū ꝛ dolorosum supplicium intulerūt. ps. Foderūt manus meas et pedes meos: ꝛ dinumerauerunt oīa ossa mea. ¶ Quarto propter passionis diuturnitatē. Nā ab hora qua ip̄m ceperunt vsq̄ ad horam qua spiritum emisit semꝑ in dolore ꝛ cōtinuo cruciatu fuit. passus est adminus. xij. horis. s. sex noctis et sex diei. psalmi. Tota die ꝯtristat⁹ ingrediebar qm̄ nō est sanitas in carne mea. ¶ Quinto ꝑpter passionis generalitatē. Nā ḡnalitate passus est. In fama: qꝛ cum blasphemabāt dicētes: vah q̄ destruis ꝛc. In rebus: qꝛ nudus expoliat⁹ est: vt dictū est. In aīa. vñ passionē p̄cientiēs tristabatur ꝛ dicebat: tristis est aīa mea vsq̄ ad mortē. In corpore a planta enī pedis vsq̄ ad verticē nō fuit in eo sanitas. Esa. j. In amicis. qꝛ discipuli ip̄m captū videntes fugerūt. iudas eū ꝑdidit. petrus negauit ꝛc. qd̄ fuit eā atrocis doloris in mēte xp̄i. In matre: nā dicit Damascenus q̄ꝫ tantus fuit dolor xp̄i ex dolore quē sciebat matrē sentire: quāt⁹ ꝓpri⁹ quē corpaliter sentiebat. In multorū ingratitudine. Dolor enī maximus fuit xp̄o: qꝛ presciebat mortē suā inaniter pati ꝑ multis dānandis. Nā intolerabilis dolor est homini: cū maximū laborē portare ꝑ filiis cum videt se ex eorū prauis moribus inaniter laborasse. ¶ Itē passus est xp̄s in singulis corporis sensib⁹: Nā passus est in oculis: qꝛ velauerūt oculos eius: ꝛ qꝛ in cruce lachrymat⁹: vt dicitur Hebreoꝝ. v. In auditu eū ei. s. opprobria ꝛ blasphemie irrogate sunt. Nā q̄ erat summa ptās dꝛ seipsum nō posse saluū facere: ꝛ q̄ erat summa veritas dꝛ alios subuertēdo decipere: ꝛ q̄ erat summa bonitas vt malefactor dꝛ pilato traditus esse. In olfactu: qꝛ maximū fetorem sentire potuit in caluaria: vbi erāt fetida corpora mortuoꝝ. Itē quia ex sputorū multiplicatiōe fetor in ei⁹ facie augebatur. In gustu qꝛ pederūt ei vinū bibere cū felle mixtū. In tactu qꝛ in oīb⁹ corporis mēbris. Ber. Caput angelicis tremebūdū spiritib⁹ dēsitate spinarū pūgit: faciesq̄ pulchra p̄ filiis hominū sputis iudeorū deturpatur: oculi lucidiores sole caligātur in morte: aures q̄ audiūt angelicos cātus: audiunt peccatorū insult⁹: os qd̄ docet sanctos: felle ꝛ aceto potat: pedes quoꝝ scabellum adoratur cruci clauo affigūtur: manus q̄ formauerunt celos. sunt i cruce extēse: ꝛ clauis affixe: corp⁹ verberat: latusq̄ lancea pforatur: quid plura? Non remāsit in eo nisi lingua: vt ꝑ peccatorib⁹ oraret ꝛ matrē discipulo cōmēdaret. Et hec suo peracto officio potatur felle ꝛ aceto. ¶ Sexto ꝑpter passionis causalitē: que sola inuidia fuit sine vlla culpa patientis. Nā quodammodo q̄s cōsolatur dū iuste patitur: sed filius dei agnus innocēs pro peccato nō suo moritur. esaie. liij. Uere lāguores nostros ipse tulit ꝛc. ¶ Septimo propter cuiuscūq̄ remediū inopiā ꝛ egestatē. Cōsolatur enim aliqualiter quis mortē patiens ex remedio alicui⁹ cōsolantis. Christus aūt nullū habuit cōsolatorē psal. Elongasti a me amicū ꝛ proximū ꝛc. vñ ꝛ ip̄m patrē cōqu͂ri⁹ est humanitatē dereliquisse. ¶ Quarto quātū ad effectū fuit fructuosa. Cuius vtilitas est triplex scilicet peccatorum remissio: gratie collatio et glorie exhibitio. Et hec tria notantur in titulo crucis. Nam Jesus peccatores saluans quo ad primum: nazarenus florem gratie conferens quo ad secundum: rex iudeorum regnum se confitentibus exhibens quo ad tertium. ¶ Uel dicendum quod fructus huius passionis est quadruplex. Primo namq̄ fuit acceptissimus ad placandum deum. Unde Anselmus in lib. Cur deus homo. Nihil asperius et difficilius potest homo pati ad honorem dei sponte et non ex debito q̄ꝫ mortem. Et hoc est quod dicitur de christo. Ephe. iij. Tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam deo ꝛc. ¶ Secundo fuit congruentissimus ad curandum morbum. Et hoc ex parte temporis: quia eodem mense die et hora qua peccauit Adam: et christus eius peccatum exoluit: vt dictum est. Et ex parte loci: quia locus passionis consideratur: siue communis: quia in terra promissionis siue specialis: quia in mōte caluarie: siue singularis quia in cruce. In loco autem cōmuni primus homo formatus fuerat qꝛ in agro damasceno. In loco speciali sepultus videlicet ibidem vbi passus est christ⁹. In loco singulari deceptus: quia in ligno. Et ex parte modi qui modus fuit ꝛ per similia ꝛ per contraria. Per similia: vt dicit Augustinus: qꝛ homo homines mortalis mortales in morte mortuos liberauit. Per contraria: quoniam vt dicit Gregorius. Primus homo peccauit per superbiam: quia voluit deo similari per scientie sublimitatem: per inobedientiam: quia transgredi voluit mandatum per subtilitatem: per gulam: quia gustauit pomi suauitatem. E contra dei filius: vt dicitur ad Philip. ij. Humiliauit semetipsum contra primum: factus obediens contra secunduꝫ vsq̄ ad mortem contra tertium. ¶ Tertio fuit efficacissimus ad attrahendum genus humanum. Bernar. Super omnia reddit te amabilem bone Jesu calix quem bibisti opus redemptionis nostre. ¶ Quarto fuit prudentissimus ad expugnandum humani generis inimicū. Job. xxv. Prudentia eius percussit superbū ꝛc. Nunquid capere poteris leuiathā hamo? Abscōdit enim christus hamum diuinitatis in esca humanitatis. Et diabolus volens capere escam carnis: captus est ab hamo deitatis.

¶ De sancto Dismā confessore. Cap. cxxviij.



Dismas confessor fuit ille latro q̄ a dextris dn̄i crucifixus est: ꝛ credens in eum: ꝛ delictorum suorum penitēs: nulla alia pena purgatus statim vt mortuus est euolauit. Sic enim christus ei promiserat dicens. Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso. Uidit enim statim christi diuinitatem: quam videre paradisus est: ꝓpter quod sanctorum confessorum numero sociatur. Omnis enī qui cōfitetur: ꝛ moritur euolat sanct⁹ esse censetur. Nā hec est differentia inter sanctos ꝛ beatos. Sancti nēpe sunt qui nulla pena purgati spiritum emittentes statim euolant. Beati vero q̄ post aliquorum purgationē ad celestia cōscendūt. Hic aūt sanctus q̄uis sanctorū cōfessorum numero socie: non tamen vt martyr reputatur. q̄uis in cruce passus fuerit. Nā vt dicit Augustin⁹. Martyrem nō facit pena sed causa. Dismas ergo ꝛ si per passionem crucis obierit: non tamen ipsam penam pro veritate vel iustitia ꝑtulit: sed ex propria culpa. Ideoq̄ mortē patiens et in christum credēs ac peccatorū suorū penitens: per mortē quidē illā reatus sui quo ad purgatorij penā diluit: martyr tñ esse nō meruit. ¶ Fuit autē latro hic egypti⁹ natione: vt habetur in compilatione damasceni. Qui tempore quo christus in egyptū fugatus est ꝓdo erat: ꝛ in quodam nemore habitaculū habens transeuntes cum sociis spoliabat. Cum autē ioseph cum Maria ꝛ puero in egyptū fugiētes illac transitū facerēt: occur-

rit eis dismas vt eis substantiam auferret. Uisa vero virginis mansuetudine ⁊ pueri speciositate: admiratus subsistit ⁊ quasi diuinitus inspiratus hoc verbum protulit. Nō esse possibile puerum ab homine genitum tanta pulchritudine decoratum. Et si possibile esset vt deus haberet filium elegantissimum illum infantem diceret ex aliquo numine generatum. Igitur ⁊ propter pueri speciem ⁊ matris aspectum placabilem non solum ab eorum depredatione abstinuit: sed etiam eos illa nocte in domum propriā introduxit ⁊ necessaria ministrauit. Habebat autem vxorem ⁊ filium tot vlceribus plenum vt leprosus videretur. Cum autem vxor dismę puero Iesu balneum preparasset: ⁊ virgo christum balneasset: latronis coniunx quasi diuino instinctu puerum suum in eadē aqua balneauit: sperans quodam modo ex quadam latente virtute quam in filio virginis esse cogitabat filium suum vlcerosum posse sanitatem suscipere: quod ⁊ factum est. Mox enim vt puerum vlcerosum aqua illa tetigit sine vlla macula confestim de balneo mundatus ascendit: quod videns Dismas puerum Iesum cum matre vt deos adorauit: ⁊ eosdem vsq; ad ciuitatem cū securo comitatu associauit. Dicitur quoq; quod puer Iesus in recessu suo latronē allocutus pro humanitate sibi impensa eidem in regno patris sui premium se retributurum promisit. ¶ Tempore igitur mortis Christi Dismas cum alio latrone nomine gesmas pro facinoribus suis a iudeis capti cū Christo morti crucis adiudicantur. Et dismas quidem christū propter hoc aliter non cognoscens ad dextris eius gesmas vero a sinistris confixus est. Et cum iesum omnis populus blasphemaret: ipsi quoq; ambo latrones qui crucifixi erāt cū eo improperabant: vt duo euāgeliste testant. Cum autem sol ad meridiem tenderet: ⁊ latus christi radio suo feriens vmbrā eius versus dextrā partē emitteret: gyrante sole mox vt vmbra corporis christi super latronē ad dextris existentem descendit: virtus diuinitatis eius in corde illius influit: raulit. Uidēsq; qualiter christus pro inimicis patrem obsecrauerat compunctus est: ⁊ continuo in christum credens: non solum vt dicit Lucas euangelista consocium de blasphemia increpauit: sed etiam iesu misericordiam implorauit. Cui dominus misericors: qui pro peccatoribus pendebat nedum peccata remisit: sed etiam ei morienti paradisum condonauit. Gesmas vero qui in sua obstinatione permansit ad inferna descendit. In euangelio Nicodemi legitur quod cū christus sanctos patres de limbo extraxit eos ad terrestrem paradisum introduxit: vt vsq; ad diem ascēsionis eius ibidem manerent: ⁊ tunc secum ascendente ascēderent. Quibus paradisum ingressis: occurrit vir portās humeris signum crucis. Et interrogatus ab eis quis esset, respōdit quod latro ille erat qui cū christo crucifixus fuerat. ⁊ in ipsum credēs eius misericordiā postulauerat. Cui dn̄s regnū celeste promiserat. signum quoq; crucis sibi tradiderat: mandās vt illud ad paradisum portaret: ⁊ angelo ipsius loci custodi ostēderet: ac sibi ex parte christi crucifixi mādaret: vt ipsum in eodē loco intromitteret. Quod postq; latro fecit angelus ipsum in paradisum introduxit. Hec in euāgelio Nicodemi. Festū autē beati dismę eodē die dominice passionis recolitur. s. octauo kalendas Aprilis.



¶ De sancto Hyreneo epo ⁊ martyre. Capi. ccxix.

Hyreneus episcopus sirmiensis passus est apud sirmium tpe maximiani imperatoris: agēte probo preside pānonie. Qui primo tormētis acerrimis vexatus deinde diebus pluribus in carcere cruciatus. Nouissime pro cōfessione nominis christi vsq; ad mortem grauissime cesus est. Corpusq; eius in flumine sani precipitatū. Ado tn̄ dicit quod nouissime abscisso capite cōsummatus est. Qui passus est octauo kalendas aprilis.

¶ De scā Dula virgine ⁊ martyre. Ca. ccxx.



Dula virgo ⁊ martyr nicomedie ciuitate passa. Hec fuit ancilla cuiusdam militis paganorum. Quam cum ille cognoscere vellet: ipsaq; omnino recusaret dicens christiana lege adulterium esse prohibitum: cum ipsam christianam audiuisset: ab eodem domino suo pro fide ⁊ castitate occisa est. viij. kal. aprilis. Hec ado in martylogio.

¶ De sancto Castulo martyre. Capi. ccxxj.



Castulus martyr zetarius palatij imperatoris sub diocletiano rome passus est. Qui in superiori ipsius palatij ⁊ altissimo manens cum esset occulte christianus. Caium papam marcellianū ⁊ marcum germanos existentes diacones atq; tranquillinum eorum patrem factū presbyterum refouebat ⁊ alios christianos quia de ipso suspitio nulla erat. Tandem deprehensus quod christianus esset ⁊ christianos pretextu officij refoueret a persecutoribus tentus: tertio appensus: tertio auditus in confessione domini perseuerans missus est in foueā: ⁊ dimissa sup eū massa harenaria cum palma martyrij migrauit ad christū septimo kalē. aprilis.

¶ De sancto Quirino martyre. Capi. ccxxij.



Quirinus martyr rome passus est tempore claudij imperatoris: de quo legitur in passione sanctorum marij et marthe audifax ⁊ abacuch. xiiij. kalendas februarij. quod cum predicti sancti venissent romam ad orationem martyres detentos in carceribus visitabant: venientes autem in castrū trans tyberim intra carcerem inuenerunt hominem venerabilem nomine Quirinum: qui iam multa verbera pro christi nomine perpessus fuerat ⁊ facultate nudatus. Cum quo diebus octo manserunt ministrantes ei de facultatibus suis ⁊ lauantes pedes eius qui in vinculis erant cōstricti. Inde abierunt ad martyres alios requirendos: ⁊ post dies aliquot redeūtes beatū Quirinū non inuenerunt. Sz a quodā pastore presbytero audierūt qualiter Quirinus gladio in carcere interfectus fuerat ⁊ in tyberim iactatus. Cuius corpus remanserat in insula lycaonie. Ad quod requirēdū marius cū filiis ⁊ pastore presbytero perrexit noctu: ⁊ inuentū corpus sepelierūt in cimiterio pontiani in crypta sept. mo kalēdas aprilis.

¶ De sanctis Mōtano pbrō ⁊ maxima martyribus. Capi. ccxxiij.



Montanus presbyter et maxima virgo in oppido sirmio passi sunt. Qui dū christū dominum viua voce confiterentur: ab infidelibus tenti ⁊ vinculis ferreis colligati: ambo mare mersi sunt. kalēdas Aprilis. vt Hieronymus in Martylogio testatur.

¶ Explicit liber tertius.

Incipit prologus quarti libri.



QUartus liber presentis catalogi continet gesta ⁊ passiones illorum sanctorum quorum festiuitates occurrunt intra tempus in quo representat ecclesia solennem sponse a sponso factam traductionem: ⁊ ipsius dotationem siue adornationem quod tempus fuit a resurrectione domini vsq; ad diem penthecostes. Et ipsum tempus ecclesia dei prout ad literam euenit representat. ¶ In quo quidem tempore pronuba christi figuratiue primo in die resurrectionis domini et per octauam de domo tyranni diaboli qui pater eius factus fuerat: non creando sed decipiendo per christum resurgentem educitur. Cui ⁊ per psalmistam dicitur. Obliuiscere populum tuum et domum patris tui. ¶ Secundo ipsa eadem nupta ab octaua pasche vsq; ad ascensionem mystice vestitur ⁊ colitur atq; dotibus adornatur. ¶ Nam in prima dominica post pascha glorificatur in corpore et vestitur immortalitate. In cuius figura ipsa dominica vocatur in albis: et stolis candidis neophyti vestiuntur: quod denotat dotes corporis immortalis. Et in euangelio de gloria dominici corporis ad discipulos clausis ianuis ingressi memoria fit: quod est figura nostre future corporee glorificationis. ¶ In reliquis quatuor subsequentibus dominicis glorificatur in anima: cuius dotes secundum Augustinum sunt visio ⁊ dilectio. ¶ Ideo in secunda et tertia dominica representatur beatorum visio in libro scilicet apocalypsis qui tunc legitur: vbi narratur de viginti quatuor senioribus et de angelis ac turba magna sanctorum stantibus ante thronum diuinaq; fruentibus visione. ¶ In quarta et quinta dominica representatur eorundem dilectio in epistolis canonicis que tunc leguntur: in quibus de dilatione precipue pertractatur. ¶ Tertio ipsa eadem sponsa a die ascensionis vsq; ad penthecosten subarrata: ⁊ vt dictum est feliciter dotata in domum sponsi christi solenniter introducitur: et hoc in personam christi carne gloriosi et sanctorum glorificatorum cum illo ascendentium: vnde tunc cantatur. Ascendens christus in altum captiuam duxit captiuitatem: et ascendit deus in iubilatione &c. Ad huius ergo temporis festa discutienda procedendum est.

Finis prologi quarti libri.

¶ Incipit liber quartus a pascha resurrectionis domini: vsq; ad penthecosten.

¶ De resurrectione domini nostri iesu christi. Capitu. j.



REsurrectio domini nostri Jesu christi tertio die a passione ipsius facta est: eo videlicet die ad literam quo hic ponitur. s. vj. kalēdas Aprilis. Circa quam resurrectionem quatuor cōsiderare debemus. s. factum miraculosum: tempus gratiosum: modum gloriosum ⁊ finem fructuosum: atq; preciosum. Primo considerare debemus factum miraculosum: nam omnem naturalem cursum excedit: quia secundum philosophum. Quod semel corruptum est secundum suā formam specificam: impossibile est idem numero reparari. Tamen aliquibus rationibus probabilibus potest probari christum resurrexisse: ⁊ per naturam: ⁊ per figuram ⁊ per scripturam. Primo per naturam phenicis: nam phenix que est sola in mundo sue speciei postq; per annos. ccc. vixerit: vt dicunt naturales: montem excelsum ascendit ⁊ de lignis pluribus aridis nidum sibi facit. In quē intrans alas aperit et versus solem aerem pulsat et pulsando ignem excitat: quia cum regio illa que prope equinoctialem sit calidissima ex solis inflammatione et aeris percussione faciliter ignis accenditur: sicq; phenix in nido comburitur: cuius corpus combustum solis radius nutrit: ⁊ ex eo post dies aliquot nouam phenicem producit: sic quodammodo christus phenix est solus in mundo sine semine humano cōceptus qui carnem antiquatam propter ade peccatum ad sublimia caluarie montis adduxit: ⁊ ibi nidum sibi crucis elegit: que de quatuor lignis fuit quem ascendens alas. i. brachia extendit: igneq; charitatis vltra modum accensus carnem passione vsq; ad spiritus emissionem combussit: sed eterni solis diuinitas ipsum corpus in sepulchro refouit: ac ex resurrectione glorificatum in nouum hominem excitauit. Leo etiam dicitur nasci mortuus qui ad patris vocem rugientis post triduum excitatur. Sic et christus qui est ille leo de quo Apocalypsis. v. Ecce vicit leo de tribu iuda &c. post triduum mortis sue paterna voce ipsum excitante suscitatur. ¶ Secundo per figuram. Nā vt habetur. iij. Regum. capitulo. xvij. Helias filium sareptane vidue super eius lectulum positum a mortuis suscitauit. Helias autem qui interpretatur deus meus significat deum patrem: qui filiū suū in cruce mortuū in sepulchri lectulo collocatus a mortuis excitauit. Hic est filius marie secundum carnem que propter eius passionem viduata fuit: vel filius synagoge: que ipsum mortuum semper existimans semper in viduitate manet. Tertio per scripturam. j. corint. xv. c. Tradidi vobis in primis: qđ et accepi q; christus mortuus est: ⁊ quia resurrexit tertia die secundum scripturas. Et in symbolo patrum additur q; resurrexit tertia die secundum scripturas. Licet enim de ceteris articulis humanitatis scripture loquantur tamen in hoc additur secundum scripturas quia hic articulus est difficilior ad probandum ⁊ magis dubius ad credendum:

Agapes Chionia et hyrenes virgines passe sunt in vrbe tpe diocletiani sub comite sinnio. Hee fuerunt sorores et ancille sancte anastasie: vt in eius passione dictum est supra .viii. Kalen. Januarii. Que cū xp̄iane essent et p̄fecti monitis obedire noluerūt: in cubiculo eas reclusit vbi coqui ne vtensilia seruabantur. Et cū in earum amorem exardesceret: eo q̄d pulcherrime essent ad eas nocte intrauit vt suam libidinē exerceret. Sed in amentiam versus putans se tractare virgines: carbones patellas caldarias et similia amplexans osculabatur: et ex hoc saciatus et deformis admodum exiens a seruis putatur in demoniū versus et verberibus afficit. Cūq; imperatorē adisset vt de hoc conquereretur suspicantibus cunctis q̄d in furiam versus esset: virgis percutitur: facie conspuitur: luto et puluere in ipsum proiectis deterius fedatur. Et quia oculi eius tenebantur ne se tales vt erat aspiceret: mirabatur cur sic oēs eum vituperose tractarent: videbaturq; sibi q̄d ipse et omnes alii albis induti essent. Cum aūt sic se deformē ab aliis vidicisset: putans q̄d puelle magicis sic eū artibus ludificassent. Jussit eas corā se expoliari vt saltem nudas aspiceret: vestibus autem earum corporibus adherentibus nullatenus spoliari potuerūt. Ipse vero adeo dormitauit quod a pulsantib⁹ excitari nequibat. Hec audiēs diocletianus virgines tradidit sinnio comiti puniendas. Qui primo hyrenem audita vti magis iuuenculā carcerauit. Agapē vero et chionā ignibus immisit. Statimq; virgines orātes spiritum emiserunt. Corpora vero illarum et vestimēta ac capilli oino intacta ab igne mānserunt. Quarum corpora anastasia carū sectādi seculum dn̄a sepeliuit .iii. non. april.

De sancto Euagrio presbytero. Cap. xxviii.



Euagrius presbyter duorum macbariorū discipulus fuit. Hic a gregorio nazanzeno diaconus ordinatus: et cum eo in egyptum descēdens: viros monasticos inspiciēs relicto seculo vitam illorum est imitat⁹. Qui dū ad sacerdotiū esset et pulcherrimus corpore in vrbe resideret a senatore propter vxoris zelotypiam nouit sibi mortem parari: eo q̄ eidem familiarissimus esset. Sed diuina monitus visione eremum petens duorum machariorum successiue discipulus factus est. De hoc heraclides retulit q̄ .xiiii. annis in abstinētia vixit panis et oleimodicum sumens. Qui dum de carnis concupiscentia tētaretur: tota nocte in puteo stabat tēpore hyemali: vt carnes gelu constringerentur. Aliquando etiam spiritu blasphemie tactus .xl. diebus sine tecto permāsit. A demonibus etiā plaries verberatus est. Die quadā tres maligni sp̄us in specie clericorum eidē adstiterunt contra fidem catholicam disputātes: quorum vnus se arrianum: secūdus eunomianum: tertius apollinariū se dixit quos omnes ipse dei sapientia superauit. Cū ecclesie claues deperissent: ipse ostii partem illam quā claues introibāt signauit. statimq; fores aperuit. Cuidam etiā discipulo omnia que sibi per annos .xviii. euenerūt ante illud tēpus sibi futura predixit. Per annos xvi. neq; carnes: neq; coctum: neq; pomū: neq; quicq̄ viride comedit nec balneo vsus fuit. Et cum anno .xvi. propter stomachi passionē sibi necessitas esset coctum comedendi: panem nō tetigit: sed olera vel lenticulam biennio degustauit. Artesq; et fallacias demonum et spirituum differentias subtiliter nouit. Appropinquans necis: sed tantū per duos annos antea se a carnali impugnatione liberatum fuisse dixit. Etateq; longeuus sub imperatore valēte e seculo migrauit .iii. non. aprilis. Huius discipulus palladius fuit. Hic sanctus diuina et humana literatura clarus aduersus octo p̄ncipalium vitiorum suggestiones: quas aut primus aduertit: aut inter primos didicit octo ex sacrarum literarum testimoniis libros opposuit. Ita vt vnaqueq; suggestio contra se habeat testimonium quem librum ex greco in latinum vertisse se tradit gennadius. Scripsit et anachoritis simpliciter viuētibus librū centum sententiarum per capitula digestum. Eruditis vero et studiosis quinquaginta: quem etiam de greco idem gennadi⁹ trāstulit in latinum. Superiorem vero iamdudum trāslatū correxit. Scripsit et cenobitis sinai montis doctrinā vite communis. Virgini deo sacrate libellum edidit religioni sue conuenientem ac sexui. Paucas etiam sententiolas obscuras valde et solis monachorum cordibus cognoscibiles ostendit. Quas etiam gennadius ex grecis latinas fecit. Scripsit et alios duos libros valde perutiles. Quorum vnus de actuali vita monachis intitulatur. Alter vero cognitialis. Hec Gennadius de viris illustribus.

De sancto Euagrio episcopo. Cap. xxix.



Euagrius presbyter alexandrinus: et postmodum antiochenus episcopus vir acris et prestantis ingenii et discipulus athanasii alexandrini episcopi fuit a quo et presbyter ordinatus est. Hic vitā beati Antonii ab eodē athanasio in greco scriptam in latinum conuertit sermonem. Dum adhuc presbyter esset diuersorū tractatus beato misit hieronymo vt ipse in libro de viris illustribus tradit. Qui etiam sanctitate insignis antiochie quieuit.

¶ De scto Isidoro epo z cōfessore. Cap. xx.



Isidorus episcopus hispalēn. q̄ ciuitas est hispanie ex eidē hispanis oriūdus tpe hera clii imperatoris sanctitate claruit z doctrina vt ait Sigibert⁹. Qui multa volumina ecclie dei vtilia condidit vz. soliloquioz libros duos. Sniarū libros quatuor. Sinonymorū libros. ix. Ethymologiarū libros. xx. De officijs libros duos. Contra iudeos ad sororē florentianam libros duos. De significatione noui z veteris testamēti ad orosium libros duos. Allegoriarū in quinqz libros moysi libros quinqz. In Iosue vnū. In librū iudicū vnū. In libros regū librum vnum. De corpe z sanguine domini librū vnum z plura alia. De origine officiorum libros duos. Itē librum differentiarū. Itē de vita z obitu sanctorū qui dn̄m precesserunt. Itē de natura rerū. Item librum de summo bono. Itē extat z liber decretorum aplicoz romanorū pontificum canonumqz concilioz: que per successiones tempoz diuersis locis per orbem catholicis episcopis celebrata sunt: que oia grādi z insigni volumine cōpinxit. Ex quo constat yuonis carnotensis beluacensis z gratiani decreta vt plurimū fuisse decerpta. vt dicit Vincenti⁹. Quieuit hispali vita z doctrina pfulgidus pridie nonas aprilis: ibiqz iacet humat⁹.

¶ De sancto Ambrosio confessore. Cap. xxj.



Ambrosius diaconus martionis primum labe infectus: postmodum ab origene corrept⁹ christiane fidei pfessor euasit. Et in eruditione verbi dei studiū feruēs adhibuit atqz confessiōis dn̄ice gloria insignis fuit: cui⁹ solerti studio z flagranti industria vt precū z obsecrationū coactus origenes infinita ferme dictauit volumina. Notarios nempe scriptores z scriptores puellas scribendi peritia apprime eruditas exhibuit: z sumptui necessaria affatim ministrauit. Ipsum etiā elegātis ingenij fuisse epistole ipsius ad origenem date indices sunt. Obijt ante mortem origenis: vt dicit Hieronymus libro de viris illustribus z de hoc eusebius. vj. ecclesiastice historie mētionem facit. Quieuit autē in domino pridie nonas aprilis.

¶ De sancta hyrene virgine z mar. Cap. xxij.



Hierenes virgo et martyr soror sanctarū Agapis z chionie. de quibus superius dictū est tertio nonas aprilis. Post q̄ pdicte sorores sue a comite sisinnio martyrizate fuerunt cū esset ceteris iunior die tertio de carcere educta: in quo reclusa detinebat. Quā comes nudatā iussit ad lupanar duci: vt olbus pstitueret. Cū autē duceretur: apparuerunt ministris duo angeli duorū militū quos illi cognoscebant facies pretendentes: mādantes satellitibus ex parte comitis: vt hyrenem ad lupanar nō inferrent: sed eā ad talis montis cacumen deducerent. Qd̄ cū illi pstarent: z hec comes q̄ nihil de hoc illis mādauerat didicisset: irat⁹ istu magie deputās ad montē illū ascendit. Et tota die gyrans supciliū z hyrenē quidē aspiciens: sed ad eā ptingere nō valēs: arcū tetendit: z sagitta directa ipsam in corde percussit. Cuius etiam corpus iuxta sorores suas anastasia sepeliuit nonas april.

¶ De sancto Sixto primo papa z marty. Capitulum. xxiij.



Sixtus papa huius nois primus natione roman⁹ ex patre pastore de regiōe via latina alexandro primo pape in epatu successit et sedit annos decem: menses quatuor: dies. xxj. Hic constituit vt pfatione cōpleta chor⁹ hymnū angelicū decantaret. s. Sctūs sanctus sanct⁹ dn̄s deus sabbaoth zc. q̄ mysteria sacra nō tāgerent: nisi a ministris altaris. Cōstituit etiā vt corporale nō fieret ex serico nec panno tincto: sed de purissimo lino contexto: q2 corpus dn̄icū in syndone alba z munda inuolutū fuit. Et vt mulier vasa sacrata altaris nec palā auderet cōtingere. Insuper cōstituit vt quisqz epoz ad sedē aplicam vocatus esset: rediens ad ecclesiā suā nisi cum litteris papalibus non susciperet. Qui etiā sub adriano imperatore martyrio coronatur foras muros vrbis via q̄ apia nuncupatur. viij. idus aprilis. Et cessauit epatus dies duos. Et sepult⁹ est prope altare beati petri in sepulchro in quo requiescūt linus: clet⁹: anacletus: z euarist⁹. Et lz sit tantorū martyrū altare: tn̄ solius sixti nūcupatur. Hic cū seuiente vbiqz persecutione christianis in gallia poscentib⁹ vt aliquē virū dirigeret: q̄ pene iā fidei lucernā extīctā accēderet: misit peregrinū cū romanū plurib⁹ ei associatis: q̄ multis ibidē cōuersis martyrio coronatus est: vt dicetur in ei⁹ passione. xvij. kalendas iunij.

¶ De sancto Theodoro epo ancyrañ. Cap. xxiiij.



Theodorus ancyranus eps galatie fuit vir clare sapiētie z scītatis insignis. Hic aduersus nestoriū redargutionis z cōfutatiōis edidit librū veritatis catholice ptectore: z arte dialectica ordinatum: multis vtens assertionib⁹ anteq̄ scripturarū poneret testimoniū. Quieuit autē in dn̄o. viij. idus aprilis: vt ait gēnadius libro de illustribus.

¶ De sancto Theodoro presbytero z cōfessore. Cap. xxv.



Theodor⁹ antiochene ecclesie presbyter vir morum honestate cōpicuus: scientia clar⁹: z ligua disert⁹ aduersus apollinaristas z anomeos. xv. de incarnatiōe dn̄i composuit libros. claruit quoqz theodosij primi imperatoris tempörib⁹. Hec gennadius vbi supra.

¶ De sancto egesippo confessore. Cap. xxvj.



Egesippus gente iudeus sz ad xpi fidē conuersus vir sanctissimus sub adriano z antonio pncipib⁹ floruit: vicinusqz aplorum tpib⁹ fuit q̄ traditionē aplice pdicatiōis: z olm ecclasticoz actuū a passiōe dn̄i ad suā etatē texuit historias: vt quoz vitā sectabat dicēdi quoqz exprimeret characterē multaqz ad vtilitatē credētiū hincinde ɔgregās quinqz libros ɔposuit. Iudaicā etiā historiā a mathathia sumēs exordiū vsqz ad belli iudaici sub Vaspasiano z Tito initi finē: eleganti sermone digessit. Aduersum idola disputās quo primo errore creuissent historiā edidit: cōmentarioz librū cōposuit. Asserit se venisse sub aniceto romā vsqz ad eleutheriū psecerasse q̄ dicti aniceti fuerat diaconus: vbi et diē vite

clausit extremum septimo idus aprilis. Hec Hieronymus libro de viris illustribus.

¶ De sancto Dionysio epo corinthiorum. Cap. xxxvij.



Dionysius episcopus corinthiorum tēporibus marci antonii et lucii aurelii commodi imperatorum floruit. Cuius eruditione et gratia quā habuit in verbo dei: multi fruuntur usque hodie. Multas enim texuit epistolas christiane fidei rudimenta continentes. Huius enim doctrina nō solū pficiebat populis quos regendo susceperat: sed etiā procul positis quibus per suas epistolas se presentē reddebat. Extant nēpe eius ad lacedemōes scripta. Itē ad athenienses. Itē ad nicomedeñ. Itē ad corinthios. et ceteras crete ecclesias. Scribit etiā ecclesie amastrine ceterisque ponti ecclesiis. Itē adgnositos et pbinitū eorū epm. Ad sotherū etiā romanū epm direxit epistolam. Scripsit et ad chrysophoram sanctā feminam vnam. Dormiit corinthi quiescens in pace sexto idus aprilis. Hec Hieronymus vbi supra.

¶ De sancto Perpetuo epo. Cap. xxxviij.



Perpetuus episcopus turonensis admirāde sanctitatis vir extitit. Cuius opere templū sup corpus scti Martini epi pfectū est. Eiusque sacra mēbra de loco vbi fuerant primitus tumulata ad locum vbi nūc venerātur condigne trāslata sunt. Huius depositionis dies recolitur. sexto idus aprilis vt in martyrologio scribitur vsuardi et adonis.

¶ De sancto Procoro diacono et marty. Cap. xxxix.



Procorus diaconus et martyr et vij. primis q̄ ab apostolis electi sunt: vt dr Actuū. vj. vir fide et miraculis preclarissimus apud antiochiam passus est vt dicit hieronymus in martyrologio. Hic vt ipsemet de se scripsit nepos fuit sancti stephani pthomartyris et comes ioannis euangeliste cum ad predicādū missus fuisset in asiam: cū quo multo tpe manēs factus est epus nicomedie bithynie: vbi post multorū cōuersionem ab codē aplo missus est antiochiā ad pdicādū: vbi martyrio coronatus vitā finiuit. v. idus aprilis ibique in pace qescit.



¶ De sanctis septem virginibus et martyribus. Cap. xl.

Septem virgines et martyres sacratissime apud sirinium ciuitatē martyriū passe sunt. Que dato simul pcio sāguinis vitā mercate sūt eternā. v. idus april. vt scribit Ado.

¶ De santo Ezechiele propheta. Capitulum. xlj.



Ezechiel propheta tertius ex quatuor maioribus q̄ Ecclesiastici. xlix. c. iter sctōs patres tpis excelse cōmemoratur fuit oriūdus de terra sarore filius buzi sacerdos et ipse sicut hieremias de gñe sacerdotū. Hic in babylonē ductus est cū ioachim rege iuda et mardocheo a nabuchodonosor rege postq̄ daniel et socii eius tres pueri iam translati fuerant. Habitauitque ezechiel iuxta fluuium chobar: qui in anno. xxx. etatis sue in quinto anno transmigrationis ioachim in quarto mēse in quinta die exorsus est pphetare ad cōcaptiuos. ¶ Eodē autē tēpore pphetauit q̄ et hieremias: ille in iudea: hic in caldea. Causa autē eius pphetie fuit hec. Legerāt enim iudei in epistola hieremie sibi directa duraturā captiuitatem. lxx. annis. Et ideo flebant exiliū plōgationē. Preterea murmurabant aduersus dnm: q̄ fraudulenter eos de terra sua eiecisset. Dixerat enim per os hieremie pphete remanentes hierusalem perituros: et eos q̄ qui se traderent seruo suo nabuchodonosor bona pollicebatur. Nūc in cōtrariū res relapsa erat. Florebant enim qui remanserant: et ipsi iugo seruitutis pmebant. Erant quoque inter eos: q̄ dicerent: q: dnī seruierant milicie celi bonis osbus abundabant: et quo cessauerant pierant gladio fame et peste. Adhuc pphetauit ezechiel euersionē vrbi hierusalem et tēplo dni incendiū immineret: et eos qui remanserant in vrbe fame perituros et extra vrbem gladio: eos autē qui viui traherent grauē passuros seruitutē: ipsos autem in pace quasi libera seruitute mansuros. Ut autē authoritatē preberet Ezechieli: dnūs preostendit ei quasdam visiones similitudines: scz hois: leonis: vituli: et aquile. Non solū ad presignandū euangelistas: sed vt ostēderet deū israel dnm esse totius creature p hec digniora omne animal creatū intelligēs. Homo enim preest ceteris animātibus: aquila rex est auium: leo ferarū: bos iumētorū. Sub alalibus vero vidit rotam in medio rote: vt ostēderet circūuolutionē omniū elemētorum in dni esse potestate. Et sup hoc vidit firmamentū coloris saphirini: et sup firmamentū erat similitudo throni: et sup throno quasi aspectus hois et c. q̄ in eius pphetia longa narratione et subtili visione texunt. ¶ Postq̄ autē hierusalem destructa est et templū cōbustum: et iudei in captiuitatem babylonis cū sedechia rege trāslati: nuncius venit ad ezechielem in babylonem qui hec ei narrauit de quo nuncio venturo ipse predixerat vespere precedenti. Et tunc iudeis lamentantibus quod spes eorum periisset: et quod omnino nunq̄ resurgerent: prophetauit eis: quod dominus eos tolleret de omnibus gentibus et congregaret de terris et reduceret ad terram suam. Et preterea in consolationē gentis sue predixit eis calamitates futuras circunstantium nationum que eis aduersate fuerant: idest filiorum ammon: moab: edom: philistinorū: tyri: sidonis: egypti: et ethiopie. ¶ Iste propheta signū dedit populo in fluuio chobar vt quando deficeret: sustinerēt desolationem terre sue. Tuncque sperarent ad hierusalem quando inundaret. Cum autē conuenirent plurima multitudo captiuorum ad fluuium chobar: et chaldei rebellionem timerent irruerunt super eos. Ipse vero propheta precibus suis sistens aquas fluminis sup aquas ambulās cum omni multitudine ad alteram ripam se recepit. Et quotquot eum presumpserunt sequi submersi sunt. Et per orationem subito largam piscium copiam esurienti populo prestitit ad vescendum. Sepe quoque multis deficientibus vitam restituit. Postea vero in chaldea constitutus inter concaptiuos legis transgressores iudicauit: et precipue quosdam de tribu dan et gad quod in deum committerent impia legis persequendo custodes et fecit: vt dicit Epiphanius contra eos prodigium magnum: quia filii eorum et vniuersa pecora a serpentibus perierunt. Et predixit quod tribus ille non reuerterentur ad propria: sed in medie regionibus remanerent. Ob hoc exacerbati distraxerunt eum equis per crepidines saxorum: et excerebrauerunt eum. Sepelieruntque eum in sepulchro. Sem et Arphaxat in spelunca duplici. iiij. idus april. Hec Hieronymus et Josephus et ex historia scholastica atque ex chronica. Guilielmi.

¶ De sanctis pluribus martyribus. Cap. xlij.



Martyres plurimi fuerunt illi qui cū sancto Alexandro papa in eodem carcere tenebant inclusi sub custodia Quirini tribuni:de quo supra actum est.iij.kalen. aprilis. Qui cū vidissent qualiter sanct⁹ Alexander papa Quirini filiam a gibbo sanasset:et verba eius predicationis audissent:omnes ad christum cōuersi sunt et a sanctis presbyteris. Euentio et Theodolo baptizati et ab eodem pontifice cōfirmati. Et cum. Quirinus eis carcerē aperuisset vt abirent soluti noluerunt abire:martyrij gloriam expectantes. Postq̄ autē Aurelianus princeps Quirinum tribunum martyrizari fecit:et hos omnes christianos effectos cognouit:vetuste naui impositos in altum mare deduci iussit:et illic ligatis ad colla lapidibus in profundum demergi. Qui passi sunt.iiij.idus aprilis.

De sancto Apollonio presbytero et martyre et socijs martyribus. Cap.xliij.



Apolloni⁹ presbyter et martyr:vt ait Hieronym⁹ in vitis patrum:dum vitā magnificā sanctitatis inter monachos egisset:et sacerdos ordinat⁹ esset:persecutiōis tēpore christianos circuiens hortabat. Qui tentus a paganis et in carcerem missus a quodam Philemone custode maritimus cōuitijs exprobrabatur. Quē tādem Apollonius exemplo sue mirabilis patientie ad christum cōuertit. Dum autem Philemon corā populo et iudice se christianum esse clamaret:multis ab eo tormentis exanimatus est. Cū vero deceptorem hui⁹ Apollonium didicisset ipsum corā se ductum vna cum Philemone ignib⁹ tradi iubet. Sz flāma illos in modum clibani circundantes nubes roida de celo veniens ignem extinxit:et vtrosq̄ omnino illesus exuit. Quo miraculo iudex cū multis de populo crediderūt. Hoc aūt dū Alexādrie p̄fect⁹ audisset apollonīū et philemonē ac oēs xp̄ianos effectos in p̄fundo maris demergi fecit:qd̄ sctīs illis baptismū fidei reputauit. Qui passi sunt.iiij.id⁹ aprilis. Quoz oīm corpora ab vndis ad litt⁹ delecta a christianis Alexādrie digno sunt honore tumulata:vbi multis miraculis claret.

De sctō Philippo episcopo creten. Cap.xliiij.



Philippus episcopus creteñ.vrbis cortine. Cui⁹ meminit Dionysius in epistola sua:quā scripsit ad ecclesiā ipsi⁹ ciuitatis:insignē aduersus martionē edidit librū magnisq̄ virtutibus et optimis studijs preditus fuit. Floruit quoq̄ temporibus Antonini veri et lucij aurelij imperatorum. Qui vita et doctrina clarēs in ipsa ciuitate quieuit in christo. iij.idus aprilis.

De sctō Eustorgio epō. Cap.xlv.



Eustorgi⁹ episcopus natiōe grec⁹ ab imperatore cōstātinopolitano legat⁹ ad mediolanēs. missus est. Qui tā grat⁹ extitit ciuib⁹ vt ipso inde redeūte:cū sedes vacasset ipsum archiepm̄ eligerēt. Sed ille incōsulto principe electioni noluit cōsentire. Sicq̄ cōstātinopolim redijt et imperatori qd̄ factū fuerat nūciauit. Imperator p̄o grat.ssimū habuit eūq̄ consecrandū mediolanū remisit. Insup triū magorū corpora i arca marima sepulta:dudū de persida cōstantinopolim adducta eustorgio p̄ munere concessit:q̄ sanct⁹ in naui vsq̄ ad portū detulit. Cū aūt arcā cū corporib⁹ currui imposuisset:et iūctis plurib⁹ paribus boum eā trahere nō possent diuina reuelatiōe due sole iuuence paupcule mulieris deuote plaustro apposite leuissime currū trahebāt:quarū vnā in itinere lupus occidit. Morēq̄ sanct⁹ epūs lupo mādauit vt vicē iuuence mediolanū vsq̄ suppleret. Statimq̄ lupus oī deposita feritate mātuetus vehiculo se exhibuit et iunct⁹ vna cū alia iuuenca mediolanū currū p̄trarit vbi sctōꝝ magorū corpora tumulata quieuerūt vsq̄ ad tēp⁹ federici imperatoris cognomine barbarossa. Quo tp̄e mediolano euerso arca dimissa sanctorum corpora coloniā trāslata sunt. Sanctus autem Eustorgius in pontificē consecratus post laudabilia sanctitatis opera in domino quieuit. Mediolani sepultus.iij.idus aprilis.

De sancto Julio papa et confessore. Cap.xlvj.



Juli⁹ papa natione romanus ex patre rustico marco sctō romano pōtifici in epatu successit:et sedit ānos.xj.mēses.ij.dies.viij. Hic cōstituit vt nulli⁹ cleric⁹ ad causam in publico ducat nisi in ecclesia. Hui⁹ p̄cepto orietalis epi thronos suscipere constituit vt oīa monumenta chartarū ecclasticarū rex p̄ romane ecclie fierēt primiscriniū. Cui⁹ tp̄e celebrata ē p̄ma synod⁹ nicena.cccxviij. epōrū in q̄ dānata est heresis arrij q̄ asserebat filiū minorē patre. Hoc eñ factū est adhuc viuēte cōstātino augusto. Quo humanis exēpto iuli⁹ papa exilij.x.annorū et tribulatiōes multas p̄pessus est a cōstantino augusto heretico. Tādē post mortē ei⁹ ad sedē beati petri cū gloria reuersus est. Fecitq̄ duas basilicas:vnā in foro:aliā sctī valentini via flaminia. Quieuit in pace pridie idus Aprilis et sepult⁹ est in cimiterio Calopodij miliario tertio ab vrbe. Et cessauit episcopatus dies.xv. Hic vnā de incarnatiōe dñi ad Dionysiū scripsit epistolam.

De sctō Zenone abbate. Ca.xlvij.



Zeno monachus siluani abbatis discipulus fuit. De quo refert heraclides iter cetera ei⁹ virtutis et constantie insignia:quod in ardentissimi solis egyptia regione stetit in caumate quinq̄ dieb⁹ se desiccans in sole:vt ex hoc p̄baret vtrū tormenta tolerare posset. Et post mire penitentie opera migrauit in christo pridie idus aprilis.

De sctō Herminigildo rege et martyre. Ca.xlviij.



Herminigild⁹ rex et martyr anno sexto Tyberij sctī īperatoris:vel anno gratie.dcxv.martyriū passus est q̄ Leuuigildi regis visigothorū fili⁹ Sigiberti regis filiā duxit vxorē. Ad cui⁹ suggestionē audita p̄dicatiōe sctī Leādri hispalēs.epī:et ab arriana heresi ad catholicā fidē cōuersus ac more catholico baptisat⁹ est. Quē pr̄ arrian⁹ vt suā heresim rediret:et p̄mijs suaderet et minis terrere conatus est. Cūq̄ ille in veritate fidei catholice cōstanter persisteret. Primo quidē cum pr̄ regno priuauit:rebusq̄ oīb⁹ spoliauit. Deinde collo manibusq̄ ferro vinctū in arcta custodia mācipauit. Qui oīa p̄ xp̄i amore cōtēnebat. Superueniente vero festiuitate paschali misit ad eū noctu perfidus pr̄ episcopū arrianū vt de manu ei⁹ sacrilegā cōmunionē acciperet. Quod vir dñi nō

solũ facere renuit:sed etiã arriano epõ durius exprobra uit. Ob hoc pater indignat⁹ missis apparitorib⁹ ipsum in eodẽ carcere securi in capite eius confixa excerebrari fecit:sic regnum celeste rex ꝛ martyr intrauit Ad cuius corporis tũbã nocturno tempore psalmodie cantus au diebantur:et lãpades accense a pluribus videbant. Pa trẽ vero post filij occisionẽ mortis eius penituit:et ad fidẽ catholicam deuenisset:si gentis sue furorẽ non for midasset:moriens tamẽ recharedũ filium suum regem futurum sancto leandro ꝑdicto episcopo cõmẽdauit:ꝗ fratrẽ martyrem nõ patrem perfidũ secutus ab arria na peste conuersus:ab eodẽ episcopo baptizatus est:to tãqꝫ visigothorum gẽtẽ ad veram perduxit fidem. Pas sus est autem sanctus hermenigildus idibus aprilis.

De sanctis carpo episcopo et socijs martyribus. Cap. xlix.



Carpus episcop⁹ papyrius diaconus:et agathonica optima femina apud pergamum asie vrbẽ exemplo martyris pionij martyrium passi sunt tẽpore Anto nini veri ꝛ aurelij commodi impe ratorum: vt in. iiij. lib. eccl. historie reperitur. Cũ quibus et iustinus vir mirabilis qui iam secundũ li brum ꝑ defensione religionis no stre scriptum iudicibus obtulerat remunerationem lingue fidelis ꝛ erudite martyrꝫ mu nus accepit quodã philosopho cresecente nomine ei insi diante:quem sepius disputando confuderat qui passi sunt idibus aprilis.

De sancto Justino martyre. Cap. l.



Justin⁹ martyr de quo proximo dictum est bacchiade prisci filius ex vrbe neapoli palesti ne prophetie nostre sectator plurima scripsit volumina pro religione chri stiana. Nã ꝯtra paganos volumẽ in signe protulit:in quo de demonũ na tura testatur. Scripsit et aliud chri stiane fidei defensionem cõtinẽs:quẽ marco antonio vero et fratri direxit. Antonio pio et filiis atqꝫ senatui apologeticũ pro reli gione xp̄iana cõscripsit. Jtẽ librum de monarchia dei. Dialogũ contra iudeos et triphonem eorũ principẽ do ctorẽ illustrẽ. Jtẽ ꝯtra martionẽ hereticũ insignia duo cudit volumina. Jtem cõtra oẽs hostes. Extat et aliud eiusdẽ quod dicitur confutatio. Jtem aliud quod inti tulatur psaltis. Jtẽ de anima in quo diuersas questio nes inseruit. Hic a cresecente quodã christiani nominis blasphemo delatus qꝺ christi fidei esset sectator: in per gamo asie ciuitate martyrij palmã adeptus est idibus aprilis. Hunc putãt aliqui trogi fuisse abbreuiatorem. Hec hieronymus libro de viris illustribus.

De sanctis Tyburtio et Ualeriano et Maximo martyribus. Cap. lj.



Tyburtius ꝛ vale rianus ꝛ maximus Martyres passi sunt rome sub Almachio vrbis ꝑfe cto. Cũ enĩ beata cecilia valerianũ sponsum suũ et tyburtiũ eius fratrẽ cõuertisset ad xp̄m vt in eius passio ne dicet intra. x. kal. decembris. Ty burtius ꝛ Ualerianus elemosynis insistebãt ꝛ corpora martyrũ sepultu re tradebãt. Quos almachius tẽtos sibiqꝫ presentatos interrogabat:cur facultates suas vilibus psonis exhibebant:ꝛ ꝑ suis sce leribus dãnatos sepeliebãt. Cui cũ tyburti⁹ rñderet qꝺ optabãt illorũ seruos fieri:quos ille dãnatos appella bat. Et multa alia de gloria future vite dixisset:tybur tiũ amoueri fecit:ꝛ valerianum applicans ad sacrificia deorũ inuitauit. Jlle vero se vni deo sacrificare dicebat: cui⁹ nomẽ exprimere nemo poterat. Jouẽ vero adulte rũ ꝛ homicidã asserebat:quẽ almachius fustigari iussit deinde cõtra eos sentẽtiã tulit:vt ad pagum iouis addu cti si sacrificare cõtẽnerent capite cederent:tradẽs eos maximo corniculario vt sententiã exequeret. Qui cum eos duceret quasi illis cõpatiẽs lamentabat:cur ambo germani vitã cõtẽnẽtes ad mortẽ quasi ad epulas festi narẽt. Tyburti⁹ ergo ꝛ valerian⁹ ceperunt ei future vite penas et gloriã reserare ꝑmittẽtes maximo ꝙ si se pu rificari ꝑmitteret:in hora decollationis cerneret:eũ ꝯtra gloria eorũ aĩe vitã futurã susciperent. Maxim⁹ ergo a carnificib⁹ obtinuit:vt leti martyres ad domũ ipsi⁹ in custodia ducerent:ꝛ in crastinũ decollãdi seruarent:vbi tyburti⁹ ꝛ valerianus adducti maximũ in fide erudie rũt:ꝛ mittẽtes ꝑ vrbano papa ꝛ ꝑ cecilia ipm̄ baptiza ri fecerũt:totãqꝫ noctẽ in fidei sermonibus deduxerũt: factoqꝫ mane sancti martyres a cecilia confortati extra vrbẽ ad iouis pagũ quarto ab vrbe miliario deducunt: ꝛ sacrificare nolentes gladio feriunt. Tũc maxim⁹ ad iurat⁹ dicebat ꝙ viderat angelos ꝑ solẽ fulgẽtes aiasqꝫ sctõrũ de corporibus quasi spõsas de thalamo egressas in gremio suscipiẽtes ꝛ ad celos cũ gloria deferẽtes:que cũ carnificibus narrasset plurimi crediderũt. Qꝺ cum almachio nunciatũ fuisset:iussit maximũ cum omnib⁹ qui crediderãt in eodẽ loco tãdiu plũbatis cedi quousqꝫ spiritum exuerent. Quorum omnium corpora san cta cecilia sepeliuit. xviij. kalen. Maij.

De sancto Maximo episcopo. Cap. lij.



Maxim⁹ episco pus constantinopolitanus tp̄e gra tiani imperatoris floruit:qui vir insi gnis ꝑconij sanctitatis ꝛ doctrine. Inter cetera ipsius memorãda ad uersus arriũ nobile volumẽ ꝑ fide nostra cõposuit:qꝺ prefato princi pi apud mediolanũ obtulit:et cla rus virtutib⁹ in domino quieuit. Hec hieronymus de viris illu stribus.

De sanctis Olympiade ꝛ Maximo mar tyribus. Cap. liij.



Olympias ꝛ maxi mus martyres passi sunt sub decio ce sare in corduba ciuitate persar. Qui cũ tenuisset sanctos regulos abdon ꝛ Sennem traditi sunt eidẽ et isti no biles viri persarum eo qꝺ essent chri stiani. Quos decius p̄mo sine audiẽ tia fustibus cedi iussit. Deinde cũ eis diceret vt facultates suas proderent: illiqꝫ aurum ꝛ argentũ eorũ xp̄m esse dixissent. Iterum eos fustigari mandauit:donec verbe rantes deficerent. Et post hec xp̄m constantius confi tentes plũbatis cedi fecit:ꝛ subsequenter in equuleo le uari:ac in lectis ferreis prunis substratis extẽdi. Et cũ hec omnia superassent tradidit eos vitellio anisio vi cario suo. Qui non consentientes sacrificare diis paga norum:quos demonia asserebant:iussit securibus eorũ capita tandẽ contundi donec spiritum emiserunt. Cor pora vero ipsorum canibus exposita quinqꝫ diebus ab illis permanserunt intacta. Sed postmodum a quibus dam christianis de genere abdon ꝛ collecta sunt ꝛ in do mo dictorum martyrũ in ipsa ciuitate sepulta. Qui pas si sunt. xvij. kalendas maij.

De sanctis Marone Eutycete ꝛ Victori no martyribus. Cap. liiij.



Maro eutyces et victorin⁹ martyres sctā; virginē flauiā domicillā neptē domitiani augusti: et spōsā aureliani filios consulis: vna cū ciunuchis cubiculariis .s. nereo et archileo i fide xpi istruxerūt et ad baptismatis gratiā pduxerūt. Postq̄ ergo nere⁹ et archileus a pdicto aureliano martyrizati fuerūt: vt in eoꝝ passiōe. iiij.id⁹ maij dicet: maro eutyces et victorin⁹ apud eudē aurelianū accusati sūt qd maiorem cū eis familiaritatē haberet ipsa virgo: que cū nereo et archileo habuisset: eo q̄ ipsa; in christū credere docuissent. Quapropter impetrauit aurelian⁹ ab impatore vt pdicti viri ducerēt ad exiliū in insulā pōtianā vbi cū diu dū fuissent cū beata flauia domicilla. Inde postmodū educti: aureliano comiti in seruitutē traditi sunt. Quos ille vti seruos p sua pdia diuisit vt terrā colerēt. Eutycetē q̄dē miliario ab vrbe.xvj.via numentana: victorinū.lx.via salaria: et maronē.xxx.eadē via. Et quib⁹ eutyces filiā cōductoris sui vexatā ab immūdo spiritu liberauit: victorin⁹ loci vicedsim paralyticū sanauit: maro curatorē ciuitate septē pedis ab hydropisi eripuit. Que dū aurelian⁹ audisset missis famulis eutycetē; in media via vsq; ad mortē cedi fecit: vbi et a christianis sepultus est: victorin⁹ aūt ipsius domini sui mādato apd cecilias vbi sulphuree aque emanāt: capite deorsum in eisdē aquis triduo suspēsus expirauit. In amiternina ciuitate sepult⁹: maro vero cū saxū grāde qd vix septuaginta homines portare potuerūt: in humeris faciliter quasi paleas deportasset ad duo miliaria ibidē; capite cesus est. Et in eodē saxo corp⁹ ipsius a fidelib⁹: q̄ viso miraculo crediderāt reconditum est. Horū passio.xvij. kalendas Maij celebratur.

De sctis Calixto et Carisio et socijs martyrib⁹. Ca.lv.



Calixtus et carisi⁹ et alij septem consocij eorum apud ciuitatem corinthum martyrium passi sunt. Qui omnes pro confessione nominis christiani in pelago demersi perpetuas triumphi palmas a domino percipere meruerunt decimooctauo kalendas Maij. Ut dicit Ado.

De sanctis decem et octo martyribus. Cap.lvj.



Decē et octo martyres i ciuitate cesaraugustana martyrium passi sunt. Quorum nomina sunt hec. Quintilianus: Cassianus: Saturninus: publius: Urbanus: Martialis: Faustus: Successus: Felix: Januarius: Primitiu⁹: Euot⁹: Cecilianus: Optatus: Fronto: Lupertus: Apodemus: Julius. Hi omnes sub datiano hispaniarū pside diuersis affecti penis atq; interfecti sunt.xvj.kalendas Maij.



De sctō Aniceto papa et martyre. Ca.lvij.

Anicetus papa et martyr natione Syrus ex patre Joanne pio Romano pōtifici i cathedra successit: et sedit ānos.ix.mēses.iii.dies.iiij. Hic cōstituit vt cleric⁹ nō nutriat barbā nec comā: et habeat coronam ad modū spirule: cōstituit etiam q̄ episcopus non debeat consecrari nisi ad minus a trib⁹ episcopis. Si autem archiepiscopus debeat cōsecrari i omnes prouinciales episcopi debeant adesse sicut omnes tenentur ei obedire. Item statuit vt si aliquis eps haberet aliquid contra suū archiepiscopū: nō alio est deferēd⁹ nisi ad primatē vel ad sedē apostolicā. Et vt nulli archiepiscopi primates vocētur nisi illi qui primatu; tenēt ciuitatū: quarū episcopos apostoli vel eorū successores regulariter patriarchas statuerūt; ꝗ metropolitani vocēt. Hic fecit ordinationes.v.per mēsem decēbris presbyteros.decemseptē diaconos: quatuor epos p diuersa loca nouē. Qui tpe seueri et marci impatoris martyrio coronatur. Et sepultus est in cimiterio calixti via apia.xv.kal. Maij. Et cessauit episcopatus dies.xv.



De sctō Mapalico et socijs martyribus. Cap.lviij.

Mapalicus martyr cum pluribus alijs passus est apud aphricam ciuitatem tagalten. De quo beatus Ciprianus in epistola ad martyres et confessores multa laudabilia scripsit: et quod martyriū suum prophetica voce predixit. Qui omnes martyrio coronati sunt decimoquinto kalendas Maij.



De sctō Heleno abbate. Cap.lix.

Helen⁹ abbas cu; in eremo habitaret: et cū fratrib⁹ cibaria deferret aggrauatus pondere onagros videns eis precepit vt in christi nomine vn⁹ eorū eius sarcinā portaret. Qd factū vno ex illis sarcinā ad locū cōstitutū cum mansuetudine deferente. Alio tēpore inuenit fratres diem dominicū minus solēniter celebrantes: qr sacerdotis cōmunione carebant. Et dum iret pro sacerdote crocodillum in flumine repertū ascendit et sup ipm flumen transiens ad cellam presbyteri venit quē secum adduxit: et flumen vt prius transiuit. Dūq; sacerdos timore serpentis fugeret sanctus illum signo crucis dissecuit sicq; decetero presbyter secur⁹ ad fratres accessit. Juuenis helenū ad eremū secutus grauiter de carnis vitio tentabatur. Ille vero digitum in arena circa cellam iuuenis duxit: et circulum fecit: ac demonibus ne signum illud pretergrederetur expresse mandauit: moxq; frater a tentatione eadem securus permansit. Dum autem fratres vndiq; ad eum venirent: continue iuuenis incognitus eidem apparebat et cibos pro aduenis deferebat ac ilico abibat. Dum semel cum quodam heretico disputaret et argumenta eius ferre non posset. ignem accēdi fecit: vt quis eorum igne non vreretur fidem habere veram probaretur. Quem helenus intrans dudum in flammis illesus permansit et intactus exiuit. Hereticus vero intrare nolens confusus abijt. Dormiuit in christo vir sanctus.xv.kalendas maij. Hec heraclides.

De sancto Paulo abbate. Cap.lx.



Paul⁹ abbas in lybia quingentos monachos habuit quos monitis salutaribus et exemplari vita in viam salutis direxit. Qui diebus singulis nec cibum sumebat: nec manibus operabatur: donec.ccc.orationes deo solueret genuflexo: quas numero lapidū ponebat: et ad singulas orationes lapides in sinum remittebat vt dicit heraclides: et ipse in christo pausauit die quo supra vz.xv.kalen.maij.

De sctō Eleutherio epo et Anthia marty. Ca.lxj.



Eleutheri⁹ episco-
pus ꝛ antias mater eius passi sūt ro
me sub adriano impatore cu⁹ pr̄ no
bilis senatoꝛ dū ōcederet:matri puer
ōmēdauit. Illa ꝟo xp̄ianissima filiū
sacris lr̄is erudiēdū cuidā ep̄o tradi
dit. Qui iuuenē eruditū de oīb⁹ an-
noꝝ.xv.i diaconē ordinauit:deide an
noꝝ.xviij.ad sacerdotiū ꝓmouit:vel
de cū multis clareret signis annoꝝ.
xx.ad petitionē multoꝝ ip̄z in apulia
ep̄z ōsecrauit. Adrian⁹ igit̄ de partib⁹ orietis romā ve
niēs audiēs eleutherij famā:misso felice comite cū ad
se i vrbē adduci mādauit. Sāct⁹ ꝟo comitē ad xp̄m cō
uertit:ꝛ veniēs secū ad vrbē i via baptisauit. Et ꝑsenta
tus adriano impatori cū xp̄m dn̄m ōfitere𝑡:sup lectū
ereū extēs⁹ cū igne subtermisso:quē impatoꝛ mortuū
existimās deponi fecit. Et vidēs ip̄m cōstātiorē effectū
ip̄m i craticula poni iussit carbonib⁹ substratis ac oleo
desup infuso. Statiq̄ʒ ignis extinguit̄ ꝛ craticula refri-
geratur. Post hec i sartaginē mittit̄ plenā oleo ꝛ adipe
liquefactis:in qua sicut in prato roꝛe madefacto ꝑmā-
sit. Tūc adrian⁹ cōsilio corꝛborū ꝑfecti:ip̄m in furnū ac
cēsum immitti mādauit:in q̄ die integro oīno illesus
fuit:ꝛ oīno inuist⁹ inde exiuit. Quo miraculo ꝑfect⁹ cō-
uersus est. Quē imperatoꝛ in eodem clibano misit:sed
ꝛ ipse illesus permāsit:tūc imperatoꝛ ꝑfectū decollari
fecit:cui vnda sanguinis ꝓ baptismate fuit. Eleutheri⁹
vero postq̄ꝫ dieb⁹ plurimis in custodia detentus fuisset
inde educt⁹ iubēte alexandro quatuoꝛ eq̄s indomitis
pedibus alligatur:qui stimulis ferreis sub caudis eoꝝ
positis ad cursum incitabant̄:vt sic ipsuʒ ꝑ inculta ꝛ ari-
da loca pertrahētes minutatim ei⁹ mēbra dirūperent.
Angelus autē domini equos mitigauit:ꝛ eleutheriū so
lutū ad mōtē excelsū duxit:ad quē oēs fere syluaꝝ ꝯue-
niētes eidē mitissime famulatū ꝑbebāt. Que cū a q̄buſ
dā venatorib⁹ q̄ hec i ip̄o mōte feras ꝑsequētes ōspexe
rāt:ipatori nūciata fuissēt:misit apparitores armatos:
vt eū ōprehēderēt quē mortuū existimabat. Quoꝝ plu-
rimos ōuertit ad xp̄z:cū q̄b⁹ ēt vēit ad adrianū:quē il
le in āphiteatrū mitti fecit:ꝛ leonā ei laxari. Illa ꝟo scti
pedib⁹ ꝓuoluta cū oīno nō tetigit:īde dimittit̄ eidē leo
ferocissim⁹:q̄ ip̄e mitissim⁹ effect⁹ sctm̄ pedib⁹ āplerat̄:
ꝓp qd̄ multi gētiliū i dn̄o crediderūt. Orta q̄ʒ seditiōe in
ter paganos ꝛ ōuersos ad xp̄z pl⁹ q̄ꝫ q̄ngēti de pp̄lo iter
fecti sunt. Qd̄ ipatoꝛ vidēs eleutheriū decollari ꝑcepit.
Mr̄ ꝟo ei⁹ ātias:q̄ eū secuta fuerat:dū sup corp⁹ filij de
flēdo corruisset de ōhēsa ab adriano q̄ꝫ xp̄iana eēt:ab eo



dē ꝛ ip̄a parit̄ decollat̄. Quoꝝ corpa
ciues apulie ad eoꝝ ciuitatē trāslata
ibidē honorifice condiderunt. Qui
passi sunt.xiiij.kalen.Maij.

¶ De sancto apollonio sena-
tore ꝛ mar. Cap.lxij.



Apollonius sena-
toꝛ romane vrbis ōmodo ipatori a
scd̄o ꝓdit⁹ q̄ꝫ christian⁹ esset. Iussus
quoq̄ʒ vt fidei sue rationē redderet
isigne volumē xp̄ianitatis ōposuit:
quo i senatu recitato snīa eoꝝ ꝓ xp̄i
fide penā capitalē excepit.xiiij.kalē.
maij. Hec Hieronymus de viris il-
lustribus.

De sctō Apollonio abba. Ca.lxiij.

Apolloni⁹ abbas
habitauit in thebaida i finib⁹ hermo-
polis pater q̄ngētoꝝ monachoꝝ:hic
annoꝝ.xv.secessit ad eremū:ꝛ.xl.an-
nis ibi cōuersat⁹ ē:cui semel dn̄s ap
parēs dixit:vt mitteret manū in sinū suū ꝛ q̄cq̄d cōpre
hēderet ōstringeret:ꝛ sub arena obrueret. Ille ꝟo puiſ
simū ethiopē tenuit:q̄ se demonē supbie spiritū esse di
xit:quē ille in arenā demersit. Factaq̄ʒ est voꝝ ad eū de
celo:q̄ exinde quecq̄ʒ petita obtineret. Cū aūt die pasche
paucos panes ꝛ olera sicca ad refectionem haberet:ꝛ
dixit fratribus suis:vt q̄sq̄ʒ qd̄ vellet a dn̄o postularet.
Premissaq̄ʒ oratione ab omnib⁹ oīno incognitis inui-
sis poma ꝛ fruct⁹ omniū generū alias in partib⁹ illis
nūq̄ꝫ repta miri saporis apportāt̄ panesq̄ʒ cādidissimi cū
lacte ꝛ alioꝝ victualiū copia ministrāt̄. Latorib⁹ ꝟo su-
bito nusq̄ꝫ ōparētib⁹ cibaria illa fratrib⁹ vsq̄ʒ ad pētihe
costen satis fuerūt. Cuidam quoq̄ʒ fratri petenti sibi a
deo dari humilitatis:ꝛ mansuetudinis gratiam:quod
petierat impetrauit. ¶ Orta maxima fame:multos lo-
coꝝ illoꝝ habitatores cū paruulis ꝛ ōiugib⁹ ad se recur
rētes trib⁹ solis sportulis panū q̄ vix ad esū fratrū vno
die sufficerēt ꝑ.iiij.mēses idesinēter sustētauit. ¶ Cū q̄
dā ei⁹ carnalis frater a iuliano ipatore capt⁹ eēt acces-
sit ad ōsolādū eū:ꝛ a tribuno rept⁹ cū eodē iclus⁹ ē:me-
dia aūt nocte āgel⁹ ianuas apuit:ꝛ luce desup ifusa ce-
lesti oēs detētos liberauit. Qui postmodū ꝑduās mul
tos xp̄ianos ōfortauit ꝛ iuuenē noīe philemonē se deri-
dētē ad xp̄z ōuertit. Et post multas



exhortationes plurib⁹ factas ad ere-
mū rediit:ꝛ in sancta cōuersatiōe vi-
tam finiuit. Hec heraclides.

¶ De sancto apollonio confesso-
re. Cap.lxiiij.

Apollonius cōfes
soꝛ cū nullā artē sciret:cibaria et me
dicamina laborātib⁹ ex ꝓpria pecu-
nia cōparabat singulaq̄ʒ monasteria
vsq̄ʒ ad horā nonam quasi quotidie
circuibat:ꝛ languētib⁹ ministrabat. Hec heraclides.

¶ De sancto Leone papa.x.ꝛ cōfessore. Cap.lxv.



Leo papa huius
noīs decim⁹ natione allemanus de
lothoringia damaso scd̄o romano
pontifici in ep̄atu romano succes-
sit:ꝛ sedit ānos.v.mēses.ij.dies.vj.
Romani eñi ex praua cōsuetudine
postq̄ꝫ ab impatore Henrico.ij. pe
tiissent sibi pontificē dari:ꝛ eū nullū
teutonicorum:vt ad hoc reciperet
possent inducere ep̄m tullēsē. Bru-
nonē noīe virū simplicē ad hoc in-
clinarūt. Qui ad vrbē veniēs:ꝛ ex hoc cōscientiā habēs
oīno resignauit. Et denuo ab oīb⁹ electus q̄uis satis
renitēs tādē multa pp̄li instātia acceptauit ꝛ vocatus
est leo ipsi⁹ noīs decim⁹. Hic sanctissime vite vir extitit:
ꝛ pauperibus largas elemosynas ꝑbēs cūctis mu-
nific⁹ admodū fuit. ¶ Hic etiā ex deuotione beati mar
ci euāgeliste corpus ei⁹ venetias veniēs visitauit anno
dn̄i.M.l. ¶ Hic prim⁹ inter romanos pōtifices ad sug
gestionē quorūdā samnitū cōtra romanos q̄ apuliā ꝛ
terras eccl'ie usaserāt arma cepit:ꝛ cū allemanis quos
sibi ipcratoꝛ direxerat hostib⁹ occurrit. Qd̄ q̄uis sctō
zelo fecerit eidē tn̄ male successit:eo qd̄ multos de suis
in bello ꝑdidit:ꝛ sine effectu ad vrbē rediit. Qd̄ id̄ ipsi
cōtigit:q: id nō ei⁹ erat officiū:neq̄ʒ hoc illi ꝑmissuʒ fue
rat a dn̄o q̄ ad pacē venerat suosq̄ʒ magis vt ab aliis pa
terent̄ q̄ꝫ vt alios ꝑseq̄rent̄ ꝑmonuerat. ¶ Sanct⁹ ꝟo
pōtifex graui lāguore detēt⁹ die tertio añ ei⁹ obitū ad
se oēs ep̄os ꝛ clericos ōuocauit:eosq̄ʒ i sctā fidei religio
ne ōmonuit ꝛ q̄r die tertia migratur⁹ erat ꝓut ꝑ visio
nē a dn̄o habuerat eisdē ꝑnūciauit. Altero ꝟo die in le-
cto decūbēs ad eccl'iaʒ aploꝝ pricipis se deportari ius-
sit:vbi ꝛ sepulchꝝ suū marmoreū deferri voluit. Et de
lectulo surgēs duob⁹ ep̄is eū sustētātib⁹ ipsemet ad se-

pulchrũ secessit illudeq; bñdixit ⁊ ad lectulũ rediit. Tota'q; ipsa die ⁊ nocte ppl'm cõgregatũ salutiferis sermonibus admonere nõ cessauit. Die ṽo tertia de mane ꝓuocatis cp̃is ⁊ clero: missam sibi celebrari fecit. Deinde cõmunionem sacrã suscepit. Et erect⁹ in lectulo suo ꝓspiciẽs ad crucẽ diuti⁹ ꝓ se ⁊ omni xp̃iano pplo orationẽ fudit: mox'q; supin⁹ rediẽs quasi suaui somno sopoꝛat⁹ feliciter spiritum emisit. Tũc oẽs cãpane ꝑ vrbem ꝑ se ipsas sonare ceperũt. Eadẽ hoꝛa albertus. ⁊. v. aliĩ de tuderto in ipsa ciuitate viderũt stratam paliis innumeris oꝛnatã ⁊ coꝛruscãtẽ lampadib⁹: ꝑ quã leo papa ducebat̃ ad celũ. Et inuenerũt eũ eadẽ hoꝛa e coꝛpoꝛe migrasse. Et concurrẽte omni populo ipso die sepulture sue: oc⁹ ꝑ eũ multa miracula ostẽdit. Nã demoniacus quidã q̃. ix. annis obsessus fuerat liberatus est. Alius q̃ erat cec⁹ ⁊ mut⁹ ac surdus vidẽdi ⁊ audiendi ac loquendi facultatẽ accepit: multi quoq; aliĩ a diuersis infirmitatibus curati sunt. Sepultus'q; est in ecclesia beati petri manifestis miraculis clarens. Quieuit autẽ in dño. xiiĩ. kalen. maĩ. anno dñi. M. liiĩ.

¶ De sancto Timone diacono ⁊ mart. Ca. lxvi.



Timõ diaconus ⁊ martyr de. vij. primus ab apostolis electus est: vt habet̃ Ac. vj. Qui primus apud beroam doctoꝛ resedit. Ac deinde verbum domini disseminans venit coꝛinthum. Ibiq; a iudeis ⁊ grecis: vt traditur flammis iniectus: ꝗ nihil lesus est. Dehinc cruci affixus martyriũ suum impleuit. xiiĩ. kalen. maĩ. Hec hieronymus in martyrologio.

¶ De sancto Timone ep̃o ⁊ martyre. Ca. lxvij.



Timõ episcopus et martyr apud arabiam passus est: qui ex diaconatus oꝛdine ad pontificatum vrbis vesegoꝛine: que ciuitas est arabie electus est. Qui pro confessione nominis domini flammis combustus martyrio extitit coꝛonat⁹: ⁊ in ipsa ciuitate recõdit⁹.

¶ De sctis Sulpitio ⁊ Seruiliano martyrib⁹. Ca. lxviij.



Sulpiti⁹ ⁊ seruilian⁹ rome passi sunt. Qui predicatione ⁊ miraculis flauie domicille ad fidem chꝛisti cõuersi sunt: que etiam spõsas eoꝛũ theodoꝛã ⁊ eupbꝛosynã ad agnitionem chꝛistiane veritatis ⁊ perseuerantiam virginitatis ꝯuerterat. Hi ambo sub ꝑsecutione traiani imperatoris ꝑfecto vrbis aniano detẽti: cũ sacrificare nollẽt capite plexi sunt. Sepulti a chꝛistianis in predio eoꝛũ via latina scdo miliario ab vrbe. xiĩ. kalen. Maĩ.

¶ De sctõ marcellino ep̃o ⁊ cõfessoꝛe. Ca. lxix.



Marcellinus primus ep̃s ebꝛedunen. ciuitatis fuit: qui diuino iussu cũ socijs suis domino ⁊ vincentio ex aphꝛica veniẽs maximam partem alpium maritimarũ verbis ⁊ signis admirandis quibus vsq; hodie refulget: ad fidẽ xp̄i conuertit. Hic inter cetera virtutũ ei⁹ preconia a deo obtinuit: vt baptisteriũ qð ipse in eadẽ ciuitate ꝯdiderat singulis annis sabbato sancto aquis diuinitus et subito repleatur: ⁊ per septẽ dies pulchꝛe aqua exuberãte plenum permaneat: qð vsq; in diẽ hodiernum ibidem apparet. In eadem'q; ciuitate quieuit in pace: vbi ⁊ sepultus est. xiĩ. kalen. Maĩ. Socij vero eius confessoꝛes chꝛisti in dño doꝛmierũt apð clunẽsium vrbem conditi. Hec Ado.

¶ De sancto victoꝛe episcopo. Capi. lxx.



Victoꝛ carthaginẽsium episcopus floꝛuit tempoꝛe anastasij imperatoꝛis: qui preclarus virtutibus et doctrina fuit: aduersum arrianos composuit librũ vnũ: de penitẽtia librum vnum: in quo viuendi regulam penitentibus iuxta scripturarum authoꝛitatem instituit: ad basilium quendam super moꝛtem cõsolatoꝛiũ librũ vnũ spe resurrectionis perfectum et instructione munitum: homelias etiam: qui a fratribus salutis propꝛie solitis in libꝛis digeste seruantur: qui ⁊. xij. kalẽ. Maĩ. Carnis debitum soluit.

¶ De sancto Symeone archiep̃o ⁊ socijs martyribus. Capi. lxxi.



Symeon archiepiscopus Seleucie ⁊ ctheſipontis regalium vrbiũ cũ socijs suis apud persidam martyriũ passus est sub rege sapoꝛe tempoꝛe constantini vt dicitur in histoꝛia tripartita: quo tempoꝛe armeni et indi pꝛimo ad chꝛistum conuersi sunt. Hic tanq̃ regni pꝛoditoꝛ compꝛehensus ferro'q; vinctus in persidam ductus est. De quo crimine purgatus: sed de chꝛistianitate suspectus cum de domino Jesu chꝛisto libera voce et constantissime testaretur et nollet adoꝛare deum solem carcerali ergastulo cum aliis centum: ex quibus aliĩ episcopi aliĩ ꝑsbyteri aliĩ diuersoꝛum oꝛdinũ clerici erant diebus pluribus maceratur. Ubi a quodam vstazadis seniore eunucho regis nutritoꝛe olim amico suo visitatur: quem symeon despexit nec videre voluit eo quod olim chꝛistianus fuisset: metu'q; moꝛtis solem adoꝛasset. Unde ille confusus resipuit et ad regem accedens se chꝛistianum publice pꝛofitens decollatur. Die vero sequenti que erat parasceue: symeon eductus de carcere cum nollet regi consentire cum omnibus suis iussus est pariter capite cedi. Inter quos martyres erant abdecalas et ananias episcopi senes gloꝛiosi: cum quibus passus est et pusitius artifex regis: eo quod vnum de senioꝛibus expauescentem gladium cõfoꝛtasset. Cui perfoꝛata ceruice lingua eius inde extracta est. Et cũ eisdem etiam passa est quedam filia pꝛefati pusitii sacra virgo: qui passi sunt. xj. kalen. maĩ. Hec in tripartita histoꝛia.

¶ De sanctis Oꝛatoꝛe pꝛesbytero ⁊ socijs martyribus. Capi. lxxij.



Oꝛatoꝛ pꝛesbyter foꝛtunatus: felix: et silinus atq; vitalis martyres apud Alexandriam passi sunt. Qui multo tempoꝛe onerosis vinculis afflicti et durissima inedia marcerati in carcere quieuerunt. xj. Kalendas Maĩ vt dicit Ado.

¶ De sancto Sotbero papa ⁊ martyre. Capi. lxxiij.



Sother papa et martyr: natione campanus ex patre concordio de ciuitate fundana anice to pape in pontificatu romano successit: et sedit annos. ix. menses. iij. dies. xxj. Hic constituit vt nulla monacha pallas sacratas tangeret: nec incensum i ecclesia poneret: et vt velum portaret. Constituit etiã vt legitima nõ habeat vxor nisi p sacerdotẽ fuerit bñdicta et a parẽtib' solenniter tradita: et a paranymphis custodita: cauẽs multis periculis q̃ circa matrimonia contingere solent. Huius tempozib' cataphryge heretici sunt exorti a phrygia prouincia vñ habuerũt originem denominati: q̃ spm̃ sctm̃ nec apostolis nec aliis datũ asserũt nisi ipsis. Quorũ auctores fuerũt montan' presbyter: prisca et maximilla: hic fecit ordinationes tres p mẽsem decembriũ presbyteros. viij. diaconos. ix. episcopos p diuersa loca numero. xj. Qui sub seuero principe martyrio coronat' est. Sepultusq; est i cimiterio calixti via apia. x. kalẽdas maij. Et cessauit episcopat' dies vigintiduo.

De sancto Caio papa et martyre. Capi. lxxiiij.



Caius papa et martyr: natiõe dalmatinus de genere diocletiani imperatoris frater gabini pbr̃i: de quo. s̃. actũ est. xj. kal. martij ex parte gallo eutychiano pape i epatu romano successit. seditq; ãnos. xj. mẽses. iiij. dies. ix. hic p̃stituit vt oẽs ad ordines i ecclia sic ascẽderẽt vt si q̃s dign' fuisset primo ostiar' lector: exorcista: acolit' deinde subdiacon' et diaconus ac pbr̃. Deinde vero ep̃s ordinaret. Hic cõstituit paganos et hereticos vl' iudeos nõ posse xp̃ianos accusare: aut vocẽ eis infamatiõis inferre. Itẽ statuit vt nemo ep̃z aut clericos apud iudices seculares accusare presumeret. Hic etiã rome regiones diuisit diaconibus: vt gesta martyrũ p̃quirerẽt et cõscriberent: ac etiaz alia negocia pertractarent. Hicq; fecit ordinationes quatuor p mẽsem decẽbriũ: presbyteros xxv. diaconos. viij. ep̃os per diuersa loca numero q̃nq;. Qui fugiẽs p̃secutionẽ diocletiani in cryptis habitãdo martyrio coronat. Et sepult' est in cimiterio calixti via apia. x. kal. maij. Et cessauit episcopat' dies. xj. Hic cõtra hereticos epistolam edidit de verbi dei incarnatiõe fidem catholicam continentem.

De sancto Caio pbr̃o et cõfessore. Capi. lxxv.



Caius presbyter et cõfessor rome claruit sub tempore zepherni pape. Qui sapientia p̃dit' aduers' p̃culũ mõtani sectatorẽ insignẽ habuit disputationẽ quam in vnũ redegit volumen. In qua inter cetera scribit eplam pauli q̃ inscribit ad hebreos eiusdẽ nõ fuisse: quã ẽt apd romanos quasi p sua nõ hñri vsq; ad sua tp̃a beat' scribit Hieronymus q̃ eundẽ Caiũ inter illustres suo libro commemorat.



De sctõ leone papa p̃mo. Ca. lxxvj.

Leo papa hui' nominis prim' natiõe tusc' ex patre q̃ntiano sixto. iij. pape in epatu romano successit: et sedit annos. xxj. mensem. j. dies. xxvij. Hic post cladẽ vãdalorum renouauit oĩa sacra ministeria argẽtea. Cui' tp̃e quarta sinod' calcidoñ. cccccccxxx. ep̃orũ celebrata est instãtia leonis pape mãdante martiano imperatore: in qua eutyces cõstantinopolitan' abbas et dioscor' alexandrin' episcop' qui dicebãt vnã verbi dei et hominis esse naturam dãnati sunt. Et rursuz nestor' et ei' error damnatus est: et diffinitũ est predicari in xp̃o duas naturas dei et hominis et vnam personã. Hic eo sanctissimus cũ cõtra fabianum et eutycetẽ epistolam ad dictum calcidonense concilium scripsisset eandem anteq̃ mitteret epistolam sup altare sancti petri apostoli ponens: et p dies xl. ieiunijs et orationibus insistens rogauit apostolum vt si q̃d esset in eadẽ epistola emẽdandũ ad fidei p̃pter quã scripta erat: informationẽ ipse corrigere dignaret. Qd̃ et factũ est. Nã in fine. xl. dierũ inuenit epistolam in oĩbus ad p̃positũ emẽdatam. Hoc ipsum btõ sibi reuelãte apostolo. Hui' pape manũ cũ quadã femina p̃municãdo cũ aliis die pasche osculata esset: tãtã ex hoc temptationẽ in carne cõcepit vt manũ q̃ occasio fuerat scãdali amputaret: verũ cũ tumultus p̃ eũ inualesceret: et q̃d nõ celebraret: ipse in angustia cõstitutus beate Marie virginis se cõmisit. Cui vigilijs et orationib' intendenti beata virgo manũ portãs inuisibili apparuit: et sibi suã manũ apposuit. De quo nõ solũ sanct' põtifex gratias egit: sz etiã miraculũ freq̃nter publice p̃dicauit. Cũ aũt totilla rex vandalorũ italiã vastaret: et per triennium aquileiã obsidẽs cepisset: et ferro ac igne ipsam cũ multis aliis ciuitatib' cõsumpsisset: timẽs leo sanct' ne romã veniẽs idẽ faceret eidẽ occurrit: vbi circa padũ morabat et nõ solũ rome: sed etiã tot' italie salutẽ reportauit. Et mirãtib' barbaris cur sic honorifice totilla papã cõtra cõsuetudinẽ recepisset: et in omnib' exaudisset respõdit quendã vultu terribilẽ pape astitisse et mortez sibi cõminantẽ nisi ei in omnibus obedisset: vnde statiz de italia exiẽs pãnoniã rediit. Sanct' aũt pontifex cuz esset apud senoñ. galliaz ciuitatẽ in domino quieuit. x. kal. maij. Et corpus ei' Romam translatũ sepultũ est in ecclesia sancti Petri apostoli. Hic scripsit epistolã martiano augusto eiusq; coniugi pulcherrime omnez exponens. Et misit epistolas ad fabianum episcopum constantinopolitanũ. viij. Inter quas scripsit vnã preclaram aduersus eutycetem de incarnatione domini: in qua eius blasphemiam redarguit. Scripsit et aliam eplãm ad calcidoneñ. conciliũ de qua superi' actũ est.

De sctõ Agapito papa et cõfessore. Ca. lxxvij.



Agapit' papa huius nominis: primus natione romanus ex patre gordiano presbyter cardinalis ecclesie sanctorũ Joannis et pauli Joanni pape secũdo in episcopatu romano successit: et sedit annuz vnũ: mẽses. xj. dies. xviij. Hic constituit p̃cessiões fieri dieb' dominicis. Anno vero iustiniani imperatoris: vj. theodotic' rex italie et ostrogothorũ reginã amalasuncam matrẽ athanarici regis in exiliũ duci et in balneo strãgulari fecit p̃pter q̃d timẽs irã imperatoris agapitũ papã cõstãtinopolim direxit quaten' sibi impunitatẽ a p̃ncipe impetraret. Cui adhuc in via existenti in partib' greciaz oblatus est mutus et claudus curandus qui nunq̃ neq; loqui neq; ambulare potuerat: pro quo sanct' põtifex orationem fudit et missarum solẽnia celebrauit: qua missa peracta claudo manũ porrigẽs mox illũ erexit: et dum in os eius credentis corp' dominicũ posuisset: eidem lingue vsum continuo cõcessit: vt dicit gregorius. iiij. dialo. ca. iij. Ueniẽs igitur ad imperatorem cum gloria susceptus est. Cũ quo collocutiõe habita de fidei integritate: reperit eum eutycetis errore maculatum: a quo primitus graues minas accepit: vnde et eidem sanctus antistes tale verbum protulit: quod desiderauerat videre iustinianũ et inuenerat diocletianũ. Disputatione tandem habita imperatorẽ ad veritatis catholice cõ-

lice cōfessionē reuocauit: multos quoq; eadē heresi infectos conuertit. Antonium quoq; eiusdē vrbis regie epm ipsius heresis defensorē publice cōuictū a cōmunione priuauit: quē ad eius instantiā imperator in exilium misit: mennāq; virū catholicum eidē ecclesie prefecit. Omnibus quoq; que poposcerat plenius obtentis: beatus pōtifex langore pressus ibidē occubuit. x. kalen. maij. Cuius corpus loculo plumbeo recōditum romāq; trāsuectum sepultum est in basilica beati petri.

¶ De sanctis. xvj. milibus martyribus. Cap. lxxviij.



Sedecim milia martyrum

Sedecim milia martyrum: vt dicit hieronymꝰ passi sunt apud persidā sub sapore rege persaꝝ. Qui eiusdē iussu in oībꝰ ciuitatibus regni sui eadē die qua passio dñi eodē anno occurrebat scilicet die parasceue a paganis tenti quotquot christiani inuenti sunt ꝑ diuersa supplicia vsq; ad prefatū numerū trucidati fuerūt. Numerus quoq; occisorū in scriptis regi oblatus ad predictam summā deuenisse compertus est. In quibꝰ multi ex regalibꝰ interfecti fuerūt inter quos fuit azarius eunuchus regi gratissimus: et quedā regina soror symeonis episcopi nomine tarbua cū quadā pedissequa sua stipitibꝰ affixe serra secate sūt. Eodē etiā die passus est nichor episcopus cū maria diacono ⁊ clericis circa. ccl. ⁊. l. monachis ac sacris virginibus plurimis: necnō milesius olim miles persarum inclytus: qui relicta militia in ciuitate persica episcopꝰ fuerat ordinatus. Accepsima quoq; episcopus et iacobus presbyter suꝰ ⁊ alij religiosi viri quāplures. Qui omnes eodem die per diuersa loca vt dictum est: ex diuersis supplicijs interierunt videlicet. x. kalen. maij.

¶ De sanctis Parmena presbytero et socijs martyribus. Cap. lxxix.



Parmenas ⁊ Elimas

Parmenas ⁊ Elimas et chrysotelꝰ presbyteri ⁊ lucas ac mutiꝰ diaconi sub decio cesare apud cordulā persaꝝ ciuitatē passi sunt. Qui oēs vna cū pollochronio episcopo tēti sunt in ciuitate persarū babylonia ab eodē decio ⁊ pluribꝰ diebꝰ in carcere detēti deciꝰ quidē pollochroniū decollari iussit: vt in eiꝰ passione superius actū est. xiij. kal. martij. parmene ꝟo linguā precidi fecit: q nihilominꝰ expedite vt prius loquebatur. Post hec peragrās deciꝰ ad cordulā ciuitatem parmenā ⁊ socios presbyteros: ac diacones victos cathenis fecit adduci: quos ibidē sibi presentatos ⁊ dijs immolare libamina recusantes i equuleo leuari fecit. Et cū diu forti deo gratias agerēt: mirabatur cesar parmenā abscisa lingua loquē: et artiq; magice deputabat ⁊ fecit eos lāpadibꝰ exuri: laminasq; ardētes eoꝝ laterībꝰ apponi: atq; vnguibꝰ lacerari. Que oīa sctī martyres voce celica confortati cōstātissime superarūt. Tūc eos equuleo depositos fecit deciꝰ oēs pariter decollari. Quoꝝ corpa sctī ab dō ⁊ sennē subreguli rapuerūt: ⁊ i predio suo iuxta ciuitatem cordulam sepelierūt. Qui passi sunt. x. kalendas maij.



¶ De sancto Epipodio martyre. Cap. lxxx.

Epipodius martyr

Epipodiꝰ martyr apud lugdunū. gallie passus est. q persecutione antonini veri imperatoris post gloriosos quadragintaocto martyrū agones de quibꝰ infra dicetur. viij. kalē. maij. cum alexādro charissimo collega suo detētꝰ ⁊ i carcerē cū eodem missus est. Ipso vero alexandro interea in custodia vinculato epipodius eductus cum christum dominum confiteretur: primo pugnorum ictibus ore cesus: deinde in equuleo tortus nouissime martyrium capitis abscisione compleuit decimo kalend. Maij.

¶ De sancto Georgio martyre. Cap. lxxxi.



Georgius martyr

Georgius martyr ciuitate cappadocie ortꝰ: ab infantia christianus tribunꝰ militū fuit tēpore diocletiani ⁊ maximiani imperatorū. Erat tūc temporis in prouincia lybie iuxta ciuitatem lysiam stagnum ad instar maris: in quo draco ingens latitabat qui populum armatum contra se venientem in fugam vertebat: et ad muros vrbis veniens flatu multos perimebat. Quapropter compulsus populus duas oues quotidie ei dabant: et sic eius furorem sedabant. Cum igitur oues deficerēt: ouem cum homine adiuncto tribuebant: et sortibus missis cunctorum ciuium filios et filias ei dabant sorsq; neminem excipiebant. Consumptis igitur pene omnibus ciuium natis filia regis vnica forte deprehensa est: et draconi adiudicata. Rex autem auri et argenti copiam populo offerebat: vt filiam eius dimitterent: populus vero furens regi respondebat: quod omnes filij eorum extincti fuerant: et quod ipse rex hoc edictum posuerat: vnde filiam eius ab hac lege immunem nullatenus esse volebant. Aliquin regem cum palatio et omni familia incensuros comminabantur. Cum autem multis precibus rex ab eis spacium. viij. dierum obtinuisset: vt interim filiam suam lugere posset: compulsus tandem filiam regalibus inductā eis tradidit quā populꝰ extra muros draconi exposuit: omni populo super muros ad spectaculum concurrente. Quam cū sanctus georgius illac transitum habens flentem vidisset ⁊ quid haberet interrogasset. Illa fletꝰ sibi causam explicuit: ⁊ vt velociter abiret ne vna secū periret admonuit: quā sanctus miles hortari cepit eāq; in christi nomine se iuuaturā obtulit. Illa ꝟo econtra: vt abiret suadebat eo quod ipsum secum periclitari nolebat. Dum hec loquerentur ecce draco caput de lacu leuauit. Georgius vero cōfestim equum ascēdit ⁊ cruce munitꝰ audacter draconem impetijt: ⁊ lanceam vibrans seq; deo cōmendans ipsum grauiter vulnerauit: ⁊ ad terrā deiecit: deinde educto ense caput eius vno ictu amputauit: quē. iiij. paria boū vix traxerūt ad ignē: populus vero viso tanto miraculo ad predicationē beati georgij xp̄o credidit: ⁊ baptizati sunt decē milia virorum exceptis paruulis ⁊ mulieribꝰ rex vero ecclesiā in honore dei genitricis mire magnitudinis cōstruxit: de cuius altare fons emanat viuus: cuiꝰ potus oēs languidos sanat. Insup infinitā pecuniā sancto obtulit quam ille accipere nolēs pauperibꝰ dari fecit: ⁊ rege ac populo diligēter admonitis inde recessit. Cum autem beatus georgius in ciuitate militena tribunatus officio fungeretur: ⁊ dacianus quidam preses xp̄ianos vltra modum persequeretur. Georgius omnia sua pauperibus distribuit: militarē habitū deposuit: xp̄ianū assumpsit: ⁊ ad presidem accedens omnes deos gentiū demonia exclamauit. Cum autem preses illum in christi fide constantissimum reperisset: eumq; ad se inclinare non posset: iussit eū primo fustibus cedi. Deinde in equuleo leuari ⁊ membratim corpus eius vngulis laniari: appositis insuper ad latera eius facibus patentibus viscerum rimis sale plagas eiꝰ fricari fecit: ⁊ sic in carcerē trudi: vbi christo dño sibi apparente confortatur eiusq; vulnera solidātur. Quod cum dacianus die sequenti vidisset: magum aduocauit qui magiam georgij suis artibus superaret. Ille vero bis venenū pessimum vino miscuit: qd sanctus signo crucis edito sine vlla lesione tam pa-


no q̄ scdo degustauit. Quod magus ille cernens ve-
niam petiit: et in ipsum credens a preside capitalem sen-
tentiam accepit. ¶ Post hec georgium fecit in rota liga
ri gladijs acutis vndiq; circūseptat: sed statim oratione
sua rota frangitur: et sanct⁹ illesus penitus inuenitur.
Quod cum quidā magister militū nomine magneti⁹ aspe
xisset: cū omni officio suo credidit: quos omnes simul
dacianus decollari mandauit. Georgium vero iterum
in custodia reclusit. Ad quem veniens vidua quedam
filium suum cecum mutum surdum et claudum eidem
obtulit: quem sanctus christi nomine ab omni passio-
ne curauit et ipsum cum matre et alijs multis ad christū
conuertit. Quod cum Dacianus audisset ipsum edu-
ctum coram se presentari fecit: et hortabatur vt sacrifi-
caret: Cui georgius respondit q̄ si omnis populus cō-
ueniret ipse ad templum apollinis accederet: vt ei⁹ om
nipotentiam coram multitudine comprobaret. Iussu
ergo presidis conuenit omnis populus ciuitatis. San
ctus vero martyr templum ingressus apollini manda-
uit vt qualis deus esset manifestius explicaret. Qui se et
omnes deos gentium demones esse asseruit: ad hoc in-
tendentes vt animas hominum decipiant et ad inferna
demergāt. Statimq; ignis de celo cecidit: et omnia ido
la cum sacerdotibus concremauit. Tunc iratus preses
iussit sartaginem pice et sulphure liquefactis plenam
adduci: et georgium intus iactari. Angelus vero domi-
ni de celo descendit: et igne extincto sartaginē tepefecit:
et sanctus illesus permansit. Quod videns alexandria
vxor presidis christo credidit et virum de impietate re-
darguere cepit. Quam ille per capillos fecit suspendi et
durissime cedi. Et dum cederetur emisit spiritum. Se
quenti vero die preses iussit georgium misso freno in
ore eius per totam ciuitatem trahi: et post hec extra ciui
tatem adduci et ibidem decollari. Qui oratione sua vo-
ce sibi de celo lapsa a domino impetrauit: vt quicunq;
eius implorarent auxilium petitionis sue consequeren
tur effectum. Sicq; capitis abscisione martyrium con-
summauit: circa annos domini. cc.xc.j. nono Kalendas
Maij. Dacianus vero de loco in quo sententiam protu
lerat domum rediens igne celesti cum ministris con-
sumptus est. ¶ Huius martyris legenda in niceno con-
cilio inter apocripha connumeratur eo q̄ in eius mar
tyrio multa diuersitas inuenitur tam ex parte loci q̄ ex
parte modi: et tam ex parte temporis q̄ ex parte iudi-
cis. Nam in kalendario Bede dicitur q̄ passus est in p̄
sida ciuitate diospoli que prius lyda dicebatur. Et est
iuxta ioppem. Alibi q̄ passus sit sub diocletiano et ma
ximiano imperatoribus. Alibi q̄ sub diocletiano impe
ratore persarum presentibus sui imperij regibus. lxx.
Alibi q̄ sub daciano preside in ciuitate militena impe
ratorib⁹ diocletiano et maximiano. Ex diuersis igitur
legendis ea que magis authētica videntur: circa eius
martyrium et miracula ostēsa hic collecta sunt: multis
dissonis et incredibilibus omissis: et diuersitatibus pro
posse ad concordantiam reductis.

¶ De sancto Malachia propheta. Cap. lxxxi.



Malachias pphe
ta post regressum populi iudeorū de
captiuitate babylonica natus est in
iudea in sophim: quem quia optime
vite fuit et aspectu decorus: populus
appellauit eum malachi. i. angelus.
Quē quidē ex hebreis autumant fuis
se esdrā scribam: qui ex cognomine d[i]
ctus fuerit malachias. i. angelus dei.
Sz hec opinio a Josepho reprobat:
eo q̄ vt dictū est malachias post po-
puli reuersionē in iudea natus est. Tradit etiā q̄ que-
cūq; pphetice dicebat eadē die angel⁹ dei apparēs po-
pulo reiterabat. Dirigit aūt ei⁹ pphetia p̄cipue ad sa-
cerdotes q̄ increpāt a dño p̄ os pphete eo q̄ sacerdota
lis muneris gratiā cōtemnentes circa sacrificiorū exhi-
bitionem in offerēdis hostijs vitiosis et maculis legem
dei preuaricabāt. Reliqua autē que eius lectione ꝓpe-
hēsa sunt preuaricationē populi israel in obseruandis
mādatis dei: et increpationē quoq; populi qui deos alie-
nos coluerūt: significāt: nomē quoq; dñi altissimi ma-
gnū p̄dicatione apostolica futurū in gētib⁹ ab ortu so
lis vsq; ad occasum manifeste ꝓnunciat. Prophetauit
aūt tpib⁹ esdre sacerdotis et neemie sub artaxerxe persa
rum rege: post q̄ templū domini in hierusalē fuerat edi
ficatum: et mortu⁹ est dū adhuc iuuenis esset esdra iam
sacerdote humanis exempto neemia adhuc superstite.
Sepultusq; est in agro ꝓprio in sophim: que ciuitas est
iudee dicta postmodū ramatha siue arimathia. Dor-
miuitq; in dño. ix. Kalendas Maij. hec iosephus et hie-
ronymus: et ex historia scholastica comestoris. Hic eni
ppheta vltim⁹ in numero. xij. reperitur: qui Ecclesia-
stici. xlix. in sanctorū patrū catalogo describuntur.

¶ De scto Felice pbrō et socijs mar. Cap. lxxxij.



Felix p̄sbyter for-
tunat⁹ et archileus diaconi et marty
res a sctō hyreneo epō Lugdunēsi.
Ad vrbē valētiā q̄ est ciuitas hispa-
nie ad predicandū missi: maximam
partem eiusdē vrbis conuerterunt
ad christum. Inde a duce cornelio in
carcerem missi: deinde in confessio
ne nominis christi neruis durissi-
me ac diuti⁹ verberati: ac postmodū
vinctis post terga manib⁹ renibus
cruribusq; confractis circa rotarum vertiginem attri
ti: et vt in ipsis rotis quasi cōtexti viderentur. Succesi-
ue quoq; equulei extensione suspensi: fumoq; subterpo
sito die et nocte integra vexati. Ad extremum gladio cō
sumpti sunt nono Kalen. Maij.

¶ De sancto Alexandro martyre et socijs eius.
Capitulum. lxxxiij.



Alexāder martyr
cum socijs apud Lugdunēsi. gallie
passus est sub antonino vero impe-
ratore. Qui cum sancto martyre epi
podio comprehensus et in carcerem
compeditus: vt dictum est supra. x.
Kalendas Maij die tertio a passio-
ne ipsius epipodij eductus de carce-
re: primo crudelitate verberantium
adeo laniatus est: vt cute soluta co-
starū patefactisq; viscerib⁹ interio-
ra corporis panderentur: deinde crucis affixus patibu
lo beatū spiritum exanimatus emisit. Passi sunt autē
cum eo et alij. xlviij. sepulti ex vtroq; altaris latere in cri
pta que incole superposito ciuitati pulchro et antiquo
opere constituta est. Qui passi sunt. viij. Kalend. Maij.

¶ De sancto melito epō. Cap. lxxxv.



Melitus asian⁹
sardinēsi. ecclesie episcopus Joan-
nis euangeliste discipulus: qui eius
gesta cōscripsit: tempore marci an-
tonij imperatoris floruit: qui mul-
ta vtilia opuscula ecclesie dedit. Nā
prefato principi pro christiana reli-
gione librum apologeticum scripsit.
Extare dicūtur et alia: vz de pascha
libri duo. De optima conuersatione
liber vnus. De prophetis liber vnus. De ecclesia liber
vnus. De sensibus liber vn⁹. De anima et corpore liber
vnus. De lauacro siue baptismo liber vnus. De verita-
te liber vn⁹. De generatione christi liber vn⁹. De pphe
tia eiusdē liber vn⁹. De hospitalitate liber vnus. Item

liber qui clauis intitulatur. De diabolo liber vnus. De apocalypsi liber vnus. Egiogarū libri sex. Huiꝰ elegās ꝛ declamatorum ingenium tertulianus cauillatur in libris septem: quos pro montano aduersus ecclesiā edidit: dicens illum a plerisqꝫ prophanum reputari. Quieuit in christo sanctus melitꝰ. vij. Kalēdas. A. aꝑ. Ex Hieronymus in lib. de illustribus.

De sancto Marco euangelista. Capi. lxxvj.



Marcus euangelista discipulꝰ ꝛ interpres petri apostoli ꝛ eiusdē in baptismate filius leuiticus genere ꝛ sacerdos legalis dictꝫ illius apostolorum post passionem domini effectus cū beato petro romaꝫ profectus est: eidēꝫ fideliter adherēs. Ubi cū petrus christi euāgeliū predicaret: rogatus a fratribꝰ qui erāt rome beatus marcus breue euangeliū ad perpetuā memoriam: prout ex ore petri audierat fideli stilo latinoqꝫ sermone conscripsit. Quod vidēs petrus approbauit: ꝛ ecclesie legendū sua authoritate tradidit. Uidens autē petrꝰ marcum in fide cōstantē ipsum proto epm̄ aquileā destinauit. Quo cū venisset marcus in suburbio ciuitatis repperit iuuenē leprosum filiū vlphi. Quē in christi nomine a lepra mundauit: ꝛ ipm̄ cū patre ꝛ omni eius familia ad fideꝫ christi conuersos sacri baptismatis vnda perfudit. Ibi quoqꝫ sua predicatione infinitum populum christo domino acquisiuit. Ibi etiam euangelium suum qḋ alias rome latinis literis cōscripserat: iterum greco eloquio exarauit. Qḋ vsqꝫ hodie in aquileiensi ecclesia cuꝫ sede eburnea in qua sedens illud scripserat demonstratur.

Cum ergo beatus marcus ad magistrū reuisendū post aliquot annos vellet accedere. Hermagoram ciuē aquileiēsē eiꝰ discipulum a populo in pontificeꝫ electuꝫ romam secū adduxit: ipsumqꝫ loco marci in episcopuꝫ consecratum: beatus petrus ad gubernandā aquileieñ. ecclesiam destinauit: marcum vero diuina admonitione ad predicandum alexandriam misit. Tante aūt humilitatis euangelista domini fuisse dicitur: vt sibi pollicē amputaret ne ad sacerdotiū quasi mancus promoueri posset: verum dispositio dei ꝛ authoritas petri preualuit: vt nec sic amitteret in opere quod meruisset in genere: mox autē sanctus alexandriam veniens de naui egressus est: calciamentum eius diruptum est. Quod cuidā calcifici nomine aniano iuxta portam ciuitatis habitāti tradidit resarciendum. At ille calceum emendans in laborando subulo sinistram manum grauiter vulnerauit: ꝛ pre dolore: vnus deꝰ voce magna exclamauit. Cū autem beatus euangelista vnius dei nomē audisset gauisus est: eo quod prosperum fecisset dominus iter suū: expuensqꝫ in terram fecit lutū ex sputo: et in christi nomine vnxit manū viri: ꝛ statim sanata est. Cum anianus in domum suam introduxit. Interrogans quis vel vnde esset illud nomen qḋ tantam efficaciam haberet. Cui beatus marcus christum dominū predicauit: ꝛ ipsuꝫ cum omni domo sua baptizauit. Deinde ingressus ciuitatem euangelium predicabat: ꝛ omnes infirmitates curabat ac demones effugabat: etiā mortuos suscitabat. Sicqꝫ doctrinis ꝛ virtutibus infinitū xp̄o populū acquirebat. Et vt scribunt de eo philo iudeorū doctor: ꝛ papias epūs hieropolitanus ad tantam perfectionem vite christianos quos conuerterat adduxit: vt vitā apostolicā primitiue ecclesie sectātes omnes cōiter viuerēt: ꝛ nemo quicqꝫ propriū possideret: monasticū quoqꝫ ordinē primꝰ egyptiis tradidit: ꝛ sacre ꝓfessionis regulā multis instituit vnde ꝛ postmodū in egypto monachorum cenobia ꝛ cellule infinite creuerunt. Sicqꝫ sanctus euāgelista omnes pene egypti vrbes lustrauit: ꝛ in populis gētilibus verbum domini seminauit.

Uerū cum multi de ciuitate alexādrie gentiles deorum suorum emulatione ei insidias ponerent: beatus marcus loco sui anianum olim calcificem epm̄ ordinauit: tres quoqꝫ presbyteros. s. melitum et sabinum et cerdonium. et. vij. diacones et alios. xj. clericos eidem ad ecclesie ministerium adiunxit: et inde occulte discedens pentapolim perrexit: vbi ꝛ biēnio xp̄i euangelizans permansit. Et multitudinem ibidem gentilium cōuertit: ꝛ ecclesias plurimas fabricauit: ꝛ ordinatis episcopis ꝛ presbyteris ꝑ ciuitates illas post duos annos alexandriam rediit. Et cum multiplicatos fideles repperisset deo gratias egit. Pontifices autē idolorū eum comprehendere conabantur. Cum autem in solennitate paschali que anno illo. xxiiij. die aprilis occurrit missam fidelibus celebraret: ꝛ eadem die festum serapis dei egyptiorum pagani colerent: conueniens multitudo gentilium ad ecclesiam que erat iuxta portum vbi euangelista domini sacra mysteria peragebat miserunt funem in collo eius ꝛ ipsum per rupes ꝛ saxa trahebant ad locum qui dicitur buculi dicentes: ꝛ trahebāt bubalum ad loca buculi. Carnes autem eius in terras fluebant ꝛ saxa inficiebantur sanguine: vespere autem facto miserunt eum in carcerem: vbi custodibꝰ expositis ꝛ nocte dormientibus primo angelica visione confortatus est. Deinde circa noctem mediā ipso domino xp̄o sibi cum ingēti lumine apparente: ꝛ pacem sibi annunciante: ad celestia regna inuitatur: mane autem facto funem iterū in collo eius mittūt: ꝛ iterū huc illucqꝫ certatim pertrahunt. Qui gratias agens deo ꝛ spiritum suū dn̄o cōmendās beatam xp̄o animā reddidit. Cum aūt gentiles corpus eius vellent comburere subito aer turbaꝰ grādo crescit: tonitrua intonant: fulguraqꝫ coruscāt. Ita vt cuncti timentes corpus dimitterent. Qḋ christiani rapuerunt ꝛ in loco vbi ecclesiā cōstruxerat in loco buculi tumularunt vbi quieuit vsqꝫ ad tempus quo inde ipsum veneti venetias trāstulerūt: vt supra dictū est in eius translatiōe pridie Kal. Februarij. Passus est autē beatus euāgelista. vij. kal. Maij. Circa annos dn̄i. lxiiij. vel octauo neronis anno. In loco autē ꝑ quē tractus fuit si qs in die passionis eius herbā ibi nascentem lacerauerit sanguinem viuū emittit.

De sancto Adelberto episcopo et martyre. Capi. lxxvij.



Adelbertꝰ episcopus ꝛ mar. ex de ptibꝰ sclauonie nobilibꝰ parentibus natꝰ ab archiepō parthenepolis noīe adelberto ab infantia educatꝰ ꝛ doctꝰ eiusqꝫ noīe vocatꝰ est. Qui a iuuenilibꝰ annis elemosynis ꝛ orationibꝰ ac ieiuniis ītentus liberalibꝰ ꝛ catholice fidei disciplinis imbutꝰ magr̄ fuit scholarꝫ imperatoris othonis. Defuncto aūt scō epō adelberto: iuuenis sub epō prag. ñ. miles effici tpalis ꝗ̄ militiā ꝛ imperatoris curiā strenue gubernabat. Cū aūt epūs pragē ciuitatis obiisset: ꝛ ppl's cū clero de eligendo pastore tractaret die quodā dn̄ico demō ꝑ os cuiuidā obsessi ad ecclesiā delari clamare cepit: se nullū timere nisi adelbertū militē: ꝗ cathedrā epalē erat ascēsurꝰ: ꝛ ipse ab eodē ꝓtestim eiiciēdꝰ. Statimqꝫ vocato adelberto oppressus liberatꝰ ꝛ ipse in epm̄ ab oībus eligitꝰ: qḋ dū otto imperator tūc existēs verone audisset gratissimū habuit: ꝛ ipsum cōtinuo cōsecrari mādauit. Qui factꝰ episcopꝰ diuinis operibꝰ vacabat ꝛ predicationi iugiter insistebat.

Sed cū populū vitiis obstinatū corrigere non posset: relicto episcopatu romā accessit ꝛ dispensatione romani pontificis obtenta peregrinari ad tempus decreuit: omnibusqꝫ pauperibus erogatis peruenit ad mōtem cassinum: vbi consilio fretus abbatis tulli qui secundū regulā basilii cū monachis ibidē deo seruiebat: acceptis ab eo epistolis romā rediit: ꝛ dispensatione pa

pali ad abbatē leonem accessit:a quo et monach⁹ fact⁹
fuit:vbi diu exiſtens quādā illuſtram dominā roma
norū q̄ nimio languore detēta ꝑ annum panem nō gu-
ſtauerat:oratione ſola ſanauit. Uerū cum ab archiepi-
ſcopo maguntino eius metropolitano iterum ad ſuū
epiſcopatū peteretur iuſſu ſummi pontificis licet ſatis
renitens ad epiſcopatū reuerſus eſt:ea tamen conditio
ne:vt ſi populum omnino incorrigibilem inueniret ad
monaſteriū ſibi redire liceret. ¶ Cum autē exiſtēs pra
gedie quandā nobilē dn̄am in adulterio deprehenſam
ad ſe vt patrē miſericordie cōfugiētē in monaſterio vir
ginū incluſiſſet:ea q̄ inde violēter raptā parentes vlto
res ſceleris decollaſſent:turbat⁹ adelbertus epiſcopa-
tui reſignauit:et romā regreſſus monaſterium ſuū re-
petijt vbi poſt ꝗ̄ modico tempore cōmorat⁹ fuiſſet ſalu
ti animarū intendens aſſumptis ſecū gaudentio eius
germano ⁊ monacho ac quodam benedicto preſbytero
ad ꝑdicandū polloniam adijt:ſed a duce baluſtano re-
pulſus cūctas regiones illi⁹ peragrauit ⁊ cū iuxta villā
per planitiem quandam pergeret:ſocijs alibi dimiſſis
ab infidelib⁹ tent⁹ lancea trāſfixus dirisq̄ vulneribus
confoſſus atq̄ demum capite ceſus martyrium conſu-
mauit feria ſexta.vij. Kalendas maij. Cui⁹ corp⁹ pragē
trāſlatum ibidemq̄ conditum quieſcit.

¶ De ſancto Cleto papa ⁊ martyre.
Capi.lxxxviij.



Clet⁹ papa ⁊ mar
tyr natione romanus de regione vi
co patricio patre Emiliano lino
pontifici in epiſcopatu romano ſuc
ceſſit:⁊ ſedit annos ſeptem menſem
vnū:dies.xj. Hic ex precepto beati
petri apoſtoli.xxv. preſbyteros ordi
nauit in vrbe roma menſis decem-
bris. Hic pontifex primus in literis
ſuis poſuit ſalutem ⁊ apoſtolicā be-
nedictionem. Qui etiā omnib⁹ po-
pulis ſcribēs approbat ⁊ commēdat peregrinationes
ad ſanctos:⁊ maxime ad limina ſancti Petri:aſſerens
qd̓ validior eſt ad ſalutem ſancti petri viſitatio ꝙ̄ ieiu-
niū duorū annorum. Et illos etiā anathemate ſubdit:qui
viſitationē apoſtolorū impediunt vel diſſuadēt. Dicūt
quidam ꝙ linus ⁊ cletus petri ſucceſſores nō ſederunt
vt pontifices ſed vt petri coadiutores:quib⁹ beatus pe-
trus in vita ſua credidit diſpenſationē eccleſiaſticarum
rerum. Ipſe vero tm̄ predicationi ⁊ orationi vacabat:ꝓ
pter qd̓ tāta auctoritate dotari meruerunt vt in catalo
go pontificum ponerētur. Clementē vero ipſe beat⁹ pe
trus ſucceſſorē ſibi cōſtituit:Is autem hec veritati nitā-
tur:⁊ ſi vt ait hieronymus beat⁹ clemens ſpiritu ſancto
plenus timens ne apoſtolica ordinatio poſteris tempo
ribus tranſiret in viciū vt quidam hereditariū munus
putātes min⁹ de dei cogitarent electione:linū ⁊ cletum
ante ſe coegit pontificare. Et ſic clemens primus fuit
per petri electionē tertius vero ꝑ gradū. Beat⁹ aūt cle-
tus tempore tyti ⁊ veſpaſiani imperatorum martyrio co
ronatus eſt. Sepultusq̄ eſt iuxta corpus beati Petri in
vaticano.vj. kalē. Maij. Et ceſſauit ep̄atus dies.xxv.

¶ De ſctō Marcellino papa ⁊
martyre. Capi.lxxxix.



Marcellinus pa-
pa ⁊ martyr natiōe roman⁹ ex patre
proiecto de regione capitauri caio pō
tifici in ep̄atu romano ſucceſſit:ſedit
q̄ ānos.viij. mēſes.ij. dies.xv. Quo
tēpore fuit grauiſſima ꝑſecutio xp̄ia-
norū ſub diocletiano et maximiano
imperatorib⁹ ita vt infra vnū men-
ſem.xvij. milia hoīm ꝓmiſcui ſexus
ꝑ diuerſas prouincias martyrio coronarentur xp̄iani.
Qua de re ⁊ ipſe marcellinus ad ſacrificiū ductus eſt:
vt thurificaret. Et mortem expauens compulſus a dio
cletiano duo grana incēſi poſuit idolis. Poſt ea vero
penitētia ductus in cāpania corā.lxxxviij. ep̄is ore pro-
prio penituit ⁊ cinere capite aſperſus ac cilicio indutus
ſe peccaſſe cōfitens ep̄is iudicandū ſuppoſuit dicens ſe
paratum ad omnia que ſibi imponerent. Illi vero eidē
reſponderunt ꝙ ſummus pontifex a nullo iudicandus
eſſet. Nam ſi ipſe negauit ⁊ petrus etiam magiſter ſuus
negauerat:quem tamen nullus apoſtolorum iudicare
preſumpſerat:ſed egreſſus foras amare defleuerat. Ip-
ſe ergo ſuam cauſam colligeret:⁊ ore ꝓprio ſeipſum iu-
dicaret. Tūc marcellinus ob ſcel⁹ idololatrie iudicauit
ſe deponendum:anathematizauit etiā quicūq̄ corpus
ſuū ſepulture traderet. Sicq̄ pergens ad diocletianū
ſe xp̄ianum confitens cum claudio ⁊ cyrino et antonio
diaconibus capitalem excepit ſentētiam:ſicq̄ marty-
rio coronatus eſt.vj. kalen. Maij. Hic etiā fecit ordina-
tiones duas per menſem decembris:preſbyteros.iiij.
diaconos.ij. ep̄os per diuerſa loca numero.v. ¶ Poſt-
ꝙ̄ autē decollatus fuiſſet:⁊ corpus eius.xxx. diebus ad
exemplum chriſtianorum in platea iacuiſſet:nocte ap-
paruit per viſum beatus Petrus apoſtolus marcello
preſbytero eidē marcellino in ep̄atu ſucceſſuro interro
gans quare corpus ſuum inhumatum non ſepeliret.
Et ſe petrum apoſtolum eſſe dixit. Qui cū reſpōderet
ꝙ corpus ſuū iādudū ſepultum fuerat. Apl̄s ei dedit in
telligere quod dicebat de corpore marcellini. Cum au
tem marcellus dixiſſet quod ipſum propter ſententiā
excommunicationis ſepelire non auderet:audiuit ab
apoſtolo quod omnis qui ſe humiliauerit exaltabitur:
et quod multum ſe marcellinus humiliauerat qui ſe
indignum ſepulture iudicauerat. Admonens vt ip-
ſum iuxta ſe tanꝙ̄ martyrem et verum pontificem tu-
mularet:vt quos iuſtificabat gratia non diuideret ſe-
pultura. Marcellus ergo cum lucina ⁊ preſbyteris ac
diaconibus noctu corpus accepit et iuxta corpus beati
petri in vaticano ſepeliuit ab eodē die ceſſauit epiſco-
patus annos.vij. menſes ſex. dies.xxv. ꝓpter nimie per
ſecutionis immanitatem.

¶ De ſancto Ricario confeſſore. Capi.xc.



Ricarius cōfeſſor
natus villa centula prouincie ponti
ne monitus a quodā calcedonico
ſacerdote quem de hibernia venien
tem hoſpitio ſuſceperat de ruſtico re
ligioſus effectus vtebatur pane hor
deaceo cinere commixto. Aquam
vero cum lachrymis temperabat:⁊
ex illa balnea faciens leproſos foue
bat:⁊ poſtmodum ipſe eadem bal-
nea introibat. Qui etiā in britannia predicauit. Rex ve
ro francorū dagobert⁹ eius famam audiens ipſum ex
deuotione viſitans eiuſdem ſe orationibus cōmenda-
uit:⁊ ab eo quoq̄ inuitat⁹ ad menſam magis ipſe ſaluta
rib⁹ monitis mēte ꝙ̄ tēporalibus cibis corpore refect⁹
eſt. ¶ Deinde vir ſanctus famam mūdi fugiens a giſle-
maro quodam viro nobile in ſyluā criſiaſſenſe cū ſi-
gobardo diſcipulo ſuo locū ſolitariū deo ſeruiendi ob-
tinuit. Ibiq̄ breui ſtructo tugurio vitam anachoriticā
multo tp̄e exegit:multoſq̄ ad ſe venientes languidos
diuerſis ab infirmitatib⁹ ſanos effecit. Et redimitus
virtutibus in pace quieuit.vj. kalen. maij. Sepultusq̄
eſt a diſcipulo in loco vbi ipſe ſibi preceperat. A quo in
extaſim rapto viſus eſt in aula ſplēdidiſſima mira fra-
grantia referta conſiſtere ſplendore admirabili coru-
ſcare. Cuius corpus ocíald⁹ olim eius abbas cū ſuis
monachis ad ſuum monaſterium centulā trāſtulerūt
vbi multorum ſignorū gloria claret.

¶ De ſancto Anaſtaſio papa.ſ.⁊
confeſ. Capi.xcj.

Anaſtaſius



Anastasi⁹ papa huius nois primꝰ natiõe romanus ex prẽ maximo syricio pape in põtificatu romano successit: ꝛ sedit annos xiij. mẽses .x. dies .xxv. Hic cõstituit vt debiles aut mẽbris carẽtes non possent clerici ↄsignari. Cõstituit ẽt vt dũ euãgeliũ legeret̃ pbri ꝛ clerici nõ sederẽt s꞉ starẽt. Et statuit vt nullus trãsmarinꝰ ad clericatꝰ honorẽ susciperet̃ nisi ꝓprij epi chirographũ cũ sigillo exhiberet. Et hoc ꝑcipue cõstituit ꝓpter hereticos manicheos qui in vltra marinis ꝑtibus abũdabãt. Hic in magna senectute annorum vero vltra .lxx. summꝰ põtifex electꝰ est ꝓpter sui nimiã sctitatẽ. Quẽ beatꝰ cognoscẽs hieronymꝰ ei cõtẽporaneꝰ scripsit de illo ꝙ eius vita diuturna mũdus immeritꝰ esset frui. Floruit autem tempore archadij iperatoris. Et quieuit in domino .v. kalen. Maij. Sepultusq꞉ est in cimiterio beati petri apostoli.

℄ De sancto Antimo epo ꝛ socijs martyribus. Capitulum .xcij.



Antimus episcopus cũ alijs multis apõ nicomediã sub persecutione diocletiani martyrium passus est. Qui vt traditur ecclesiastice historie lib. vij. cum esset pontifex ipsius ciuitatis ob confessionem christi martyrij gloriam capitis obtruncatione suscepit. Quem tanꝗ̃ bonum pastorem insecuta est vniuersa pene gregis sui multitudo per candem martyrij viam. Quorum alios prefatus tyrannus apud eandem tunc residens ciuitatem gladio obtruncari: alios ignibus conflagrari: alios nauiculis impositos in pelago mergi fecit: ipsis fidelium turbis vltra se tanta feruore neci offerentibus vt etiam se interrogari non permitterent: sed christianos se confitentes sponte supplicens ingererent. Quorum passio recolitur .v. Kalendas Maij.

℄ De sancto Liberale cõfessore. Cap. xciij.



Liberalis de ciuitate Altini natus a sancto epo heliodoro eiusdem vrbis in eadẽ ciuitate nutritus ꝛ doctus fuit. Qui lectioni sacre et orationi atq꞉ carnis macerationi vacans domino seruiebat: pauperum quoq꞉ vsibus intentus erat: egrotantibusq꞉ curam sollicitꝰ impẽdebat. Corpus quoq꞉ ieiunijs atterens ad tantam perfectionẽ deuenit: vt singulis diebus dñicis sacrã cõionẽ percipiẽs: deinceps sine vllo cibo vel potu tota hebdomada ꝑmanebat. Cũ autẽ paganorum ꝑsecutione feruente heliodorus epus de altino recessisset: ꝛ ad insulas se maritimas contulisset: liberalis in ecclesia principali q̃ erat dei genitricis orationẽ fudit ad dñm: vt eius in pace susciperet spm̃. Eadẽq꞉ nocte angelꝰ dñi sibi dormiẽti apparuit: ꝛ orationẽ eius exauditã a dño nunciauit. Qui surgẽs a somno visitauit singulas ecclias ciuitatis: ꝑuenitq꞉ ad insulã q̃ dr̃ flactio castrorũ vt ad sanctũ heliodorũ accederet. Sed cũ ad ipsum propter aquas interpositas transire nõ posset in ecclesia proxima sancti laurentij modico tempore commoratus est: vbi post paucos dies inter sacerdotũ manus migrauit ad christum .v. kalẽ. Maij. Corpus quoq꞉ eius ibidem sepultum ꝓcessu temporis destructa altinen. ciuitate ad oppidum taruisinum translatum est.

℄ De sancto Pulione martyre. Cap. xciiij.



Pulio martyr in ciuitate ciuilitana prior lectorum fuit: de qua quidem vrbe Ualerianus imperator oriũdꝰ extitit: in qua ꝛ ipse martyr sub persecutiõe diocletiani ꝛ maximiani imperatorũ martyrium pertulit agente preside probo. Hic enim ꝑses postq̃ in ciuitate sirmen. sanctũ hyreneũ eiusdẽ vrbis epm cũ sancto montano presbytero interemptũ in flumine demergi fecerat. Sãctũ quoq꞉ demetriũ ipsiꝰ ecclesie diaconẽ decollauerat: ꝑuenit ad vrbẽ ciuilitanã: in qua pridẽ sanctus eusebius ipsius ciuitatis pontifex passus fuerat: fecitq꞉ teneri pulionem lectorẽ: quẽ xp̃m cõstantissime confitentẽ ac sacrificare nolentẽ: dicentẽq꞉ se velle patrũ suorũ qui pro xp̃o passi fuerãt imitari vestigia flãmis iussit exuri: qui passus est .v. kal. Maij.

℄ De sancto Uitale martyre. Cap. xcv.



Uitalis martyr miles christi natiõe Mediolanen. apõ rauennam tempore neronis passus est. Hic vxorẽ valeriã habuit: ex qua gemellos geruasium et prothasium procreauit. Qui cum paulino iudice rauennam ingressus cum quendã xp̃ianum arte medicum noie Ursicinũ ligurem decollari videret: aliqꝫ martyrium expauisset: sanctus Uitalis eũ exhortari cepit: ac ipse q̃ alios curare cõsueuerat: seipm eterne mortis iaculo vulneraret. Quod vrsicinus audiens confortatꝰ martyrium libenter excepit: quẽ vitalis honorifice sepeliuit: ꝛ ad paulinũ cõsularẽ suum vltra venire cõtẽpsit. Ille vero nimiũ indignatus: tũ q꞉ ad se venire contẽpsit: tum q꞉ vrsicinũ sacrificare volẽtem retraxit: ꝛ sic se xp̃ianũ ostendit: iussit eũ teneri: ꝛ cõfitentẽ christũ in equuleo leuari: deinde ipsum ad palmã duci: ꝛ si sacrificare nollet: foueam ibi profundissimam donec perueniretur ad aquã fieri. ꝛ ibidẽ ipsum depositũ terra ac lapidibus obrui. Locus autẽ vbi decollabant̃ christiani palma dicebat̃ eo ꝙ arbor antiq̃ palme illic esset. Beatus ergo martyr eodẽ adductꝰ cũ sacrificare nollet facta fouea vt dictũ est: terra ac lapidibus est obrutꝰ. Sacerdos autẽ idolorum q̃ hoc consilium dederat arreptus a demonio per septẽ dies clamabat ꝙ vitalis martyr eũ incendebat. Die autem septimo in flumine se precipitans miserabiliter expirauit: passus est autem sanctus martyr .iiij. Kalend. Maij. circa annum dñi .lvij.

℄ De sancta Ualeria martyre. Cap. xcvj.



Ualeria martyr sancti vitalis vxor: ꝛ mater sanctorum geruasij et prothasij cum existens Mediolani virum suum rauenne passum audisset: illuc cum famulis accessit: ꝛ corpus sancti vitalis auferre voluit. Uerum in somnis admonita a beato martyre ne corpus a malo homine bene positũ violaret: ꝛ hm dimisit: ꝛ Mediolanum in curru rediẽs: rusticos deo suo siluano sacrificãtes incurrit. Qui eã de vehiculo deponẽtes hortabant̃ secũ epulari: ꝛ illa se xp̃ianã esse: nec sibi licere de immolatis idolis mãducare rñdit. Ob illi audiẽtes tãta eã cede mactauerunt: vt vix eã semineçẽ sui famuli ad Mediolanen. vrbem ꝑduxerit. Que infra triduũ migrauit ad dñm. Recte autẽ eiꝰ passio viri sui legẽde ↄtinuat̃: q꞉ dies certꝰ eiꝰ martyrij nõ exprimitur.

℄ De sancta Theodora virgine et martyre ꝛ vno milite martyre. Cap. xcvij.



Theodora virgo & martyr: cuius passionē ambrosi⁹ secūdo libro de virginibus secundo sermone & luculento stilo diffusius pertractat cum vno milite cu⁹ nomen subticet apud antiochiā passa est. Que cū elegantis esset decoris ex virginitatis professione aspectus publicos fugiebat. Tandem puella a gentilibus detenta pducitur: duplex pfessa certamen & virginitatis & religionis: dataq₃ ei optione a iudice aut sacrificare virgineum: aut lupanari prostitui iubetur vt alterum sponte deligeret: cū ei alterum abstulissent. Ipsa autē tolerabilius existimans mentem virginem q̄ carnē haberet: & q₃ virginitatem mentis nemo ab inuita potest eripere: siluit & tacuit: ne eā vel loquētem adulter audiret. Ducitur ergo virgo christi ad lupanar. sed prostitui potest: adulterari nō potest. Certātibus q₃ singulis quis predam primus inuadat: illa introclusa dn̄m exorabat: vt qui susannā de supplicio eruerat: eam de periculo liberaret. Vix compleuerat orationē: & ecce vir militis specie terribilis apparuit. Qui cunctis sibi ex timore cedentibus ingressus cellulā virginē confortauit: dicens q₃ eam venerat saluare nō perdere: suas ei vestes offerens: & habitum virginis poscens: vt sic mutatis vestib⁹ illa incorrupta militis specie egressa secureturr: ipse vero remanēs virginis habitu si necesse est martyrium quod optat patiatur. Quem virgo persecutorem existimans ceruicem eius gladio preparabat. Tandem christianissimū cognoscens: & vestes suas equēs cum milite habitum commutauit: & habitu virili exiens cunctis ignota militē virginali tunica amictum dimisit. Post hec alius cubiculū ingressus quasi cum puellam tractare inciperet: virum reperiens stupore miratus: ferum ferunculum in virilē mutatum arbitratur. Sed dubitans ne magicis artibus & ipse forsitan mutaretur: cōcitus exiens vita narrauit: populus obstupuit: & militē pro puella deprehensum pro eadem ad mortem damnauit. Dumq₃ ille gladium libens exciperet: fertur puella ad locū certaminis virili habitu cucurrisse: factū ppalasse: ambo de nece certasse. Ille dicebat se iussum occidi non illam. Nam eadem sñia que eum damnauerat: illam absoluerat. Illa econtra clamabat: q₃ non illum vadem mortis elegerat: sed fidem pudoris optauerat. Nec interuenerat: vt sibi necem eriperet: sed vt virginitatē defensaret: prolixeq₃ orationis lepore martyrium expetebat. Dudum igit ambo cōtenderunt & ambo tādem victores extiterunt. Nec diuisa est corona: sed addita: miles enī p virginitatis defensione palmam obtinuit: virgo p virginitatis confessione coronam percepit. Sicq₃ ambo capitali sententia triumpharunt. iiij. Kalendas Maij.

De sancto Petro martyre ordinis predicatorum. Capitulum. xcviij.



Petrus nou⁹ martyr de ordine predicatorū de ciuitate Veronensi oriūdus velut rosa de spinis exortus de parētib⁹ hereticis fidei pugil egregius extitit. A quorū tn̄ errore se mundū seruauit. Cū adhuc septē esset annorū & a scholis rediret: a patruo heretico interrogatus q̄d didicerit. Respondit se didicisse. Credo in deū patrē omnipotētē creatorē celi & terre. Ille vero ne diceret creatorē celi & terre phibebat: eo q₃ de⁹ visibiliū creator nō fuisset: sed diabolus oīa q̄ videntur creasset. Puer vero sicut didicerat sic velle dicere ac credere affirmabat. Ille vero ei p authoritates suadere conabat. Quas oēs puer spūsancto plenus cōtra eum cōuertit: eūq₃ gladio q̄si pprio interemit. Patruus vero indigne ferēs a puero se cōfusum. Patri gesta retulit: et vt petrinū a scholis remoueret oīno psuasit. Timebat enī vt dicebat ne cū petrinus fuerit bn̄ eruditus ad meretricē illā romanā ecclesiā se cōferret: & sic eorū fidē cōfunderet. Qui nesciēs verū dixit: eū petrū hereticorū pfidiā destructurū tāq̄ alter caiphas pphetauit. Sz q₃ res a deo fiebat pater monitis fratris assensum nō prebuit: sperās q₃ puerū ad suā sectam pertraheret cū in gramatica eruditus foret. Videns autē petrus nō esse tutum cū scorpionibus habitare: relicto seculo. Fratrū predicatorū ordine anno. xv. introiuit. In quo. xxx. annis fere pseuerauit: & ad cumulū toti⁹ pfectiōis ascēdit. Virginitatē quoq₃ mētis & corporis illibatā seruauit: nec alicuius mortalis criminis cōtagiū sensit: sicut suorū cōfessorū testimoniū pbatū est. Carnē quoq₃ ieiuniis assiduis macerabat. Noctes post breue somnum studio sacre sciētie occupabat: dies vero animarū cōmodis impēdebat p̄dicationib⁹ vel cōfessionib⁹ aut hereticorū disputationibus insistēdo p fidei quoq₃ defensione se totū exponebat: orationib⁹ crebris petēs a dn̄o q₃ nō sineret eū ex hac vita migrare nisi sūpto calice passiōis: multis etiā miraculis coruscabat. Quadā vice dū Mediolani quēdā epm̄ hereticorū a fidelib⁹ captū p̄sente ppli multitudine examinaret: & disputatio ptracta fuisset: & maxim⁹ solis estus cūctos affligeret heresiarcha petro dicere cepit: q₃ si erat ita sanct⁹ vt eū stult⁹ pplꝯ affirmabat: ppl̄m istum estu mori pmittere nō debebat: & q₃ rogaret deū vt nubē aliquā soli opponeret: & sic ppl̄m refrigeraret. Afferēs q₃ si hoc fieret fidē catholicā reciperet: maxie cū nulla vel minima nubecula in aere appareret. Qd̄ beat⁹ petrus corā oībus se facturū pmisit. Deinde ad dn̄m orationē fudit. Statimq₃ signo crucis edito: nubes in aerē ascēdit: & se inter solē & populū interposuit: atq₃ in modū papiliōis cūctos ab estu p magnā horā refrigerauit: hereticus vero in sua duritia pmanēs: ad veritatē fidei venire cōtēpsit. Cōtractū quēdā noīe acerbiū: qui p quinquēniū in sextario trahebat ad se deductū Mediolanū sanauit. Nobilis q̄dā filiū habebat q̄ tumore gule horribili: nec loq̄ nec vix suspirare valebat: cappā petri ex deuotiōe sustulit: de q̄ filio gulā tetigit: illicoq₃ cōtinuo sanitatē recepit. Idē nobilis postmodū graui corrosione corporis torquebat: qui cappā eandē ex deuotione reseruatā sup se poni fecit: moxq₃ vermē pilosuz duo habentē capita euomuit: & oīs dolor cessauit. Cuidaz etiā iuueni muto immisso digito in os eius: tactaq₃ lingua beneficium loquele cōcessit. Verū cū pestis heretica in lōbardie prouincia pullularet: summ⁹ pontifex ad pestem diabolicam abolendā: diuersos inquisitores de predicatorum ordine in diuersis Lōbardie partib⁹ delegauit. Inter quos beatū petrū in Mediolano & in eius comitatu inquisitorē prauitatis heretice authoritate aplica ordinauit. Qui sibi iniunctū officiū diligēter exercēs hereticos vbiq₃ pquirens nullā eis requiē tribuebat: sed ipsos tā potētia q̄ sapiētia cōuincebat. Qd̄ illi vidētes de ipsius morte tractare ceperūt: & fautorē quendā ipsorū sicariū vt eū occideret precib⁹ & precio induxerunt. Cū igitur sanct⁹ petr⁹ de ciuitate cumana vbi fratrū sui ordinis prior erat Mediolanū pgeret p officio inquisitionis exequendo p̄dictus sacrilegus ipsum in itinere aggressus educto ense sacrū ei⁹ caput crudelr̄ impetiit: & duobus diris vulnerib⁹ sauciauit. Qui non querula voce murmurans sed sufferens oīa patienter suū dn̄o spiritum cōmendabat. Symbolum sacre fidei pro qua dimicabat deuotissime pferens: cui⁹ nec in mortis articulo desiit esse preco. Sed cum adhuc martyr domini palpitaret cultellum lictor arripuit: & per latera eius transfixit. Cuius corpus fratres predicatores tulerūt: et Mediolanum deferentes honorifice sepelierunt. Ad cuius sepulturam lampades dependentes pluries diuinitus et absq₃ humano studio sunt accense: mul-

tis quoq; coruscat & manifestis miraculis ibidē requiescens qui passus est.iii.Kalen.maii.

De sancto tichico diacono. Cap.xcix.



Tichicus diacon⁹ discipul⁹ sancti pauli apostoli et vn⁹ ex septē discipulis fuit:vt scribit abbas dorotheus.Cui⁹ meminit idem apostolus in epistolis suis:videlicet ad col.iiii.& scđa timo.iiii.pnuncians eū fratrē charissimum ac cōseruum suum in domino.Qui etiam ab eodē apostolo episcop⁹ colophonie ordinatus:post predicationis officium diligentius p actuz apud paphum oppidū insule cypri quieuit in dño ibidē sepult⁹.iii.kalē.maii.

De sanctis Agabo & Secundino episcopis & sociis martyribus. Cap.c.



Agabus & secundinus episcopi et socii eorum passi sunt apud circen.coloniā:que est in numidia.Qui persecutione valeriani post lōgum exilium in prefata vrbe in qua tunc maxime gentiliū rabies ad temptandam iustorū fidem inhiabat ex illustri sacerdotio gladio [illegible] effecti sunt martyres gloriosi.Passi sunt etiā in eorū collegio emilianus miles tertulla & antonia sacre virgines & quedam mulier cum suis gemellis qui passi sunt.iii.Kalen.maii.Hec Ado.

De sancto Leone epo. Cap.ci.



Leo episcopus in greciarum partibus natus oīa in seculo abdicauit p xpo crucemq; eius tollens:& si non corpore martyriū passus tamē est animo.Qui etiā in vita sua miraculis claruit.Nā mulierem a graui corporeo lāguore sanauit.Et in samo insula in pace quieuit.Cui⁹ corpus dū inde greci nauigio transferre nisi sunt:inde se nunq̄ mouere potuerunt:donec corpore quod amouerāt suo loco reposito abeundi facultatem obtinuerunt. Post multum vero temporis venetorum naues in ipsius insule portu degētes:corpus in sancti eius solēnitate que tūc venetis ibi existentibus contingit:vez tertio kal.maii deuotius visitarunt:missaq; solenniter celebrata inde discedere curauerunt.Exeuntes quoq; portū exorta subito tēpestate redire coacti sunt.Post moculam vero mare sedato iterū exierunt iterūq; aduersantibus ventis retrocedere cōpelluntur.Tūc communi cōsilio habito sanctum corpus inde leuantes ad nauē deduxerunt:& cōtinuo ol tēpestate propulsa flante vēto prospero deuenerūt methonā.Ubi vox de celis insonuit inquiens:Hoc est corpus epi leonis:inde venientes saxynthum visa est aquila alis extensis super corp⁹ excubare:qui illos ad vltra cedendū signo monstrauit alarum.Dūq; alie naues tēpestatē & naufragiū ac pene precipitiū paterent:sola illa in qua sanctū corpus quiescebat illibata permāsit.Et quoties luminaria circa corpus accēsa flāte vēto extinguebantur:toties p seipsa diuinitus accendebant.Uenientes aūt ad portum venetis ab epo loci ipsi⁹ visitarunt.Qui cū aliqđ ex sacris reliquiis obtinere pcib⁹ aut pcio minime potuissēt aquā tā lotionis sacrorū mēbrorū impetrauit.Celebrataq; missa cū corp⁹ aqua diluissēt:ex ipsa cuidā lāguēti presbytero in potū dedissēt:mox ille sanatus q̄ ab aliis delatus fuerat incolumis ad ecclesiam suā perrexit.Tandem venetias naute illi applicātes leoni methamaucensi epo corpus concesserūt q̄ ipsi cum summo gaudio percipiēs honorifice cōdidit:vbi cec⁹ illuminat⁹ fuit:& eger manū habēs aridā sanitatē recepit.Processu vero temporis methamauco a mare submerso corpus illud ad monasterium sancti seruuli martyris translatum est.Cuius festum agitur.iii.Kal.maii.

De sancto Roberto abbate. Cap.cii.




Robertus abbas & fundator ordinis cisterciensis fuit: qui dū in molismo monasterio episcopat⁹ lingonen.abbas esset quod tunc cenobium erat fama celeberrimū:& diuitiis opulentū qz hec plerūq; solent animos ad lasciuiā puocare:cupiens vir sanctus arctiorū vitā eligere cū.xxi.ex monachis eiusdem loci viris perfectis post multos labores & itinerum difficultates cistertium deuenerūt qui tūc horroris & valle solitudinis locus erat:vbi anno dñi.M.xcviii.sanct⁹ Robert⁹ auctoritate fultus hugonis lugdun.archiepi tunc apostolice sedis legati et Walterii cabilonen.epi.necnon Odonis burgundie ducis inclyti abbatiam construxit & ordinē qui cisterciēn.dr inchoauit.Post aliquod vero tēpus a molismensibus monachis requisitus ipsum monasteriū sue regule ac ordini adiecit:et ex vtroq; vnū corpus effecit.Sicq; sanctus abbas ordine initiato satisq; dilatato sanctis operibus deo seruiens laudabiliter vixit:& clarus virtutibus ad christum migrauit tertio Kalendas Maii.Sepultusq; est in abbatia cisterciē:vbi & miraculis pollet.Anno aūt.xiiii.post ordinis fundationē sanctus Bernardus ordinem ipsum ingressus tam merito q̄ numero locorū & fratrū ipsum mirabiliter adauxit:vt in eius legenda dicetur.xiii.kalendas septēbris.

De sancto Mariano confessore. Cap.ciii.



Marianus monachus de territorio bituricen.natus tēpore sancti Alodii successoris sancti Germani circa annos domini ccclxx.claruit.Qui a sctō Mamertino abbate in pfato monasterio monach⁹ fact⁹ est.Cuius idē pater officium alēdorum animaliū cōmisit: qđ ille gratanter suscepit et humiliter adimplere curauit.Hic quadaz aprum a canibus & venatoribus fugatum ad se fugientem benignus excepit:canibusq; vt animal dimitterēt imperauit.Qui ex eo die domesticus effectus sanctū viri catulus sequebat.Hic dñico ad ecclesiam pergēs vt sibi mos erat:fratrem secū duceret inuitū eo q̄ ille debebat ipsa die fratribus ministrare.Et dū audiētes missam nimis tardarent:illeq; ad horā se non posse redire putaret finito euāgelio equū vt abiret ascendit:sed nequaq̄ ipsum inde mouere potuit:donec seipsum deliquisse cognoscens ad ecclesiā rediit et vsq; ad finē misse cū Mariano permansit.Et ad horā reuersus suum ministeriū adimpleuit:vir aūtē dñi in monasterio fontanen.in pace quieuit tertio Kalēdas Maii.Corpusq; ei⁹ inde delatū antisiodori in suo monasterio sepultus est.

De sctō Mariano & iacobo marty. Cap.ciiii.



Marianus et Jacobus martyres apud vrbē lambasitanā sub decio passi sunt.Quorū prior lector alter vero diacon⁹ extitit.Qui p cōfessione nominis christiani in ciuitate circen.colonia tenti grauissimis suppliciis excruciati sunt.Post q̄ marian⁹ p apices pollicū suspēsus grauibus pōderibus pedib⁹ innexo crudelit̄ tort⁹ est.Deinde cū collega suo dudum in carcere macerat⁹ vbi diuinis reuelationib⁹ sepi⁹ con-

spectatur. Tandem ad prefatam vrbem lambasitanam directi iterum duci in ergastulo vincti sed diuina rursum visitatione alleuiati. Nouissime cum multis alijs gladio consumati sunt pridie kalendas Maij.

De sancto Eutropio episcopo et martyre. Cap. cv.



Eutropius episcopus et martyr sancti Dionysij consocius fuit. Cuius passionem idem Dionysius grece scriptam per manus pape clementis direxit Athenas. Hic fuit filius percis admiradi babylonie persarum regis et guine regine. Qui a pueritia literis grecis et chaldeis edoctus liberalibusque scientijs imbutus: curiositate orbem lustrare desiderans: a patre licentiam circumeundi obtinuit: a quo et nicanorem pedagogum accepit herodemque regem in galilea adijt vt in eius curia aliquid conspiceret nouitatis. Auditoque de iesu miraculis qui eo tempore in illis partibus predicabat ad eum accessit: quem videns et audiens licet gentilis reuereri cepit. Fuitque presens miraculo quando christus ex quinque panibus quinque milia hominum saciauit. Quo viso in ipsum credens eidem vt discipulus adhesisset nisi pedagogum timuisset. Sed adorato in hierosolymis templo domini mox gentilium ad patrem rediit et visa sibi nunciauit. Rursumque quoque amore flagrans iesu licentia a patre petita post annum in iudeam reuertitur est. Et cum Jesus die palmarum venisset hierosolymam sedens super asinum eutropius interfuit: et vna cum ceteris flores et ramos in via strauit. Fuitque de numero illorum gentilium qui accesserunt ad philippum vt iesum viderent: vt dicitur Joannis xij. Audito autem quod etiam iudei eum occidere querebant repatriauit ne tanti viri mortem cerneret: vel si mors ipsius tardaretur vt ei cum suis gentibus adiutorium contra iudeos conferret: cunctaque visa patri retulit. Audiens quoque Jesum occisum vehementer doluit: sed post ipsum resurrexisse intelligens per ea que de eo viderat credidit et de eius resurrectione consolationem non modicam recepit: vnde et in vltionem mortis Christi omnes iudeos quos in regno paterno repperit occidi mandauit. Post aliquod vero tempus predicantibus apostolis simone et iuda apud persidem Eutropius cum patre et regno credentes ab eisdem de christi fide plenius edocti et baptizati sunt: vbi et apostoli Abdiam episcopum et Eutropium diaconem ordinarunt: vt in eorum passione dicetur. v. Kalendas Nouembris. Et dum predicti apostoli pro christo passi fuissent. Eutropius eorum gesta et passiones conscripsit. Deinde patre iam sene seculo abrenuncians romam venit: et a beato petro apostolo ad gallias predicandas missus accessit. Ingressusque ciuitatem xantonas cum christum predicaret ab infidelibus cesus: et de vrbe eiectus sibi tugurium extra muros construxit: vbi noctibus orationi diebus vero predicationi insistebat. Cum autem multo ibidem tempore commoratus fructum modicum predicationis fecisset: eo quod decem viros solummodo conuertisset. Romam repedans beatum Petrum apostolum passum reperit. Et a sancto Clemente eius successore ordinatus xantonensis episcopus beatoque Dionysio sociatus cum eodem iterum ad gallias rediit. Deueniensque xantonum filiam principis virginem Eustellam nomine conuertit: et sacro velamine virginitatis consecrauit: multumque populum signis clarens domino acquisiuit. Cum autem Eustella cum Eutropio extra vrbis menia in virginitatis proposito deo seruiens moraretur: missis satellitibus sanctum occidi mandauit. Quem illi primo lapidibus deinde plumbatis cedentes nouissime securi illisso capite peremerunt. Cuius corpus Eustella in eius tugurio sepeliuit: ibidem quoque omni tempore in orationibus permansit. Que cum migrasset ad christum apud magistrum suum sepulta est. vbi et ecclesia a christianis processu temporis fabricata vtriusque corpus quiescit miraculis redolens. Passus est autem sanctus Eutropius pridie kalendas maij.

De sancto zozima abbate. Cap. cvj.



Zozimas abbas in palestine partibus circa egyptum fuit Qui adeo reputabatur sanctitate pollens: vt de longinquis regionibus ad eius cellam fratres accederent: et ab eo edificati vite pabula reportarent. Hic annis. liij. in eremo permanens infestatus a quibusdam cogitationibus quasi perfectus esset: et nullius doctrina indigeret a quodam sibi seniore apparente monetur: vt se sequatur et perfectiores se inueniret. Quem secutus ad quoddam monasterium iuxta iordanem peruenit quem abbas cenobij benigne suscepit et cum intra monasterium introduxit. Ibique zozimas annis pluribus commoratus perfectiorem vidit vitam. Nam monachi illi die dominico ad ecclesiam conueniebant: vbi missa celebrata communionem sumebant: completisque orationibus et officio duobus ex fratribus pro diuinis celebrandis per vices in monasterio dimissis: ceteri modicos cibos de cenobio sumentes asportabant: et existentes segregatim ac solitarie totam hebdomadam in eremo peragebant. Rursumque die sabbati in sero ad monasterium conueniebant. Ubi zozimas multis diebus deo seruiens: tandem egressus diuina dispositione et itinere viginti dierum solitudinem peragrans: mariam egyptiacam inuenit: cui et anno sequenti dominicum corpus attulit: et mortuam sepeliuit: vt supra in eius vita actum est. iiij. non. aprilis. Reuersusque ad monasterium prefatum omnia visa abbati et fratribus retulit. Et post tempus aliquod in ipso loco vitam in pace finiuit pridie kalendas Maij.

De sancto Philippo apostolo. Cap. cvij.



Philippus apostolus a betsaida galilee ciuitate: Andree et petri ciuis omnibus apostolis etate iunior fuerit: vocatione tamen inter primos extitit: vt de eo dicitur Joannis primo capitulo. Hic post domini ascensionem et apostolorum diuisionem viginti annis per scythiam instanter christi euangelium predicauit. Sed tandem a gentilibus tentus: et ad statuam martis adductus immolare compellitur. Tunc draco de sub base altaris exiit: qui filium pontificis ignem sacrificij ministrantem interfecit. Duos quoque tribunos quorum ministri philippum apostolum in vinculis detinebant extinxit. Flatu etiam suo ceteros omnes morbidos reddidit. Quibus apostolus dixit vt si statuam martis deijcere vellent et crucem domini ibidem erectam adorarent: mortui eorum resurgerent: et infirmi sanitatem perciperent. Illi vero qui cruciabantur se sanari petebant: et statuam confringere promittebant. Tunc philippus precepit draconi vt sine alicuius lesione in desertum locum abiret: vbi nemini ledere posset. Qui statim recedens nusquam comparuit. Apostolus vero languentes omnes sanauit et illos tres mortuos suscitauit. Sicque factum est vt qui eum persequebantur quasi deum adorarent. Ipse autem per vnum annum iugiter predicauit et multa milia hominum ad christi fidem conuertit et baptizauit. Edificatisque multis ecclesijs episcopos presbyteros: et diaconos atque alios clericos ordinauit. Deinde per reuelationem ad asiam in ciuitatem hieropolim deuenit: ibique heresim ebionitarum qui christum carnem fantasticam assumpsisse dicunt extinxit. Erant autem ibi due sacratissime virgines eius in baptismate filie: per quas deus multitudi-

nē virginū lucratus est. Apostol⁹ autē ante septē dies obit⁹ sui oēs p̄bros τ clericos suos ad vicinarū vrbiū episcopos cōuocauit: τ eos de singulis docens in xp̄i fide cōfortauit: seq₃ ad deū per martyriū migraturū post septem dies eiusdem predixit. Et cū esset annorū octuaginta septem ab infidelib⁹ tentus: crucifixus: lapidatusq₃ perrexit ad dominum: τ martyriū feliciter consummauit kalendas maij. Et in eadem ciuitate corp⁹ eius positum est. Postmodum etiam due filie eius p̄fate a dextris τ a sinistris eius tumulate sunt. Processu vero tēporis corpus apostoli romā translatum fuisse dicit.

¶ De sancto Jacobo minore apostolo. Cap.cviij.



Jacobus apostolus q̄ dicit minor seu iacob⁹ frater cognomento iustus: fuit fili⁹ alphei τ Marie sororis dn̄i: sicq₃ consobrinus christi fuit: propter quod more iudeorum τ frater domini appellabat. Minor autē dicit ad distinctionē alterius Jacobi apostoli filij zebedei q̄ maior vocatur: nō quod hic minor illo fuisset etate: s₃ posterior vocatione. De hoc autē dicet plen⁹ in historia natiuitatis virginis marie. vj. id⁹ septēbris. Iust⁹ autē cognominat⁹ est propter meritū excellētissime sanctitatis. Nā vt de eo dicit Hieronym⁹ tante reuerentie fuit in populo vt fimbriam vestimenti eius certatim contingere cuperent. Et vt dixit egesipp⁹: hic ex vtero matris sue sanct⁹ fuit: vinū τ siceram nō bibit: carnes nūq̄ manducauit: ferrum in capite eius nō ascendit: oleo nūq̄ vnct⁹: nec balneo vsus fuit: sindone. i. veste linea semp indut⁹. Toties in orat̄ode genua flexerat: vt callos in genib⁹ more cameloꝝ videret habere. Hic solus ex apl̄is p̄pter sanctitatē suā p̄mittebat intrare in sancta sanctorū: non quidē causa immolationis sed orationis. ¶ In tm̄ autē τ facie τ liniamētis corporis simillimus xp̄o fuisse perhibetur: q̄ plerisq₃ in amborū specie fallerent: vnde vt dicit hiero. cū iudei ad capiendum xp̄m pergerent ne forte iacobum in personā christi caperent: a iuda qui eos optime discernebat: signum osculi acceperūt. Et nihilominus fugientib⁹ apostolis quidā ex ministris qui p̄pter turbam xp̄o approximare nō poterant iacobū iustum vice iesu tenuerūt. Qui relicta sindone qua vtebat vt dictū est: nudus profugit ab eis. ¶ Hic etiam vt idem Hieronymus testat cōtra iouinianū perpetue virginitatis extitit. Et vt idem tradit in parasceue mortuo domino iacobus votum vouit se nō comesturum donec videret dn̄m a mortuis surrexisse. In ipsa autē die resurrectionis cū vsq₃ tunc non gustasset dominus eidem apparuit. Et astantibus mēsam apponere iussit. Deinde panē accipiens benedixit τ fregit τ iacobo dedit hortans eū vt comederet: eo q̄ filius hominis a mortuis surrexisset. Huic etiā p̄pter sue sanctitatis excellētiam apostoli in tantū detulerūt: vt prim⁹ inter eos missam hierosolymis post ascensionē domini celebrasset: quā petrus postmodū primus celebrauit antiochie τ marcus alexandrie. Post ascēsionē ergo dn̄i discipulis ad p̄dicandū ad diuersas partes abeuntibus iacob⁹ frater dn̄i hierosolymorū episcop⁹ ordinat⁹ est qui ecclesiā ipsam annis. xxx. gubernauit. Et cum primū consiliū ab apostolis in hierusalē celebratū esset p̄pter obseruationē legaliū. Jacobus vti ecclesie ipsius epūs consilij diffinitor τ iudex fuit: vt habet actuū. xv. ¶ Anno igit. vij. ep̄at⁹ sui cū apostoli ad diē pasche hierosolymis conuenissent: τ interrogante eos iacobo quāta p eos domin⁹ corā populo fecisset: ipsiq₃ omnia seriosius explicassent: τ iacob⁹ cū apostolis in tēplo corā caypha τ aliquibus iudeis predicasset: iāq₃ prope esset vt baptizari vellent: quidam iudeus templum ingressus sacerdotes redarguit quod se ab illis magis decipi permitterent. In tantumq₃ populum cōcitauit vt populum lapidare vellēt. Ascenditq₃ homo ille sup gradum vbi iacobus predicabat τ ipsum precipitauit deorsum. Qui fracto crure ex die illo plurimum claudicauit. Hoc autem passus est anno. vij. post domini ascēsionē. Sed nec sic vsq₃ ad annum. xxx. ep̄atus sui a predicatione cessauit. ¶ Quo tēpore vidētes iudei q̄ paulū occidere nō potuissent: eo q̄ cesarē appellasset vt dicit actuū. xxv. p̄secutionē in iacobū conuerterunt. Conueneruntq₃ ad eū obsecrantes vt populū reuocaret qui errabat in iesu putantes quod esset xp̄s: de quo ipse testimoniū quid sibi videretur corā pplo die pasche proferret: cui tāq̄ iustissimo oēs acq̄escerēt. Statuentes igit eū die pasche supra pinnam tēpli: illū rogabāt pontifices tāq̄ virorū iustissimum: vt enūciaret omnib⁹ q̄d sibi de Jesu videretur. At ille cū ingenti voce p̄nūciauit q̄ in celis sedet ad dexterā summe virtutis: venturus iudicare viuos et mortuos. Q̄d xp̄iani audientes gaudebāt. Pontifices vero iudeorū cōfusi stabant. Et clamare ceperūt q̄ etiā iustus errasset. Cōsilio quoq₃ inter se inito de eius necesse super pinnā ascenderunt: et ipsum precipitauerūt. Qui deiectus non solū mori nō potuit: sed super genua procūbēs p persecutorib⁹ suis orauit. Cūq₃ cum orantē desuper lapidib⁹ perurgerēt: vnus ex sacerdotib⁹ de filijs rechab ceteros increpabat q̄ iustū p eis orantem lapidarent. At vn⁹ ex illis perticā fullonis arripuit: τ valido ictu caput ei⁹ impetens ipsum excerebrauit: taliq₃ martyrio migrauit ad dn̄m. Sepultus ibidē iuxta tēplū kal. maij. In cui⁹ sanguinis vltionē: vt dicit iosephus subsecutū est excidiū hierusalē τ dispersio iudeorū. Q̄d l₃ re vera fuerit principaliter p̄pter mortem domini. Ad hoc tamen adesse potuit interfectio Jacobi iusti. ¶ Hic vt ait hieronymus libro de viris illustribus vnā tm̄ scripsit epistolam que de. vij. canonicis est: que tamen ab alio quodam eius noīe edita a nonnullis traditur: l₃ paulatim procedente tempore obtinuerit authoritatem.

¶ De sancto Hieremia propheta. Cap.cix.



Hieremias p̄pheta et sacerdos ex tribu sacerdotali ortus vico anathoth qui trib⁹ milib⁹ a hierusalem distat patre elchiā sermone quidem apud hebreos rusticiore prophetauit: que simplicitas eloquij de loco ei in quo natus est accidit. Cuius p̄phetia per tempora quatuor regū extēditur scz iosie τ ioachim primi τ ioachim secūdi τ sedechie regū iuda: p̄phetauit autem in regno iuda iam x. tribub⁹ in assyrios translatis. Hic ex vtero matris sanctificatus extitit: τ etate puerili p̄phetare cepit. Anno vero. xiij. iosie regis iude: τ p̄phetauit vsq₃ ad euersionē vrbis hierusalē. xlj. an. preter illud tp̄s quo in egypto p̄phetauit in tāphis. Et cū puer esset tetigit dominus os eius cepitq₃ prophetare τ p̄dicare: mane cōsurgēs τ frequēter stans in porta domus dn̄i in atrijs templi. Et ostendit ei dominus signa euersionis hierusalē quā predicabat. ¶ Primo signo significauit authorē euersionis deū sub figura furis cū virga vigilantis: eo q̄ iam vigilabat ad percutiendū populū. ¶ Secundo ostendit ei quo ministro ad hoc vteret per ollam succensam a facie aquilonis idest a chaldeis q̄ iuxta situm hierlm venerūt ab aquilone. In tertia vero de lūbare putrefacto ostēdit ei causam euersionis: nec fuit hec visio imaginaria sed corporalis. Q: eni filij hierusalē recesserūt a dn̄o fornicando post deos alienos cōparant lūbari putrefacto: vt sicut lumbare adheret lumbis viri sic primo adherebāt dn̄o. ¶ Anno autē. iiij. ioachim primi regis iuda cū hieremias p̄pheta destructionē vrbis hierusalē τ tēpli in p̄ximo fiendā publice denunciaret a principib⁹ populi cesus missus est in carcerem ne publice predicaret. Qui vocato Baruch filio nerie

scriptore suo scribi fecit in volumine q̄ prophetabat: ⁊
misit pplo ⁊ regi p man⁹ baruch. Que cū baruch in tē-
plo legisset pplis penitēs ieiuniū predicauit. Rex aūt cū
h audiuisset volumē ꝯbussit. Hieremiā quoqȝ iā de car
cere a pplo dimissum: ⁊ baruch apphendere voluit: sed
de⁹ eos ad tps abscōdit. ¶ Post hec Nabuchodonosor
rex babylonis ascēdens hierosolymā cepit ioachim et
ptē vasorū tēpli asportauit: ipmqȝ in babylonē duce-
bat. In itinere vo remisit cū acceptis obsidib⁹ daniele
cū trib⁹ pueris ⁊ aliis nobilib⁹ iudeorū: ⁊ iposito ei tri
buto q̄ soluit ei tributū ānis trib⁹. ¶ postmodū vo
audiēs qd rex egypti ꝯ nabuchodonosor belliū assume
ret tributū denegauit: vn̄ ⁊ rex babylonis veniēs hieru
salem intrauit eam sub iure federis sed fide mox rupta
iuuenes fortissimos cū ioachiz rege occidit ⁊ Joachim
Jechoniam Joachim filiū patri equiuocum regem cō
stituit. Post autē timens ne ioachim memor paterne
iniurie adherēdo egyptiis ꝯ se pugnaret: rediens iterū
hierusalez obsedit. Sed de consilio hieremie Joachim
se cū matre ⁊ omni familia nabuchodonosor tradidit:
qui capta ciuitate ioachim ⁊ principes ⁊ multos de po
pulo transmigrauit in babylonē cū ezechiele ⁊ mardo-
cheo. Hec autem traductio filiorū iuda in babylonem
dicit̄ transmigratio: sed alia que facta est post euersio-
nem hierusalem dicit̄ captiuitas. Cōstituit autē nabu-
chodonosor regem patruum ioachim sedechiam sub
iureiurando ꝙ ei seruiret sub tributo. Qui duob⁹ an-
nis pmissa cōpleuit. Cum autem pseudo prophete de-
ciperent sedechiā dicentes in proximo babylonios ab
egyptiis esse vincendos. Sedechias rex iuda cōtra iu-
ramentum suum regi chaldeoꝝ denegauit tributum.
Qua de re nabuchodonosor veniēs in iudeam obsedit
hierusalem. Interim vero falsi pphete nunciabant re-
gi prospera: sed falsa: hieremias vero his contraria sed
vera. Qui egrediens hierusalē vt veniret ad vicum suū
anathoth tanꝗ fugeret ad hostes captus est ⁊ incarce-
ratus: nabuchodonosor vero ⁊ nabuzardam hierusalē.
xviii. mensib⁹ obsederunt. Tunc sedechias territus hie
remiā de carcere tulit: ⁊ pphetie veritatē secreto inqui
rēs audiuit. hieremias aūt pnoscens templū dn̄i euer-
tendū diuino oraculo admonitus tulit arcam testamē
ti cū his que in ipsa erāt: ⁊ in mōtē abariam quā moy-
ses ascēderat: vt terrā pmissionis videret deportauit ⁊
precib⁹ suis eā absorberi fecit in petra digito vero no-
mē dei o signans impressit: ac si ferro sculptum esset.
Et extūc nec locū quis cognoscere pōt: nec nomē lege
re vsqȝ in presens. Sepeqȝ nubes vt ignis fit sup locū
illum nocturno tpe: eo qd gloria dn̄i ab eius lege non
designat. Dixitqȝ hieremias presentib⁹. Dn̄s de sion re-
cessit ad celos rursus in virtute vēturus. Eritqȝ signū
presentie eius qn̄ vniuerse gētes adorauerint lignum.
¶ Deinde cū hieremias captiuitatē publice pdicaret:
Sedechias rex principib⁹ cū petētib⁹ tradidit. Qui cū
eū in lacū deposuissent: vbi erat in luto vsqȝ ad guttur:
extraxit eū abdemalech ethiops vir eunuchus pietate
cōmotus. Tū in carcere detent⁹ est vsqȝ ad diē quo ca-
pta est hierusalē. Quā nabuchodonosor. xviii. mēsibus
obsessam tandē cepit: fugiētēqȝ regē sedechiam cōpre
hendit: ⁊ filios eius occidit: ⁊ oculos ei eruit: ⁊ sic vinctū
cū principibus in babylonē adduxit. Nabuzardā vero
princeps militie regis q̄ remanserat templū ⁊ vrbē suc
cendit: murum euertit: ⁊ captiuos multos ⁊ vasa tēpli
in babylonē transtulit. Godoliā vo pauperib⁹ in terra
relictis pfecit: ⁊ hieremiā nolētē secū abire sicut a rege
in mādatis acceperat dimisit. Sed postꝗ godolias a
quodā ismaele de semine regio interfectus est timētes
sibi reliquie iudeoꝝ cōtra cōsiliū hieremie in egyptum
descēderūt: ⁊ in hieremiā ⁊ baruch secū ⁊ inuitos duxe
rūt ⁊ habitauerunt in magdalo tānis ⁊ mēphi atqȝ fa-
tures. Cū g essent ibi hieremias regibus egypti signū
dedit ꝙ eoꝝ idola subuerti oporteret: cū virgo pareret:
vn̄ sacerdotes eoꝝ in secreto tēpli loco imaginē vginis

statuētes quā pueri adorabant. Dū vo post tpa ptole-
meus eos interrogasset cur hoc agerēt dixerūt paterne
traditionis esse mysteriū qd a scō ppheta maiores eo-
rū acceperāt: ⁊ ita futurū esse credebāt. ¶ Et cū hiere-
mias ibidē pplm de idololatria redargueret: insurrexit
pplus iudeorū cōtra eū: ⁊ lapidauerūt eū. Porro egyptii
eū honorauerūt sepeliētes iuxta tumulū regū suoꝝ: me
mores bnficioꝝ q̄ prestiterat egyptiis. Oratione eīn sua
fugauerat aspides ⁊ bestias aquarū quas greci croco-
dilos vocāt: qb⁹ pri⁹ egypt⁹ infestabat̄. Cui⁹ corp⁹ ale-
xander macedo trāstulit alexādriā ⁊ sepeliuit gloriose.
Extūc qȝ a terra illa phibiti sunt crocodili ⁊ aspides
memorati. ¶ Nō solū aūt hieremias ei⁹ pphetiā suo li-
bro cōscripsit: sed etiā pter mortē iosie regis iude ele
go metro trenorū lamētationes cōposuit: quib⁹ in exe
quiis funeralib⁹ vtebant̄ cantatores ⁊ cantatrices. Oc
cubuit aūt sanct⁹ ppheta kal. maii. Et hic nō solū ec-
clesiastici. xlix. in sanctorū patrū catalogo scribit̄: sed
etiam in plerisqȝ diuine scripture locis ⁊ a multis do-
ctoribus vt sanctissimus memoratur. Hec Josephus:
Hieronymus: Comestor: ⁊ Guilelmus.

¶ De sancto Baruch propheta. Cap. cx.



Baruch ppheta ⁊ scriptor hieremie fuit ac ei i carce-
re minister ⁊ in exilio socius vsqȝ ad
diē mortis ipsi⁹ cū nō deseruit. Mul
taqȝ ex ore ipsi⁹ ꝯscripsit: ipse quoqȝ
spm̄ ppheticum habuit: ⁊ multa ac
magna mysteria de incarnatiōe dn̄i
pphetauit. Qui ⁊ cū magistro suo a
pplo in egyptū deduct⁹ post eius in-
terfectionē in pace dormiuit. Sȝ qz
dies cert⁹ ei⁹ obit⁹ nō habet̄ suo re-
cte preceptori ⁊ magistro subiicit̄. Sctitatē vo hui⁹ p-
phete nō solū doctoris ei⁹ hieremie vita sctissima quā
bonū discipulū imitatū fuisse credendū est: sȝ etiā eidē
a spiritu sancto tradita indicat pphetia. Prophetauit
aūt Baruch in babylonia tpe captiuitatis iude ⁊ vba
pphetie legit in auribus iechonie siue ioachiz regis iu-
da ⁊ ceteri ppli trāsmigrati: vt ex textu ipsi⁹ libri liqui-
de ptz: pter qd arguendū est baruch cū ceteris capti-
uis in babylonē adductū. Et inde forsitan obtēta a re
ge gr̄a redeūdi: eo ꝙ hieremie fuisset cōsoci⁹ ⁊ discipul⁹
taliter ad iudeā reuersus: ⁊ vt cū hieremia postmodū vt
dictum est descenderit in egyptū. Hec notantur supra.

¶ De sancto Andeolo martyre. Cap. cxi.



Andeolus subdia
con⁹ ⁊ martyr a scō policarpo epo
exoriente cū benigno ⁊ andochio ps-
byteris: ⁊ tyrso diacono ad gallias p-
dicādas missus est. Quē seuer⁹ cesar
ei⁹ pdicatiōe cōpta in territorio ni-
uarcū. cōphēsum ⁊ spinosis fustib⁹
flagellatū: ⁊ xpm cōfitentē in carcerē
tradi fecit. Dieqȝ sequēti facto de li-
gno durissimo ense ad formā gladii
caput ei⁹ in modū crucis scindi pce-
pit. Et sic eliso cerebro martyrium consummauit ka-
lendas Maii: vt dicit Ado.


¶ De sancto Sigismūdo rege ⁊ martyre. Cap. cxii.



Sigismund⁹ rex ⁊
martyr fili⁹ genebaudi regis burgū-
die ⁊ ei⁹ post mortē in regno successor
fuit tpe anastasii iperatoris vt ait si-
gibert⁹ q̄ a pueritia xpianissim⁹ eccle
sias ⁊ monasteria sctoꝝ limina visita
bat. Jeiuniis quoqȝ et oronib⁹ itēt⁹
assidue paupib⁹ vberes elemosynas

impēdebat. Assumpto vero regno cultū xp̄i ampliare curabat: eo q adhuc burgūdien. gētilitati seruiebat. Dū q loca martyrū perlustraret venit ad ciuitatē leduncñ. ad locū agaunēn. vbi beat' mauriti' cū sancta legione thebeorū passi sunt. Ibiq diuinit' inspirat' orabat ad dn̄m: vt de cōsortio martyrū cūcti mereret. Angelus vero eidē tūc apparuit eiq docuit: vt sicut audiret multe celestis alternatim psallentiū choros: sic in ecclesia psalmos decantari institueret. Sanct' ergo exteris auribus choros angelicos canētes audiuit: et angelica mādata sicut audierat adimpleuit. Ita vsq ad illud tēpus in eccles. is gallie non alternatim: sed insimul ab oībus psallebat. ¶ Cū igit franci adhuc gentiles regnū burgundionū depopulassent: et multos ex suis adhuc paganos rex sibi aduersantes et gallias adherētes haberet: tōsa capitis coma et habitu religionis indutus ad locū predicatorū agaunensiū martyrū latēter aufugit. Quo franci cū burgundionibus pditorib' puenerūt. Tunc burgundiēn. regē cognitū et vinctū francis tradiderūt: vna cū piuge et duob' filijs sigiberto et gūterano. Quos filij ad locū qui dr̄ bella deducētes in puteo antiquo capitibus deorsum piecerūt: taliq martyrio ad dn̄m migrauerūt kalendas maij. Quoz corpora a limo cōtecta ibidē triennio iacuerunt. Sed cū sepi' noctu a multis viris fetis supra locū ipm̄ accense lāpades viderent: expletis tribus annis abbas ipsius loci ab angelo monitus corpora sanctorū de puteo leuata in ecclesia sancti ioannis euangeliste tumulauit: vbi eorum meritis multa miracula fiunt. Hoc autē speciali priuilegio sanctus iste martyr effulget: q a febricitantibus inuocatus cuiuscūq generis febrem expellit. Hec sigibertus.

¶ De sancto Amatore episcopo. Cap. cxiij.



Amator episcop' antisiodorēn. in annis iuuenilibus literis erudit' deo tā deuotissimus a parentib' insignibus coact' virginē desponsauit. Quā cū vt virginitatem pfiteret induxit: et ipse simili se voto constrinxit. Cū aūt vterq votum emisisset angelus dn̄i eisdē astitit: duas coronas sibi afferēs: et singulas singulis imponēs: eos in sctō pposito cōfortauit. Puella igit monasteriū virginū ingressa est. Amator vero cleric' fact' post mortē Eladij antisiodorēsis ep̄i eodē in pōtificatu surrogat. Qui plurib' miraculis effulsit. Inter que dū paruā haberet ecclesiā q̄ populū oīno capere non valebat: rogauit obnixe' ciuē quēdā Ruptilē noiē: vt domū suā tēplo dei contiguā cōcederet ad ecclesiā ampliādā. Qd ille facere denegās grauiter infirmat. Sed sctō postulata cōcedens cōtinuo liberat. Sanct' ergo ep̄s domū ecclesie adiciēs eādem in honorē prothomartyris. Stephani fabricauit. In qua verbū dn̄i pdicabat. Sz cū obitū suū imminere cōspiceret ad ecclesiā perrexit: celebrataq missa populo sermonē fecit: et in throno suo residēs expirauit. Cui' aīa in colūbe specie celū petere visa fuit. Corpus quoq ei' in ipsa ecclesia tumulatū quieuit. Aqua vero qua corpus lotū fuerat: perfusus paralytic' curatus est. Quieuit in pace kalendas maij.

¶ De letanijs. Cap. cxiiij.



Letanie bis in anno fiūt: scz in festo sancti marci: que dicitur letania maior: et triduo ante ascēsionē que dicitur minor. Et interpretat letania supplicatio vel rogatio. ¶ Letania autē maior tripliciter nominat: sz letania maior: pcessio septiformis: et cruces nigre. Dicitur autē letania maior ratione institutionis quia a magno Gregorio papa vrbis instituta est. Ratione loci: quia Rome instituta est: que caput orbis est. Ratione cause: quia pro magno morbo et grauissimo qui Rome viguit: scilicet pro epidemia inguinaria: que infinitum populum Romanum extinxit: de quo dictum est supra in legenda Gregorij pape quarto idus marcij. ¶ Dicitur etiam processio septiformis: ex eo q beatus Gregorius processiones suas per septem ordines disposuerat. In primo em̄ ordine erat clerus. In secundo monachi et religiosi. In tertio sanctimoniales. In quarto infantes. In quinto laici. In sexto vidue et continentes. In septimo coniugate. Sed quod modo non potest in numero personarum: suppletur in numero letaniarum: quia septies dici debent. ¶ Dicuntur et cruces nigre: quoniam in signum meroris ex tanta strage hominum et in signū penitentie nigris vestibus induebantur: propter eandem etiam causam cruces et altaria ciliciis velabant. ¶ Alia vero est letania minor que fit tribus diebus ante ascensionem quam sanctus mamertus Viennen. episcopus ante institutionem pme instituit. Et dicitur minor ad differentiā prime quia instituta est a minore episcopo: in minori loco: et pro minori morbo. ¶ Causa autē huius institutionis fuit: q: tunc apud vienā crebris et validis terremotibus domus et ecclesie subuertebātur: nocturni sonitus et clamores audiebantur: et lupis etiā nimia feracitate ipsas ciuitates intrantibus pueri et homines perfecti lacerabant. Predictus ergo ep̄s tridua nā ieiuniū indixit: letanias instituit: et sic tribulatio cōquieuit. Deinde ab eccl'ia statutū est vt hec letania vniuersaliter conseruetur. ¶ Dicuntur etiā rogationes: q: tūc sanctorū suffragia imploram'. Et merito talis obseruantia his dieb' obseruanda est multiplici ratione. ¶ Primo vt deus bella pacificet: que in vere frequenti' concitant. Secundo vt teneros adhuc fructus conseruando multiplicet. Tertio vt motus carnales qui hoc tēpore magis vigent in se vnusqsq mortificet. Quarto vt ad receptionem spiritussancti se quilibet magis habilitet. Quinto vt christo ascendente et dicente: petite et accipietis: quisq confidentius postulet. Sexto vt ecclesia se carne macerans per ieiuniū et plurimis amplificans per orationem cum christo ascendente liberius et facilius euolet. Hec due vltime rationes sunt Guilelmi antisiodorēsis. ¶ In his ergo letanijs cruces deferuntur: campane pulsantur: vexilla portantur: et omnium sanctorum patrocinia generaliter implorantur. Ideo autem cruces deferimus: et campanas pulsam' vt demones territi fugiant: vexilla regis eterni conspicientes: eiusq tubas excitatorias audientes. Vexilla deferimus ad representandum victoriam ascensionis christi: qui cum preda celos ascendit: vnde vexillum per acrea incedens est christus ad celos ascendēs: populi qui sequuntur sunt sancti qui ab eo ad celestia subleuantur. ¶ Sanctorum autem omnium singulariter et generaliter suffragia imploramus. Primo propter nostram inopiam: quam habemus in merendo: vt ibi nostra non suppetunt merita: patrocinentur aliena. Vel propter inopiam quam habemus in contemplando vt qui non possumus summam in se lucem aspicere saltem in sanctis aspiciamus. Vel propter inopiam quam habemus in amando: quia plerumq imperfectus homo magis afficitur circa aliquem sanctum q̄ circa ipsum deum. ¶ Secundo propter sanctorum gloriam: vt dum per eorum suffragia quod petimus imploramus: ipsos magnificentius collaudemus. ¶ Tertio propter dei reuerentiam: vt peccator qui deum offendit quasi non audeat ipsum in personam propriam adire: sed sanctorum possit patrocinia implorare. ¶ In his autem letanijs consueuit illud canticum angelicum frequentari. Sancte deus. Sancte fortis: sancte et immortalis miserere nobis. De quo refert. Damascenus libro. iij. q cum apud constantinopolim propter epidemiam letanie cum processione fierent. Puer de medio po-

pauli in celum raptus et istud beate trinitatis canticum
ibidem edoctus rediens ad populum illud frequenta-
ri docuit: mox tribulatio cessauit. In calcidonensi quo-
que cōcilio fuit istud canticū approbatum.

¶ De sancto Athanasio epō et confessore. Cap. cxv.



Athanasius episco-
pus alexandrinus et doctor grecorū
de quo in libro decimo ecclesiastice hi-
storie. et ab aliis pluribus multa scri
buntur tempore cōstantini et cōstā-
tii eius filii arriani claruit. Qui a pue-
rilibus annis liberalibus disciplinis
imbutus: et sacra philosophia erudi-
tus: a sancto Alexādro episcopo glo-
rioso sene clericus factus et presbyter
ordinatus: et in predicando verbū do-
mini eidem coadiutor effectus est. Et inde vna secū ni-
ceno concilio interfuit: et arrium hereticū mirabiliter
confutauit. Propter quod ab arrianis odio conceptus
innumeras ab eisdē persecutiones perpessus est. Qui-
bus suggerentibus concilio iterum apud laodiciā cō-
uocato dum omnes sederent: et disputatio incepta esset:
oratione tñ Alexādri episcopi et Athanasii presbyteri pre
missa arrius secreta nature cōpulsus expetiit: vbi inte-
stinis olbus in secessum defluentibus expirauit. Quo mi
raculo multi arrianorū ad fidem catholicam redeunt:
ceteri vero in athanasium amplius obstinati deseuiūt.
Cum autem post mortem Alexandri eidem in pontifi-
catu successisset fidem catholicam scriptis et sermonibus
defensauit et arrianam per fidem impugnabat. ¶ Ve-
rū ex arrianorum emulatione ac susurratione cōstātio
imperatori arriano exosus factus velut hostis imperii
cēlebatur. Delatus autem augusto de adulterio violen
ter illato: et de dextera arsenio eius diacono precisa apud
tyrū ciuitatem imperatoris iussu ad concilium euoca-
tur. Ingressusque synodum mulier ipsi de adulterio fal-
so accusabat que et ipsum quem accusabat non cogno-
scebat. At vero Timotheus sub nomine athanasii se excu
sat: mulier vero ipsum athanasium credens obiurgat:
sicque de falso crimine cōuicta est et confusa. Deinde ma
nus arida in loculo producitur: que arsenio ab episco-
po abscissa fuisse asseritur. Episcopus vero arseniū la-
tentem qui longius esse putabatur adesse fecit: quo am
bas manus exhibente se innocentem probauit. Cū au-
tem hec arriani magicis artibus deputarent: innocens
Athanasius vti culpabilis iudicatur ex vrbe et sede pro-
pellitur ab imperatore proscribitur et per totam vrbē
occidendus inquiritur. Qui vbique profugus a maximi
no treuerensi episcopo benigne suscipitur: sed post mo-
dicū metu principis inde progreditur. Deinde sex an-
nis latuit in sicca cisterna sola ei quadam ancilla vir-
gine ministrante catholica: vbi simbolū. Quicunque vult
saluus esse. dictauit et scripsit. Cum autem persecutores
sui illuc aduenissent: et nunciante ei ancilla athanasius au
fugisset: illi hoc cognoscentes virginem ad mortem ce-
ciderunt. Post hec cum ad partes imperatoris constā-
tis fratris constantii occidētales venisset. causamque ip-
sius constans examinasset super episcopi iniusto exilio
literas fratri direxit: constantinusque ipsum vt fratri cō-
placeret ad sedem suam reuocauit. Sed modico post tē-
pore ad instantiam arrianorum iterum cum constan-
tius eiciens persequitur. Iterumque constantis commi
nationibus reuocatur. ¶ Defuncto vero constante so-
lo que regnante constantio cum Athanasium suspectum
haberet quod sibi germanum inimicum fecisset suasu ar-
rianorum. tertio ipsum de sede proturbit: et georgium ar
rianum sibi in episcopum surrogauit: missis per vni-
uersum orbem romanum literis vt vbicunque repertus
fuerit athanasius occidatur remuneratiōe taxata cui-
cunque qui caput athanasii imperatori obtulisset. Quo tē-
pore sanctus vir toto orbe hinc inde profugus euagatur.
Aduersus quē reges ac principes et populi commouen
tur. Sed multis euasis periculis et persecutionibus dei
gratia reseruatur. Mortuo vero cōstantino et iuliano
apostata ei succedente: et humanitatem fictam pretēdē-
te: vt ex hoc initio suum imperium roboraret iussu iu-
liani omnes episcopi exulantes ad suas ecclesias redire
permittuntur. Sicque athanasius alexandriā remeauit.
¶ Post modicum vero tēpus diabolo suadente ad sug
gestionem magorum iuliano fauentium misit milites
multos alexandriā ad athanasium perimendū. Qui per
flumen nili cū paucis catholicis nauicula fugiēs perse
cutores obuios habuit. Illi vero cum presentē cernen-
tes nō agnoscūt: et de athanasio vti de alio interrogātes
pertrāseūt. Ipse vero alexādriā alia via repetēs vsque ad
tēpus pacis ibidē latēter permāsit. Post mortē vero iu
liani succedēte in imperiū ioniano catholico reducitur
athanasius in propriā sedē: et restituitur honorifice post mēn
ses. viii. in pace quieuit. anno episcopatus sui. lvi. vi. non. Maii.
Ibique clarēs miraculis tumulatur. ¶ Hic gloriosus do-
ctor inter multa insignia eius sapientie opuscula Duos
aduersus gentes excudit volumina. Cōtra vrsatiū et va
lentē vnū. De virginitate vnum. De persecutione arria
norū plurima. De psalmorū titulis vnū. Historiā An-
tonii monachi vitā cōtinentē insigni volumine texuit.
Epistolas insuper et alia multa que enarrare longū es-
set edidit. Hec Hieronymus lib. de viris illustribus.

¶ De sancto florentio epō. Cap. cxvi.



Florētius et vinde
mialis epi Taruisii trāslati quiescunt.
Horū vindemialis ab hernatione a
sctō alpiano cōfessore: doctus ad presby-
teratus ordinē inde ad epatū perue
nit: vbi vna cum eugenio miraculis
multis ostēsis populū copiosum cō-
uertit. Deinde peregrinationis grā
ad insulā corsicā veniētes in castris
faunensi et vadensi. populum a cultura
draconis euerterūt: ligata oratiōe ad collū serpētis et ipso
in mare demerso. Sicque cōuersum populū baptizauit.
Post que sanctus eugenius ibidē in castro vendensi cō-
moratus quieuit in pace: vbi etiā extat puteus ab eodem
in mare defossus preter naturā dulcem aquam emanās.
Vindemialis vero regressus corsicā: et ibidē in pace vitā fi-
niuit: et sepultus est ibi: vbi et olim sanctus florētius epūs qui-
escebat. Vastata vero corsica a sarracenis tityanus taruisin.
epūs illuc nauigio accedēs corpa sanctorum florētii et vinde
mialis obtinuit: et taruisiū trāslata in basilica scti Ioā-
nis baptiste deposuit. Que successor eius rothatius post-
modū in maiori ecclesia sancti Petri honorabilius tu-
mulauit. Horum festum colitur. v. non. Maii.

¶ De inuentione sancte crucis. Cap. cxvii.



Inuentio scte cru-
cis dicitur: quia eo die a sancta helena
matre constantini imperatoris crux
inuēta fuisse perhibetur. Illuc enim pre-
ciosum lignū dominicū in quo xpūs
cōfixus fuit ducentis fere annis sub
terra iacuit. Anno autē dñi. cccxxxiii.
congregata est iuxta fluuiū danubiū
multitudo innumerabilis barbaro-
rū: volētes fluuium trāsire et oēs re-
giones vsque ad oriētē subiugare. Cō-
tra quos cōstantinus imperator castra mouit: et iuxta danu-
biū secū suo exercitu collocauit. Visaque barbarorū mul
titudine infinita iā trāsire flumē extimuit: cū qua die
sequenti erat prelium cōmissurus: nocte autē ab ange-
lo excitatur: et vt sursum respiciat admonetur. Qui signū cru-
cis vidit in celo ex clarissimo lumine factum: literis ha-
bēs aureis circumscriptū. In hoc signo vinces. Qui con-
fortatus et adhuc gentilis crucis similitudinem faciens

xpm ante exercitum portari iussit. Vexilla quoq₃ militaria ⁊ arma cruce signari fecit ⁊ irruens in hostes ipsos in fugã vertit eorũq₃ maximã multitudinẽ interfecit. Reuersus ergo ad vrbẽ oẽs idolorum pontifices cõuocauit: cuius deorũ hoc esset signũ diligentius inquisiuit. Quibus se nescire dicẽtib⁹: quidã xpiani eidẽ crucis mysteriũ explicarũt. Qui licet xpm tanq̃ vnũ deoꝝ more gentilitatis in reuerentiã haberet: tamẽ nec tunc pfecte credidit: nec baptisma suscepit donec plaga lepre eidem superueniente a sancto siluestro mundatus pariter ⁊ baptizat⁹ est: vt supra actũ est in legenda sancti siluestri pridie Kalen. ianuarij. ¶ Cum autẽ post disputationẽ quã siluester cũ iudeis habuerat vt ibidem dictũ est. Helena imperatrix constantini mater ad xpm conuersa fuisset: infudit ei spiritus: vt lignuꝫ dominice crucis requireret. Ueniens igitur hierosolymã cum exercitu maximo. xviij. die secundi mensis qui est aprilis omnes sapientes iudeorũ q̃ per totã regionem reperiri potuerunt ad se congregari mandauit vsq₃ ad numerum quingentorũ qui nimium formidantes inter sese perq̃rebant: cur eos regina sic coaduneri mandauerat. Un⁹ ergo ex ipsis iudas nomine dicere cepit quod dubitabat ne ab eis discere vellet: vbi lignuꝫ in quo Jesus crucifixus est existeret. Admonens vt nemo hoc confiteri psumeret: q: statim vt crux illa reperiretur: lex iudeorũ euacuabitur. Dicebat quoq₃ quod nouerat locum vbi illud absconditum erat lignum. Nã zacheus auus ei⁹ illud secreto reuelauerat patri suo symoni: ⁊ pater ipsi inde symõ propalauerat sibi. Addens ipse zacheus q̃d cum illud lignũ cõtigerit reuelari gens iudeorũ decetero nunq̃ regnaret: sed illi q̃ crucifixũ adorãt: eo q̃d vere fili⁹ dei fuerat put ipse zache⁹ clare didicerat. Nã in cõspiratione mortis xpi nũq̃ assenserat: paterq₃ prothomartyris stephani fuerat. ¶ Cũ aũt iudei oẽs pdicta se nũq̃ audiuisse assererẽt: inde sub obediẽtia mãdauerũt vt crucis lignũ nullaten⁹ reuelarẽt. Et cũ ante reginã stetissent: ⁊ ipsa eos de loco vbi crucifixus fuerat Jesus interrogasset: ipsiq₃ se illud scire negarẽt: iussit eos oẽs igne cremari. At illi timẽtes tradiderũt iudã: vt iusti ⁊ pphete filiũ: ⁊ optime legẽ sciẽtem. Regina oẽs dimittens iudã solũ tenuit: eiq₃ mortẽ: aut vitã pposuit nisi sibi crucẽ dñicã demõstraret. Qui nec crucẽ nec locũ se scire dicebat: eo q̃d anni ducẽti a passiõe xpi iã lapsi fuerant: quo tpe ipse minime nat⁹ erat. Ipm ergo in puteũ siccũ iussit mitti ⁊ ibidẽ fame cruciari. Cũ aũt septẽ diebus sine cibo mansisset: die septimo se extrahi petijt: et crucẽ dominicã indicaturũ promittit. Extractus igit cõcitus venit ad locũ golgotha: ⁊ cum ibidẽ orasset locus subito cõmouetur ⁊ fumus aromatũ miri odoris sentitur: ita vt iudas miratus xpm cõfiteret. Erat aũt in loco prout in historia ecclesiastica traditur templuꝫ veneris: quod adrianus imperator ibi construxerat: vt si quis in ipso loco xpm adorare vellet venerem adorare videretur ob hoc locus pene obliuioni datus. Regina igitur templũ funditus fecit destrui ⁊ locum arari. ¶ Post hoc iudas cũ socijs viriliter fodere cepit. ⁊ xx. passus fodiens tres cruces inuenit: quas regine detulit. Sed cũ christi crucem a duabus latronum nesciret discernere: et circa horam nonam quidam mortuus in pheretro portaretur iudas pheretrum tenuit: ⁊ prima ac secũda cruce appositis mortuus minime se mouit. Apponit tertiã et protinus defunctus redijt ad vitam. ¶ Quedam etiam mulier ciuitatis primaria semiuiua iacebat: vt dicitur in ecclesiastica historia. Ad quã hierosolymitanus episcopus primã et secundam crucem adhibuit ⁊ nihil profecit: tertia vero apposita cõfestim mulier sana surrexit. Hanc ergo crucem dñi fore intellexerunt: quãuis postmodũ lecto eius titulo quem pilatus supposuerat. qui ex antiquitate fere deletus erat plenius cognouerunt. Diabolus autẽ terribiles emittens voces cunctis audiẽtibus de iuda cõquerebatur: eidem quoq₃ tormẽta ⁊ persecutiones plurimas minabatur. ¶ Post hec iudas baptizat⁹ quiriacus vocatur: et hierosolymorũ episcopo defuncto iussu helene in episcopum ordinatur. Nam multo tẽpore regina ibidẽ fuit ⁊ cuncta sacra loca perlustrauit. Cum autẽ clauos domini habere desideraret: rogauit episcopũ quiriacũ vt ad locũ pergeret ⁊ clauos perquireret. Qui cũ venisset ⁊ orationẽ fudisset cõtinuo claui velut aurũ in terra fulgẽtes apparuerũt. Quos cũ regine detulisset: illaq₃ eos reuerẽter adorauit. Crucẽ vero dñicam p mediũ secari fecit: ⁊ partem filio deportari: partem vero thecis argenteis inclusam hierosolymis reliquit. Clauos vero dominicos secũ adduxit. Quorũ vnũ in galea: alterum in freno imperatoris composuit: vt sic armatus armis securius ad bellum procederet. Tertium vero reseruauit: vel vt quidaꝫ asserunt in mare adriaticum q̃d tũc erat vorago nauigantium iactauit. Precipiẽs festum inuentionis sancte crucis singulis annis solenniter celebrari per vniuersum orbem. videlicet. v. non. Maij.

¶ De sanctis Alexandro papa Euentio ⁊ Theodolo martyribus. Cap. cxvij.



Alexander papa ⁊ martyr: huius nominis primus cuꝫ duob⁹ pbyteris euentio ⁊ theodolo passus est rome sub psecutione. Traiani agente aureliano comite viriusq₃ militie. hic natione romanus ex patre alexãdro de regione capitauri: euaristo pape in episcopatu romano successit: iuuenis quidem etate: vtꝫ annorũ fore. xxx. sed senior morib⁹: sedit q₃ annos. x. mẽses. vij. dies. xij. Hic sanctitate ⁊ sciẽtia incomparabilis fideiq₃ preclarissim⁹ maximã partem senatorũ vrbis cõuertit ad dominum: pfectuꝫ quoq₃ Hermetẽ cũ vxore ⁊ sorore theodora ⁊ filio baptizauit cũ. M. ccl. seruis suis cum vxorib⁹ quoq₃ eorũ ⁊ filijs: quos omnes die sabbati pasche factos ingenuos sacri fontis vnda perfudit. Cum autem traianus imperator tũc absens hec audiens Aurelianum comitẽ misisset ad vrbẽ de seleucia hisaurie ad persequendos christianos. Aurelianus hermetem pfectũ apud Quirinũ tribunũ carcerauit. Alexandrũ vero in alia custodia in vinculis posuit: qui tamẽ: vt supra dictum est in passione Quirini martyris. iij. Kal. aprilis: per pueruꝫ qui faculã ferebat ardentẽ e carcere noctu per fenestrã eductus ad domũ Quirini tribuni vbi hermes i custodia tenebatur ipsum quirinũ conuertit: ⁊ iterũ eadẽ nocte per eundem puerum ad carcerem suum reductus filiã ipsius quirini balbinam sibi delatam a strumate sanauit et quirinum cum filia et omnibus in custodia ipsa detentis baptizauit. ¶ Postq̃ autem hermes et quirinus ac theodora soror hermetis necnon ceteri christiani in custodia reperti ab aureliano comite passi sunt: vt in eorum singulis passionibus agitur traiano iam defuncto adriano vero in imperium sublimato: exhibit⁹ est alexander cum sanctis theodolo ⁊ euentio presbyteris iam biennio in carcere detentis. Erat autem theodolus iam senex annorum videlicet. lxxxi. qui anno vigesimo presbyter fuerat ordinatus. Cumq₃ alexãder cõfiteretur xpm iussit eũ iudex in equuleo leuari ⁊ vngulis ac lapidibus attrectari. Et cum hec patiẽtissime tolerasset: fecit eum deponi ⁊ presbyteros applicari. cũ autem ⁊ ipsi xpm cõfiterentur: iussit furnum incẽdi: ⁊ alexandrum atq₃ euentiũ simul vinctos intus iactari theodolo quasi seniore spectãte. Cum eis aũt et ipse spõte in flammas prosiliuit. Et cũ illesi educti fuissent: fecit aurelianus sanctum Alexandrum pũctis creberrimis p tota [illegible] membra donec deficeret. Duos vero sanctos presbyteros gladio consummari. Quorum corpora seuera quedam religiosa via numentana in suo predio sepeliuit quinto non. maij. ¶ Hic in canone memoriam passionis domini miscuit suo loco. Qui pridie quã

pateretur. vsq; In mei memoriam facietis. Hic precepit vt aqua vino misceretur in sacrificio ad designandã christi z ecclesie vnionẽ: z vt oblatio fieret ex azimo non ex fermento propter christi corporis puritatẽ: z fieret in modica quantitate dicens quod hec oblatio quanto rarior: tãto potior. Constituit etiam aquam exorcizatam cum sale diebus dominicis benedici: z ex ea populum aspergi ad effugandas cõtrarias valitudines z aereas potestates. qui postea martyrio coronatus est z cessauit episcopatus dies. xxv.

¶ De sancto Iuuenale episcopo. Cap. cxix.



Iuuenalis episcopus narniensis. dum esset presbyter et medic⁹ ex aphrica romam veniẽs a matrona xpiana susceptus est. Audiẽs aũt ab ea quod narniẽsis ppls xpianitatẽ nũq; recipere voluisset: romanũ põtificẽ adijt: z ab ipso pdicandi ad ipsam vrbẽ licentiã postulauit. Quẽ papa eidẽ ciuitati epm delegauit: vbi pdicãs verbũ z miraculis coruscans multũ populũ cõuertebat. ¶ Cũ quidã de tẽplo idolorũ egressus: de immolatis idolo bolũ in os epi mitteret: illeq; recipere recusans: os dẽtibus obseraret: produxit ille cultellũ: vt manubrio os eius violenter aperiret. Sed manu ei⁹ elapsa gladiũ in guttur proprium intromittens: ptinuo iugulatus expirauit. Quo miraculo viso septẽ milia gentiliũ conuertũtur: inter quos baptizat venantia quedã nobilis matrona cũ duobus filijs: que deinceps sancto de suis facultatibus ministrauit. ¶ Dũ ligures z carpi multas ciuitates Italie depopulassent: narniũ obsederũt. Sz orone sancti epi nimia tẽpestate z tonitruis subito ingruenti bus: plus q̃ tria milia ex eis extincti sunt. Reliq̃ vo territi ab obsidione discesserũt. ¶ Cũ die quadã de calice paruo cristallinũ quẽ habeba: ppl'm cõicaret nihil superinfuso de vino: sed libamine diuinit⁹ exercescẽte oib⁹ satisfecit. Quieuit in dño vir sctũs anno septimo epat⁹ sui cõpleto quarto non. Maij. Sepultus ad portã superiorẽ via flaminia miliario ab vrbe roma q̃nquagesimo q̃nto. Cui⁹ meritis naute fere trecẽti in naufragio positi sanctũ Iuuenalẽ vocãtes: z ipo sup vndas eis apparente tẽpestate sedata ad portũ incolumes puenerunt.

¶ De sanctis Quiriaco epo Anna z Amonio martyribus. Cap. cxx.



Quiriacus episcopus ille iudas fuit: qui cum helena crucem dominicã inuenit: vt supra actum est de inuentione sancte crucis. v. nonas Maij. Qui baptizat⁹ et Quiriacus vocatus episcop⁹ hierosolymitorum ordinatus est. ¶ Cũ autem Iulianus imperator apostata nominis christiani ad persas pgeret: veniens hierusalem quiriacũ episcopum teneri fecit: z ad deorum sacrificia inuitauit. Quod cum renueret: dexteram eius abscindi fecit: eo quod manu illa multas epistolas scripserat quo a deorum sacrificijs reuocabat. Ille vero scandalum sin corporis precisum gaudebat: eo quod existens iudeus multos ne christum colerent scribens epistolas confortabat. Tunc Iulianus plumbum liquefactum in os eius infundi iussit. Deinde super lectum ferreum ventre deorsum extendit: z carbones subterponi: ac salem et adipem aspergi: dorsum quoq; eius desuper virgis cedi. Et cũ in omnibus immobilis permansisset: iussit eum in carcerem trudi. Ad quem veniens anna mater eius filium in domino hortabatur. Quod Iulianus audiens fecit eam teneri: z per capillos appensam vngularii: ac lampades ardentes eius lateribus apponique cum vreretur emisit spiritum. ¶ Post hec imperator Quiriacum eductum hilarem vultum habentem iussit in foueam profundam serpentibus plenam iactari eodem a venefico immissis. Sed tamen serpentes omnes subito extincti sũt. Quo viso miraculo Amonius incantator conuertus est: z in Christi confessione iussu imperatoris decollatus. Deinde mandauit Iulianus Quiriacum in caldariam oleo feruentissimo plenam immergi. Quam ille se signans sponte ingreditur: orãs deum: vt iterum martyrio baptizaretur. Iratusq; Iulianus in ipso cacabo cum gladio pectore transfodi mandauit. Sicq; martyrium suum cõsummauit. quarto nonas Maij die sabbati. Sepultusq; est hierosolymis cum Anna matre eius z amonio martyre.

¶ De sancto Floriano martyre. Capitulum. cxxi.



Florianus martyr passus est apud lauriacum oppidum temporibus Diocletiani et Maximiani imperatorum sub preside aquilino. Qui cũ esset princeps officij militarũ in cetia vrbe audiens qualiter quadraginta martyres xpiani post diuersa supplicia ab aqlino pside i carcere detẽti essent desiderio martyrij vale faciẽs militib⁹ suis solus lauriacensẽ ciuitatẽ ire cepit. Ouiusq; militib⁹ q̃ a pside missi fuerãt ad pquirẽdos christianos seips̃ sponte illis obtulit vti christianũ. Quẽ illi tenẽtes duxerũt ad psidẽ q̃ florianũ christi nomẽ cõfitẽtẽ: z pmo atq; iterũ a militib⁹ pprijs cedi iussit: deinde scapulas eius acutis cõfigi. Et cum eũ ad omnia supplicia paratũ vidisset: iussit illũ ad fluuium anisi adduci: z ligato ad collum eius saxo ipsum de ponte precipitari. Cum autem eodẽ adductus orandi spacium a militibus impetrasset: quidã miles ceteris crudelior superueniens ceterosq; de mora necis eius redarguens: illum in flumen precipitauit. Statim oculi illius crepuerunt. ¶ Postq̃ vero sanctus martyr animã christo reddidit corpus eius sup vndas enatãs in eminenti saxo ab aquis eiectũ est. Et superueniens aquila alis expansis in modum crucis: corpus a feris protegebat. Tunc reuelante se sancto martyre cuidam deuote matrone christiane ostẽsisq; ei indicijs loci vbi eũ inueniret z vbi eũ sepeliret: mulier iunctis bobus cum plaustro ad locũ deuenit: z corpus inuentũ vehiculo imposuit: z frondibus quoq; spinosis timore paganorũ operuit. Et interrogantibus quibusdam spinas collectas ad claudendũ hortum ducere simulauit. Deduxitq; corpus ad locũ sibi a beato martyre demõstratum vbi ipsum secreto tumulauit. Sed dũ boues plaustrum trahentes in via siti deficerent: nec aquam reperire possent: orante muliere z martyris auxilium postulante subito fons de terra erupit: z satiatis animalib⁹ vsq; in presens in ipso loco fluere non desistit. Passus est autem sanctus martyr. iiij nonas Maij.


¶ De sancta Katherina virgine z martyre. Capitulum. cxxij.



Katherina virgo z martyr filia fuit liciniĩ iperatoris i ciuitate magedon z licinie regine q̃ virgo pri⁹ penelope vocabat. Pater vo ei⁹ turris nobilissimã ostruxit: z muro circũcintit: ac viridariũ plãtauit: statuasq; nonagintaocto deorum apposuit: z ibi filiam suam annorum sex pater ei⁹ elegã vexsos tribulatio nẽ sibi isteredi colũbã regis celestis oliuã vero celicã sibi vidam. Pater vero eius volens illã nuptui tradere ipsi⁹ animũ requisiuit. Puella vero

dierũ.vij.acceptis inductis deos pr̃is supinde cõsuluit. Sed ab eis nullo r̃nso habito deũ xp̃ianorũ de quo audierat inuocauit. Cui statim angelus dñi apparẽs eã in fide docuit: mutatoq; noĩe herinã vocauit. Sequẽti vero die theotimus q̃dã presbyter ab angelo in turrem intromissus eã baptizauit: moxq; illa pr̃is idola de turri proiecit: pater vero post dies septẽ reuersus cũ idola ɔfracta vidisset: ipamq; xp̃ianã didicisset: eã ad ciuitatẽ duci fecit: q̃ iuxta vrbis portã diabolũ sibi apparentẽ ⁊ eũdẽ cõminãtẽ crucis signo fugauit. ❡ Cũ aũt xp̃m cõfiteret: iussu patris vincta vngulis indomitorũ equorũ terẽda subijcit: sed ipsa angelo assistente nil lesa: p̃r mox sub vnius ex equis occidit. Quẽ virgo a mortuis suscitauit: ⁊ cõuersus vna cũ matre sua in turri reclusit donec penitentiam ageret. Ipsa vero in ciuitate remansit: vbi xp̃m annũcians multos ɔuertit. Qđ audiẽs sedechias decius frater licinij rex potẽtissim⁹ venit ad ipaz ciuitatem: ⁊ herinã cõprehẽsaz in foueã serpẽtibus plenã immitti fecit vt ibi fame et reptilium morsibus deficeret. Que ab angelo ɔfortata ⁊ serpẽtib⁹ interfectis ibidem dieb⁹.xiij.sine cibo permãsit. Deinde decius pedes ei⁹ secari fecit. Sz cõtinuo ab angelo ei restituti sunt. Post hec de cõsilio hipparchi comitis sub rota molendini ligat ⁊ aqua laxat: sed mox aq̃ diuiditur vincula ei⁹ rũpunt: rotaq; permãsit immobilis: ⁊ virgo surrexit incolumis: vñ ⁊.vij.milia paganorũ ɔuersi sunt: ⁊ lapidãtes deciũ ex vrbe deiecerunt: qui post dies modicos ꝓpter ictus lapidũ expirauit. Filius aũt nomine sapor mortẽ patris vindicare cupiens cũ exercitu ciuitatem obsedit: sed dũ virgo stetisset in porta hostes omnes excecãtur: ⁊ iterum eius orationibus illuminantur. Sapor vero vrbem ingressus cõfixis clauis in calcaneis virginis eidem imposuit massam quam portare fecit ad septem miliaria. Cumq; illesa rediisset triginta milia hominum conuersi sunt. Sapor vero a diabolo oppressus expirauit. ❡ Post hec veniens theotimus presbyter parentes virginis ⁊ populum baptizauit: ⁊ eos in fide diligenter instruxit. Post annos vero tres veniens virgo ad ciuitatem calanicum tenta est a numeriano rege pro christi nominis ɔfessione. A quo in tres boues eneos ignitos successiue inclusa cum permansisset illesa: tertius bos ac si viuus calorem sentiens: mugiens discurreret decẽ milia gentiliũ cõuertuntur. Hinc mortuo rege predicto a pretore quodã in igne missa cũ exisset tam membris q̃ vestibus inusta pretorẽ conuertit. ❡ Hinc ad vrbem constantianam deueniẽs ramũq; oliue deferens diebus octo permãsit ibidẽ: ⁊ multos ad fidẽ adduxit. ❡ Inde ad nicea accedens saporẽ quendã regem cum multis de populo xp̃o acquisiuit: vbi dieb⁹.lxxviij.permãsit. Post hec ad vrbẽ propriã rediẽs patrẽ defunctũ repperit: ⁊ diebus aliquibus ibi degẽs matrẽ in dño cõfortauit. Nouissime vero diuina virtute assumpta ephesum deducit: vbi multis ostensis miraculis ⁊ plurimis dño lucratis post dies.xv.assumpto apeliano didascalo suo cũ aliis.vj.viris vrbẽ exiuit: vbi nouũ sepulchrum repperit. In quo se includi fecit: ⁊ vt post dies.iiij.vt ad se redirent mãdauit. Qui ad terminũ reuersi amotoq; lapide sepulchrũ vacuũ inuenerũt. Cui⁹ festũ agit.iiij.nonas maij.quo vez die sepulchrũ intrauit.

❡ De sancta Antonia virgine ⁊ martyre. Capi.cxxiij.



Antonia ṽgo ápđ nicomediã passa est que nimiũ torta ⁊ varijs afflicta cruciatibus: post ab vno brachio trib⁹ dieb⁹ suspẽsa: deinde in carcerẽ biẽnio detrusa a priscilliano ɔside nouissime flammis cremata est.iiij.nonas maij. Hec hieronymus in martyrologio.

❡ De sanctis Siluano epõ ⁊ socijs martyribus. Capi.cxxiiij.



Siluanus eps cũ socijs suis in palestina ciuitate gaza martyrium passus est. Hic enim cũ esset episcopus tyri phenicis ⁊ annis fere quadraginta sacerdotio funct⁹ fuisset sub persecutione maximiani imperatoris vir mensuetudine animi et ipsa iam senectute venerabilis cũ plurimis clericis suis et trib⁹ iuuenib⁹ xp̃ianis bestijs subiecti hostia xp̃i effecti sũt: sicq; martyrio coronati.iiij.nonas maij.

❡ De sanctis quadrinta martyribus. Capi.cxxv.



Quadragita martyres sub ꝑsecutiõe diocletiani apud castrum lauriacum passi sunt agẽte preside aquilino: de quibus supra in passiõe sancti floriani martyris actũ est. qui ab eodem preside post varia ⁊ exquisita eis illata supplicia vinculis duris arctati i carcerẽ missi sũt. Quorũ passionib⁹ florian⁹ marty: ꝑdict⁹ ad martyriũ tolerandũ animat⁹ est. Qui oẽs dudũ reclusi ⁊ inedia afflicti tandẽ in carcere ipsi tradiderũt.iiij.nonas maij.

❡ De sanctis alijs quadraginta martyribus. Ca.cxxvj.



Quadraginta alij sancti martyres in metallo phenensi passi sunt: de quibus scribit Eusebi⁹ viij.libro ecclastice historie ca.xiiij. ꝑ tp̃e ꝑsecutionis diocletiani oẽs in simul ꝑ xp̃i nominis cõfessione capite cesi sunt.iiij.nonas maij.

❡ De sctis quadragita rusticis marty. Capi.cxxvij.



Quadraginta rustici martyres temporibus Gregorij pape primi martyriũ passi sunt: qui a Longobardis capti carnes immolaticias comedere cõpellebant. Cũq; diudum restiterent post multas cõminationes eisdẽ a Longobardis illata ferit; dẽst perhibiterũt: ac in sua constãtia simul oẽs gladijs cesi sunt: hec Gregorius.iij.dialogo.ca.xxvij.

❡ De ascensione domini Jesu christi. Capi.cxxviij.



Ascensio domini die quadragesimo a resurrectione ipsi⁹ facta est. Nã in ipsa die dñs discipulis bis apparuit: semel vndeciz discipulis comedẽtib⁹ in cenaculo. Oẽs q̃dẽ tã apli q̃ alij discipuli necnõ mulieres habitabãt in illa pte hierlm̃q; dicebat mello in arce dauid.s.i mõte syon. Et erat ibi cenaculũ illud grande stratũ in quo dñs precepit sibi pascha parari: ⁊ in illo cenaculo tũc vndecim apostoli habitabant. Ceteri autem discipuli ⁊ mulieres in eadẽ arce per diuersa hospitia vbi dñ discipuli recumberent dñs eisdẽ apparuit: ⁊ illorũ incredulitatẽ exprobrauit: et cum comedisset cum eis et precepisset vt in montem

oliueti versus bethaniã irent: ibidẽ eis iterũ apparuit: ac spiritũ sanctũ eis se missurũ promisit. Indiscrete quoque de tempore futuro querentib⁹ respõdit quod eis datũ nõ erat nosse tempora vel momenta. ¶ Tunc eleuatis manib⁹ eis benedixit: et inde coram eis in celum ascendit. In quo loco cũ postmodum edificata fuisset ecclesia locus ille in quo steterunt xpi vestigia nunquam sterni potuit pauimento: sed resiliebant marmora in ora calcantium. Calcato quoque puluere a dño adhuc vestigia impressa cernuntur: et eandem adhuc speciem terra custodit. Cũ autem xps propria virtute eleuatus aliquantulũ ascẽdisset: vez vsque ad nubes: tunc nubes clara inuoluit eum: et obtexit ab oculis discipulorum cum qua simul celos ascendit. Et intuentibus illis in aera: postquam ipsum amplius videre non poterant: duo eisdem angeli in albis astiterunt dicentes quod iesus qui ab eis assumptus in celum fuerat: in eadem carne et eodem modo et in ipso loco iudicaturus orbem venturus erat. Tunc illi hierosolymam ad locum habitationis sue reuersi sunt: promissum spiritum paracletum expectantes. Cuius ascensionis festum ad literam contigit. iij. nonas Maij. ¶ Et quia de more est: vt cum aliquis magnus domin⁹ ad aliquas partes vadit: quatuor inquiri solet: scilicet de loco vnde abijt: de tempore quando recessit: de modo quem tenuit: et de fide ad quem parauit. Idcirco circa hanc ascensionem predicta quatuor inquirenda sunt videlicet loci celsitudo: temporis plenitudo: modi rectitudo: et finis magnitudo. ¶ Circa primum videlicet circa loci celsitudinem sciendum est quod christus ascẽdit super omnes celos: vt dicitur ephesios. iiij. Qui descendit ipse est: et qui ascendit super omnes celos. Est autem celum materiale: rationale: intellectuale: et supersubstantiale. ¶ Celum materiale triplex est scilicet Aereum: vnde et aues celi dicuntur per aera volitantes. Matthei. vj. Respicite volatilia celi. Ethereum quod diuisum est in septima orbes planetarum et firmamentum stellarum fixarum. Ecclesia. xliij. Species celi gloria stellarum. Et empyreum quod est de pura luce in quo est paradisus et sedes dei. psalmi. Dominus in celo parauit sedem suam. ¶ Celum rationale est homo iustus ratione inhabitationis diuine: quia sicut celum est sedes dei: sic anima iusti sedes est sapientie. ¶ Celum intellectuale est angelus: angeli enim dicuntur celi per similitudinem: quia sunt altissimi ratione dignitatis et excellentie: pulcherrimi ratione nature et glorie: et fortissimi ratione virtutis et potentie. Job. Celi idest angeli non sunt mundi in conspectu eius. ¶ Celum supersubstantiale est ipsa diuina excellentia de quo celo ipse Christus venit: et postea vsque ad illud ascendit. psalmi. A summo celo egressio eius etc. Ascendit ergo christus super omnes celos materiales. psalmista. Eleuata est magnificẽtia tua sup celos. ¶ Super oẽs celos rationales. psalmista. Ponis nubẽ ascendit. i. qui ambulas super pennas ventorum id est sanctorum. ¶ Super celos intellectuales. psalmista. Ascendit super cherubin. ¶ Et ascendit vsque ad celum supersubstantiale: videlicet vsque ad dei equalitatem. Mar. vltimo. Assumptus est in celum et sedet ad dexteram dei. ¶ Circa secundum videlicet circa temporis plenitudinem videndum est quare non statim vt surrexit / ascendit: sed tot diebus expectauit. Hoc autem fecit triplici ratione. ¶ Primo propter resurrectionis certificationem: que difficilius probatur quam mors. Nam a prima die vsque ad tertiam vere poterat probari mors et passio: sed ad veram resurrectionem probandam plures dies requirebantur. Leo papa. Quadragenarius ideo completus est numerus sacratissima ordinatione dispositus: vt dum in hoc spacio mora penitentie corporalis extenditur: fides resurrectionis documentis necessariis muniretur. ¶ Secundo propter apostolorum consolationem. Quia enim consolationes diuine tribulationibus superabundant: et tempus passionis fuit tribulationis apostolorum: tempus autem resurrectionis fuit cõsolationis eorum: ideo plures debuerunt esse isti quam illi. Et hec est ratio damasceni. ¶ Tertio propter mysticã significationẽ: vt per hoc datur intelligi quod cõsolationes diuine tribulationibus comparantur sicut dies ad horã: qd patet per hoc quod dominus. xl. horis mortuus fuit: qd erat tempus tribulationis per. xl. vero dies resurgẽs apparuit: qd erat tempus consolationis. vnde glo. xl. inquit horis mortuus fuerat / propter hoc. xl. dieb⁹ viuere cõfirmabat ¶ Circa tertium videlicet circa modi rectitudinem qualiter scilicet ascendit / sciendum est quod ascendit. ¶ Primo potenter quia viribus proprijs. Esa. lxiij. Quis est iste qui venit de edom. et infra. gradiens in multitudine virtutis sue. Jo. iij. Nemo ascendit in celum. scilicet virtute propria / nisi qui descendit de celo etc. licet enim in quodam quasi globo nubis ascenderit: hoc tamen non fecit: quia nubis officio indigeret: sed vt per hoc ostenderetur quod omnis creatura parata est obsequi creatori suo. Ipse enim potentia sue diuinitatis ascendit. Et in hoc notatur differentia secundum quod dicitur in historia scholastica inter Christum enoch et heliam. Nam enoch translat⁹ est. Helias igneo curru subuect⁹: sed Jesus propria virtute ascendit. Primus secundum gregorium per coitum generatus et generans. Secundus generatus sed non generans. Tertius nec generatus nec generans. ¶ Secundo ascendit patenter: quia videntibus discipulis Act. j. Videntibus illis eleuatus est. Ideo enim illis videntibus ascendere voluit: vt dicit glo. vt ipsius ascensionis testes existerent: et naturam humanã in celum ferri gauderent: et ipsum semper desiderarẽt. ¶ Tertio letanter: quia iubilantibus angelis. psalmista. Ascendit deus in iubilatione. Dicitur quod hymnum illum ascensionis. Jesu nostra redemptio / ascẽdẽte xpo angeli in personam humane nature composuerunt: et eadem forma et eodẽ tono quo ipsum canit ecclesia ipsum decantauerũt: quẽ apostoli audientes per spiritumsanctum mox didicerunt: et ecclesie canendum tradiderunt. ¶ Quarto feliciter: quia comitantibus sanctis. Nam predam quam inferno subtraxit ad celos secum deduxit. psalmista. Dñs in sina sancto ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem. ¶ Quinto velociter: quia veloci⁹ quam volantib⁹ alis. psalmista. Volauit sup pẽnas ventorum: nõ venti tanta velocitate impelluntur. psalmista. Exultauit vt gygas ad currendã viam etc. Valde enim velociter ascendit qui tantum spacium in momẽto percurrit. Ambrosius. Saltu quodã xps venit in hũc mũdum: et saltu velocissimo ascendit in celum. ¶ Circa quartum autem vez circa finis magnitudinẽ sciendũ est quod ascensionis xpi decem fuerunt fructus siue vtilitates. Prima est insinuatio amoris diuini. Joan. xvj. Nisi ego abiero paraclitus non veniet ad vos etc. vbi dicit Augustinus. Si carnaliter hesitaueritis / capaces spiritussancti non eritis. ¶ Secũda est maior cognitio dei. Joan. xiiij. Si diligeretis me gaude. vtique: quia vado ad patrem: vbi Augustin⁹ ideo subtraho formam istam serui in qua pater maior me est vt deum spiritualiter videre possitis. Tertia est meritũ fidei. Leo papa in sermone. Magnarum enim hic vigor est mentium incũctanter credere que corporeo nõ videntur intuitu: et ibi figere desiderium quo nequeas inferre conspectum. ¶ Quarta est nostra securitas: ideo enim ascẽdit vt noster ad patrẽ aduocat⁹ fieret: prime Jo. ij. Aduocatũ habemus apud patrem Jesum xpm iustum etc. Ber. Securũ accessum habes ad deum homo: vbi mater est ante filiũ: et fili⁹ ante patrẽ mater ostẽdit filio pectus et vbera: filius ostendit patri latus et vulnera: nulla ergo poterit esse repulsa: vbi tot concurrunt charitatis insignia. ¶ Quinta est maxima dignitas: magna enim dignitas est quãdo nostra natura vsque ad dextram dei patris exaltata est. Hanc dignitatẽ in hominib⁹ angeli considerãtes: qui in lege veteri se adorari permittũt: deinceps adorare se prohibẽt. Apoca. xix. Cecidi ante pedes angeli vt adorarem

vt adorarē eū: ⁊ dixit mihi: vide ne feceris ⁊c. Leo papa. Natura hodie nr̄e humilitatis vltra cūctarū altitudinē potestatū ad dei p̄ris est ꝓuecta consessum. ¶ Sexta est spei nr̄e soliditas. Hebr. iiij. Habētes pōtificē magnū q̄ penetrauit celos. Iesū filiū dei teneamꝰ spei nr̄e ꝯfessio nē. Hieronymꝰ. Christi ascēsio nr̄a est ꝓuectio: ⁊ q̄ p̄cessit gloria capitis: eo spes rēdit ⁊ corporis. ¶ Septima est vie ostēsio. Mich. ij. Ascēdit iter pādēs ante eos. Augustinꝰ. Via tibi factꝰ est ip̄e saluator: surge ⁊ ambula: habes q̄ eas: noli pigrescere. ¶ Octaua est ianue celestis apertio. Sicut eñ p̄imꝰ adā aperuit ianuas inferni: sic ⁊ secūdꝰ paradisi. vñ cātat ecclesia. Tu deuicto mortis aculeo aperuisti credētibꝰ regna celorū. ¶ Nona est loci p̄paratio. Job. xv. Vado parare vobis locū. Augustinus. Dn̄e para qd̄ paras: ⁊ te nobis paras: qñ ante locū paras: ⁊ tibi in nobis ⁊ i te nobis. Decima ⁊ vltia est spiritusscti missio. Joan. xvj. Expedit vobis vt ego vadā. Si eñ nō abiero paraclitꝰ nō veniet ad vos. Si aūt abiero: mittā eū ad vos. Hoc aūt ideo christꝰ disposuit: vt spūmsctm̄ a patre ⁊ filio mitti ostēderet: nec si añq̄ christꝰ ascēderet mitteret: a solo fortasse patre mitti putaret: ⁊ p̄ cōsequēs a solo patre p̄cedere videret scd̄m qd̄ grecꝰ error suadet: ꝯtra quē est exp̄ssa authoritas v̄itatis. Jo. xv. Cum venerit paraclitus quē ego mittā vobis a patre ⁊c. vbi dicit Beda: quod ipsa missio ipsa est p̄cessio.

De sancto Gotardo ep̄o ⁊ cōfessore. Cap. cxxix.



Gotardus episcopus t̄pe scti Henrici imperatoris claruit: qui in altensi monasterio enutritus sub henrico duce bauarie ibidē abbas effectus: monasterio laudabiliter p̄fuit. Deinde mandato regis per viligisum archiepiscopum herck. ad monasterij veldench. regimen promotus est. garch. ⁊ cremich. monasterijs eidem in cura cōmissis inde alobem rediens a sancto imperatore henrico ad himch. episcopatū vocatus diudum renuit. Cum autem domina nostra ei apparuisset: ⁊ eū in ecclesia ductum vt a crucifixo veniā peteret induxisset: ille prostatus humi ante crucifixum misericordiam postulauit. Statimq̄ beata virgo versiculum illum cōcinere cepit. Infunde vnctionem tuam ⁊c. Quod ille intelligens: ⁊ diuine voluntati resistere metuens episcopatui consensit. Et in episcopatu suo gregem dominicum sollicite procurauit. ¶ Cum a quadam nobili domina nomine sophia de possessione ecclesie infestaret: die quadam ad eam accessit: ⁊ ipsam coram summo iudice sup̄ causa ecclesie in proximo venturo festo purificationis citauit. Secq̄ cū quodā eius clerico puero eadem hora migraturum post dies modicos esse p̄dixit. Moxq̄ vna cum p̄dicto puero languore detineri cepit. Et dū in festo ascēsionis quod anno illo die transitus eius occurrit hora matutinali in ecclesia cantaretur antiphona illa. Ascēdo ad patrē meū ⁊c. Ille vna cū dicto puero vna ⁊ eadē hora spiritū emisit. Post cuius obitū instante purificationis festo: tunc subsequente p̄dicta Sophia defuncta est. Quieuit in christo sanctus Gotardꝰ. iiij. nonas. maij. Hec frater Bartholomeus.

¶ De sancto Andoeno episcopo. Cap. cxxx.



Andoenus episcopus oppido suessionis nomine sauciato claris parentibus ortus frater sanctorum Adonis ⁊ rhadonis sub rege francorū lothario inde sub dagoberto in regali palatio regni negocia strenue ministrabat. Sed cum ado monachus factus fuisset: rhado thesaurorum regalium curaz habebat. Quo tempore sanctus Eligius nouiomen. etiam in regis palatio clarus erat. Andoenus vero christo militare cupiens a rege prohibebatur. sanctitate tamen p̄pollens sub veste preciosa cilicio vtebatur. In proprij possessione patrimonij monasterium construxit et dotauit: eiq̄ sanctum agilum columbani discipulū p̄fecit. ¶ Deinde cōsentiente rege clericus factus defuncto Romano rothomagen. ep̄o. Andoenus eligitur: sed antēq̄ consecrari vellet: ad hispanias predicandas accessit: vbi ⁊ miracula ostēdit. Nā quadam die dominico in mola laborantem: cui manus arida facta mole adheserat: subito penitentem sanauit. Consecratusq̄ est eodē die cum sancto eligio nouiomen. episcopo. In huiꝰ sancti cubiculo lux immensa sepius celitus infusa conspicitur: ⁊ voces angelice secum colloquentes audiuntur. ¶ Dum semel parociam suam circuiens iuxta locum qui dicitur ad crucem sancti Audoeni in curru sedens transiret: ⁊ muli curruz trahētes nullo stimulo vel verbere se inde mouere possent: episcopus in aere signum crucis fulgentis prospexit: vbi ⁊ crucem ligneam in testimonium affixit: ⁊ sanctorū reliquias apposuit. Ibiq̄ nocte sequenti columna ignea in aere apparuit. Vbi et postmodum monasterio fabricato: sanctus leufridus cum monachis plurimis seruiuerunt. ¶ Vanuingum quendam diuitem in extremis laborantem: promissione ab eo suscepta: quod in beneficij vicem cenobiuz cōstrueret: pristine sanitati restituit: illeq̄ p̄missa cōplere curauit. ¶ Cuidā quoq̄ muto per vndecim annos loq̄lā amissā restituit. Et i verdunen. vrbe opp̄ssum a diabolo liberauit. Rexit ecclm̄ suā annis. xliij. ⁊ nonagenariꝰ ad dn̄m emigrauit. iij. non. maij. ibiq̄ sepultus est.

¶ De sancto Hilario episcopo. Cap. cxxxj.



Hilarius Arelaten. ep̄s vir in sanctis scripturis doctus et doctor inclytus fuit. Qui paupertatis amator erga inopū p̄uisionem pietate mentis ⁊ corporis labore sollicitus grandi et solerti cura pauperes aluit: ⁊ in docendo gratissimꝰ extitit multos sermōes splēdidos ad pplm̄ fudit: ⁊ plurima eruditionū opuscula ꝯpilauit: volumē grande de fide. xij. libris explicitum sermone splendido exarauit. Beati quoq̄ honorati predecessoris sui vitā cū multorū vtilitate cōposuit. Finēq̄ vite dedit valentiani ⁊ martiani tēporibus tertio non. Maij. Hec Gennadius libro de viris illustribus.

¶ De sancto Eutimo martyre. Capitulum. cxxxij.



Eutimus diaconus et martyr apud Alexandrie ciuitatem pro Christi fide ab infidelibꝰ christianitatem emulantibus detentus: ⁊ diudum in carcerali ergastulo vinculis arctatus: ⁊ inedia maceratus in cōfessione emisit spiritum. iij. non. Maij. vt dicit Ado.

¶ De sancto Hyreneo et socijs martyribus. Cap. cxxxiij.



Hyreneus et peregrinus martyres et hyrenis virgo apud thessalonicam ciuitatem dum veritatem sacre fidei protestari ausi fuissent: paganorum rabie detenti: ⁊ atq̄ insimul ignibus combusti palmas martyrij perceperunt. iij. non. Maij. hec Ado.


¶ De sancto Joanne ante portam latinam. Capitulum. cxxxiiij.



Joannes euangelista

Joannes euangelista ideo ante portam latinam dicitur: quia in vrbe roma i ipso loco in feruentis olei dolio missus diuina gratia inde exiuit illesus. Nam vt in eius legenda aliqualiter tactum est vj. kalen. januarij. Cum domitianus imperator secundam post neronem in christianos persecutionem excitasset: et beatus euangelista apud ephesum predicaret: a proconsule tentus iuxta edictum imperiale admonebatur christum negaret: a predicatione cessare. Quod cum apostolus recusaret dicens quod obedire deo magis ꝙ̄ hominib⁹ oporteret: proconsul eũ in custodiã misit: et de eo per literas imperatori suggessit. Cui domitianus rescripsit: vt Joannem cathenis vinctũ ab epheso secũ romã adduceret. Cum ergo a procõsule ad vrbe adduct⁹ esset: mãdauit imperatori proconsuli: vt Joannẽ apud portã que latina dicitur in dolium feruentis olei mitteret: prius tamẽ ipsum more romano flagellis cederet: et crines capitis eius funditus tonderet: vt sic despectus et ille omnibus appareret. Tunc procõsul iuxta mãdatum Cesaris Joãnẽ ante portã latinã adductũ prius flagellari: deinde crinib⁹ tõderi fecit: ac deinũ in doliũ feruentis olei mergi. Qui coniect⁹ illud vnct⁹ nõ adustus de vase exiit: et iam a pena illesus fuit ꝗ̄ a corruptione carnis immunis permansit. Proconsul aũt tãto miraculo stupefactus cum liberũ dimisisset: nisi imperatorẽ offendere timuisset. Sed in insulã pathmos ipsũ in exiliũ duci fecit: et sic furorẽ domitiani tẽperauit. In loco autẽ illo vbi in oleũ missus est: christiani processu tẽporis ecclesiam eius nomini fabricarũt: et festũ eius ipsa die celebrare ceperũt: videlicet pridie nonas maij. ¶ Hic beatus apostolus et euangelista in predicta insula relegat⁹ apocalypsim quã ei dominus reuelauit greco sermone manu sua cõscripsit: quã interpretati sunt Justin⁹ martyr et hyreneus. Scripsit et epistolã canonicã cuius initium est. Quod fuit ab initio &c. que a cũctis ecclesiis et viris eruditissimis approbatur. Reliquie aũt due que Joannis intitulãtur alteri Joanni presbytero ascribuntur: cuius et sepulchrũ apud ephesum demonstratur. Nouissimus autem omnium et finem scripturarũ suarum scripsit euangelium ab asie episcopis rogatus aduersus cerinthum aliosqꝫ hereticos: et precipue ebionitarũ tunc dogma consurgens: qui asseriit christũ ante mariam non fuisse: vnde etiam compulsus est diuinam verbi natiuitatem edicere. Hec Hieronymus de viris illustrib⁹. Refert quoqꝫ helinandus ꝙ euangelium cõscripturus triduanum ieiunium omni ecclesie indixit: vt digna deo conscribere posset. In loco autem vbi euãgelium scripserat: licet nullo sit operimento munitus: nihil hactenus imbris aut pluuie decidit: vt per hoc appareat quantam ipsi loco elementa vsqꝫ in presens reuerentiam seruant.

¶ De sancto Joanne damasceno presbytero. Capitulum. cxxv.



Joannes presbyter cognomine damascenus apud constantinopolim floruit tẽpore theodosii. iii. imperatoris. Hic filius mesue saraceni apud damascũ exort⁹ vnde et damascen⁹ dict⁹ est / ab annis pueritib⁹ cultu iude⁹ in iudaismo nat⁹ et educatus liberalibus scientiis et philosophicis imbut⁹: literisqꝫ grecis hebraicis pariter et latinis eruditus libros vtiles in medicinalibus vtpote peritissimus medicus confecit. De iudaismo tandem adhuc iuuenis ad christum conuersus constantinopolim veniens sub anastasio secundo imperatore monachalem habitum sumpsit. Et virgo permanens in amorem beate virginis totum se contulit: pluraqꝫ dictamina in eius laudibus cõponebat: et cõposita scribebat: multisqꝫ nobilium filijs multa legebat. Cum autẽ die quadam post lectionem cũ scholaribus iret spatiando: pyrate saracenorũ eum subito rapuerunt: et ad egyptũ ducentes cuidam saraceno diuiti vendiderunt. Qui aduertens eius peritiam filium suum eidem instruendum tradidit: et ipsum honorifice tractauit. Qui puerũ acerrimi ingenij infra paucos annos plenius erudiuit: illeqꝫ magistri modũ dictãdi et scribẽdi adeo didicit: vt nec stilũ nec scripturã alterutrius ꝗs discernere posset. Mortuo vero anastasio imperatore: theodosius factus imperator: qui in iuuentute ei fuerat amicissimus. Joannem precibus ac precio multo a saraceno redemit: quem cõstantinopolim deductum suum cancellarium fecit: eiqꝫ consilio et industrie curiam totam regendam commisit. Filius autem saraceni quem docuerat iam magnus effectus et glorie preceptoris inuidens: cogitans quomodo honorem magistri consequi posset: constantinopolim veniẽs sub nomine ioannis literas confinxit: quas saracenorũ soldano dirigebat: in ꝗb⁹ ei significabat ꝙ memor beneficiorũ in ptib⁹ egypti a saracenis receptorũ libẽter vellet soldanũ grecie dñari: et quod imperator exercitũ grecorum ad partes remotas conducere debebat. Et quod si cum gente sua ad vrbem regiã festinaret: subito et sine obstaculo imperium grecie obtineret. Has autem literas iuuenis ille in consistorio causarũ ex industria proiecit: et abiit. Reperte igitur litere et imperatori theodosio exhibite proculdubio Joannis epistole sunt iudicate attento modo dictaminis et scripture. Captus ioannes imperatori presentatur: et an literas illas scripserit: ipsum augustus sciscitatur. Joannes respondet quod stilum et literarum formam suã esse negare nequit: sed teste deo illas epistolas nunquã scripsit. Cumqꝫ propter confusam responsionẽ adhuc maior suspitio esset cõtra eũ: et quidã ipsum vt proditorẽ dicerent occidendũ. Imperator fecit ei dexteram amputari: et preditorem suum et imperij publice proclamari: et ad perpetuam eius confusionem manum in ecclesia sue abbatie suspendi: ipsumqꝫ ad monasterium suum iussit reduci. Qui sepius cum lachrymis virginis solatiũ implorabat: et iniuriã patiẽtissime tolerabat. ¶ Cũ autem quadam die veneris nocte die sabbati adueniẽte diu dudum in oratione vigilasset: et truncũ brachium virgini ostendisset: et post fletum leuiter dormitasset: virgo gloriosa ei apparuit: eumqꝫ confortare cepit. Ille vero econtra se nimium asserebat dolere: quia confusionem suam et monachorum continue compellebatur aspicere: et quia de ea reperta dictamina non poterat vt solebat conscribere: nec corpus dominicum de ipsa celebrans amplius contrectare. Tunc beata virgo manum appensam: vt sibi per somnium videbatur accepit: et omni dolore remoto brachio restituit. Euigilans ioannes manum sibi restitutam inuenit: et que erat iã arida carne recentem conspexit. Ipsaqꝫ die sacris indutus missam beate virginis cunctis stupentibus solenniter celebrauit. Imperator miraculum videns Joanni veniam petiit: ipsumqꝫ in officio suo restituẽs honorifice eum pertractauit. Quesiuitqꝫ ab eo si aliquem suum modum dictandi et scribendi docuerat: illeqꝫ cũcta per ordinem ei narrat. Quesitus calumniator capitur: et peccatum confitens suspendio iudicatur: sed ioãne pro eo interueniente mors in exilium commutatur. Post aliquot annos sanctus vir officio renunciauit: et in monasterio suo degẽs in sancta religione vitã finiuit anno. lxxv. etatis sue pridie nonas maij: et sepultus cõstantinopoli miraculis clarus. ¶ Hic sanct⁹ doctor librũ cõposuit orthodoxe fidei certã traditionẽ cõtinentẽ in quatuor libris digestũ: quẽ burgundi⁹ pisan⁹ causidic⁹ eugenio pape tertio de greco trãstulit i latinũ. Tractum

etiā cōpilauit de vita ⁊ moribꝰ saluatoris ⁊ omnia christi et genitricis gesta ab incarnatione vsq; ad ascensionem seriose ⁊ particulariter continentem. Librum de laude virginis rhythmico stylo latine cōpositū. Scripsit etiam vitam balaam et iosaphath eremitarum. Aliosq; plures elegantes sermones ⁊ tractatus perutiles compilauit. hymnos ⁊ sequentias ⁊ alias laudes in honorem genitricis et geniti metro dictauit: que quia greco sermone congesta fuerāt metro transferri nō potuerunt. Et alia plura vtilia digessit.

¶ De sancto Lucio cirenensi epō. Capi. cxxxvj.



Lucius episcopꝰ cyrenensis. de quo sctūs Lucas Actuū xiij. mentionē facit a sanctis apostolis primꝰ apud cyrenem pontifex ordinatus est: qui officio predicatiōis fidelissime pacto sanctitate ⁊ doctrina cōspicuus quieuit in pace pridie non. Maij: vt dicit hieronymus in martyrologio suo.

¶ De sctō Enodio epō ⁊ martyre. Ca. cxxxvij.



Enodius episcopꝰ apud anthiochiam martyriū passus est: de quo sanctus ignatiꝰ scribit: qd primus ibidem ab apostolis episcopus est institutꝰ: qui apud eādē vrbē sub persecutione neronis imperatoris glorioso martyrio coronatus vitam finiuit: ibiq; sepultus est pridie kalen. Maij.

¶ De sctā Flauia domitilla vgine et martyre. Capi. cxxxviij.



Flauia Domitilla virgo apud taracinas campanie ciuitatē sub domitiano passa est. Que cū esset flauij clemētis consulis ex sorore neptis / Aurelio filio cōsulis nepoti domitiani imperatoris in coniugium tradita est: habens sibi duobus eunuchis cubiculariis: nereo ⁊ archilleo. Cumq; puella auro ⁊ preciosis vestibus tegeretur: nereus ⁊ achilleus qui occulte christiani erant: eidem predicauerūt: ⁊ virginitatem multipliciter commendauerunt: intantum vt ipsa in christum crederet: ⁊ virginitatis votum emitteret. Quam sanctus clemens papa baptizauit: ⁊ sacro velamine consecrauit. Quod audiēs aurelianus sponsus eius a domitiano impetrauit: ⁊ virginem cum Nereo et achilleo in pontianam insulam relegauit: putans se per hoc propositum virginis immutare. Postq; autem sancti martyres nereus ⁊ achilleus martyriū passi sunt: vt dicetur infra in eorum passione. iiij. idus septembris ⁊ vbi sancti maro eutyces ⁊ victorinus: qui etiam domitillam in fide confortauerant: agonem suum compleuerunt: vt dictum est supra de eis. xvj. kalendas Maij: Aurelianꝰ virginem de exilio reduxit: ⁊ duas virgines euphrosynam ⁊ theodorā collactaneas eius vt ei suaderēt misit: quas tamen domitilla ad fidem conuertit. Et sic aurelianꝰ cū sponsis dictarum puellarū ⁊ tribꝰ ioculatoribꝰ et aliis sociis ad eam accessit: vt ipsam saltem violenter opprimeret. Sed cū virgo christi prefatos duos iuuenes cōuertisset: aurelianus eam in thalamum introduxit: ⁊ ibidem mimos canere et ceteros saltare secum fecit / vt ad libidinem magis accensus ipsam postmodū violaret. Sed cum mimi deficerent in canendo / ⁊ ceteri in saltādo: ipsa tamen per biduum saltare non cessauit donec in saltādo expirauit. Luxurius vero frater eius ab imperatore obtēta licētia oēs qui p virginē crediderant interfecit: ⁊ cubiculo vbi domitilla cum Euphrosyna ⁊ theodora morabatur ignē supposuit. Que simul orātes spm̄ emiserant non. maij. Quarum corpora sanctꝰ Cesarius mane illesa reperiens sepeliuit.

¶ De coniunctione corporū sanctorū stephani ⁊ laurentij. Cap. cxxxix.



Coniunctio corporum sanctorū martyrum stephani ⁊ Laurentij facta est Rome sub Theodosio iuniore. Nam cū eudoxia filia theodosij imperatoris ⁊ vxor Valentiniani apud vrbē cū viro degens a demonio vexaretur: ⁊ valentianꝰ illud patri constantinopoli existenti significasset: iubet filiam constantinopolim adduci: vt a reliquijs prothomartyris stephani tangeretur. Corpus enim sancti stephani dudū constātinopolim ex hierosolymis translatū fuerat: vt dicetur infra in Inuētione eiꝰ iij. non. Augusti. Demon autē in Eudoxia clamabat / q inde nunq exiret nisi stephanus romā veniret: quia sic erat voluntas apostolorū. Quod imperator audiēs / a clero ⁊ populo constantinopolitano obtinuit / vt corpus stephani romanis daretur: ⁊ corpus Laurentij grecis traderetur. Hoc autem imperator pelagio pape scripsit: qui de cōsensu romanorū petitioni imperatoris cōsensit. Missi igitur constantinopolitani cardinales corpus sancti Stephani romam deferūt: ⁊ greci pro accipiēdo corpore sancti Laurentij cū eis romam perueniunt. Capuę autē ⁊ corpus sancti stephani recipitur: ⁊ a capuanis illis dextrum brachiū summis precibus obtinetur: ⁊ metropolitana ecclesia eius nomini fabricatur. Cum autē romam venissent / ⁊ corpus ad ecclesiam sancti Petri ad vincula deferre disposuissent: vectores subsistunt: nec vltra procedere possunt. Demon autē in regina clamabat eos frustra fatigari eo q nō ibi sz in ecclesia fratris sui laurentij ⁊ iuxta eū elegerat collocari. Illuc ergo corpus defertur: ad cuiꝰ tactū puella mox a demonio liberatur. Cumq; sepulchrū adeo arctū eēt q vtraq; corpora capere non potuisset laurentiꝰ aduētui fratris quasi cōgratulās in alterā partē sepulchri versus sup latus secessit: ⁊ medietatē stephano vacuā dereliquit. Sicq; stephanū simul̄r super latꝰ versa facie ad cōsociū collocarūt. Greci vero dū manꝰ apponunt vt laurentiū auferāt ad terrā velut exanimes corruerūt: sed orantibus pro eis papa cum clero ⁊ populo vix ad se ad vesperā redierūt. Omnes tamen infra decem dies mortui sunt. Latini vero qui eis consenserant in phrenesim versi sanari nō poterant quoadusq; amborum corpora vt dictum est insimul tumulata sunt. Hec autem coniunctio facta est nonas maij: vt dicit frater bartholomeus.

¶ De Apparitione sancti michaelis archangeli. Ca. cxl.



Apparitio scti michaelis archangeli dupliciter nominatur: videlicet apparitio ⁊ victoria. Apparitiones autem eiꝰ due sunt principales: propter quas festum hoc institutum est. ¶ Prima que in monte gargano apparuit: q mons est in apulia. xl. milibus distās a si ponto ciuitate. Anno aūt dñi. cccxc. in predicta ciuitate erat quidam vir nomine garganus a quo ille mons nomē accepit: qui animaliū multitudine pollebat. Cū aūt circa predicti montis latera pascerentur: contigit taurū ceteros boues relinquere ⁊ verticē montis conscendere. Quē dñs cum eius familia per deuia queq; requirens ipsum tādē in vertice montis iuxta ostiū spelunce inuenit: ⁊ mox in ipsum arcū tendēs sagittā toxicatā direxit. Sed statim illa velut a vento retorta ipm qui eam

leccrat repercussit. Turbati super hoc ciues episcopū superinde consulendum decernunt. Qui eis triduanū indixit ieiunium: ⁊ a deo monuit esse querendum. Quo peracto sanctus archangelus michael per visionē episcopo apparuit: eiq; reuelauit qualiter loci illi⁹ custos et inspector erat: ⁊ quia eius voluntate vir ille mortu⁹ fuerat: seq; locū incolere tali iudicio comprobauerat. Statimq; episcopus ⁊ ciues cū processione locū adeūt: ⁊ ingredi non presumentes orationibus ante fores insistunt. ¶ Secunda apparitio est que rome tēpore Gregorii pape legitur contigisse. Nam vt supra actum est in legenda gregorii. iiij. idus martij. Cum idem pontifex propter pestem inguinariā letanias maiores instituisset: ⁊ deuote pro salute populi exorasset: vidit super castrum qd̄ olim memoria adriani dicebatur angelū dn̄i qui gladiū cruentū tenebat: ⁊ in vagina reponebat: vnde gregorius intelligens preces a deo exauditas: ecclesiam in honore angelorum ibidem construxit: castrum quoq; illud exinde sancti angeli dictum est. Hec autem due apparitiones ad literā. viij. idus maij occurrerunt ꝓpter quas hoc festum institutum est. ¶ Est etiā alia apparitio que celebratur. kal. nouēbris. de qua ibidem cum quibusdam miraculis ex ipsa subsequentib⁹ agetur. Dicitur etiā hoc festum victoria propter multiplicem victoriam michaelis. Nam re vera iste gloriosus archangelus ad omnē strenuū actū triumphi seu victorie in christiano populo delegatur. Unde sicut eo tempore quo populus iudeorum erat peculiaris populus dei: michael erat in omnibus princeps ⁊ adiutor synagoge ipsorū vt habet Danie. x. Sic postq̄ populus christianus per fidem christi factus est popul⁹ dei michael fact⁹ est princeps ⁊ adiutor ecclesie christianorū. Uñ cātat ecclesia. Princeps gloriosissime michael ⁊c. Et ideo interpretat quis vt deus. q: sicut nullus facere potest qd̄ facere preualet deus: sic quoties aliquid mire virtutis agitur michael mitti perhibetur: vt ait Gregorius. Licet autem in aliis victoriis mirabilior apparuerit: tamen victoria principalis propter quā hoc festum denominatur: fuit illa quam sipontinis hoc modo concessit. Post aliquod nempe tempus ab inuento loco: vt supra dictū est: neapolitani gentiles cum sipontinis ⁊ beneuentanis qui quinquaginta milib⁹ a siponto distāt: ambobus fidelibus ordinato exercitu bellari ceperūt. Qui de episcopi consilio triduo inducias petierunt: vt ieiunio triduano vocarent ⁊ patroni michaelis auxiliū implorarent. Tertia nocte michael episcopo apparuit: preces exauditas asserit: victoriam affuturam promittit: ⁊ quarta diei hora hostibus occurrēdū promonuit. Quibus occurrentibus mons garganus immenso tremore concutitur: fulgura crebra volāt: ⁊ caligo tenebrosa montē obtenebrat: ita vt sexcenti de aduersariis tam ex ferro hostium q̄ ex sagittis igneis interirent. Reliqui in fugam conuersi virtute comperta archangeli: continuo colla christiane fidei submiserunt. Hec autem victoria eodē die reuoluto anno ab apparitiōe ꝑdicta videlicet octauo idus Maij dicitur cōtigisse. ¶ Sunt et alie plures victorie tam michaelis q̄ angelorum: que q: diem certum nō habent sub hoc festo cōprehēduntur. ¶ Prima victoria est illa quā michael archangelus cū suis angelis obtinuit: quando draconem idest luciferū cū suis sequacibus de celo eiecit. De quo exponit illud apocalypsis. xij. Factum est prelium magnum in celo: Michael ⁊ angeli eius preliabantur cū dracone ⁊c. Cū enim lucifer dei equalitatem appetisset: archangelus hic celestis exercitus signifer a deo missus ipsum cum suis sequacibus de celo expulit: ⁊ in hunc aerem caliginosū vsq; ad diem iudicij remisit. ¶ Scd̄a est illa qua cū diabolo disputans de Moysi corpore ipsum triumphauit. De qua habetur iudicum primo. Cum enim diabolus corpus Moysi prodere vellet: vt ipsum pro deo iudeorū populus adoraret: Michael non iudicium blasphemie improperās: sed imperio domini ei mandans: demonē expulit: ⁊ corpus Moysi diuina prouidētia occultauit. Tertia est quam de antichristo habiturus est quando ipsum occidet. ¶ Tunc enim michael princeps magn⁹: vt dicitur Danielis duodecimo. Consurget ⁊ pro electis contra antichristum fortiter assistet. Deinde antichrist⁹ vt dicit glossa super illud Apocalypsis decimotertio. Uidi vnum de capitibus eius occisum ⁊c. mortuum se finget per triduum latens postea apparebit dicens se suscitatum: arteq; magica ferentibus cum demonibus in aera ascendet: ⁊ omnes populi ipsum mirantes adorabunt. Tandem vt dicit glosa super illud secūde Timotheo secundo. Quem dominus Jesus interficiet ⁊c. In monte oliueti ascedet: ⁊ dum stabit in papilione ⁊ in solio suo in loco contra quem domin⁹ ascendit: Michael adueniens ipsum interficiet. ¶ Quarta est quam angeli quotidie de demonibus obtinent: dum pro nobis pugnantes ab eorum tentatione nos liberant. Hoc autē tripliciter faciunt. ¶ Primo potestatē demonis refrenādo. Figura Apocalypsis vigesimo. de angelo qui demonem ligauit ⁊ in abyssum misit. Et Tobie octauo de diabolo in deserto superiori ligato. Huius enim religatio ipsa est potestatis eius refrenatio. ¶ Secundo cōcupiscentiam refrigerando. Figura genesis. xxxij. Angelus tetigit neruū femoris iacob ⁊ statim emarcuit. Tertio memoriā passionis mentibus imprimendo. Figura Apocalypsis septimo de angelo ascendente ab ortu solis habente signum dei viui idest memoriam crucis Christi. Nolite nocere terre ⁊ mari ⁊c. quoad vsq; signem⁹ seruos dei nostri in frontibus. i. mētibus eorum.

¶ De sancto raphaele archangelo. Ca. cxli.



Raphael archangelus quia nulla speciali solennitate vllo tempore recolitur. Ideo huic festo apparitionis Michaelis merito coniungitur: vt de ipso aliqualis mētio habeatur. Interpretatur autem Raphael medicina dei. Hoc autem ideo nomen angel⁹ ille sortitur: quia quoties ad aliquem morbum incurabilem sanandum angelus aliquis a deo destinari proponitur: hinc Raphael angel⁹ mitti creditur. Unde huic angelo duplex officium attribuitur: videlicet officium vie: ⁊ officium medicine. Est enim hic angelus ⁊ dux itinerantibus: ⁊ medicus morbo laborantibus: vnde ⁊ in horum cōprobationem nō solum Tobiam iuniorem in via cōduxit ⁊ sanum custodiuit: ac coniugatum in diuitiis opulentum: ad domum paternam reduxit: sed etiam Tobiam seniorem excecatum illuminauit. De quibus per singulas ageṫ cū ad historiā Tobie peruenietur. ¶ Quod autem hic angelus dux ⁊ custos in via itinerantibus existat: patet in quodam miraculo quod legitur in libro de gestis Frācorum. Dū enim quidam aurelianēsis ad sanctū Jacobum peregrinaretur: angelo raphaeli quē in deuotione habebat: ⁊ quē ducē ⁊ custodem viatorū audierat se specialiter commendauit. Cum autem in via errasset: ⁊ appropinquans silue predones superuenientes conspiceret: festinare cepit iter vt eos euaderet. Et cum aliquantulum processisset: quidam se sibi quasi comitem vie coniunxit: ⁊ causam tante festinationis quesiuit. Cui cum causam exposuisset: et hostes se insequentes ostendisset: ille cū hortari cepit ne timeret: q: ipsum sine lesione ad rectā viā reduceret. Et cū hoc loqueretur: superuenierūt ad fluuiū. Cūq; ille nec pontē nec nauē ad transeundū cōspiceret: nec viā transuadandi sciret: adhuc magis timuit: et se a comite deceptū putauit. Et ecce cū predonib⁹ irruētib⁹ ille omni auxilio destitut⁹ se angelo raphaeli comendasset: subito ex alia parte fluminis cū socio se trāslatū vidit: ⁊ hostes citra flumē mirantes dimisit. Subitoq; et comes ille disparuit. Sicq; viam suam prosecutus est. Cum autem iterum rediens

rū rediens ad locū illū appropinquans in eosdē hostes irruere dubitaret: grauj sopore subito depressus sub arbore dormitauit. Cui in somnis comes ille qui cū eis iter fecerat apparuit: seq; esse raphaelē archangelū cui se cōmendarat asseruit: qui eū in via custodierat: et vsq; ad domū saluū ducere intendebat. Euigilans ille se ad vnā dietā ppe ciuitatē suā reperit: et saluus rediens beato archāgelo gratias egit. ¶ Qđ etiā medelā infirmātib⁹ cōferat: patet in hoc miraculo. Circa annū dñi. M.cccxv. iuuenis robustus ordinem pdicatorū intrauit in cōuentū derbeie insule anglicane q̄ morbū caducū patiebat: sed tñ hoc fratribus nō reuelauit. Adeo autē ipsa egritudine opprimebat q̄ sepi⁹ eadē quasi tribus horis detinebat. Quare cōpleto anno noluit a fratrib⁹ ad pfessionē admitti. De gratia tñ mansurus ad cōuentū leicestrie missus est: vbi dū dicto morbo multū affligeretur: frater quidā Richardus de pontefracto p ipso deū orare cepit. Cui dormienti raphael angel⁹ apparuit: eiq; dixit q̄ si frater ille voueret se cōtinenter victurū: et in vita sua feria secunda in honorē angelorū ieiunaturū sanitatē perciperet: et q̄ ipse ad eum sanandū a dño missus esset. Seq; raphaelē archangelū nolauit. Quod cū frater ille nouitio retulisset: illeq; votū emisisset: eadē die a morbo cecidit: et p visum angelū Raphaelem conspexit: qui ipsum eleuauit ac pfecte sanatū nunciauit: et vt promissa impleret admonuit addens vt si quando contraueniret ilico in morbum recideret. Statimq; ille sanat⁹ est: et ex illo die morbū passus. Qui postmodū ad pfessionem receptus factus est bonus clericus et ordini gratiosus.

¶ De sancto Victore martyre. Cap.cxlij.



Victor miles et martyr apud Mediolanū sub maximiano augusto passus est. Qui maurus gēe a pma etate christian⁹ canicie venerandus Maximiano amicissim⁹ fuit. Quem vt existēs mediolani cōparuit christianum primo in carcere. vj. dieb⁹ afflictū idē eductū flagellis cedi fecit. Et iterū per triduū in carcere cōpeditū detineri. Rursumq; de custodia emissus Christū viuaciss[ime] cōfitentem fustib⁹ durissime cesus: et tertio custodie arctiori mancipauit. Dū autē ab anolino cōsulari ad sacrificandū suaderet et immolare contēneret: et tertio product⁹ corpus eius plūbo et cera liquefactis pfunditur: sed plūbo ac cera in modum aque balnearis ab angelo tepe actis victor a cruciatu liberat. Inde educt⁹ extra portā vercellinam expectantibusq; militibus iussionē impatoris oībusq; dormitantibus ipse ab angelo solut⁹ ipsiusq; mandato fugiens in stabulo latuit. Sed postmodū quadā ipm matrona indicāte pductus a militib⁹ et ferro arctatus in silulis que dr ad vlmos in viridario impatoris decollatus est: q̄ et mortē maximiani eodē anno vt euenit futurā pdixit. Corpus autē eius. vj. diebus expositū vt a bestijs voraretur a duobus leonibus eū custodientibus protectum est: et integrū repertū a sancto Mamerto epo in ipso loco tumulatum est. Qui passus est. viij. idus Maij.

¶ De scō Cataldo epo et pfessore. Capitulum.cxliij.



Cataldus episcopus ex hybernie partib⁹ oppido qđ dr cataldus patre eucho mře athena exort⁹ fuit: hic nimis claruit sanctitate et isignib⁹ miraculis coruscauit. Nā statim vt ex vtero matris ad lucē pdijt: caputq; eius in marmore percussit: caput ei⁹ in ipsum marmor ac si in cerā molissimam intrauit: et signum verticis concauitatē dimisit. Et cū mater ex dolore part⁹ expirasset: infans sine cuiuspiam auxilio se erexit: et matrē brachiolis amplex⁹ ipsam suo tactu dei gr̄a mirabiliter suscitauit. Cumq; marmor in quo nascens caput defixerat sub diuo positū esset: et in ipsa eius concauitate pluuia caderet: omnes egri ex aqua illa sumētes a quacūq; egritudine sanabant. ¶ Post q̄ autem ad presbyteratū ascendit: et conciues suos ad fabricādū ecclesiā prouocauit: dū ipse quoq; in opere exercitaret: quidā nobilis cadauer filij nuper defuncti lachrymabiliter ei pñtauit: ipseq; lachrymis illi⁹ cōpatiens et dolori oratione fusa puerū continuo suscitauit. Quo miraculo multos ad deum cōuertit. ¶ Crescēte autē eius fama fili⁹ alteri⁹ nobilissimi militis moritur: cui⁹ cadauer a patre in pheretro viro dei apportatur: et vt ipsum suscitet sicut et puerū alterū suscitauit instantius exoratur. Cum autē ipse ex humilitate recusaret: et operi ecclesie intent⁹ terrā effoderet: casu terrā abijciēs sup corpus iuuenis aspersit: et ille repente viuus surrexit. ¶ Rex autē insule hec audiens: et ipsa magicis artibus attribuens: nauigio venit ad sanctū de suis finib⁹ propellendū. Sz nocte ab angelis p visum terret q̄ nisi resipiscat subito morietur. Eademq; nocte quidā eius dux in hoc facto cōsiliarius repente interijt. Qđ rex audiens et dei visionē expauēs a sancto veniā petijt: et ducatū ducis illius defuncti ecclesie q̄ fabricabat in ppetuū concessit. In qua ecclesia cataldus post breue tps archieps electus est: qui laudabiliter viuens. xij. sibi suffraganeos episcopos cōstituit: et totā insulā verbo et exēplo ad christi cognitionem adduxit. Omnibusq; recte dispositis in pace qeuit. viij. idus Maij. Cui⁹ corp⁹ cū multo tempore latuisset: a dracone archiepiscopo domino reuelante repertum: in ecclesia tarentin. honorabiliter tumulatum miraculis radiare non cessat.

¶ De translatione sancti Andree. Cap.cxliiij.



Translatio corporis beati andree apostoli tēpore cōstantini imperatoris facta est. Cui⁹ corpus de patracen. ciuitate vbi passus fuerat: et a maximilla senatrice sepultus cū ossib⁹ sanctorū beati luce euangeliste de bithynia sublatis: et timothei discipuli scī Pauli ab ephesо sumptis: cōstantinopolim translata sunt ibiq; reuerentia digna recōdita. viij. idus Maij: vt dicit Ado.

¶ De translatione sancti Hieronymi. Cap.cxlv.



Translatio corporis sancti Hieronymi duplex est. Prima est illa de qua scribit cyrillus hierosolymitan⁹ epūs in epl̄a ad augustinū de ei⁹ miraculis trāsmissa. Cū enī corp⁹ gloriosi doctoris apud bethleē iuxta psepe dñi vt ipse mandauerat: humo obrutū fuisset: et ibidē insignibus et inauditis miraculis coruscaret. Videbat fidelib⁹ q̄ illud corpus sanctissimū iacens in terra indigni⁹ tractaret. Ideoq; decoro sepulchro marmoreo in ecclesia bethleemitica fabricato Cyrillus hierosolymitanus patriarcha cū clero et pplo sanctū corp⁹ eodē transferēdū decreuerūt et diem officiū post pētecosten ad hoc faciendū celebrius statuerūt. Et cōcurrente populi multitudine ex vrbib⁹ conuicinis terrā vbi iacebat corpus effodiunt: et euacuata fouea illud in aere pendere cōspiciunt: ita qđ nulla sui parte humanum contingens integrum et incorruptum omnino reperiunt: odorisq; fragrantiam miram cuncti senserunt. Corpus autem inde leuatum et super altare positum est vt a fidelibus videretur. Cuius contractu die ipso. xvj. ceci illuminati

ti sunt: tres quoq; a demonio vexati illuc adducti liberationē peperunt. Filius mulieris vidue populi frequentia oppressus effocatus est. Quē mater in fossa vbi corpus sanctum iacuerat proiecit exanimē ⁊ continuo viuus surrexit. Quod cernens rusticus cui⁹ filij cadauer defunct: ante tres dies sepultum fuerat accedens ad locum corpusq; filij exhumatū ad ecclesiam attulit ⁊ in foueā proiecit: statimq; spiritū vite recepit. Circa vesperas autē post predicta ⁊ alia multa miracula exhibita: corpus in monumentū repositum fuit: ⁊ fouea terra repleta. ¶ Sed mane monumentū vacuum est inuētum: ⁊ euacuata iterū fouea corpus repertū est in loco pristino restitutum. Stupentibus cūctis sequēti nocte Cyrillo dormiēti Hieronym⁹ gloriosus apparuit: corpusq; de loco vbi iacebat nullatenus amouēdū admonuit: dicēs quod ibidem quiescere debebat donec hierusalem ab infidelibus caperetur: ⁊ tunc ad vrbē romā deportaret. Qd̄ cyrill⁹ ceteris enarrauit: ⁊ vnusquisq; deo gratias egit. Hec autē trāslatio diē certum nō habet: nisi qd̄ cyrillus eā die octaua pēthecostes factam fuisse scribit: que tñ dies nescitur quoto die cuiusue mēsis eodem anno contigerit. ¶ Secunda translatio est q̄ in romanis chronicis reperitur qua corpus eius de bethleem romā trāslatum est: ⁊ in ecclesia sancte marie maioris reconditum. Post multa enim annorū curricula ab obitu hieronymi gloriosi hierusalē destructa ⁊ a sarracenis occupata cū pene oīm sanctorū esset orbata reliquijs / solo beati hieronymi corpore in partib⁹ illis relicto: apparuit ipse doctor vni monacho ibi degenti: mandans eidē vt corpus suum romam deferret: ⁊ in ecclesia dei genitricis iuxta presepe dñi tumularet. Qui cum hoc facere formidaret: a sancto doctore secūda vice admonetur: ⁊ iussa adimplere recusans / tertio de negligentia durius increpat. Tūc sancti hieronymi reliquias latenter surripuit: ⁊ cum duobus fidelibus comitibus prosperis succedētibus romā venit. Quē sanct⁹ iterū iuxta vrbē p visionē admonuit vt solis canonicis ecclesie cōuocatis corpus de nocte quasi clandestine recōderet: ne ex superuenientibus turbis diminutionē aliquam in reliquijs sustineret. Itaq; prout sanctus mādauerat iussa perfecit: pmissa solis ipsi⁹ eccl'ie canonicis nunciauit: ⁊ ipsis presentibus in loco humili: vez in terra añ presepe dñi corpus noctu deuote reposuit: vbi a quibusdā voces angelice cōcinentes audite: luxq; immensa vel solis radi⁹ meridian⁹ ibidē effulsit: miraq; odoris fragrātia vnumquēmq; respersit. Celebratur autem hec festiuitas die quo corp⁹ almi doctoris ibi depositū est / videlicet. vij. idus maij.

¶ De sancto Hermete discipulo.
Capitulum. cxlvj.



Hermes discipulus ⁊ epūs / de quo apl's Paulus ad romanos. xvj. scribēs meminit. Hic dr̄ fuisse author libri q̄ dr̄ pastor: ⁊ apud multas grecie eccl'ias publice legit: multiq; de eo libro scriptorū veterū scripserunt testimonia: sꝫ a latinis pene ignot⁹ est. Sepult⁹ est rome apud baptisteriū ex facultatib⁹ sancte praxedis cōstructū: dicit Hieronym⁹ de viris illustrib⁹. Dorothe⁹ abbas hūc ex numero. lxxij. discipulorum fuisse dicit: qui episcopus philopoleos fuit: ⁊ rome quieuit. In libro etiam pontificum habetur quod sub episcopatu Pij pape hermes librum composuit: in quo mandatum continetur: quod ei precepit angelus domini cum ad eum in habitu pastoris venit: ⁊ die dominico pascha celebrari constituit. Cuius festum agitur. vij. idus Maij.

¶ De sancto metrone confessore.
Capitulum. cxlvij.



Metron cōfessor verone colit̄ in eccl'ia sctī vitalis sepult⁹. De quo fert̄ q̄ illuc pegrinus aduenerit: sꝫ vn̄ venerit / aut q̄ loco exort⁹ fuerit ignorat̄. Ibiq; existens nouū pnīe modū adinuenit. Nā lapidi magno cōpede in cruce posito mediāte se affixit: clauēq; cōpedis in flumē athesis piecit hoc sibi signū ponēs: q̄ quādoq; clauē reperire contingeret ab oībus pctīs absolutū cognosceret: post plures itaq; annos appropinquante die vocationis eius piscis capitur: in cuius ventre clauis illa reperitur: animam iam sanctificatam designans: ⁊ corporis dissolutionem instantem prenuncians. Que post dies modicos facta est. vij. idus Maij.

¶ De sancto Job propheta. Cap. cxlviij.



Job iustus ⁊ propheta dñi lꝫ de gētilibus nat⁹ fuerit: q̄ tñ sanctissim⁹ extiterit nō solū in libro tobie. ij. ca. ⁊ Eze. xiiij. ⁊ ei⁹ noīs p totū scripto volumine exp̄sse dr̄ sꝫ etiā ab oībus doctoribus approbat̄. Fuit aūt incola terre hus que est in finib⁹ idumee ⁊ arabie. vt dicit Hieronym⁹. Et erat ei añ nomē Jobab: genuitq; Job filium sibi regno successorē cui nomē enon erat quidam ipse filius zare de esau filijs fili⁹ de matre vo bosranta vt sit quintus ab Abrahā nepos Esau: ⁊ regnauit in regione Edon rex magn⁹ ac potens inter oēs orīētales: ⁊ accepit vxorē arrabissam: genuitq; filios. vij. ⁊ tres filias. Fuitq; possessio ei⁹ locupletissima in ouibus / ⁊ bobus / asinis ⁊ camelis ⁊ possessionibus terrarū ac familia multa nimis. Et lꝫ esset ex gētilibus patribus ort⁹: ipse diuino spiritu reuelante / non solū ab idololatria abstinuit: sed insuper sanctissime vite fuit. Nam erat vir ille rectus ⁊ simplex timens deum ac recedēs a malo. Et cū filij eius in conuiuijs quotidie lasciuirent: ipse post conuiuia dño pro filijs immolabat: vt sic que in comessationib⁹ p filios in deū cōmissa fuerant ipse sacrificijs expiaret. Cui⁹ sanctitas ore dei approbatur: dum in toto orbe nō habere similē phibet. ¶ Ut autē eius patientia manifestior fieret: de⁹ cū a diabolo temptari pmisit: ⁊ ata ei primo in reb⁹: deinde in filijs: tertio in carne propria potestate. Demon autē accepta potestate a dño: primo in exteriorib⁹ cū pcussit. Nā boues ⁊ asinos a sabeis auferri fecit: oues ex aere misso igne cōbussit: camelos a chaldeis tolli pcurauit: puerosq; ac familiam gladio hostili ⁊ igne consumpsit. Deinde ipsum in prole inuasit. Nam filios omnes ac filias palatio super eos corruente vno impetu interfecit. Et cum in his oībus Job patientem ⁊ in nullo commotū vidisset: ad carnes eius persequendas accessit. Graui enim ipsum a planta pedis vsq; ad verticem vlcere vulnerauit. Solamq; sibi vxorem in grauiorem afflictionem dimisit: quam ⁊ in eius contumeliam incitauit. Et cū in his omnibus nō peccasset Job labijs suis: neq; stultum quid contra deum locutus esset: Nouissime tres amicos eius ⁊ reges singulos de loco suo ad eum destinauit: qui licet ad consolandū Job principali intentione venissent: ipsos tamen diabolica suggestione longa verborum exacerbatione in ipsius odium ⁊ concrepationes prouocauit. Et cū ipsos Job sapienti disputatiōe ⁊ patienti sermone supasset. Ad vltimū helim quēdā iuuenem arrogantē cōtra Job in acerba conuicia ⁊ grauissima improperia suscitauit. ¶ Cūq; post multa flagella dñs seruū suum Job manifestissime cōprobasset: ⁊ p septē annos vt dicit beatus Hieronym⁹ ipsius patiētiā dudum expertus in lucem produxisset: miser-

tus ipsius ad statum illum feliciorem redijt: omnemq̄ facultatem eius duplicauit. Filios vero et filias totidem numero quot amiserat ei concessit: sed eos duplici virtute et elegantia prioribus decorauit. Uixit quoq̄ iob post flagella sua annis centū et quadraginta: et vidit filios suos et filiorū suorū vsq̄ ad quartā generationē. Et mortuus est senex plenus dierū annorū vero cētū et octoginta trium. Nā vt tradit Hieronym⁹ annorū triginta erat qn̄ a dn̄o flagellatus est: et in ipsis flagellis annis septē permāsit post quē vt ex textu libri sui habetur annis cētū et quadraginta superuixit. ¶ Scripsit ipse idē librum vite sue et sermonū suorū arabico sermone: vt Hieronymus ait. Qui certe liber prosa incipit: metro labitur: pedestri sermone finitur. Nā a principio vsq̄ locū illū vbi Job dicit. Pereat dies in qua nat⁹ sum. Stylo prosaico inchoat. Inde vsq̄ circa finē vbi dn̄s tres Job amicos redarguit: heroico metro prosequitur. Finē vero Rhythmico colore cōcludit. Omnisq̄ logis dialectice: ppositiōe: assumptione: cōfirmatione: cōclusione: singula v̄ba sua determinat. ¶ Nā quatuor disputationū genera in ipso libro cōplectitur. ¶ Quarū prima est dialectica: q̄ pcedit ex probabilib⁹. Et hoc consistit inter Job et tres amicos eius: vbi cōclusionē hāc ex et pbat q̄ deus hominē nullū sine sui culpa flagellat: amici vero ei⁹ appositā cōclusionem affirmāt: vz q̄ deus neminē sine culpa condemnat. Secunda est sophistica: q̄ pcedit ex apparentibus. Et hec est inter Job et Heliū q̄uis Job nō respōdeat: qui quidē iuuenis presumptuosus et vaniloquus: cōclusionē amicorum Job approbans sophistice syllogizat. ¶ Tertia est tentatiua inter dn̄m et Job: qui eū de multis questionib⁹ tentat et interrogat: vt declaret ei q̄ nulla sapiētia est apud deū cōparata. ¶ Quarta est demonstratiua: in qua pro ipso Job dn̄s cōtra tres amicos ei⁹ questionē diffiniendo demōstrat. Et sic concludit tot⁹ liber plen⁹ mysterijs et maxime diuine fidei sacramētis. ¶ Quieuit aūt sanctus Job in pace et optima senectute sexto Idus Maij: vt Hieronymus in suo Kalēdario ponit. Sepultusq̄ est in terra hus in finibus edon siue in bosra: vbi et sepulchrum eius cernitur vsq̄ in presens.

¶ De sanctis gordiano et epimacho martyribus. Cap. cxlix.



Gordian⁹ martyr rome passus est sub Juliano apostata imperatore. Qui Julianus cum inter alios christianū quēdā senē presbyterū noīe ianuariū tenuisset: dedit eū in custodia cuidā suo vicario Gordiano. Qui Januariū ad domū suā adducēs dū ipsum ad sacrificia sermonib⁹ hortaretur: ianuarius Gordiano christum predicans eū conuertit: et statuā iouis eream quā apud se habebat in igne conflauit: ac ipsum cum vxore marina et familia eius pmiscua seruis numero quinquaginta tribus cum eorum domibus baptizauit. Quod cum iulianus comperisset ianuarium presbyterum in exilium proscriptione damnauit. Uxorem vero gordiani marinam ad aquas salinas manere precepit in seruitio rusticorum. Gordianum autem cuidam clementiano quem loco eius vicarium prefecerat puniendum tradidit. Qui clementianus Gordianum sibi cathenis vinctum presentari fecit: et in confessione christi persistentem primo quidem diudum plumbatis cedi: deinde capite truncari precepit. Cuius corpus canibus proiectum: cum diebus septem mansisset intactū: tandem a familia sua rapitur: et cum beato epimacho quem dudum ante predictus iulian⁹ occidi iusserat sepelitur via latina: miliario vno lōge ab vrbe roma. Qui passus est circa annum domini trecentesimum et sexagesimum sexto idus maij.

¶ De sanctis Calepodio presbytero et sociis martyribus. Cap. cl.



Calepodi⁹ presbyter: palmatius: simplicius: felix et blāda cū sociis eorū rome passi sunt sub alexādro imperatore. Cū eni palmatius consul de mandato imperatoris ad regionē trās tyberim accessisset vt calepodium presbyterū cū alijs christianis in domo quadā latētib⁹ comprehēderet: decē milites qui domum intrauerūt excecati sunt. Qd̄ alexander conspiciēs iussit omnē populū p̄ liberatione militum deo mercurio immolare. Tūc vna ex virginibus paganorū arrepta a demone deū viuū et verū deū christianorū clamabat. Qd̄ palmati⁹ audiēs cōuersus abijt ad sanctū papā Calixtū et ab eo baptismū expetijt: quē calixtus presente calepodio baptizauit: eiusq̄ ei⁹ familiā cū vxore et filijs numero quadragintaduobus vnda salutari perfudit. Qui palmatius exinde cepit facultates suas pauperib⁹ erogare. Post dies plurimos alexāder hoc audiēs fecit teneri palmatiū: eūq̄ examinatū et xp̄m confitentē tradidit simplicio senatori: quatenus ei persuaderet vt ad culturā deorū accederet. Cū autē simplicius ipsum plurimū honoraret: et palmatius oīa secuti blandimenta contēnens orationib⁹ et ieiunijs insisteret: quidā noīe felix venit ad palmatiū deferēs vxorem suā noīe blandā ab annis quatuor paraliticā: vt eā sanaret. Quā palmatius in cōspectu simplicij et oīs eius familie fusa oratione sanauit: quo viso miraculo conuersus est simplicius senator cum oī domo sua: felix quoq̄ cū vxore sua blanda sana effecta: receperuntq̄ oēs baptismatis gratiā expetere: vocatoq̄ sancto papa calixto cū beato calepodio superueniētes ad domū simplicij baptizauerūt eū cū tota eius familia: atq̄ felicē cū cōiuge sua blāda. Qd̄ cū alexāder audisset: eo q̄ multitudo hominū p beatos calixtū et calepodiū in xp̄o credidisset: misit exercitū militū: et tenuit oēs qui baptismū perceperant quos precepit capitalē subire sniam et p diuersas portas vrbis rome capita eorū suspendi ad exēplū xp̄ianorū. Tenuit etiā calepodiū quē gladio fecit occidi: et corp⁹ eius in tyberim iactari aū insulā lycaonij. Qd̄ tādē a piscatoribus repertū et btō calixto pape presentatum ab eodē in suo cimiterio via apulia sepultum est. Passi sunt autem sancti martyres sexto Idus Maij.

¶ De sctis Primo marco Jasone et Celiano mar. Ca. clj.




Primus: Marc⁹: Jason et Celian⁹ martyres tergesti in ciuitate passi sunt tpe adriani imperatoris sub Artasio pside. Qui primū presbyterū et marcū diaconū fustib⁹ cedi iussit: et sub vētres eorum ignē accēdi. Deinde sulphur solutū in ora eorum infundi. Et cū hec oīa supplicia sine vlla eorū lesiōe supassent: multiq̄ exinde cōuersi fuissent: iasonē et celianū fustib⁹ tā diu verberari mādauit: donec ess̄ ipsī emitterēt. Deinde primū et marcū ext̄ vrbis menia decollari. Quorū corpora in eodē tumulo iuxta eandē ciuitatē sepulta sunt. v. idus maij.

¶ De sctō Mamerto epō et cōfessore. Cap. clij.



Mamertus episcopus viennen. miraculis et sctitate apud eādē vrbē celebris habet̄ ob imminērē terremotū et tēpestatū cladē atq̄ luporū rabiē solēnes trib⁹ dieb⁹ aū ascēsionē dn̄i letanias instituit: vt hr̄ supra de letanijs: qui etiā apud prefatā ciuitatē deuixit in dn̄o. v. idus maij: vbi et sepultus virtutibus claret.

¶ De sctō maiolo abbate. Cōf. cliij.



Maiolus abbas nobilibus parētibus progenitus et sacris literis imbutus: ac virginitatis flore decoratus: primo archidiaconus ecclesie matiscē. fuit. Deinde factus est monachus cluniacēsis sub hermoardo abbate sancti odonis successore: sanctitate vite mirabiliter pollens summaq; patientia decoratus: qui propter grauem infirmitatē quā incurrit lumen oculorum amisit: nec tñ exinde in aliquo vnq̄ perturbari visus fuit. Sexto autē anno monachationis ipsius decedēte abbate monasterii matiscēsis ad eiusdē loci regimē licet inuitus eligit̄ nō obstāte q̄ lumine foret oculorum priuatus et corpe quasi viribus p̄ lōga egritudine destitutus. In ipsa aūt abbatia sanctissime iubar vite fuit: et multa miracula ostēdit. Cecis visum: surdis auditū: claudis gressum: aliisq; diuersorum generū lāguoribus detētis pferēs medicinā. Plures etiā a morsibus serpentū venenatorum: et a periculis fluminum et ictibus fulgurū liberauit. Cādele seu lāpades in eius ecclesia ardētes ex negligētia vel aliter extincte sepius sine humano studio sunt diuinitus reaccense. ¶ Quadā nocte dum in monasterio sancti dionysii librū eius de principatu celi perlegeret: ad lumen candele graui somno pressus dormitauit: et candela de manu eius super librū cecidit. Sed sola ipsius cera cōsumpta libri pagina omnino illesa permāsit. Soluit autē carnis debitū. v. idus maii. Et recōditus ē i monasterio suo miraculis clarēs.

¶ De sancto Antimo presbytero et martyre. Cap. cliiii.




Antimus presbyter et martyr rome via salaria passus est: qui post virtutum et predicationis insignia in tyberim precipitatus et ab angelo sancto exinde ereptus est: ac proprio restitutus oratorio. Deinde in cōfessiōe nominis iesu christi capite punitus victor migrauit ad celos. v. Idus Maii. Hec Ado.

¶ De sanctis nereo et achilleo martyribus. Cap. clv.



Nereus et Achilleus martyres fuerunt serui plautille vxoris clemētis consulis germani domitiani imperatoris et sancti clementis pape. Que plautilla existēs vidua eos pueros cōparauit: et eunuchos fecit. Cum autem ad predicationē beati petri apostoli plautilla cōuersa esset: fecit se ab eodē cum p̄fatis pueris baptizari. Et ad extrema deueniēs eosdē iuuenes cubicularios flauie domitille filie sue dimisit. Cum aūt domitianus flauiā domitillā aureliano comiti in cōiugē tradidisset: vt superius in eius passione actū est xii. martii. Nereus et achilleus eidē virgini xp̄m annūciātes eādē cōuerterūt: et votū virginitatis emittere suaserūt. Que a sancto clemēte papa baptizata et sacro fuit velamine cōsecrata. Qd̄ cū aurelianus cognouisset obtēta ab imperatore licētia sponsam suā cū eunuchis in pōtianā insulā relegauit: quo plures xp̄iani pro xp̄i noīe fuerāt exilio deportati. Erātq; ibi malefici duo: discipuli symonis magi furius et priscus: qui magicis artibus populū fallēdo symonē magū pro deo fecerāt adorari. Quibus viri nereus et achilleus resistētes eorum maleficia sermonibus et miraculis detegebāt: et sic pplm ab errore reuocabāt. ¶ Post multū vero tp̄s aurelianus ad insulā preriit: et sanctos promissis et oblatis muneribus vt virgini nuptias suaderēt exorauit. Qd̄ ipsi omnino facere respuētes eā magis in dn̄o confortabāt. Quapropter ad vrbē adducti et ad sacrificia cōpulsi sunt. Et cū dicerēt se a beato petro apostolo baptizatos nulla rōne posse idolis immolare: capite cesi sunt. Quorum corpa via ardeatina iuxta corpus sancte petronille virginis sepulta sunt. iiii. idus Maii.

¶ De sancto Pancratio martyre. Cap. clvi.



Pancratius martyr nobilissimis parētibus ortus apud phrygiā: cuius pr̄ cleonius dictus est vtroq; parēte orbatus sub dionysii cura patrui sui relictus est. Ambo igitur romā vbi largū habebāt patrimoniū perrexerūt. Et dū in eorū possessionibus i mōte celio morarentur: i eorum vico papa cornelius cū quibusdā fidelibus propter psecutionē latitabat: a quo pōtifice fidē xp̄i et baptismū susceperūt patruus cū nepote. Post dies modicos dionysius i pace quieuit. Et pācratius oīa sua paupibus erogauit. Deinde se psecutoribus vltroneus offerēs xp̄ianū se esse dixit. Quē illi tētū Valeriano imperatori p̄ntauerūt. Cūq; puero. xiiii. annorum et filio quodā sibi amicissimi viri cōdoleret: suadebat ei vt dn̄o thura poneret: ne mala morte i tāta iuuētute periret. Ille vero ecōtra sacrificare recusans se iā iuuen culū corpore: sené tñ aīo esse dicebat: et deū Iouē patricidā et incestuosum cōprobabat. Propter qd̄ augustus iussit eū via aurelia duci: et ibidē decollari. Cuius corpus cetauilla senatrix tulit: et in eodē loco cū aromatibus sepeliuit quarto idus maii. Supra cuius tumulū pcessu tp̄is a fidelibus ecclesia fabricata fuit. ¶ Ad cuius quoq; sepulchrū: vt ait gregorius turonēsis: si quis falsum iurare voluerit anteq̄ ad cācellū chori puenerit: aut statim a demone captus insaniit: aut cadēs in pauimētū protinus vitā pdit. Nūc aūt dictū corpus Venetiis in monasterio sancti zacharie quiescere ab eisdē loci sororibus perhibetur.

¶ De sancto Epiphanio epo. Cap. clvii.



Epiphanius episcopus salamine: q̄ ciuitas est in insula Cypriorum: tp̄ibus Honorii et Archadii imperatorum floruit: vt dicit i historia tripartita. vir hic summe extitit sanctitatis: et elemosynarū largissimus exhibitor. Qui cū oēm substantiā sui epatus pauperibus erogaret: et nihil petētibus denegaret. Deficientibus pecuniis oiconomus ecclesie murmurabat. Subitoq; eidē vir astitit: sacculūq; magnū multa plenum pecunia corā eo deposuit: nec tñ quis esset: aut vñ venisset explicauit: et repēte discedēs nusq̄ comparuit. ¶ Duo paupperes volētes beatū virū arte deluderent: vt aliqd eis vberius daret: ipso iter agēte talē fictionē inuenerūt: vt vnus eorū se supinū in terra psterneret: alter vero ipsum quasi mortuū defleret: et q̄ se non habere vnde eū sepeliret pretenderet: sicq; Epiphanio necessaria pro exequiis postularet. Cū aūt sanctus appropinquasset: et ille lachrymabiliter ab eo subsidiū pro tumulādo socio petiuisset: eps illū super morte comitis benignius cōsolatus: et necessaria pro sepultura largit̄. Quo discedēte: dū ille sociū vocans pulsaret vt surgeret: quatenus de questu bonū sibi conuiuium prepararēt: qui se prius mortuū finxit vere defunctus apparuit. Tūc socius post epm currēs casum ei nunciauit: et de cōmisso pn̄iam egit. Sanctus aūt cū defunctū suscitare potuisset noluit ne tali occasiōe ministri dn̄i facile deludant̄. ¶ Sapiētia et doctrine suauiloquio admodū claruit. Aduersus oēs hereses libros cōposuit. Aliaq; multa opuscula: que vt Hieronymus dicit ab eruditioribus propter res: a simplicioribus propter verba legunt̄. Hec hiero. de viris illustribus. Qui etiā in pace spiritū bona tradidit senectute. iiii. idus maii.

¶ De sancto Dionysio cōfessore. Cap. clviii.



Dionysi⁹ cōfessor

patruus fuit sancti pancratii martyris: de quo superius dictum est: qui a btō Cornelio papa sacri fontis vnda pfusus: eodē die quo ⁊ nepos pācratius passus est anno sequēti eius martyrii pcedente in xpi noīs sancta cōfessiōe feliciter obdormiuit: vt Ado in martyrologio insinuare videt: vz iiii. idus Maii.

¶ De festiuitate sancte marie ad martyres. Cap. clix.



Festiuitas sancte

marie ad martyres a Bonifacio papa. iiii. instituta est ppter tēpli pātheon rome dedicationē: Romani em̄ cū toto orbi dñarent: non solum oim puinciarum simulacra in vrbe habebāt: quin poti⁹ fere singlis dñs tēpla singula cōstruxerant: tanq̄ qui eos cunctarū puinciarū victores et dños effecerant. Sed q2 oīa idola tēpli ibi habere nō poterant: ad maiorē lasciuie sue ostentationē vnū templū ceteris mirabilius ⁊ sublimius in honorē oim deorū erexerunt: ⁊ pātheon: qd̄ sonat oēs dii vocauerūt apan: qd̄ est omne: ⁊ theos deus. Pontifices em̄ idolorū ad maiorē populi deceptionē finxerūt qd̄ sibi a cybele quam omniū deorū matrē vocabāt fuerat imperatū: vt si de oībus gentib⁹ vellent victoriā obtinere sibi ⁊ filiis suis scz dñs oībus templū magnificū fabricarent. Fundamētum ergo ipsius tēpli sphericū iacit: vt ex ipsa forma deorū eternitas demonstraret. Denīq ⁊ pinā eneā deauratā fabricarūt: ⁊ eā in summitate collocarūt. In qua vt aiunt oēs prouincie mirabiliter erant sculpte. Hec autē pcedente tpe inde cecidit: vnde in summitate apta remansit. ¶ Tēpore igr̄ phoce imperatoris cū iā dudū roma fidē dñi pcepisset: Bonifacius papa quart⁹ predictū tēplū a phoca cesare impetrauit ⁊ oim idolorū eliminata spurcitia ipsum in honorē beate Marie virginis ⁊ oim martyrū cōsecrauit tertio idus maii: locūq ipsum sancte marie ad martyres appellauit: qui modo sancta maria rotunda vocat a pplo. Nōdū em̄ cōfessorū solēnia ab ecclesia agebant. Sicq in vrbe roma ipsum diē in honore oim martyrū celebrari in ipsa ecclesia ordinauit. Vt sic tēplū qd̄ fabricatū fuerat oīb⁹ idolis: tūc dedicatū esset oīb⁹ sctīs: vt exclusa multitudine demonū celebraret multitudo sctōx. Sic q̄z extūc rome i eo loco festū illō vsq hodie celebrat. iii. id⁹ maii.

¶ De sctō Bonifacio papa primo ⁊ cōfessore. Cap. clx.



Bonifacius papa

hui⁹ noīs prim⁹ zozimo pape in epatu romano successit. Et sedit annos tres: mēses octo: dies vndecim. Hic natiōe roman⁹ ex patre iocūdo presbytero vrbis: sub cōtentione cū eulalio ordinat vno die. Eulali⁹ q̄ppe ordinat in basilica cōstantiniana. Bonifaci⁹ aūt in basilica Iulii. Et fuit magna dissensio i clero. audiēs hoc placida augusta cū filio suo valētiniano imperatore dū sederēt rauēne retulit hoc honorio augusto mediolani residēti. Tūc ambo augusti missa authoritate pceperūt vt ambo exirent de ciuitate. Qui cū pulsi extitissent tādē vtriq augusti bonifaciū ad vrbē reuocauerūt. ⁊ eū pōtificē cōstituerūt. ¶ Hic cōstituit vt nulla mulier aut monacha vasa sacrata vel palliā altaris cōtingeret: aut lauaret: nec in ecclia incēsum poneret. Et vt seru⁹ aut curie obnoxi⁹ nō fieret cleric⁹. Hic fecit oratoriū in cimiterio sancte felicitatis: ⁊ ornauit sepulchrū ei⁹. Hic aūt breuissimus pēna pietate clericos aluit: pauperes fouit: ⁊ cūctos honoras fuit mitissim⁹ i dieb⁹ suis sup oēs homines ⁊ mitericors: vnde ab omnib⁹ amabat. Et sepultus iacet in ecclesia sancti Petri.

¶ De sancto bonifacio papa. iiii. Cap. clxi.



Bonifacius papa

hui⁹ noīs. iiii. natione marsorū ex patre iohe medico bonifacio pape tertio imediate i epatu romano successit: ⁊ sedit annos septē: menses. viii. dies. xiii. Hic obtinuit ab augusto phoca imperatore: vt ecclesia bti petri apli caput esset oim ecclarū: q2 constantinopolitana caput oim se scribebat. Hic etiā obtinuit dari ecclie tēplū qd̄ ab antiqs in vrbe pātheon vocabat: vt supra dictū est. Qd̄ ipse ablatis idolelatrie sordib⁹ cōsecrauit in honorē dei genitricis marie ⁊ oim martyrum xpi. Eiusq die consecrationis solēnitatem in vrbe cōstituit celebrandam. Aliaq multa laudabilia opera fecit. Et hic sepultus est ad sanctum petrū apostolum. ⁊ cessauit epatus menses septem: ⁊ dies. xxv.

¶ De sancto Seruatio epo ⁊ cōfessore. Cap. clxii.



Seruati⁹ eps traiectēn.

tpib⁹ Hieronymi ⁊ Ambrosii doctorū claruit. Hic ppinqu⁹ saluatori sm carnē extitit. Fuit enim fili⁹ filii Eliud fratris Elizabeth et filii Hesmerie sororis sctē Anne matris dñe nostre: ⁊ sic Eliud ⁊ Elizabeth mater baptiste btē virgis fuerūt cōsobrini scdo vz cōsanguinitatis gradu. Emiu pro pater Seruatii ex vna parte: et xps ex altera filii cōsobrinarū extiterūt tertio gradu. Sicq si xps filium habuisset cū Seruatio: fuissent quarto gradu ex cōsobrinis nepotes. Mater vo sancti Seruatii vxor Emiu vocata est Memilia. Natusq est in oppido phestia ad austrū Armenie terre hebreorū in regione psidis: quo decē trib⁹ israel trāslate fuerant. Qui adhuc existēs infantul⁹ loca sacra hierosolymis visitauit: ⁊ in sctis pseuerans operib⁹ ad pōtificat⁹ ordinē ascendit: deinde ab angelo monit⁹ abiit ad octauiā ciuitatē Galliarum sitā in littore oceani ad pdicandū vbū dñi eodē angelo sibi duce: ad quē locū deueniens reperit septuaginta duas cōgregatiōes inuicē diuidētes: ⁊ q̄ segregatim cōuenerāt p epo ipsius vrbis eligendo: cuius sedes p septēniū vacauerat post obitū epi valentini: que ad extrema deueniēs diuino spū ei⁹ mādauerat ne nunc eligendū: nisi diuina reuelatione certis oim electio aliquē nominasset. Hec autē Seruati⁹ audiēs dū pro eorū cōcordia añ altare deū orans pcūberet: angel⁹ eidē apparēs baculū sctō pastoralē tradidit: ⁊ sic repente in ipm oīs pplus cōuenit. Fact⁹ ergo epus tāte grē fuit: vt patria lingua pdicans ab oībus natiōib⁹ suo idiomate vba ei⁹ pciperent: multorūq miraculorū glia claruit. Nā ciborū ei⁹ reliquias egri qui cūq gustassent: aut pedes vel mon⁹ deosculātes cōtinuo sanabant. ¶ Post aliqd̄ vo tps emulatione ciuiū a ciuitate pulsus venit traiectum: Ibiq iuxta bti petri ecclesiā tuguriū edificās penitētie opibus vacabat: vbi sibi p visum a dño reuelatū: hunnorū gētes galliarū vrbes ⁊ marie octauiā euersuras: quā visionē octauiā accedens dū pplo nūciasset: illi eum contemnētes ne ppter peccāta ipsum cōmissum hec sibi futura cōtingerent: seruatiū p impetranda venia nūciū ppli ad sedē aplicam delegarunt. ¶ Qui veniens traiectum lapidē altaris pulcherrimum trabe ruente confractum digito super scissurā deducto reintegrauit. In

deoqȝ romã accessit: vbi cũ in festo dominice annunciationis in ecclesia beati Petri oraret pro populo apostolorũ princeps sibi in somnis apparuit: galliãqȝ diuinã euadere nõ posse sententiam propter eorũ peccata reuelauit. In cuius testimonium clauẽ argenteam ei dedit: quam ille euigilans in manu reperit: ⁊ ppetuo ꝑ reliquiis reseruauit. Cũ autẽ reuerteret egressus Romã a gothis capitur: qui tũc italiã deuastabant. Cui ꝑ noctem angeli cũ luce nimia in custodia apparuerũt: eũqȝ solutum dimiserunt. Cum autẽ die altero a gothis torquendus quereretur in carcere clauso non inuenitur. Reperitur tãdem ab ipsis solutus in quodã campo sopitus cui aquila grandis insidens: altera alarum eum a sole obumbrabat: alteram mouens quasi flabello auram ei ventilabat. Quod gothi cernentes ⁊ stupentes illũ in pace dimiserunt. ¶ Veniens autem in terrã vagionũ cũ siti affligeretur: digito signo crucis in terram facto fons aq̃ de humo scaturijt: ⁊ exinde vsqȝ in presens nunq̃ defecit. ¶ Degens colonie apud sanctum seuerinũ cũ oraret a consocio sup caput eius ignis columna cõspicitur: que nimia celeritate celũ pgreditur. ¶ Apud metensem vrbem celebrans facies eius solis claritate refulsit. ¶ Reuersus ergo octauianẽ: que viderat referens sanctorum reliquias ⁊ vasa sacra vna cum populo traiectum transtulit pesti superuenture reseruanda. Et cũ in itinere fessus quiescere vellet: nec sedem paratam haberet: terra tumens in modum puluinaris se extulit: vbi ⁊ sedẽdo quieuit. Sicqȝ ibidem vsqȝ in p̃sens manet. Diem obitus sui presciens celebrata missa populũ sacris exhortationib' diuciũ admonuit: cui angel' assistere visus fuit. Et cũ diuti' orasset luce conspicua instar solis radiãs ꝑ tres horas protegẽte emisit spm̃. iiij. idus maij. q̃ tunc dies pẽthecostes occurrerat. Cui' corp' memorato quo supra tẽpore in ecclesia traiectẽ. sepultũ est: vbi infinitis ⁊ admirãdis signis effulget. ¶ Inter q̃ cũ prius in via publica sub diuo sepultus diuti' mansisset cũ tpe hyemis oĩa in circuitu nix repleret: nunq̃ sepulchrum eius tetigit: donec industria ciuiũ basilica sup ipsum edificata est. ¶ Re vera de isto sancto singularis annorũ longeuitas reperit: q̃ si vera sunt q̃ de ipso scribunt ꝑter cõem modernũ nature cursum vita eius ꝑ annos vltra. ccc. cõcluditur adeo fuisse mirabiliter ꝑlata. Si em̃ diligenter tpa cõputent seruatoris vel xp̃o fuit cõtẽporaneus: vel si post ei' ascensionẽ natus nõ potuerũt vltra annos. lx. elapsos fuisse: vel ad plus. lxx. Quod si ambrosio ⁊ hieronymo cõtemporaneus extitit illos circa annos dñi cõstat. ccclxx. vel circa floruisse. Et sic seruatum ad etatem quam diximus peruenisse. Qđ si quis legendã seruatij de mẽdacio accuset nouerit eam tpe henrici quinti imperatoris a celestino papa. iij. in publico cõsistorio authenticatã vbi oĩa que dicta sunt approbata fuerunt.

¶ De sancto Hilario abbate. Cap. clxiij.



Hilarius abbas tpe Theodorici regis Lõgobardorũ claruit. Hic de tuscia oriũd' dũ puerulus epistolas pauli legeret diuino pñ inspirat' ⁊ a seniore de vita solitaria informat' annorũ. xiij. relicto seculo deũ orauit vt eũ ad locũ duceret: vbi solitarius deo seruire posset. Cui angel' dñi apparuit: ipsumqȝ de vrbe roma vbi habitabat eduxit: ⁊ vsqȝ ad montem emilie ei ductor extitit. Ad cuius radices vno miliario fluui' decurrebat: vbi in sanctitate vite deo soli vocare cepit: adeoqȝ pfecit: vt intra triennũ in vertice montis ecclesiã cõstrueret: in seruisqȝ speliicã habitaculis sue locaret: ac de labore manuũ victum acquireret. Sicqȝ annorum existens viginti summum perfectionis apicem vite regularis attigit. Eodem tẽpore Olibri' quidã nobilis ciuis rauennas a demonio oppressus est clamãte ꝑ os ei' inmundo spiritu qđ a nullo inde nisi ab hilario eijci posset. Et designato loco ⁊ viri ei ducis duci' est Olibri' ad virũ dei: quẽ sibi in ecclesia obuiatum confestim ab obsessione liberauit: ⁊ ad christũ conuertit. Quẽ quidã Julian' presbyter casu illac trãsiẽs cũ vxore ⁊ omni familia ꝑmiscui sex' numero. xc. baptizauit. Et post triduũ vxor eius custãtia a seculo migrauit. Olibrius ꝑo oibus pro xp̃o erogatis cũ filijs suis Julio ⁊ Eunomio monachus sancti hilarii fact' est: qui ⁊ cenobiũ hẽdis ditauit: vbi ⁊ magna monachorũ multitudo breui tpe excreuit: quibus sanct' deo viuẽdi regulam ordinauit. ¶ Cũ autem ad instantiã quorũdã emulorũ dicentiũ hilariũ cũ socijs inobedientes regijs mãdatis: theodoricus rex milites suos misisset ad monasteriũ spoliandũ: illi biduo ꝑ deuia montium oberrantes ad id minime venire potuerũt. Quod rex audiens personaliter illuc accessit: ⁊ dũ equo insidẽs curiã introisset. Equus eqȝ diuciũ stimulat' vlteri' pcedere non posset: tandẽ regem ad terrã deiecit: nec ipse: nec iumẽtũ inde se mouere valuit. donec rex penitẽs a sancto veniã cũ liberatione pcepit. ¶ Inter cetera vero regule mandata fratres de collectis frugib' gustare non audebãt nisi ea prius abbati offerebãt. Quidã vero frater immaturam vuã conspiciens tentatione pulsatus ipam expetiit: ⁊ ab abbate gustãdam obtinuit. Sed vt racemum capere voluit serpentem in manu sua inuenit: quẽ abijciens sancto nunciauit. Ille vero vbi demonẽ esse cognouit per caudã ad ecclesiã traxit: ipsumqȝ humana voce loqui cõpulit quod fratrẽ ad hoc desiderio gustus tentauerat: ⁊ si gustasset ipsũ de monasterio recedere fecisset. Quo dicto serpens crepuit ⁊ demon euanuit. Anno autem etatis sue. lxxxij. apparente sibi angelo ⁊ suũ obitũ post triduum predicẽte: loculũ sibi parari iussit quasi passibus centum longe ab ecclesia sua: vbi ⁊ quiescens in pace conditus est tertio idus Maij.

¶ De sctõ Mutio marty. Ca. clxiiij.



Mutius presbyter ⁊ martyr: primo in amphipoli ciuitate detentus multisqȝ penis atqȝ cruciatibus pro christi confessione affectus. Postea bizantiũ que nunc cõstantinopolis dicitur vsqȝ perduct' capitali sententia occubuit tertio id' Maij: vt dicit ado in martyrologio.

¶ De sancto Bonifacio martyre. Cap. clxv.



Bonifaci' martyr passus est apud tarsum Cilicie ciuitatem tpibus diocletiani ⁊ maximiani imperatorũ sub preside supplicio. Hic cũ esset seruus ⁊ procurator rerũ cuiusdã nobilissime matrone nomine aglaie in vrbe roma: hõqȝ ebriosus ⁊ adulter ac vitijs deditus ⁊ cum ipsa ei' dña diuciũ in stupro misceret: hospitalitati tñ ⁊ operib' misericordie intendebat. Tandẽ vtriqȝ diuino nutu cõpuncti cõsilium habuerũt vt ad requirendas martyrũ aliquorũ reliquias bonifacius mitteretur ad partes cilicie vbi christianorũ ingẽs psecutio fiebat: qua tenus vtrqȝ eorũ orationibus martyrũ saluari mererentur. Erant em̃ vtrqȝ christiani. Bonifacius autem recedens dixit domine sic quasi pphetico spiritu inspiratus: vt si euenire posset ad emendũ corpora martyrũ secũ deferret. Sin autem ipsa corp' suum martyris nomine susciperet. In ipso autem itinere martyr christi a carnibus ⁊ vino abstinuit propter martyrum reuerentiam: quorum corpora tractatur' erat. Perueniẽs igit cũ duodecim equitib' ⁊ tribus vehiculis ad ciuitatem

tarsum cõuersos licẽtiauit: vt irent ad hospitia ꝓcurā-
da: ipse vero ad vidẽdos martyres festinauit. Inuenitq
aliū pedibus suspensum igne supposito: aliū in qua-
tuor lignis extẽtum ⁊ diutius cesum: aliū vngulis exara
tum: aliū manibus abscisum: aliū lapide in collo suo a
terra leuatū. Et sic p diuersa supplicia eos a carnifice
cruciari. Qui cū magnū deū martyrū acclamaret: ⁊ co-
rū se pedib⁹ prosterneret: ac illos in dn̄o cõfortaret: a iu
dice tent⁹ ⁊ interrogatus se xp̄ianū viua voce professus
est. Quẽ Supplici⁹ preses iussit suspendi: vsq ad ossiū
nudationẽ radi latera ei⁹. Deinde calamos acutos sub
vnguib⁹ manuū ei⁹ configi: ⁊ post hec in os ipsi⁹ plum
bum liquefactū infundi. Et cū in his oib⁹ gratias age-
ret: multi ex gẽtilib⁹ ꝯuersi furentes arā idoli destruxe-
runt: ⁊ presidẽ lapidare voluerūt. Qui timens furorem
populi vsq in crastinū inde secessit. Die vero sequẽti bo
nifaciū sibi presentatū in cõfessione persistentẽ iussit in
ollam bullienti pice repletam verso capite iactari. Sed
ab angelo ꝓtectus illesus permāsit: olla quoq sicut ce-
ra liquefacta multos de astantib⁹ incendit. Tunc iussit
preses: vt gladio caput eius absciderent. Quo facto terre
motus magn⁹ factus est: ⁊ multi ad xp̄m cõuersi sunt.
Cõserui vero Bonifacii cū vndiq perquirerent: puta-
bant cū in taberna aut in adulterio lasciuire. Et obuiā
tes vni ex cõmentariẽsibus: querebāt cū an vidisset ro-
manū aliquẽ peregrinū: datisq signorū indicijs: ille eis
denūciauit ipsum die precedẽti vitā martyrio sic finiuisse: ⁊ deducensq eos ad locū ⁊ ostẽdẽs eis caput ⁊ corpus.
Quẽ illi bonifaciū cognoscẽtes admirati: ⁊ ꝑcio corpus
redemerūt: ⁊ vngentes illud aromatibus posuerunt in
vno vehiculorū: ⁊ reuersi sunt deū collaudantes. Ange-
lus autẽ dn̄i apparuit Aglaie olim dn̄e sue: ⁊ rẽ gestā bea
ti martyris indicauit eidẽ. Que reuerẽter sancto corpo-
ri obuiauit: ⁊ eiq ecclesiā fabricās quinto stadio ab vrbe
illud ibidẽ honorifice cõdidit. Qui passus est pridie id⁹
maii. ¶ Post hec aglaia mundo abrenūcians oẽm suam
familiā manumisit: ⁊ oia pauperibus ⁊ ecclesijs eroga-
uit: sumptoq habitu sanctimoniali ieiunijs ⁊ orationi-
bus omnibus diebus vacauit: miraculorum quoq si-
gnis effulsit: ⁊ exinde annis .xiij. superuixit. Sepulta apud
prefatum martyrem operibus pijs consummata.

¶ De sancto Bonifacio episcopo. Cap. clxxj.



Bonifaci⁹ episco-
pus ferentinus: dū adhuc puer cum
matre habitaret egressus hospitium
sepius sine linea vel tunica redibat:
q: mos vt nudū aliquẽ videbat se ex-
polians illum vestiebat ⁊ ex hoc cum
mater sepius minis ⁊ verberib⁹ affli
geret. Die quodam mater horreum
intū ingressa granum qđ p toto an-
no parauerat reperit a puero paupe
ribus distributū. Cumq ex hoc se pugnis alapisq cõ-
tunderet: puer horreum ingressus in quo parum grani
remanserat matrem aliquantulū exire rogauit: ⁊ fusa
oratione matrem ad horreū reduxit: quod plus ꝙ pri-
mitus tritico plenum repertum est: materq viso mira
culo compuncta: exinde cepit vberes elemosynas lar
giri. ¶ Cum autem gallinas plures nutriret: die quo-
dam vulpes gallinam asportauit. Puer autem cõcitus
ecclesiam intrauit: ⁊ oratione fusa vulpes rediit: gallinā
quam tenebat dimisit: morteq ante oculos pueri expira
uit. ¶ Procedente igitur etate cum in moribus et san-
ctis operibus proficeret: ad episcopatum ferentine ciui
tatis electus est. Cui ecclesie grauis paupertas inerat:
q: vnam tm̄ vineam habebat. Que dn̄i quodā tpe grādi
ne ita vastata esset: vt vix in ea parui rariq racemi re-
mãsissent: ille tpe vindemie cõstātio presbytero nepoti
suo iussit: vt cuncta vini vascula more solito prepararet.
Qui h' mirat⁹ vñ ipleri debuissent: iussa tñ epi ɔpleuit.
Bonifaci⁹ ergo calcatoriū cū solo puero ingressus mo-
dicos racemos puerū calcare iussit: ex qb⁹ modicū vini
defluxit. Qđ ipse in paruulo vase suscipiẽs cepit in cun-
cta vasa diuidere: vt vix eo infusa viderentur. Uocato
quoq nepote ꝑsbytero pauperes adesse mãdauit. Sta-
timq vinū adeo in calcatorio excreuit: vt oia vasa pau-
perū replerent. Quo facto egressus apothecam clausit
⁊ signauit. Tertio vero die oratione ꝑmissa cū cõstātio
rediit: ⁊ vasa in qb⁹ modicū vinū infuderat: vbertim vi
nū fundentia inuenit: ita vt pauimentū infusum esset si
episcop⁹ tardi⁹ intrasset. Super quo miraculo ipse ne-
poti sub anathemate silẽtiū imperauit. ¶ Uocatus se-
mel a fortunato presbytero ad festū sancti proculi mar-
tyris celebrādū accessit: peractaq missa ad refectionem
intrauit: vbi quidā ioculator cū simia ludente assistit: ⁊
cymbala percutere cepit. Qđ vir sanctus dedignans fle
uit: virūq illum moriturū prenunciauit. Finitoq con-
uiuio cum ille postꝙ comederat domū quereret paulo post
saxū de tecto corruit: ⁊ ipsum repẽte percutiens extinxit.
¶ Alio tpe nepos eius predictus constantius presbyter
equum suum aureis .xij. vendidit: ⁊ ipsos concito pa-
truo in archa reposuit. Cumq subito pauperes p ele-
mosyna conuenissent: ⁊ ille quid eis daret penitus non
haberet: absente nepote archam violenter aperuit: ⁊ .xij.
aureos inter pauperes cõdiuisit. Reuersus igitur pres-
byter cum ea que gesta fuerant reperisset: magnis cla-
moribus pecunias suas repetere cepit. Quem cum pa-
truus placare non posset ecclesiam ad intrationem ad
deum fecit: pallium suū extendit: ⁊ subito in eo aureos
.xij. fulgentes conspexit. Egressus quoq illos in faciem
presbyteri proiecit: dicens ei quod non habebat ampli⁹
quid quereret: sed tamen propter auaritiam suam epi-
scopus non esset. In qua protestatione se nepotis secre-
ta cognouisse: ⁊ spiritum habere prophetie demonstra-
uit. Ille enim pro adipiscendo episcopatu pecuniā pre-
parauit: sed tamẽ in presbyteratus officio vita excessit.
¶ Die quodā duo gothi apud eū hospitati sunt: qui ra
uennam pergebant: quibus ille paruum vini flasculum
manu sua prebuit: quod fortasse in vno prandio consu-
mere potuissent. Ex quo illi duo gothi continue biben
tes vsq rauennam peruenerunt: diebus ibidem pluri-
bus commorari idem vinum sibi diuinitus abundans
in vsum quotidie habuerūt. Et cum eodem poculo ad
patrem redierit. Ingressus semel hortum magnā eru-
carum multitudinem olera comedentium reperit: qui-
bus in christi virtute mandauit vt statim recederent: ⁊
olera sua decetero non consumerent. Que omnes ad vi
ri dei verbum confestim sic inde egresse sunt: vt ne vna
quidem infra horti spacium remaneret. Sicq vir do-
mini plenus virtutibus in pace quieuit.

¶ De sanctis Felice ⁊ fortunato marty. Cap. clxxij.



Felix ⁊ fortunatus
fratres ex ciuitate Vicētia orti tempo
rib⁹ diocletiani et maximiani impera
torum apud vrbẽ aquileiam passi sunt
sub euphemio preside. Qui cū ad pre-
fatam vrbem deuenissent: ⁊ omnes a-
tẽplū iouis pro sacrificijs inuitarent:
Felix ⁊ fortunatus germani a quodam
apamio de xp̄ianitate sibi delati sunt.
Quos ille ferro vinctos ante se duci fe
cit: ⁊ eos ad deorū immolationes hortari cepit. Et cū
in xp̄i cõfessiõe cõstātes ꝑsisterēt: iussit eos ꝓ ses fustib⁹
cedi. Deinde i equuleo suspẽsos lāpadib⁹ adhibitis cir-
ca latera inflāmari. Et post hec extẽdi supinos: ⁊ ferueñ-
tes oleū sup vẽtres eorū ꝑfundi. Et dū in his oĩbus gra
tias agẽtes psallerẽt deosq gẽtiliū viri demonia cõfuta-
rent: mandauit preses illos capitalem subire sententiā.
Educti ergo extra ciuitatis muros postꝙ breuem ora-
tionẽ fudissent: dato sibi inuicem pacis osculo decollati
sunt. Quorū corpora a fidelib⁹ nocte surrepta aromati-
bus cõd[illegible]ita sunt: vt sepulture traderẽt. Interea xp̄o cuncta

corū et vicentia illuc aduenietes ad ciuitatē sue originis corpora deferre volebāt. Aquileienses vero contradicebant. Tandē ꝓpter metū paganorū adinuicem cōuenerunt: vt fortunati corpꝰ vincētie secū ferrent: felicis vero aquileie remaneret. Qui passi sunt pridie idus maii.

Ⲥ De sanctis Victore ⁊ Corona mar. Cap. clxviii.




Victor martyr ⁊ corona sub Antonio imperatore in syria passi sunt. Qui victor cū ignē ⁊ verbera: venena: equuleū vngulas: atq₃ ardētes lāpades superasset: ⁊ in ipsis oībus in xp̄i cōfessione immobilis redderet. Corona cū esset vxor cuiusdam militis: ⁊ cepisset sanctū victorē beatificare ob martyrii cōstātiā: vidit duas coronas de celo lapsas: vnā victori: et alterā sibi missam. Cūq₃ hec cūctis audientibus protestaretur: ipsa qdē inter arbores duas secta per medium: victor quoq₃ decollatus est. Sicq₃ martyriū suū cōsum mauerūt in pace: pridie idus maii. Hec ado in martyrologio suo sumpto a beato hieronymo.

Ⲥ De sancto Pontio ep̄o ⁊ martyre. Cap. clxx.



Pontius episcopꝰ et martyr: tēporibus valeriani et gallieni sub claudio preside in Galliis ciuitate cumella passus est. Huiꝰ pater marcꝰ noīe: vrbis rome senator. Mr̄ quoq₃ iulia nobilissima fuit. Que cū ipsum adhuc in vtero gestaret: templū iouis ingressa est: vt cōceptionis munera offerret. Tūc sacerdos idolorū immundo spiritu vexatus clamare cepit filiū ex iulia nasciturū magnū iouis tēplū destructurū. Qđ mr̄ audiēs corpus sepiꝰ lapidibꝰ tūdebat: vt fetus in vtero deperiret. Sed dei gratia illesum puerū cōseruauit. Cū aūt natū infantem mr̄ perimere vellet: a patre ꝓhibita est. Et dū puer esset: ⁊ ad scholas philosophorū accederet: audiēs die quadā xp̄ianos psallētes. Simulacra gētiū argentū ⁊ aurū ⁊c. Verborū veritatē meditat: ad sanctū pontianū papā ingredit: et ab eo vna cū quodā eiꝰ collega i fide instruit: ac in xp̄i noīe baptizat. Qui matre in gētilitate defuncta: patrē cōuertit ad xp̄m. Eoq₃ mortuo in locū eiꝰ dignitati senatorie surrogat. q̄ ⁊ duos philippos imperatores patrē. s. et filiū ad fidē cōuertit. Deinde dignitate relicta accessit ad gallias predicādas: ⁊ in ciuitate tumella ep̄s factus est. Tandē a claudio p̄side p fide xp̄i tenet: ⁊ in equuleo leuat: vectibusq₃ impositis diudū torquet: ⁊ equuleo repentino tonitru destructo in amphiteatrū ducit. et duobus vrsis ferocissimis nudus exponit: q̄ eorū venatoribus interfectis ad pedes sc̄i martyris ꝓcubebant. Inde iubēte p̄side igne circa eū accenso vt crepatet: flammas amp... atri cōburit: ipse vero oīno intactus ab igne ꝓducit. Dū aūt ad tēplū iouis immolaturꝰ adductꝰ esset: tēplū cū idolo i puluerē redactū est. Sicq₃ mādato p̄sidis ibidē capite trūcat. Et subito claudiꝰ in furorē versus linguā sibi dētibꝰ corrosit: ⁊ oculi Anubii assessoris ⁊ i passiōe pōtii ꝯsultoris de capite eiꝰ auulsi sunt. Cuius corpus ibidē a valerio comite sepultum est pridie idus maii.



Ⲥ De sc̄tō Barbaro martyre. ca. clxx.

Barbarꝰ martyr passus est i ciuitate mutbonis sub iuliano imperatore: q̄ cū abiisset in regionē Francorū ꝯtra hostes imperii habēs ducē militie noīe bacchonē: ⁊ ille victoriā obtinuisset: in ipo bello Barbarꝰ martyr ⁊ xp̄ianꝰ miles fuit: q̄ strenue ⁊ viriliter se gessit: qđ imperator audiens: comitē illū fecit. Post hec dū Fraci peterent singulare certamen: Baccho dux barbarum cōtra fracorū athletam misit. Qui protegēte se angelo in xp̄i noīe aduersariū in duello occidit. Sicq₃ Franci a bacchone ⁊ romanorū exercitu fugati expugnantur. Cū autē baccho barbarū ꝓpter habitū triūphū ad deorū sacrificia inuitaret: ⁊ ille se xp̄ianum assereret: baccho hec imperatori nūciauit: qui barbarū detentū ⁊ immolare recusantē: dicentēq₃ se a beato cyriaco baptizatū nulla ratione posse deos gentiliū adorare. Fecit ipsum iuliauus suspendi: ⁊ gladio ventre eius tādiu radi donec interiora oīa defluerēt. Sz orāte sancto ab angelo gabriele sibi apparente interiora eiꝰ visibiliter collecta in ventre eiꝰ reposita sunt: ⁊ scissura eiꝰ cōsolidata: ipseq₃ depositus permansit incolumis. Quo viso miraculo bacchus cū duobus militibꝰ. s. callimacho ⁊ dionysio conuersi sunt: ⁊ in xp̄i cōfessione iubente iuliano decollati: deinde sanctū martyrē fecit rote ferree alligatū circunduci igne supposito ⁊ oleo superfuso. Martyr autē orās permāsit inustus: flāma quoq₃ erūpens duos ex gētilibus interfecit. Ⲥ Post hec in carcerē barbarus mittit: sed apparēte sibi dño cōfortat. Mane aūt facto educitꝰ in quatuor lignis extendit: ⁊ neruis taurinis ante et retro ceditur: deinde caminus in tres dies incendit: vt in eū immitteret: in quo martyr xp̄i septē diebus incōbustus oīno permansit: ⁊ ex eo quasi ex suaui balneo prosiliuit. Missus est postmodū in carcerē scorpionibꝰ ⁊ serpentibus ibidē iniectis: quos oēs ab eis intactꝰ signo crucis effugauit. Inde in boue eneo succenso fecit eū imperator includi: sed ipse ab oī exustione immunis ꝑmāsit. Bos aūt vti viuus calorem sentiret mugire ⁊ ambulare cepit. Ad qđ miraculū multi cōuersi sunt. Nouissime p̄o iubēte iuliano capite cesus est. Cuiꝰ corpꝰ ab ep̄o felicio in ciuitate mutbonis sepultū est pdie idꝰ maii.

Ⲥ De sancto Pacomio abbate. Cap. clxxi.



Pacomius abbas vir doctrine et apostolice vite egypti cenobiorum fundator fuit. Hic apud thebaidē mira sanctitate cōspicuus: in speluncā diu latitās ab angelo monitus ad fundationē monasteriorū accessit: regulā quoq₃ eis aptam angelo dictāte cōposuit: atq₃ famis ⁊ traditionis deo viuendi eidē concessit. In horū aliquo monasteriorū aliqñ septē milia monachorū erant. Sed ⁊ maximū et precipuū in quo erat pacomius habebat. In quo mille quingenti monachi deo seruientes degebāt: diuersisq₃ ministeriis ꝓpriis manibus laborabāt. Indeq₃ victū sibi ⁊ pauperibus acquirebant. Ⲥ Apparuit ei die quadā diabolus in specie elegātis femine: vt ipsum de carnis tētatiōe pulsaret. Sed ab illo cognitꝰ diuina virtute cōpulsus est multa vtilia sibi edicere ad tentationes euitandas. Indeq₃ ab eo signo crucis effugatur. Huic etiam christus spinis coronatus apparuit. Multiplicationes cenobiorum ⁊ monachorum egypti et inde eorundem desolationes propter hominem peccata predicēs. Quieuit autem in christo sanctus pr̄ anno. ix. archadii et honorii imperatorum: etatis vero sue ex. vt ait Sigibertus. pridie idus maii. Ⲥ Hic sanctꝰ preter regulam quam angelo sibi dictante cōscripsit: vt dictum est: ad collegas prepositure sue diuersas multarū virtutum scripsit epistolas: videlicet ad abbatem cornelium vnam. Ad abbatem syrium vnam. Ad omniū monachorum prepositos vt in vnū conuenientes paschalem diem celebrent vnam. Similiter vt ad diem remissionis que mense augusto agitur fidem congregentur vnam. Item ad fratres qui foris monasterium operari missi fuerāt: vnā. Hec gēnadius de illustribus viris.

Ⲥ De sancto Pacomio confessore. Cap. clxxii.



Pacomius monachus in scythia fuit. Ad quē venit heraclides grauī carnis tentatiōe pulsatus. Qui ab codē iam septuagenario audiuit qḋ per annos .xij. huiusmodi tentationem nunq̄ deprimere potuerat: vnde quasi desperatus se nudum fere deuorādū proiecerat: sed illesus diuinitus ad cellā redierat. Cui diabolus apparuit in specie puelle pulcherrime super genua viri sancti procumbens. Quā vt ipse manu in faciē percussit: confestim euanuit: sed biennio sibi fetor in manu permansit. Inde aspidē verēdis apposuit vt se morderet: et sic tētationē fugaret: sʒ illesus pmanēs a spente a dño cōfortat⁹ est. Et sic in sancto proposito pseuerauit. Hec heraclides. Quieuit in domino pridie idus maij.

¶ De scō Theodoro abba. Ca. clxxij.



Theodorus pacomij abbatis successor: insignis sctitate et doctrina spectabilis in libro de collationib⁹ patrū a cassiano edito multimode cōmēdat q̄ post ipʒ et⁹ successor mōasteria sua l timo pfectionis apice strēnue gubernauit. De concordia et vnitate: et de pmanēdo in pposito cordis et studij exhortatorias et elegātes ad alia monasteria plures epistolas scripsit: et miraculis clar⁹ in domino quieuit. Hec gennadius libro de viris illustribus.

¶ De sancto Orosiense abbate. Cap. clxxiiij.



Orosiensis monachus pacomij et theodori abbatū collega vir morū pfectione conspicuus: et in scripturis diuinis ad plenū erudit⁹ fuit. Qui librū edidit totı⁹ discipline monastice eruditiōis cōstructū: librū quoq̄ aliū totū plene testamētū vet⁹ et nouū iuxta necessitatē monasticā cōpēdiosis dissertionib⁹ exponētē: quē testamēti vice ppe excessum sui finē fratrib⁹ obtulit. Et sanctitate pollens in pace obdormiuit. Hec gēnadius vbi supra.

¶ Explicit liber quartus.



¶ Prologus quinti libri.

Quintus liber presentis catalogi cōtinet passiones ac gesta sanctorū: quorū festiuitates eueniūt infra tp̄s in q̄ ecclesia rep̄sentat diuini verbi et ipsi⁹ ecclesie matrimonialē cōsummationē: et q̄ subsecutā nouim⁹ iugē liberorū p creationē et ppagationē: qḋ tp̄s fuit a die pēthecostes: et durabit vsq̄ ad seculi finē. Et ipʒ tp̄s representat ecclesia a festo penthecostes vsq̄ ad aduētum. ¶ In quo quidē tp̄e pⁱmo tp̄ri matrimoniū cōsummatur: vsq̄ a pmisso penthecostes festo vsq̄ ad octauā corporis xp̄i. ¶ Scḋo ex ipso matrimonio spiritalis generatio ppagatur ab octaua corporis xp̄i vsq̄ ad aduētū. Ideoq̄ pⁱmo in hac vltima parte ponētur festiuitates sanctorū occurrentes infra tēpus illud in quo repsentatur diuini matrimonij cōsummatio. Et hoc in toto quinto libro presenti. Deinde subsequenter ponētur festa occurrentia infra tp̄s illud: in quo representat ex ipso matrimonio filiorum generatio et multiplicatio. Et hoc in .vj. vij. viij. ix. et x. subsequēt. h⁹ libris. ¶ Rursum in hoc tp̄e cōiugiū xp̄i et ecclesie consummat et pficitur. ¶ Primo pp̄ter spirituū vnionē que principalior esse dʒ. Hoc autē agit in ipso festo pēthecostes et p octauam in quo pmisso spūsctō in filios adoptionis effuso membra capiti spirituali cōpage cōnectūt. ¶ Scḋo etiā p corpor cōiunctionē q̄ ecclia representat in subsequēte eucharistie festiuitate vsq̄ ad octauā ipsi⁹. In quo celebratur memoria illi⁹ venerabilis sacri p cuius sumptionē fideles xp̄o etiā corpaliter copulāt. ¶ Et q̄uis istud tēpus iuxta fictionē p nos alibi positam nō deberet ptēdi nisi vsq̄ ad diē tertiū nonī Junij: vbi finiret octaua corpis xp̄i quādocūq̄ ipʒ festū sequeret duʒ pascha: vt supra descripsim⁹ videlʒ si pascha occurreret .xj. Kalē. Aprilis. Tamē illud tēp⁹ et per cōsequēs librū istū protēdimus vsq̄ ad natiuitatem sancti Joannis baptiste. Ex hoc triplici ratione. ¶ Primo quia festū corpis christi qḋ est vltimū inter festa mobilia aliquādo vsq̄ ad baptiste natiuitatē differtur et extēdi pōt. Secūdo vt liber iste ab aliis in sui breuitate nō multū discrepet/sed potius adequetur. ¶ Tertio vt subsequēs liber ab aliquo festo notabili incohetur. Ad huius ergo temporis festa perscrutanda procedendum est.

¶ Incipit liber quintus a penthecoste vsq̄ ad natiuitatem sancti Joannis baptiste.

¶ De festo penthecostes spiritussancti. Cap. j.



Penthecoste dicit a numero dierū qui a resurrectione dñi vsq̄ ad diē illuʒ transierūt: qui fuerunt dies .l. Nam penthe conta grece: latine sonat quinquaginta. Nam die quinquagesimo a resurrectione spiritussanct⁹: vt sacra actuum testat historia in apostolos in linguis igneis missus est: quod ad literam contigit idibus maij. ¶ Circa cuius missionem quatuor consideranda sunt: scilicet. Ex parte dei mittentis infusio gratiosa. Ex parte spiritus aduenientis inspiratio miraculosa. Ex parte cetus suscipiētis dispositio virtuosa. Et ex parte effectus subsequentis operatio fructuosa. ¶ Circa primum sciendum q̄ infusio gratiosa dei mittētis attenditur. ¶ Primo propter missionis liberalitatem. Nam adeo deus spiritumsanctum liberaliter misit: q̄ pater misit: et filius misit: et spiritussanctus etiā seipsum dedit. ¶ De primo Joannis .xiiij. Paracletus autem spiritussanct⁹ quem mittet pater ec. ¶ De secundo Joannis .xv. Si

autem abiero/mittam eum ad vos. ¶ De tertio Joannis.xvj. Cum venerit ille spiritus veritatis &c. Nam sicut dicit leo papa in sermone beate trinitatis/immutabilis deitas vna est in substantia:indiuisa in opere: concors in voluntate:par in omnipotentia: equalis in gloria. Diuisit autē sibi opus nostre redemptionis misericordia trinitatis:vt pr̄ ꝓpiciaret:filius saluaret:spūs sanctus igniret. Qr cū spūssanct⁹ de⁹ est:adō recte dr̄ seipsum dare. Misit aūt eū pr̄ oīpotēter:fili⁹ sapiēter. Ipse aūt spūs seipsz dedit beniuolēter. ¶ Scdo ꝓꝑ missiōis pluralitatē. ¶ Nā ipe spūssanct⁹ dat̃. Pr̄io inuisibiliter cum mētibus castis illabit̃. Joā.iij. Spiritus vbi vult spirat/et vocem eius audis:sed nescis vnde veniat/aut quo vadat. ¶ Scdo visibiliter cum aliquo signo visibili ostenditur Luce.iij. descendit spiritussanctus corporali spē &c. ¶ Item ipse spiritussanctus apostolis trib⁹ vicibus datus est.s.ante passionem.post resurrectionē. et post ascensionem. Primo ad faciendū miracula. Secundo ad relaxandum pctā. Tertio ad confirmandum corda. ¶ Primo enim dedit eis spiritumsanctū qñ eos ad ꝑdicādū misit:et super omnia demonia:et vt languores curarent ptātem tribuit. Hec enim miracula per spūmsctm̄ fiebant. Matth.xij. Si aūt ego in spiritu dei eiicio demonia &c. ¶ Secundo qñ eis insufflauit dicēs. Accipite spiritū sanctum quorum remiseritis pctā &c. Joannis.xx. ¶ Tertio qñ eis cōgregatis hac die in cenaculo spiritumsanctum ideo linguis igneis effudit. Actuū.ij. ¶ Tertio attenditur hec infusio propter missionis diuersitatem. Nam in diuersis figuris et formis spiritussanctus missus est enim preter formam linguarum ignearum in qua apostolis datus est:de qua infra dicetur:alias spūssctūs in triplici specie missus est primo in specie columbe super Christum baptizatū. Joannis primo. Super quem videritis spiritum dei sicut colūbā descēdentē &c. Et hoc ꝓpter triplicē colūbe ꝓprietatē. Nā gemitū ꝓ cātu hz:felle caret/et in foraminibus petre manet. sic spūssctūs quos replet facit ꝓ peccatis gemere. roma.viij. Ipe spūs ꝓ nobis postulat gemitibus inenarrabilib⁹: Gregorius.i. nos postulantes et gementes facit. Facit eos esse sine felle amaritudinis. Sapiē.xij. O q̄ bon⁹ et suauis est dñe spūs tu⁹ i nobis. Facit eos in foraminibus petre habitare.i. in xp̄i vulneribus. Canti.ij. Surge amica mea:columba mea gl. fouens mihi pullos meos infusione spūssanctū in foraminibus petre:glo.i. in xp̄i vulneribus. ¶ Scdo in specie nubis sup xp̄m trāsfiguratū. Nubes se a terra eleuat: refrigeriū ꝑstat:et pluuiā generat. Sic spūssctūs quos replet a terrenis eleuat. Ezech.viij. Eleuauit me spūs inter celū et terrā. A vitijs refrigerat:vñ beate virgini dr̄. Spūssanctus superueniet in te:et virtus altissimi obūbrabit tibi.i.ab estu vitiorum refrigerabit. Pluuiā lachrymarum generat. ps. Flauit spūs ei⁹ et fluent aque. ¶ Tertio in spē flat⁹ qñ in apostolos insufflauit:vt dictū est. Flat⁹ leuis est:calid⁹ est et vite necessari⁹ est. Sic spūssctūs leuis est.i. velox ad se diffundēdū:oībus enim mobilib⁹ mobilior est. Ambrosius. Nescit tarda molimina spūssctī gratia. Calid⁹ est ad inflāmādū. Luce.xij. Ignē veni mittere in terrā. Necessari⁹ est ad respirandū. ps. Auferes spm̄ eorū:et deficiēt. et infra. Emitte spiritū tuū et creabunt̃ &c. ¶ Circa scdm̄ sciendum q̄ inspiratio miraculosa spūs aduenientis attendit̃. ¶ Primo ex parte tēporis cōpetentis. Nā missus est quinquagesimo die a pascha:vt detur intelligi q̄ spiritussanctus est legis perfectio:peccatorū remissio:et eterna remuneratio. Legis perfectio:qm̄ fm̄ glo. a die agni immolati quinquagesima die data est lex in igne in monte sina:sic die quinquagesima datur spiritussanctus in igne in mōte syon:qui ipse spiritussanctus est perfectio legis. Quia plenitudo legis est dilectio. ¶ Est peccatorum remissio. vnde glo. ideo in quinquagenario:quia indulgentia fiebat in iubileo:et per spiritum peccata remittuntur &c. ¶ Est eterna remuneratio: vnde glos. sicut.xl. dies post resurrectionē quibus cū discipulis dñs cōuersatꝰ ꝑsentē ecclesiā designāt:sic qnquagesim⁹ dies quo spūssctūs datur:denariū ecclesie remunerātōis exprimit. ¶ Missus est etiā die dñica:quo die mūdi fuit inchoata creatio ꝑ pr̄is omnipotentiā:qñ dixit deus. Fiat lux &c. Eo etiā die fuit incepta et ꝯsummata reparatio ꝑ filij sapientiā. Nā die dñico xp̄s nat⁹ est et die dñico resurrexit. Idcirco eodē die debuit inchoari mūdi sanctificatio per spiritussancti clementiam. Missus est et hora tertia:vt sic perfectio operis hui⁹ aduētus trinitati adscribat̃. ¶ Scdo ex parte modi ꝯgruētis. Nā fact⁹ ē repēte de celo sonus &c. Sonus enim hic fuit repentin⁹: q: spūssanctus tarda molimina nescit. Celestis:q: celestes effecit. Vehemēs:q: de eternū adeuit:vñ vehemēs quasi de demēs. Vel q: mētē ad deū vehit:vñ vehemēs quasi vehēs mētē. Fuit et replēs. q: repleti sūt oēs spūsancto:cuius repletiōis signū est. Nō resonare:nā doliū plenū nō resonat. Et apli in tribulatiōe nō resonabāt ꝭ ibāt gaudētes a cōspectu cōcilii &c. Nō plus recipere: nā vas liquore plenū pl⁹ recipere nō pōt. Et apli nihil ꝓpriū habere poterant:sed in cōe oīa diuidebāt. Supefluere:qd̄ patet in fluuio inundante:sic apostoli ceperūt supefluere q: ceperūt loq̄ varijs linguis. ¶ Tertio ex parte flamme apparentis q: in linguis igneis apparuit. Circa qd̄ est videdū primo quare apparuit in lingua potius q̄ in alio mēbro. Scdo quare poti⁹ in igne q̄ in alio elemēto. Ad primū sciēdū q̄ apparuit in linguis. Primo vt ignea verba ꝓferrent. Scdo vt legem igneam predicarent. Tertio vt spiritum sanctum qui ignis est:ꝑ eos loqui cognoscerēt. Berñ. Venit spiritus sanct⁹ super discipulos in linguis igneis:vt verba ignita loquerētur:et igneā legē lingue ignee pdicarent:et spūmsanctū per se loqui cognoscerēt. Vel vt dicit Gregorius. Ideo in lingua apparuit. q: sicut verbum hoīs in publico lingua ꝓfert̃:sic verbū dei qd̄ apli ꝑdicauerūt spūsancto mūdo ꝓpalat̃. ¶ Ad secūdū sciēdū q̄ ignis hz quatuordecim ꝓprietates ꝑ quas denotant̃ operationes aduēt⁹ spūssancti:quarū septē denotāt qd̄ ꝑ ipsum septē principales ṽtutes.i. tres theologicas:et quatuor cardinales acq̄rim⁹. Alie septē demōstrāt qualr̄ ꝑ ipm̄ a septē capitalib⁹ vitijs excipiamur. Nā ignis hz virtutē excessiuā:q: excellit nobilitate et subtilitate alia corpa. Hec est fides q̄ de subtiliori materia ptractat:et est nobilior cūctis ṽtutib⁹:q: sine fide impossibile est placere deo. Eleuatiuam:q: sursum tēdit. Hec est spes q̄ mentē ad celestia prouehit. Calefactiuā:q: vt ad sensum pz frig⁹ expellit. Hec est charitas q̄ affectū in deo accēdit. Illuminatiuā:q: tenebras fugat. Hec est prudētia:que alium diuina et humana sapiētia plustrat. Discretiuā:q: ignis metalla abinuicē diuidit. Hec est iustitia:q̄ inter bonū et malū discernit:et ius suū vnicuiq̧ tribuit. Cōsolidatiuā:q: vasa fictilia indurat:hec est fortitudo q̄ animū mollē in deū cōsolidat. Purificatiuā:q: rubiginē metallorū tollit. Hec est tēperātia q̄ vitiorū rubigines cōsumit. Itē ignis habet virtutē curuatiuā:q: recta ligna ad arcuositatē reflectit. Hoc spiritussanct⁹ ꝯ supbiā operat̃ altitudines incuruando ꝑ humilitatē. Attractiuā:q: aerē attrahit:vt pz in ventuosis:hoc cōtra inuidiā emulationes attrahēdo. Cōsumptiuā:q: ligna cōsumit:hoc cōtra auaritiā tēporalia in vsus pauperū expendēdo. Motiuā:q: semp mouet. Hoc cōtra accidiā:quia amor dei nūq̄ est ociosus. Mollificatiuā:q: metalla liquefacit:et ferrū molle reddit. Hoc cōtra irā cor vindictam expetēs demulcendo. Sanatiuam:quia aerem infectum sanat. Hoc cōtra gulā ei⁹ infectiones purgādo. Restrictiuam:q: fluidum lac coagulat. Hoc cōtra luxuriam eius fluxū restringēdo. ¶ Circa tertiū sciēdum qd̄ dispositio virtuosa cetus suscipiētis cōsiderat̃. Primo ꝓpter numerum:nam spiritussanctus in cxx. discipulos corporaliter missus est:per qd̄ significatur qd̄ spūssanctus in vniuersos ecclesie filios:vez in solos perfectos diffundēd⁹ erat. Nam hic numer⁹ .cxx.

sunt .xij. denaria. Numer⁹ autem duodenari⁹ orbis vniuersitatē importat: qz ⁊ celū diuidit in duodecim signa: ⁊ terra i duodecim vētos: ⁊ ann⁹ in duodecim mēses. Numer⁹ aūt denari⁹ legis pfectionē designat: sed decem p duodecim multiplicata faciūt cētū ⁊ viginti. ¶ Uel per hoc ostēdit ꝙ illi in quos spiritussanct⁹ venit hēre debebāt pfectionē legis mosaycē: q̄ cōsistit in decem pceptis: ⁊ fidei euāgelice: q̄ cōsistit in .xij. articu. ¶ Secundo propter locū. Dat em̄ spiritussanct⁹ i cenaculo mōtis syō. Ad qd .xv. gradib⁹ ascendebatur. In quib⁹ dauid ad tabernaculū domini ascēdēs .xv. psalmos graduales decātabat. Si aūt ordine numerali ab vno incipias ⁊ sup addas duo: ⁊ deinde tres: deinde quatuor: ⁊ sic vsq; ad .xv. puenies ad numerum .cxx. In quo numero spiritus sanctus effusus est: vt sic ipsius loci gradus mystice pplexarēt p excrescētiā numerū filiorū solum in quib⁹ spiritussanct⁹ i eodē loco fuerat corporalr diffundēd⁹. ¶ Tertio pp meritū. Fuerūt em̄ apli receptacula mūda: sicut dicitur cantat ad spiritussancti susceptionem: ⁊ hoc pp septē q̄ i ipsis repta sunt q̄ in textu notant. ¶ Fuerūt em̄ pmo animo quieti: qd notat cū dicitur. Dum cōplerentur dies penthecostes .i. dies requietionis. Esaie .lxvj. Super quē requiescet spiritus meus: nisi sup humilem ⁊ quietum? ¶ Secundo dilectiōe vniti: qd notat ibi. Erant oēs pariter. Ideo cantat de eis. Inuenit eos cōcordes charitate. ¶ Tertio loco secreti: qd notat ibi in eodem loco .i. in cenaculo. Osee Ducam eā ad solitudinem: ⁊ loquar ad cor eius. ¶ Quarto oratione assidui: vñ cantat. Orātib⁹ apostolis deū ⁊c. Sapientie .viij. Inuocaui ⁊ venit in me spiritus sapientie. ¶ Quinto humilitate pditi: qd notatur in discipulis. psalmista. Qui emittit fontes in conuallibus .i. dat gratias humilibus: vt dicit glosa. ¶ Sexto pace coniuncti: qd notatur in hoc ꝙ erant in hierusalem: que interpretat visio pacis: vñ ⁊ dñs qñ post resurrectionem discipulis apparuit: pmo pacē annūciauit: ⁊ postea spm̄ sanctum dedit. ¶ Septimo cōtemplatione erecti: qd notatur qz erāt sedentes. vñ maria q̄ vitā cōtemplatiuā designat: sedebat ad pedes dñi / ⁊ audiebat verbum illius. ¶ Circa quartum autē notandū qd operatio fructuosa effect⁹ subsequētis notat in sex effectib⁹ quos spiritussanctus adueniens operatus est: qui continētur in illa authoritate Joannis .xvj. Paraclitus autē spiritussanctus ⁊c. ¶ Primo ad consolandum mestos: quod notatur ibi paraclitus: idest consolator. Esaie .lxj. Spiritus domini super me. ⁊ infra. vt ponerē consolationē lugentib⁹ syon. ¶ Secūdo ad viuificādum mortuos: quod notat ibi spiritus: qui spiritus est qui viuificat. Ezechielis .xxxvij. Ecce ego mittam in vos spiritū ⁊ viuetis. ¶ Tertio ad sanctificandū immūdos: quod notat ibi sanct⁹: psalmista. Fluminis impetus: idest inundātio gratie spiritus letificans ciuitatem dei. ⁊ infra. Sanctificauit tabernaculū suū altissim⁹: p ipsum vel flumē. ¶ Quarto ad pacificādū odiosos: qd notat ibi pr̄. Nā pater naturaliter diligit filios. Joānis .xvj. Ipse enim pater amat vos ⁊c. ¶ Quinto ad saluandū iustos: qd notat ibi. In nomine meo: qd est Jesus: q̄ sal⁹ interpretat. glo. In nomine iesu pater misit spiritū: vt ostēdat qd ad saluandos gētes venit. ¶ Sexto ad docendū ignaros. qd notat ibi: qz ille vos docebit oīa. Jo. xiiij. Cū autē venerit ille spiritus veritatis: docebit vos omnē veritatē.

¶ De sancto Isidoro martyre.
Capitulum .ij.



Isidorus martyr Alexādrie ortus tempore Decij imperatoris apud Chium insulam passus est. Hic cum esset xp̄ianus occultus Numerianum pretorem a decio ad ipsam insulā missum comitatus est: ⁊ apud quandam peccatricem aphrā nomine: que tres puellas publice criminibus se prostituentes detinebat hospitat⁹ est. Quas sanctus nocte illa cum amelio eius comite christiano in fide christi erudire cepit. Cum autem puelle eius pedib⁹ prouolute misericordiam ⁊ animarum suarum salutem expeterent. Interea lucerna extinguitur: ⁊ dum vna ex puellis ad ipsam accendendam egreditur: orante sancto martyre celesti luce domus subito illustratur. Qd puella luminē mutuato rediens ⁊ videns obstupuit: ⁊ lux illa celica tota nocte perseuerauit. Cum autē aphra mane facto hec omnia matri sue retulisset: illa conuersa ad se sanctum accersiuit: ⁊ ab eo veritatem fidei didicit: verū postq̄ puelle cum aphra octo diebus ieiuniis ⁊ orationibus admonente sancto martyre Isidoro instituti fuissent: apparuit diabol⁹ in spē ethiopis teterrimi: qui de sancto viro Isidoro querelam faciebat: eo quod sibi res suas subtrahebat: ⁊ ne sanct⁹ ipsum in abyssum demergeret exorabat. Cui martyr domini id se facturum promisit: dummodo demon draconem occidat: qui in ipsa insula apud quendam fontem habitās plurimos peremerat. Sicq; diabolus draconem interfecit: ⁊ Isidorus fontem purgauit. Aphra vero cum puellis ⁊ matre cōuerse sunt: ⁊ a presbytero philoronio baptizate. ¶ Hec audiēs Numerianus Isidorum tenuit: ⁊ primo in quatuor lignis extensum bouinis neruis crudis grauiter cedi iussit: deinde in carcerem misit. Et cum christum constanter confiteretur: inde educt⁹ pedib⁹ equo alligatur: ⁊ per aspera ⁊ crepidines montanas distrahitur. moxq; virtute diuina in ipso loco per quem tract⁹ est aculei ⁊ spine in arbores gummi mastiches defluentes conuerse sunt: ⁊ in testimonium eius martyrij manant vsq; in presens: nec valent in loco altero transplantari: quinimo continuo desiccant: aut gummi nūq̄ emittunt. Deinde in camino ignis immissus: cum inde illesus exisset: iussu numeriani decollatus est. Corpus quoq; eius in puteo a paganis proiectum ab amelio ei⁹ comite: ⁊ myrope sancta matrona inde leuatum iuxta eundem puteum sepultum est. Sed ⁊ supra corpus ⁊ puteū processu temporis basilica a fidelibus constructa: puteū intra suū ambitū tenet: de cuius aqua oēs egri potātes sanantur. vt dicit Ado. Tēpore vero dominici michaelis ducis venetiarum corpus hui⁹ martyris inde a venetis ad eorū vrbē trāslatū quiescit in ducali basilica sancti marci. Passus est aūt idibus maij.

¶ De sanctis Torquato ⁊ socijs epis.
Capitu .iij.



Torquatus: ethesiphon: secūdus: indaletius: cecili⁹: hesychius: ⁊ eufrasius rome a sanctis apostolis episcopi ordinati ad predicandum verbum dei ad hispanias missi sunt. Cūq; ad ciuitatem acitanam venissent: ⁊ quiescētes modicum discipulos ad vrbem pro cibis emēdis destinassent: mox a paganorū multitudine insecuti sunt: q̄ tūc dijs suis festa celebrabāt. Et cū eos vsq; ad fluuiū persecuti fuissent: cū gentiliū multitudo transire vellet: ruente ponte multi ex ipsis in flumine necati sunt. Hisoq; miraculo lupanaria senatrix cū eis qui remanserant crediderunt. Post hec sancti epi diuersis vrbibus euangelizātes multos populos ad dñm conuerterunt. Et tandē Torquatus acci: ⁊ ethesiphon vergi: secundus abuli: indaletius vrci: cecili⁹ eliberi: hesychius carthesie: ⁊ eufrasius eliurgi quieuerūt. Sed in ciuitate acitana ad sepulchrū sancti torquati arbor oliue in eius festo preter naturā diuinitus florens maturis oleis onustatur: quarum liquore egritudines sanantur. Horū omniū festū agitur idib⁹ maij.

¶ De sanctis Petro Paulo Andrea ⁊ Dionysia martyribus. Capi .iiij.




Petrus : paulus: andreas et dionysia temporibus decij Cesaris passi sunt. Quorum petrus adolescens ab optimo proconsule apud lemosacum ciuitatem comprehensus cum se xpianum profiteretur in rota extensus et vinculis ferreis toto corpore astrictus diu constanter permaneret: gladio aiaduersus est. Deinde proconsul ad ciuitatem troadum accedens oblatos sibi nicomachum andream et paulum xpianos diu torqueri fecit. Nicomachus autem durissime cruciatus cum iam prope esset vt spiritum emitteret: clamauit se xpianum nunquam fuisse: et idolis sacrificaturum paratum esse. Qui mox depositus vbi sacrificauit: a demonio arreptus: et in terram elisus: linguam suam comedens infeliciter expirauit. Cum autem dionysia puella annorum .xv. virgo xpiana hec videns infelicitatem illius argueret: et xpm dominum verum deum acclamaret: a iudice tenta traditur duobus lasciuis iuuenibus illudenda. Qui dum eam corrumpere vellent: et illa contra eos viriliter dimicaret. apparuit eis angelus domini cum immenso lumine quod domum tanta luce perfudit: quod iuuenes terrore perculsi ad pedes virginis prociderunt: et veniam postulauerunt. Mane autem proconsul paulum et andream flagellis cesos populo tradidit occidendos. Quos illi pedibus alligatos extra ciuitatem trahentes lapidibus interfecerunt. Ad quos accurrens dionysia vt secum occumberet iussu presulis decollata est. Quorum omnium corpora a xpianis ad vrbem lemosacum delata vna cum corpore beati petri martyris sepulta sunt. Horum omnium agitur passio idibus maij.

¶ De sancto peregrino presbytero et mar. Capi. v.



Peregrinus presbyter ciuis romanus a sancto Sixto papa cum marione presbytero: concordio diacono et ioniano subdiacono atque ianuario lectore ad predicandum verbum dei ad gallias missus est. Qui primo apud massiliam. Deinde apud lugdunum: deinde apud antisiodorum predicauerunt: vbi multitudinem populi conuerterunt: et ecclesiam fabricarunt. Post quam beatus peregrinus iteranum accessit: vbi dum xpm annunciaret: a iudice tentus in vico baugiaco in carcere detentus est. Deinde imperatori adriano ad iteranensem ciuitatem venienti presentatur. A quo diuersis suppliciis attrectatus: nouissime decollatus est anno domini tricentesimo trigesimo. Corpus vero eius feris expositum cum diebus pluribus permansisset intactum: iussu angelico a rustico xpiano colligitur et plaustro imponitur: eodemque angelo duce a media nocte vsque ad auroram ad sanctum dionysium parisiensem deducitur. Cumque mane rusticus se antisiodoro adhuc appropinquare non crederet: et postmodum se antisiodorum transiisse et parisius aduenisse aspiceret: mirans expectabat dei voluntatem. Tunc signis ecclesie sancti dionysii per se ipsos pulsantibus: et monachis hoc stupentibus neque causam cognoscentibus: tandem voce de celo corporaliter ad eos facta premoniti: omnes monachi sancto corpori obuiauerunt: et ipsum ad locum suum deferentes in capsa argentea honorifice sepelierunt: vbi et quiescit miraculis pollens. Passus est autem .xvij. kalen. Junii.



¶ De sancto Vbaldo episcopo et confessore. Capi. vj.

Vbaldus episcopus nobili prosapia eugubine ciuitatis oriundus a pueritia deo deuotus patre defuncto cui fuerat vnicus apud ecclesiam sancti secundi iuxta ipsum oppidum suas literas puerulus didicit: clericus ipsius ecclesie factus eam in tantum dilexit: vt ipsum post ipsos de paupere diuitem: de seculari faceret regularem. Qui postmodum a patruo nomine Vbaldo cuius gratia et ipse Vbaldus vocatus fuerat maiori ecclesie traditus summa sanctitatis perfectione pollere cepit. Qui cum etiam ab amicis diu pulsatus vt vxorem sumeret: omnino recusauit: xpo potius militare decernens. Carnem quoque diris et assiduis ieiuniis macerabat. Deinde quasi inuitus sacerdotii gradum compulsus ascendere: omnia sibi a patre relicta egenis et ecclesiis dispensauit. Ecclesiam quoque suam matricem edificiis et prediis ampliauit. Sed cum quasi tota ciuitas incendio conflagrasset: ecclesiam suam sancti secundi cum claustro et domo igne consumptam de proprio reparauit. Dehinc in cenobio canonico portuensi apud rauennam tribus mensibus mensitans regulam et ordinem dei viuendi non solum imbuit: sed in scriptis reportauit: et reuersus ad ecclesiam suam eandem regularium canonicorum monasterium iuxta ordinem portuensium instituit: eamque prediis dotauit. Et in ipso suo regressu: licet itinere fatigatus nunquam ieiunium soluit. Cum autem in quodam nemore cum socio dormitasset: et inde surgens codicem regule obliuione dimisisset: sollicitus pro libri amissione: vel saltem deuastatione propter imbrem maximum qui ceciderat rediit: librumque reppererit vbi dimiserat iuxta vias nec raptum ab homine: nec a pluuia madefactum. Et quia regula ipsa arctior videbatur cum tribus tantum ex suis clericis: aliis abeuntibus in dicta ecclesia regulariter viuere cepit. ¶ Mortuo vero episcopo perusino: vbaldus eligitur. Et fugiens ad eremum tamdiu latuit: quousque alius surrogatur. Alias etiam electus in episcopum alterius ciuitatis pedes romam adiit: et ab honorio papa instantia multa resignationem obtinuit. Demum disponente domino electus in episcopum eugubinum ab eodem papa: et primo diu renitens iussus presulatum acceptauit: et vsque ad tempora alexandri .iij. superuixit: omni vite sanctitate: tantaque patientia preditus: vt etiam ab ipsis suis familiaribus iniurias perpessus patientissime toleraret. Nam et a suo ianitore aliquando exclusus etiam semel ostio in fronte percussus nullam vindictam excogitauit. Et dum quosdam ad instantiam ciuium iniuste excommunicare nollet prohibiti sunt omnes sibi clerici ministrare: adeo vt et ad missam celebrandam vnicum aliquem seruitorem habere non posset: et patienter tulit. Preterea cum murum vrbis iuxta vineam episcopi repararent: et cloacam in vineam facerent infundentem: quod vbaldus prohibere volens cum iniuria in cemento liquido iactatus: et sordidatus benigne supportauit. Quosdam quoque eius affines iniuriam vlcisci volentes omnino prohibuit. ¶ Dum aliquando seditio dura esset in ciuitate: et illuc vt in pugnam sedaret festinauit: quam dum nullo modo sedare se posse perpenderet: et industria inter enses et lapides se in terram deiecit: vnde surrexit donec ciues episcopum ex vulnere mortuum existimantes a seditione cessauerunt. ¶ Alia vice cum ciuitas eugubina ab .xj. ciuitatum et castrorum ciuibus inimicis contra eam colligatis obsessa esset: eamque expugnare vellent. Vir sanctus supra murum ascendens signum crucis edidit: et hostem nemine persequente fugauit adeo vt relictis omnibus solam vitam saluare contenti ad propria festinando redirent: et ciues quoque eugubini de spoliis ditati sunt. ¶ Federicum etiam imperatorem qui obsidibus ab eadem vrbe susceptis grauem pecunie summam expectabat: et eius ad eum oratione premissa adeo christi virtute placauit: vt obsides libere redderet: et episcopum plurimum honoraret. Multis etiam grecis contulit sanitatem. Nam vnum ex suis canonicis a graui languore liberauit. Ecclesiam sancti benedicti consecrans solo vestimentorum contactu paraliticum curauit. Cecis duobus visum restituit: quorum vnus per visionem monitus fuerat ad eum accedere pro lumine obtinendo. Alium quoque qui ad eum pro luce recuperanda venerat: quia cognouit hoc eius anime saluti non pertinere ad tantam patientiam suis exhortationibus induxit: vt promissa sibi eterna luce pro temporali perdita nullatenus visum recuperare voluisset. Et multis aliis signis admodum effulsit. Denique propter nimias afflictiones grauiter languebat

fluebat intātū ꝙ ex carne ipsius potissime ex vlcere pes simo quod in latere patiebatur: sanies intollerabilis effluebat: et ppter hoc nunꝙ destitit a pōtificalib⁹ exercendis. ¶ Hic sancto pasche iam durissima pressus egritudine: et vix in lecto se posset erigere ad preces populi per ratione obtinuit: vt per seipsum sine adiutore cōsurgēs missaz in pōtificalib⁹ celebraret: et populo suo vltimū sermonē vice testamēti faceret. Et ad vltimuz postꝙ filios benedixit ad lectuluz rediit. Inde ingrauescente lāguore sumptis ecclesiasticis sacramētis ocīs et psallens domino spiritū reddidit feria secūda penthecostes: q̄ ipso anno occurrit .xvij. kalendas iunij. ¶ Cū aūt tam propter frequētiaz egrotorum ad pheretrum venientiū et reportantium sanitatem q̄propter multorum deuotionē sepulture ipsius vsq₃ ad .v. feriā protracta fuisset corp⁹ eius nulla corruptione maculatū: sed suauissimo fragrans odore cū luctu multorum et gaudio spūali ab episcopis Perusino Castellan. et callien. sepultuz est honore cōdebito in canonica videlicet sua: iuxta muros ciuitatis vbi vsq₃ in presens quiescit incorruptū oīno infinitis et crebris miraculis clarens.

¶ De sancta Maxima virgine. Cap. vij.



Maxima virgo i pago forotuliensi vico callidiano virginitatis lilio florescens multisq₃ et insignibus clara virtutibus in pace quieuit decimoseptimo kalēdas Iunij: vt dicit Ado i martyrologio suo.

¶ De sancto Torpete martyre. Capitulum. viij.



Torpes martyr in ciuitate pisana tempore Neronis imperatoris passus est. Nam cum ipse Nero ciuitatem Pisanam restaurasset: templum diane ibi cōstruxit: vbi et celū eneū fabricauit nonaginta colūnis sustentatum cum imaginibus solis et lune et stellarū que artificiose oriebantur et occidebant et cū foraminib⁹ fistularū per q̄ aque guttule distillantes pluuias simulabant. Fecit etiam quadrigam subterraneā que commota tonitrua mētiebatur. ¶ Eodē autē tpe sanctus torpes qui magnus erat in palatio cesaris spiritu dei tactus a scō antonio presbytero qui in latere mōtis contiguo ciuitati latebat occulte baptizat⁹ est: et reuertēs domū ab angelo sibi apparente in fide cōfirmatus est. Hoc audiēs nero cesar: torpetem captū satellico propinquo suo puniēdum dimisit: ipse vero romam rediit. Satellicus vero torpetē primo in carcere triduo ferro vinctum afflixit. Deinde ad colūnā ligatum cedi fecit: sed orante sancto columna corruit: et satellicuz cum .l. paganis oppressit. Quem filius satellici siluin⁹ nomie p noctē in rota ligauit. Mane vero bestiis exposuit: leopardus enim ad pedes sancti procidens mansuetus redditur: leo vero vbi in eum impetum fecit subito moritur. Qđ cernēs euellinis consiliarius imperatoris ad xpm conuersus est: et a siluino decollatus .v. ka. maij. ¶ Deinde oratione torpetis tēplum cū oīb⁹ siderum figuris et eius edificiis ab angelo subuersum est: et idolum diane in puluerem redactum. Propter quod iussu siluini iuxta mare vbi flumen arni in equor decidit sanctus martyr educitur: et ibidem capite truncatur .iij. ka. maij. Cui⁹ corp⁹ in nauicula cariosa cū cane et gallo in mare exponit: vt vel a bestiis roderet: vel in mare mergeret. Angelo tñ duce nauicula ad bisponā deuenit. Et a senatrice xpiana celerina noīe que regni dimidiū obtinebat in somnis diuinit⁹ admonita corp⁹ scī reperit i portu q̄ dr̄ linos: et iuxta litt⁹ honorifice sepelit .xvj. kal. iunij: vbi postmodum ecclesia desuper suo nomine fabricatur festū eius die ipsius depositionis ibidem celebratur.

¶ De translatione sancti Syri epi. Ca. ix.



Translatio corporis scī Syri epi papiēsis ab incolis eiusdē ciuitatis .xvj. kal. iunij celebratur. Cui⁹ corpi dñs tātā gratiā cōtulit: vt ēt ipsi⁹ ɔtactu mortuū suscitaret: et cecis visū: surdis auditū: claudis gressuz pberet: multosq₃ languētes a diuersis infirmitatibus sanos efficeret: et obsessos a demoniis liberaret.

¶ De sancto Sophonia propheta. Cap. x.



Sophonias propheta fili⁹ chusi filij godolie: filij amasie, filij ezechie: vt ex textu ipsi⁹ ꝓphetie liquet: i dieb⁹ iosie filij amō regis iuda ꝓphetauit in duab⁹ vez tribubus israel. Iā eñ decē trib⁹ i assyrios trāslate fuerāt. Dirigit aūt ei⁹ prophetia ꝯ natiōes i lectione ꝯprehēdās: ꝓnūcians eis futurū iudiciū. Populo ꝓ suo israel salutē et ciuitati hierusalem restaurationē tūc tpis tribuēdā: ꝑ ut textu lectionis denunciauit. Cū eñ Ieremias et alij multi ꝓphete excidiū hierusalē et ppli captiuitatē futuram predixissent. Hic solus in cōsolatione ppli sui nec ꝯ hoc natiōes ꝯ dei pplm animasi⁹ [illegible] sed solū gentib⁹ iudiciū cōminat: sꝫ etiā plebi sue reuocationē et hierusalē reedificationē ꝑdicat. Hieremie eñ i ɔtemporaneus fuit. Et quasi secuz eodem tēpore ꝓphetauit. Hierusalem tamē nec destructionē sui: nec ppli in babylonem trāslationem aspexit. Nā ante illa tēpora in dieb⁹ videlicet ioachim filij iosie regis iude cū patribus suis in pace dormiuit. Et sepultus est in hierusalem .xv. kalendas iunij. Hec Hieronymus et iosephus: et ex historia scholastica. Hic sanctus propheta ex numero est illorum .xij. qui minores dicuntur: et Ecclesiastici .xlix. in sanctorum patrum catalogo conscribuntur.

¶ De sancto dioscoro martyre. Cap. xj.



Dioscor⁹ lector et martyr apud egyptū passus est. In quē preses detentum multa et varia tormenta exercuitata vt vnguibus carnes eius effoderet: et lāpadibus eius latera inflāmaret. Sed celestis luminis fulgore perterriti ceciderūt ministri. Nouissime laminis ardentibus adust⁹ martyriū cōsummauit .xv. kalē. iunij. Hec Hieronymus in martyrologio suo.

¶ De sancto Venantio martyre. Cap. xij.



Venanti⁹ martyr in ciuitate camerina passus est tpe decij cesaris. Qui a ꝑside tētus cū xpm dñm cōfiteret: pmo quidē fustibus cesus: deinde in carcerē missus: et sꝫ ab angelo ɔfortat⁹ est. Inde educt⁹ leonib⁹ expoit: sꝫ ipsi⁹ ei⁹ pedib⁹ ꝓcūbentes māsuetissimi reddunt. Deinde pedib⁹ appēsus ꝯso deorsum capite facule ardētes ei⁹ vertici supponūtur. Et cū hoc etiā genus supplicij tolerasset: manib⁹ et pedib⁹ extēdit: et ignis sub ei⁹ ventre solūmodo accēdit: et sic i m. dños partib⁹ diuti⁹ incēsus affligit. Nouissime cū oīa supasset gladio caput ei⁹ ꝑdit. Corpusq₃ ipsius in eadē ciuitate a fidelib⁹ tumulat .xv. kal. iunij.

¶ De sancto Felice episcopo et martyre. Ca. xiij.



Felix episcop' apd spaletensi urbe sub maximiano impe-ratore passus est. Qui cum xpm domi-num predicaret a iudice comprehen-sus post plurima supplicia gladio ce-dente martyrii palmam adeptus est. xv. kalendas Junii. Hec Ado in mar-tyrologio.

De sancto Pudente discipulo et confessore. Cap. xiiii.



Pudens cofessor civis roman' nobilis fili' punici il-lustris et pscille fuit et marit' sabinel-le: ex qua duas filias procreavit. s. Po-tetiana et praxede. Quas utpote chri-stianissim' no solu p man' pastoris psbyteri baptizari fecit: sz et in lege divina pleni' erudivit: et ad observa-tia virginitatis induxit. Hic eni a bea-to Paulo apostolo doctus fuit: qui domum suam in ecclesiam edificavit: quam et per ma-nus pii pape consecrari fecit. Nutritor namq pauperu et susceptor peregrinorum summa ambitione fuit. Et post multa sanctitatis opera laudabilia in pace quievit xiiii. kalendas iunii: ut dicit Ado.

De sancta Potentiana virgine. Cap. xv.



Potetiana virgo filia fuit beati Pudentis et soror pra-xedis nobilissima romanorum. Hec post morte parentis utriusq omnem facultate sua cu sorore dividens: cepe-runt ambe ditissimu patrimoniu ve-dere: et pecunias pauperib' erogare. In eccla vo qua pr illaz ostruxerat in loco urbis q dicit in vico patricii. qua frat' pater caru Pudes in titulo beati pastoris de-dicaverat cu consilio Pii pape baptisteriu costruxerut: cupientes ut familia utriusq eaz die sancto pasche ba-ptizaret. Quos a numero. xcvi. manumissos beat' pi' epus aquis salutaribus abluit. Ibiq per sanctos presby-teros et clericos die noctuq divina celebrari misteria: et multos baptizari faciebant. Post multoru itaq mar tyrum exhibitas venerabiliter sepulturas: post omnes facultates suas pauperum visceribus inclusas et xpo fi-deliter commendatas: potentiana in sancto virginita-tis proposito de terris ad christum migravit. xiiii. ka-lendas iunii. Sepulta iuxta patrem suum via salaria in cimiterio Priscille temporibus Antonini imperatoris.

De sancto Joanne martyre. Capitulum. xvi.



Joanes martyr te-porib' maximiani imperatoris apud alexandria passus est. Hic primu vo-cat' neanias gentilitati dedit' a matre theodosia gentile pmaria elie civitatis maximiano cesari antiochie degenti presentatus: et ab eodem dux alexan-drie effectus est ut christianos ibidez persequeretur. Cum autem quadaz cum militibus suis versus alexandriam iter ageret: lu ce celesti circumfusus christoq sibi visibiliter apparen-te ad instar beati pauli apostoli ad terras prosternitur: in fide christiana admonetur: et ad dominu repete con vertit: veniens igit alexadria cruce sibi secreti' fabricari fecit: I qua divinit' nome dni emanuel sculptu reperit. Et cu exercit' agarenoru alexadrie fines invasissent: et alexadrinoru filias rapuissent: ipse collecta gete sua cru cem illam deferens agarenos pene innumerabiles in fugam vertit: et eorum multitudinem cecidit et stravit: nullo de suis vel ad modicum vulnerato. Reversus au tem a matre que ipsum Alexandriam secuta fuerat in-vitatur: ut diis pro triumpho habito immolaret. Qui templum ingressus idola argentea confregit: et paupe ribus erogavit. De quo a theodosia matre maximia-no delatus est. Qui ab antiochia per literas vitioni pre-sidi mandavit: ut neaniam tentum immolare compel-leret: aut diversis suppliciis puniret. Illto igitur Joa-nem comprehendum: et idolis sacrificare abnuentem in equuleo suspendi fecit: et a quatuordecim viris vi-cissim diutius lacerari: sicq quasi mortuum in carce-rem trudi. Nocte vero a christo cum angelis et luce ni-mia sibi apparente confortatur: plagis omnibus sa' redditur: nomenq suum pristinum quod erat neanias Joannis nomine commutatur: inde eductus et sacrifi-care suasus cum templum introisset. xxvi. statuas ido lorum evertit. Quapropter multi de militibus in do-mino crediderut: qui a sancto Leontio episcopo bapti-zati ab vitione presidio in christi confessione decollati sunt. Joannes vero ferro onustus iterum in custodia detinetur: ubi existens duodecim mulieres ad se venie-tes cum matre Theodosia convertit ad christum. Quas ut christianas preses coperit: ipsas omnes equu leo suspensas: et unguibus laceratas ac lateribus adu-stas: carceri tradidit una cum Theodosia matre Joan-nis: que sanctas illas martyres in carcere refovebat. Ipsasq omnes leontius baptizavit. Sequenti vero die inde omnes cum Theodosia educte: primo lapidibus ora earum contusa sunt: deinde extense et virgis cese: et post hec manicis ferreis candetibus aduste sunt: no-vissime decollate sunt. Post hec autem sanctus Joa-nes eductus instrumentis ferreis facie concisus ceruli ce plumbatis percussus: iterum carceri macipatur: ubi multa miracula fecit: et demonia eiecit: multosq ad christum convertit. Interea defuncto vitione: a flavia-no successore eius gladio necari iubetur. Sed dum il-lum spiculator percutere vellet: moritur subito: et Joan nes ad presidem reducitur. A quo iterum appensus ner vis ceditur: carbonibus incenditur: plagisq sale per-funditur. Dehinc ante ipsum depositum idolum sisti-tur: thusq in manu eius imponitur: et ignis subterimit titur: ut vel thurificaret: vel manum exureret: qui cum per duas horas manu in igne immobiliter tenuisset: tertio intra carcerem appenditur lapidibus in pedi-bus alligatis. Sed ab angelo solutus: et omnia ei' vul nera solidata sunt. Deinde in caminum ignis iniectus flamma dispersa ministris adustis: ipse illesus pman-sit. Novissime iubente flaviano gladio in gutture per-cussus: et lancea in pectore transfixus martyrium consu mavit. xiiii. kalen. Junii. Sepultusq est Alexandrie cir ca annum dni ducentesimum et octogesimum quartu. Corpus vero eius inde constantinopolim translatum. Inde a Joanne priore monasterii sancti Danielis et ve netiis surreptu: et venetias ad ipm locu delatu est an-no dni millesimo ducentesimo et decimoquinto nonas iulii: ubi et quiescit miraculis crebris pollens.

De sanctis Calocero et Parthemio martyrib'. Capitulum. xvii.



Calocerus et par-themi' rome passi sunt sub decio ce-sare: qui cum essent eunuchi tryphonie uxoris decii: prior quidem prepo-situs cubiculi: alter vero primicerius deprehesi ab imperatore quod essent christiani: nolentesq sacrificare ido-lis ab eodem gladio occisi sunt. Quo rum corpora via appia a fidelib' se-pulta sunt. xiiii. kalendas iunii.

De sancto Celestino papa primo et confessore. Capitulum. xviii.



Celestin⁹ papa huius nominis primus natione romanus ex patre prisco. Bonifacio pape primo i episcopatu romano successit seditq͂ annos. viii. menses. ix. Hic cōstituit vt psalmus Judica me de⁹ ⁊c. diceretur ante introitū misse ⁊ psalmi dauid añ sacrificium cū introitu psallerentur cātādo ex oīb⁹ antiphonatim: qđ antea nō fiebat: sed epistola pauli: et euangeliū dicebant. Et ex hoc instituto excepti sunt introit⁹ de psalmis ⁊ gradualia similiter ⁊ offertoria ante sacrificium. Hic misit sanctū Patium filiū ⁊ successorem sancti martini turonensis in britāniā ⁊ conuertit omnes ad fidem. ¶ Huius etiam tempore tertia synod⁹ vniuersalis ephesina ducētorum patrum collecta est ephesi iussu pape huius celestini ⁊ theodosii iunioris. In qua dānatus est nestorius duas personas in christo asserens ⁊ condemnatus anathematē: et cōfirmatum est in christo vnam esse personā in duabus naturis. Et vt beata maria theotheceid est mater domini appellet. Qui etiā sepult⁹ est i cimiterio priscille via apia. Et cessauit epat⁹ dies vigintinouem. ¶ Hic p̄dicte ephesine synodi decretū dictauit: ⁊ i vnū volumē clausit atq͂ ad oēs ecclias direxit.

¶ De sancto Celestino papa quinto. Capitu. xix.



Celestin⁹ papa huius noīs quint⁹ alio noīe dict⁹ petr⁹ de murono nicolao pape quarto qui fuit de ordine minorū in epatu romano successit anno dñi millesimo ducentesimo ⁊ nonagesimo quarto. Seditq͂ in apostolica sede mensib⁹ sex: ⁊ dieb⁹ quatuor: scz. a. vii. kal. iulii vsq͂ ad. iiii. kalē. ianuarii. Cū enim sedes apostolica p obitū dicti nicolai ānis: ānos duos: ⁊ mēses tres vacasset: ad suasionē dñi latini cardinalis hostiēsis ordinis p̄dicatorū iste i summū pōtificē elect⁹ est. Qui vocat⁹ petrus de murono añ papatū eremiticā vitā ducebat: ⁊ multos bonos discipulos fecit. Fuit aūt vir magne abstinētie ⁊ orōnis: ac regi carolo deuotus. Qui vbi elect⁹ est pōtificatū renuebat: sz ad magnā instātiam caroli ⁊ toti⁹ regionis recepit papatū. Fuit aūt elect⁹ perusii: ⁊ postq͂ creat⁹ est de cōsilio regis caroli noluit venire ad locum cōmunē vbi elect⁹ fuerat: prout ei scripserant cardinales: sz mādauit eis vt ad se venirēt: ipse aūt venit aquilā: quo ⁊ cardinales ad eū venerūt: ibiq͂ coronatus est. Sz anteq͂ de perusio cardinales recederēt: dñs latin⁹ infirmat⁹ perusii decessit. Fueruntq͂ in coronatiōe ipsi⁹ plus q͂ ducēta milia hoīs. Ad quē multitudo maxima cōueniebat: tū ppter pōtificalē dignitatē: tū ppter sanctitatis famā. Statiq͂ post ei⁹ creationē ad petitionē regis sex cardinales fecit: scz dñm Landulphū de neapoli: fratrē Thomā de ordine suo: ⁊ archiepm bñuentanū: dñz Guilielmū de pergamo cancellariū regis Caroli: dñm Joānē monachū archiepm Lugdunēsem: dñm Beraldū archiepm bituricēsem. Hic i gratiis fuit largissim⁹: adeo q͂ ēt ind: screte faciebat: ⁊ pōte q: inexperti⁹ plerūq͂ decipiebat: ⁊ vsi a cardinalib⁹ induct⁹ sub conscientie ptextu incitabat ad renunciandū. Qui ad petitionē regis Caroli neapolim venit. Sed dū rex ipsi⁹ renūciatio ni oīmode obuiaret: hoc nō obst. ite vir sanct⁹ bona cōscientia mot⁹ primo facta cōstitutione: in quib⁹ casib⁹ papa resignare pōt: resignauit papatū in manib⁹ collegii facto festo dñice natiuitatis: quā renūciationē eius successor bonifaci⁹ authēticauit: ⁊ eē habes de renūciatione libro sexto. Cui fidē facit: qđ fecit Clemēs papa p̄ mus hui⁹ noīs: ⁊ vt i catalogo pōtificū habet. Post cessionē vero ad electionē pcessum est neapoli sub rege Carolo. Et elect⁹ ē dñs Bōdict⁹ caietan⁹ diacon⁹ cardinalis: postea vocat⁹ bonifaci⁹ octau⁹: qđ fuit anno dñi millesimo ducētesimo ⁊ nonagesimo quarto. Celestin⁹ aūt sedit a septimo calēdis iulii vsq͂ ad. iiii. kal. ianuar ii. ⁊ cū post sessionē ad eremū redire vellet a bonifacio successore detinet: ⁊ in quodā castro dicto fumicu⁹ in honesta custodia nō tñ libera cōcludit: vbi miraculis clarus postmodū morit. xiiii. Calē. iunii. Et in quodā sui ordinis monasterio: qđ dr̄ sancti Antonii: retro altare sepelitur. Anno dñi millesimo tricētesimo scdō. Et a clemente papa qnto apud Auinionē. postmodū canonizat millesimo tricētesimo ⁊ tridecimo miraculis eius in orbe propalatis.

¶ De sancto Celestino cōfessore. Capi. xx.



Celestinus cōfessor ⁊ monachus floruit tpe theodosii iunioris. Qui de monasterio suo ad parētes in modū libelli scripsit epistolā oībus ⁊ eū desiderātib⁹ necessariā: seritate cōspicuā: et mone lucule tam. Cui⁹ exhortati de vite ipsius pfectio depchēdi pōt: q: vir sanct⁹ nō potuit aliter docere q͂ vixerit. hec vicentius in speculo.

¶ De sancto Juone presbytero. Capitu. xxi.



Juo presbyter et nou⁹ confessor apud trechorēs. ciuitatē claruit in dieb⁹ nostris canonizatus p clemētē papā. vi. Hic ex britannia patre hadeloro: matre azora sz carnē nobilitate seculi pollētib⁹ genit⁹ in vico ville martini iuxta trechorēs. ciuitatē cōstitut⁹ ⁊ nutrit⁹: ab annis infantib⁹ deuote deo seruire cepit. Qui annorū. xiiii. parisi⁹ missus fuit: ibiq͂ in sciētiis primitiis optime fundat⁹ ad studiū aurelianēs. se trāstulit p sacre theologie ⁊ canonum sciētiis acquirendis: vbi tā studiorū gratia q͂ sanctitatis a vino ⁊ lautis ferculis ac deliciis cūctis abstinuit: ⁊ corp⁹ macerās orationibus vacabat pudicitiā perpetuo seruans. Inde ab archidiacono redonense pro iudice curie postulat⁹ gratis acceptans officium ipsum cū multa charitate ⁊ sollicitudine exercebat: ⁊ nihilomin⁹ quotidie ad lectionē theologie intrabat: miserabilibus personis oppressis subueniens: iustitiā summopere fouens: iniquos persequens: et discordes ad pacem reducens: operibusq͂ misericordie magister intēdebat. De cui⁹ fama postq͂ ad episcopum trechorēs. peruenit: ipsum in vniuersalez sue curie iudicē assumpsit. In quo officio postq͂ aliquo tpe virtuose se gessit: ad meliorem vitā scz contēplatiuā trāsire cupiēs officiū resignauit: ⁊ ecclie parochiali de Johenech cuius erat rector seruitio se prorsus mancipauit. Pannos delicatos quos primo iuxta status suū vestierat omnino dimisit: ⁊ vestes rudes albas ⁊ modici precii induit: indeq͂ habitū ac si religiosus portauit. Cilicio carnē domuit: cūctis ieiuniis ab ecclia idictis i pane tñ ⁊ aqua ieiunauit: ceteris dieb⁹ mira corp⁹ abstinētia macerauit: orationi ⁊ cōtēplationi maiori tpis parte vacabat. Aliquando integra septimana solus in sua camera cōtemplationi intent⁹ perseuerauit nullo cibo corporeo sustētatus: qui tantum exiēs nullā in facie debilitatem ostēdit. Missam etiam diebus singulis celebrabat. Cui aliquādo dum corpus dominicum eleuaret: glob⁹ igne⁹ super caput ei⁹ cunctis videntibus ⁊ stupentibus apparuit. ¶ Pauperes in domo propria charitatiue suscipiens eis largiter ministrabat: nec vnq͂ sine pauperib⁹ hospitibus esse volebat. Nam pauperem vnum cum

vxore et .iiij. filijs per nouem menses in domo retinens eis de victu et vestitu prouidit. Domum etiã quandam disposuerat iuxta suam cum lectis ⁊ alijs necessarijs p̄ suscipiẽdis egenis: quibus ipsemet in vilibus ministerijs obsequens sepius cũ eis in mensa comedebat: multis miraculorũ signis effulsit. ¶ Cum aliquando in domo sua per eius vicarium vnicus panis solũmodo repert⁹ esset et beat⁹ Iuo multis venientibus pauperibus subuenire vellet: vicario murmuranti medietatem panis dedit: aliã inter pauperes diuisit: medietasq̃ prima diuisa cunctis ad esum satisfecit. Cum autem in mensa cum vicario predicto sederet mulier alias inuisa tres panes maximos ⁊ cãdidos viro dei presentauit: ⁊ ab eo inuitata dũ recubuisset subito nusq̃ cõparuit. ¶ Alias etiam de vnico solo pane quẽ habebat infinitos quasi pauperes ad se veniẽtes refecit. ¶ Alias quoq̃ pauperi elemosinã petenti cum nil aliud dandũ haberet caputiũ suum prebuit: ⁊ disco operto capite transiens post iter medie lance idem caputium in capite suo sibi repositũ diuinitus inuenit. ¶ Cum maxima fames regionem occupasset ipseq̃ famulis mãdasset vt frumentũ qđ habebat in arca repositum pauperibus distribuerent: alliq̃ triticum quasi totum ex arca furto sublatuꝫ inuenissent: sanct⁹ cõfessor in oratione se dedit ⁊ redeuntib⁹ famulis arca frumẽto repleta inuenta fuit. ¶ Mulier quedã lõga infirmitate detẽta dũ secum discumberet: ⁊ comedere nõ valens vinuꝫ de calice in quo ipse bibebat sumpsisset continuo liberatur. ¶ Quendã etiam virũ triennio a spiritu maligno vexatum in lectulo suo vna sola nocte ad quiescendum secũ cõponens mane a demone ereptum ad p̄pria remisit. ¶ Cũ quidã homines p̄ põte edificãdo trabes plurimas cõgregassent: ipsaq̃ ligna nimis breuia ad op⁹ inuẽta fuissent: oratione sancti trabes ad loci sufficientiã p̄longate inuẽte sunt. ¶ A domo cuiusdam signo crucis edito sine vlla reruꝫ amissione ignẽ penit⁹ effugauit. Cũ tñ dom⁹ tota iam incendio cõflagraret: matrẽ ⁊ filiũ dudũ inter se discordes missam p̄ eis celebrans ad pacẽ reduxit. Pro ecclesia dei ⁊ pauperib⁹ contra magnates quoq̃ se opponebat: ⁊ in curijs iudicuꝫ pro eisdem aduocãs intrepidus assistebat: vrbes etiã ⁊ vicos circuiens verbũ dñi sollicitus predicabat: ⁊ multos ad penitentiam conuertebat. Qui dũ semel ad predicandũ accederet: ⁊ pontẽ quẽdaꝫ trãsire deberet: inuenit eũ ab inundante flumine occupatum: sed signo crucis edito aque mox diuiduntur: et postq̃ ictus trãsijt: subito ad statũ pristinũ reuertunt̃. ¶ Cũ pauperem quendã vlcerosum ⁊ despectum ac habitu vilem ad mensam inuitasset: ⁊ ambo in eadẽ scutella comederẽt: repẽte pauper ille pulcher ⁊ splẽdidus et niueis indutus apparuit: ⁊ post morulam ex oculis omniũ euanuit. ¶ Alias etiã eidẽ ad mensam sedenti auis quedã cãdidi ⁊ veridis coloris super eũ resedit que etiã a sancto manu se capi permittens dudũ in mensa quieuit: nec nisi ab eo licentiata recessit. ¶ Die quadã dum in sacristia ecclesie sue pro defensione thesauri domus dei quem quidã ex clericis distrahere volebãt sederet: colũba splẽdida superuolauit. Cui⁹ fulgore tota ecclesia coruscauit. ¶ Hospitatus a quodã nobili ⁊ in camera sua ad dormiẽdũ posit⁹: media nocte ipse nobilis diuinitus excitatus ⁊ monit⁹ vt ad camerã suã iret: illuc accessit: ⁊ eũ abisse vidit: eũq̃ requirẽs in cõcaua rupe penitẽtiã agentẽ inuenit. ¶ Obitũ suũ sibi a dño reuelatum ⁊ prescitum predixit: ⁊ dũ infirmus decũberet nunq̃ abstinentiã cõsuetã dimisit. Ad extremũ ꝗ deueniens sumpto viatico ⁊ sacra vnctione per totaꝫ noctẽ diei sabbati apertis oculis ad crucẽ intent⁹ persistit: et in silẽtio orans in aurora sequentis diei dominice que fuit infra octauam ascensionis decimonono mensis maij: videlicet decimoquarto kalendas Iunij spiritum deo feliciter emisit. Cuius corpus in ecclesia trecorensi sepultum quiescit: ⁊ in miraculis que per eũ christus iugiter operat̃ gloriosus viuit.

¶ De sancto Eustachio ⁊ socijs martyrib⁹.
Capitu. xxij.



Eustachi⁹ cũ vxore Theopista ⁊ filijs Agapito ⁊ Theopisto rome sub Adriano p̄cipe passi sunt. Temporibus enĩ traiani imperatoris erat quidam magister militum nomine placidus: qui licet gẽtilis esset: operib⁹ tñ misericordie et hospitalitatis assiduus ⁊ iusticie intentus oppressis subueniebat. Cui vxor nobilis duos filios pepererat: quos ipsa mater propria educauit. Erat autem strenuus ac potens in bello: ⁊ oẽs barbari subiugabantur ab eo. Et quia misericordie operibus insistebat: ad viã veritatis meruit illustrari. Quadam die enĩ venationi insisteret: cunctis circa gregẽ ceruorũ insistentibus milib⁹ suis: ipse vnũ ceteris maiorẽ in syluam vastiorem insecutus est. Et cum in quandã rupis altitudinem conscendisset: ⁊ placidus vt eũ caperet appropinquasset: inter cornua cerui ei⁹ formã crucis fulgentes vt solem et imaginem christi conspexit: territusq̃ de equo ad terrã cecidit. Christus vero p̄ os cerui sicut olim per asinam Balaam ei locut⁹ est dicens se esse Christum quem ille ignorans colebat. Et cuius ad eũ elemosine ascenderant: quiq̃ illius gratia ad animal illud deuenerat. Cui cum placidus peteret se reuelari plenius quid esset Christus ei per os cerui mysterium mundane creationis et humane redemptionis: diuineq̃ incarnationis: passionis: ⁊ resurrectionis patefecit addẽs vt se baptizari faceret: si ab eo saluari vellet. Mandans vt premissa sue coniugi nunciaret: vt ⁊ ipsa quoq̃ secum crederet: ⁊ die sequenti ad ipsum locum reuerti deberet: vbi dominus que ei futura essent plenius panderet. Placidus igitur iaꝫ perfecte credens: ⁊ de fide nostra informatus domũ redijt: ⁊ predicta omnia vxori retulit: que nocte precedente Christum sibi apparuisse dicebat: ⁊ sibi prenunciasse q̃ ipsa cum viro ⁊ filijs ad se accedere deberent. Nocte igit̃ media perrexerũt simul Placidus ⁊ vxor cum duobus filijs suis ad presbyteruꝫ vrbis ioannem occulte omni eorum familia ignorante: qui eos in christi nomine baptizauit et Placidum Eustachium vxorem Theopistam: duos vero filios suos paruulos Agapitum ⁊ Theopistum nominauit. Mane autem Eustachius sub pretextu venationis cum paucis militib⁹ exiuit: ⁊ ipsos quasi ad feras inuestigandas circumquaq̃ dispergens solus ad locum accessit: ⁊ ibi ⁊ formam prime visionis aspexit. Dominus enim eidem apparuit: eumq̃ de percepto lauacro commendauit: multasq̃ ⁊ duras ei tentationes futuras predixit: ⁊ vt patienter omnia toleraret: ⁊ contra diabolum dimicaret admonuit: addens q̃ per tentationes durissimas ⁊ varias oporteret eum alterum Iob mundo demonstrari. Qui in oratione prostratus ad omnia se paratũ offerebat: ⁊ virtutem tamen cõstantie sibi donari a domino supplicabat. Sic dominus celos Eustachio conspiciẽte conscendit: ⁊ ipse domum rediens hec omnia coniugi nũciauit. ¶ Post paucos igit̃ dies egritudine pestifera cuncti serui eius ⁊ ancille interierunt: vt ne vnus quidem ex miraculo remaneret. Deinde post aliquot dies equi ⁊ omnia pecora eius ⁊ diuersi generis aĩalia mortua sunt. Qui quasi ad pestilentiam euitandaꝫ discessit de domo sua cum vxore ⁊ filijs. Quidam autem scelesti per noctem in domum eius irruerunt: ⁊ cuncta asportantes domum auro ⁊ argẽto: ⁊ rebus omnibus spoliarunt. Ipse vero cum vxore ⁊ filijs nudus aufugit. Qui cum ruborem verentes ab vrbe occulte discessissent: vt in Egyptũ pergerent: tota eorũ possessio per malorum rapinam ad nihilum redacta est. Imperator autem totusq̃ senat⁹ pro tam strenuo viro multũ dolebãt: de q̃ nullũ indiciũ habere poterãt. Cũ ergo iter agerẽt Eu-

stachius

stachi⁹ cum vxore ꝛ duobus paruulis appropinquauerũt mari: ꝛ nauem patroni barbari ascendentes in ea nauigare ceperunt. Dñs autẽ nauis vxorem Eustachij speciosam concupiuit. Et cũ trãsfretassent ab eo naulum exegit: quo non habente vnde solueret vxorem ꝑ naulo retinuit. Et cũ Eustachius contradiceret: ipsũ in mare iactari mandauit. Sicq; sanctus martyr vxorem reliquit ꝛ accipiens infantes nauẽ cõcitus exiuit ꝛ abijt. ¶ Cũq; ad fluuiũ peruenisset: ꝓpter aquarũ inũdãtiam nõ est ausus cũ duob⁹ paruulis pertransire sed vnũ maiorem in ripa deposuit: ꝛ alterũ minorem trãsportauit: ꝛ dũ pro alio rediret: ꝛ circa mediũ fluminis esset: ecce leo maiorẽ minorẽ vero lupus inuasit ꝛ asportauit. Qui capillo euellẽs ꝛ deflens se in fluuiũ necare voluit nisi illum diuina ꝓuidentia custodisset. Pastores aũt leonẽ viuum puerum asportantẽ insecuti sunt: quẽ leo intactũ dimittens aufugit. Similiter aratores post lupum inclamantes alterũ infantẽ incolumẽ liberarũt. Utriq; vero pastores ꝛ aratores de eodẽ vico existentes pueros nutrierũt. Eustachi⁹ vero hec nesciẽs: sed pro vxore ꝛ filijs admodũ dolens cũ lachrymis ad quẽdã vicũ deuenit: ꝛ sibi mercede ꝑ annos. xv. agros illoꝝ hoim custodiuit. Filij vero in alio vico nutriti se fratres esse nesciebant. Dñs autẽ vxorẽ Eustachij intactam cõseruauit: quã ille barbarus morte preuẽtus incognitam dereliquit. Que apud matronã viduã degẽs viridariũ eius custodiebat. Imperator autẽ a barbaris molestatus placidiq; recordatus talẽ se hominem amisisse dolens missis militib⁹ ipm ꝑ vniuersas mũdi partes requirebat. Promittẽs his q̃ eũ inuenissent diuitias ꝛ honores. Duo autẽ olim ex militib⁹ placidi ad ei⁹ vicum deuenerunt. Quos Eustachi⁹ recognoscẽs sed ab eis incognit⁹ eos in hospitiũ suũ duxit: eisq; benigne ministrauit. Et recordatus stat⁹ sui lachrymas cõtinere nõ valens sepius eriẽs fleuit: ꝛ inde lota facie ad eos introiuit. Quẽ illi paulatine discernentes: ꝛ ipsũ tñ ex cicatrice quã in frõte gestabat quãq; in bello habuerat recognouerũt. Quẽ amplexãtes ꝛ vt suũ dñm honorãtes cũ ipm de vxore ꝛ filijs interrogassent: ꝛ ipse oia exposuisset: cõcurrentib⁹ oibus vicinis ꝛ qualis placidus fuerat audientib⁹ ꝙ eũ iuxta condignũ non tractauerant veniã postulabãt. Sicq; milites ipm honorifice indutũ romam ad traianum imperatorẽ deduxerũt. Qui ei⁹ audiens aduentũ eidẽ occurrit: ꝛ ipsum videns in oscula eius ruit. Cũq; ei Eustachius q̃ ei cõtigerãt enarrasset: ꝛ imperator ipsum ad officiũ pristinũ restituisset: Eustachius numeratis suis militibus eũ paucos contra tot hostes reperisset: iussit tyrones colligi ꝑ vicos ꝛ ciuitates: vnde ꝛ terra illa in qua filij ei⁹ enutriti fuerãt eũ duos tyrones dare tenerentur filios Eustachij iuuenes aptos ad exercitum destinarũt. Eustachi⁹ vero eos elegãtes videns ꝛ moribus cõpositos inter cõmitiuas suos eos ascripsit. Profectus igitur ad bellum ex hostibus triumphauit: ꝛ rediens victor exercitũ suum triduo in loco vbi coniunx eius morabatur quiescere fecit. Duo vero adolescentes in matris tabernaculo: matre tñ incognita hospitati sunt. Et sedẽtes circa meridiem ꝛ mutuo confabulantes exponebãt sibi inuicẽ que recordabantur: vel que ab eorum nutritoribus audierant de infantia sua. Et cum maior minori omnia enarrasset: ꝛ ille econtra que a rusticis audierat retulisset fratres se mutuo amplexantes qð essent germani recognoscebant: qui tñ eoꝝ parentes fuissent aliter nesciebant. Qð cũ mater eorũ audiuisset: diu apud se tractauit an illi filij sui essent. ¶ Altera autẽ die magistrũ militum adijt: ꝛ eum interpellans omnia aduersa que sibi contigerant enarrauit. Quod ille audiẽs eam vxorem suã esse recognouit: ꝛ illa ipm verũ suũ comperit. Sicq; alter in amplexus alterius irruerunt. Cũq; theopista virũ de filijs quesiuisset: ꝛ ille ipsos a feris deuoratos assereret: ꝛ illa cuncta p ordinem enarrasset. Et illa cuncta que a duobus iuuenibus audierat retulisset: vocati sunt iuuenes illi a magistro militum: ꝛ qui fuerant interrogati. Qui dũ oia eorum gesta prout recordabãtur vel audierant retulissent: recognouerũt ꝙ parẽtes filij sui essent. Et ruentes in oscula inuicẽ cõgaudebãt. Omnisq; exercitus tam de habita victoria ꝙ de inuentione illorum plurimum letabat. Cum ergo rediret ad vrbem traianum defunctum reperit: ꝛ adrianum paganissimum ꝛ crudelem ei successisse inuenit. Qui tam ꝑ victoria suscepta ꝙ pro inuentione suorũ Eustachium magnifice suscepit: ꝛ magnũ conuiuiũ preparauit. Altera vero die templum deorum adijt sacrificaturus ꝑ victoria barbarorum. Quo dum Eustachius intrare nollet: cũq; imperator Christianum eũ vxore ac filijs didicisset: eos nudos in arena statuit: ꝛ eis leonem ferocem dimitti fecit. Qui demisso capite eos adorans a sanctis humiliter recessit: propter qð miraculũ multi gentilium conuertuntur. Tũc imperator bouem eneum incendi iussit: ꝛ sanctos introcludi mandauit. Qui orantes ꝛ se domino commendantes ac ꝑ se in omni periculo inuocantibus deũ orantes bouẽ intrauerunt: ꝛ in pace spiritum domino reddiderunt. Tertia vero die de boue educti sunt sic penitus inulti: vt nec capillos eoꝝ ignis tetigisset: nec pilos corporis consumpsisset. Quorũ corpa a christianis digno honore tumulant: vbi in eorum memoriã oratorium fabricatur. Qui passi sunt decimotertio kalendas iunij: circa annum xp̃i. cxi.

¶ De sancta Babilla virgine ꝛ martyre. Cap. xxiij.



Babilla virgo et martyr ex regio genere neptis galieni imperatoris fuit. Cum autem ad Eugeniã virginem rome existentẽ multe sancte virgines cõuenirẽt: ꝛ illa ad eam peruenire nõ valens per internunciũ ei significat qualiter Christo seruire cupiebat. Ad quã Eugenia eunuchos suos Prothum ꝛ Hiacynthum quasi sub specie ei famulãdi destinauit. A quibus sancta virgo latẽter edocta ꝛ a sctõ Cornelio papa baptizata est. Sꝫ ab vna ex ancillis suis quod esset christiana Pompeio ipsius illustrissimo sponso accusatur. Et ab eodẽ subito superueniente cũ Protho ꝛ Hiacyntho orãs in cubiculo inuenitur. Cũq; post multas persuasiones ipsum Babilla a se repulisset: misit ad eã multas matronas: que ipsam ad coniugiũ iuuenis hortabant. Quod cũ illa omnino renueret: ꝛ matronas omnes licentiasset: Pompeius ipsius sponsus Galieno imperatori virginẽ accusauit. Et decretũ est ab imperatore vt aut sponsum suum acciperet: aut gladio interiret. Conuenta de hoc respondit se christũ regẽ regũ spõsum habere. Et renuens assensum prebere: quia ex speciali genere erat ꝛ publice audiri non poterat intra domũ suam gladio transuerberata est. xiij. Kal. Junij. ꝛ via salaria sepulta.

¶ De sancto Baudelio martyre. Cap. xxiiij.



Baudeli⁹ subdiaconus ꝛ martyr apud nemansum galliarum vrbem passus est. Hic cũ die quadam super caput sancti eutropij ecclesiã consecrantis vidisset lucem celitus emissam ꝛ manũ dñi se benedicẽtem ad martyriũ quasi diuina inspiratione animatus est. Audiẽs autem gotorum rabiem in gallijs perstrepere: nemausum accessit: ꝛ gentiles sacrificãtes redarguere cepit. Ab eis igitur detentus: diris suppliciis afflictus: fustibus cesus in eculeo suspensus: ꝛ diutissime tortus atq; laterib⁹ flammis adustus cum in fide christi immobilis inter omnia tormẽta perstitisset: nouissime bipẽni capite cesus est: de cui⁹ corpore sanguis emanans in lac conuersus: ꝛ multos

egros inde perfusos sanauit. Uoces quoqꝫ decollationis eius voces angelice psallentes audite fuerunt. Corpus autē eius a fidelibus in ipsa vrbe tumulatū est: ecclesia desuper edificata. De cuius tumulo laurꝰ arbor exorta: mirabiliter ꝑ ecclesie pariete egressa multo tpe ibidē ꝑmansit. Cuiꝰ foliis tacti languidi curabantur: demones ex obsessis corporibus pellebantur. Qui passus est .xiii. kalendas Junij.

¶ De sancto Austregisillo epō. Cap. xv.



Austregisillus epi scopꝰ bituricen. floruit in gallijs tpe heraclij imperatoris: vt ait sigibertus. Qui inter cetera virtutū miracula: cū molendinariꝰ quidā die dñico vellet molā emēdare: ipsamqꝫ dū tereret: eiꝰ manus ferri manubrio adeo adhesit: ꝙ nullo mō poterat amoueri. Cūqꝫ ad ictū epm cōfugisset: ipsum penitentē ꝛ delictū cōfitentē cōfestim vir dñi liberauit. Sepultusqꝫ est bituricen. .xii. Kal. Junij: vbi signis admirādis refulget.

¶ De sancto Constantino imperatore. Cap. xvj.



Cōstantinus magnus impator sanctissimus ꝗuis a pluribꝰ latinorū inditus ꝛ sanctꝰ reputet a grecis tñ in sanctorꝫ catalogo expressius nominat. Huiꝰ pater cōstantiꝰ impator qui vna cū Valerio maximo impauit anno .xvj. imperij sui cōstātinum filiū suū ex obscuriore helene olim cōcubine matrimonio sibi natū: vt dicet in legenda helene matris sue .xv. kal. septēbris: ad imperiū secū tulit: q̄ iperauit annos .xxx. mēses .x. dies .xj. Anno aūt eiꝰ imperij quarto maxentiꝰ maximini filiꝰ rome augustꝰ creatꝰ est. Liciniꝰ dacia oriundus cōstantie sororis cōstantini vir carnūti in impatorē creatur. Itaqꝫ respublica tunc sub nouis quattuor principibus fuit cōstantino ꝛ maxentio filijs augustorū: licinio autē ꝛ maximino hominibꝰ nouis. Deinde quinto ꝑsecutionis anno inter cōstantinū ꝛ maxentiū bellū exortū est. Maxentiꝰ sepe multis prelijs fatigatꝰ: vltimo ad pontē moliniū interfectꝰ est a cōstantino. Maximinꝰ xpiane ꝑsecutionis inceptator apud tarsum dū ꝯ liciniū bellum disponit: interijt. Post q̄ cōstantinꝰ apud danubiū de barbaris victoriā obtinuit: vt habitū est supra de inuētione crucis .v. non. maij. Exinde quasi ꝑ somnium in xpm credidit: quem tñ vnū ex dijs magnis reputauit. Deinde ad vrbē rediens: post aliquos annos lepre plagā incurrit: ꝛ a siluestro papa baptizatꝰ aīe corporisqꝫ salutē: ꝛ mūdationē ꝑcepit: vt dictū est supra in historia siluestri .ij. kalē. ianuarij. Qui prio die baptismi sui hāc legē dedit: vt xps tāqꝫ verꝰ deus ab oī vrbe romana coleret. Scōa: vt si quis xpm blasphemasset: puniret. Tertia: vt quicūqꝫ xpiano fecisset iniuriā: bonorū suorꝫ parte dimidia priuaret. Quarta: vt sicut impator rome: sic romanꝰ pontifex caput ab vniuersis epis: haberet. Quinta: vt quicūqꝫ ad ecclesiā cōfugerit: ab oībꝰ seruet immunis. Sexta: vt nullꝰ nisi de licētia sui epi ecclesiā cōstruat in aliqua ciuitate. Septima: vt ad edificationē ecclesiarū decime possessionū tribuātur. Octaua: ad sepulchrū beati petri venit: ꝛ de suis culpis se lamētabiliter accusauit. ¶ Postmodū arrepto bidente ad fundamentū basilice cōstruēdū terrā primꝰ aperuit: ꝛ .xij. cophinos ad honorē .xij. aplorū in suis scapulis foras iecit. Postq̄ aūt beatā helenā matrē suā ad xpm cōuertit: vt dictū est supra in eadē legenda siluestri. Cōstantinus gloriosus princeps iusto in ordine ꝛ pia vice cōuertit: ꝛ dictū si quidē statuit extra vllā hoim cedem templa claudi: christianorū ecclesias aperiri: eas de nouo construi mandauit: christianisqꝫ dedit licentiā insimul cōgregari. Sic quod post .x. annos in quibus a ꝑsecutoribus ecclesia vexabatur: de ꝑsecutione christianꝰ effectus: pacem ecclesie indulsit: romanā ecclesiā mirabilibꝰ ꝛ insignibꝰ priuilegijs dotauit. Et vt alios ad ecclesias edificādas induceret: in ꝓprio laterañ. palatio ecclesiā in honore saluatoris mundi fabricauit. Quā ꝛ siluester papa publice cōsecrauit: vt dicet .v. idus nouēbris. Deinde vt romanū pontificem excellētiꝰ sublimaret: vrbē romā cū terris ꝛ oppidis ad eā ꝑtinentibus: ꝛ oībus dignitatibus imperialibꝰ sedi aplice cessit: ꝛ ipse cum principibꝰ ꝛ nobilibꝰ romanorū bizantium: que ciuitas erat bithynie se transtulit: quā ꝛ ad instar rome edificijs ꝛ magnitudine ampliatā: ex nomine suo cōstantinopolim appellauit. Ibiqꝫ sedē imperialē cōstituit. Vñ ꝛ eadē regio dicta est romania .i. roma noua: neon enim grece latine dr̄ nouo. ¶ Post hec cū liciniꝰ imperator quasi in constantini despectum qui christianus effectus fuerat xpianis nouam persecutionem induxisset: constantinus vir ingēs principatum totius orbis affectās liciniumqꝫ xpi fidei emulatorem detestans: ꝛ idē bellum intulit: quem primum in pānonia deuicit. Deinde apud chiala oppressit: ac demū crebris bellis deo sibi aduersante terra mariqꝫ fugientē ad deditionē coegit: priuatūqꝫ iussit occidi anno imperij sui .xx. ꝗuis oībus ministris iam nefarie ꝑsecutionis extinctis. Sicqꝫ totius orbis principatum in pace obtinuit: multasqꝫ gētes diuersis prelijs subiugauit. Innumerabiles in eo animi corporisqꝫ virtutes claruerūt. Militaris glorie appetētissimus: fortuna ei in bellis ꝓspera fuit: industria sagacissimus: liberalibus artibus ꝛ ciuilibus deditus: insectator iusti amatoris qd̄ sibi ꝛ liberalitate ꝛ docibilitate quesiuit. In amicos egregius: nulla occasione pretermittēs: quo opulētiores eos clarioresqꝫ ꝑstaret. Multas leges abrogauit: multasqꝫ nouas edidit. Sacerdotes ꝛ ecclesias super omnia honorauit: eoqꝫ in ipsis xpm se honorare testaret. ¶ Illud vero qd̄ in historia tripartita legit: eum vsqꝫ ad mortem distulisse baptismum: ꝛ in nicea ciuitate in arriana fide baptizatum mirabiliter abhorret a vero. Quis enī nisi mēte captus crediderit tātum virum: sub quo nicena synodus .cccxviij. patrum congregata est: in qua fides nostra recitata est: ꝛ arrius cum suis complicibꝰ damnatus: errori se vellet mācipari damnato: maxime cū ꝛ arrium sciret sanctorꝫ patrum ꝛ sua authoritate damnatū: ꝛ apud laodiciam dei iudicio turpissima morte mulctatum? Sed ꝛ ecclesia dei ꝛ omnes antique legende approbant ipsum a beato syluestro baptismū suscepisse: ꝛ ob reuerētiam xpiane fidei romanam vrbem: et imperialem dignitatem romano pontifici cōtulisse: ꝛ se ad edificādum constātinopolim trāstulisse: ibiqꝫ imperiū constituisse: que ipsum nedum baptizatum fecisse quis credat? Sed ꝛ si quis eum rebaptizatum in arriana perfidia dicat: adhuc minus credibile iudicatur: vt supra rationibꝰ suasum est. Ea autem que mendose de constātino dicta sunt de cōstātio eius filio vera esse inueniuntur: vnde ꝓpter eximiam quam habuit ad cultum xpi religionē ꝛ reuerentiam ad clerum: creditur ab aduersarijs confictum esse. Nam beatus Gregorius cū de ipso loquitur in registro cum bone memorie appellat. Et Ambrosius dicit ipsum esse magni meriti apud deum: quia primus imperator viam fidei ꝛ deuotionis principibꝰ dereliquit. Isidorus etiā in chronicis suis hoc reprobans oīno dicit cum feliciter terminasse: vnde greci eum catalogo sanctorum annumerāt: vt dictum est: ꝛ festum de ipso solēniter agūt. In alia autē historia legitur ipsum ab eusebio papa baptizatum fuisse: quod similiter false conscriptum apparet: Cum etiam post eusebium melchiadem papā a prefecto vrbis tarquinio ꝑ martyrium vitam finiuisse constet: quod sub xpiano augusto quis facere nullatenus presumpsisset. Cōstātinus igit̄ apud nicomediam cum in Persas bel-

tum oriretur: morbo oppressus rem publicam bene dispositam filijs tradens quieuit in pace.xj. Kalẽ. Junij. Anno imperij sui.xxj. etatis vero.lxvij. Sepultus in vrbe regia eiꝰ nomini dedicata. ¶ Hic gloriosus princeps fecit basilicas istas in vrbe roma. Uidelicet basilicã domini saluatoris in proprio lateranẽ. palatio: vt dictum est. Basilicã cõstantianam vbi baptizatus est: vbi ⁊ fontẽ ꝑphyretico lapide cõstituit ex argento mirabiliter ornatum: quã in honore Joannis baptiste ecclesie lateranẽ. appendiciã esse voluit. Basilicam beati petri apostoli in templo apollinis: cuius loculũ auro ⁊ argento insigniter cõtexit. Basilicã beati pauli apostoli extra muros in via ostiẽ. cuius etiã loculum exornauit. Basilicã in palatio sessoriano q̃ cognominat̃ sancta hierusalẽ in honore venerãde crucis: vbi ⁊ de ligno crucis dñice locauit. Basilicã sancte agnetis ex rogatu constantie filie sue extra muros via numẽtana. Basilicã beati laurẽtij martyris extra muros via tyburtina in agro verano vbi sepultus est. Basilicã.xij. apostolorũ intra vrbẽ. Basilicam beatorum marcellini et petri: vbi corpus beate matris eius quiescit. Basilicã apostolorũ petri ⁊ pauli ⁊ Joannis baptiste in ciuitate ostiẽ. iuxta portũ vrbis. Basilicam sancti ioãnis baptiste in ciuitate albanẽ. Basilicã apostolorũ in vrbe capua: quã cõstantianã noĩauit: ⁊ alias plures: quas oẽs sacris vasis: ⁊ vestibus: ⁊ alijs ad diuinum cultum pertinentibꝰ infiniti precij predotauit.

¶ De sancto Hospitio confessore. Cap.xxvij.



Hospitiꝰ cõfessor

vir dñi apud niceam inclusus ferro ad carnẽ accinctꝰ cõi tpe modico pane ⁊ dactilis vescebat̃: in quadragesima ṽo solis radicibꝰ herbarũ vtebatur: vt de eo scripsit paulus lõgobardorũ historiographus.li.iij. Hic spũ ꝓphetico dotatus aduentũ lõgobardorũ lõge ante ꝑdixit. Quos cũ adesse cognosceret: oẽs fratres suos emittens solꝰ remansit: longobardi vero ferocissimi ad locũ veniẽtes: ⁊ vt intrarẽt aditũ querẽtes: sed minime inuenire valentes ascenso tecto descẽderũt ad virũ dei. Quẽ vi ferro vinctũ reperiũt: ⁊ estimauerũt eũ esse reũ aliquẽ ibidẽ ex culpa reclusum. Sz cũ eũm vnꝰ eorũ gladio ferire vellet: brachiũ sibi arefactũ est. Qui mox vt veniam petijt: sanctus eum illico sanauit: et cõuersum ad christum monachum fecit. Qui etiã verbum domini longobardis predicans plures ex eisdem domino acquisiuit. Quieuit in pace.xv. kal. iunij.

¶ De sanctis Timotheo et polio et eutychio martyribus. Cap.xxviij.



Timotheus: polius: et eutychiꝰ

martyres apud mauritaniam cesarieñ. passi sunt. Qui in prefata regione verbum domini vndiq̧ disseminantes glorioso martyrio pariter coronari meruerũt duodecimo kalendas iunij. vt ait Ado in martyrologio a hieronymo sumpto.

¶ De sancta Julia virgine et martyre. Cap.xxix.



Julia virgo ⁊ martyr

ex ciuitate carthaginẽ. cuz dicta vrbs capta et subuersa fuisset: captiua ducta fuit: que sortita cum alijs concaptiuis deuenit in seruitutem cuiusdã eusebij gẽtilis nobilis palestini: cui diligentissime famulabatur: spacio quo poterat ieiunijs ⁊ orationibus vacãs. Hanc dñs eiꝰ ꝙuis xp̄ianã ob eiꝰ gratum seruitiũ diligebat. Cum aũt ad gallias cũ mercibus tẽderet: et in capite corsice cũ naui applicuisset: ancillãq̧ secum duxisset: cõtigit in ipso loco gẽtiles dijs suis solennia celebrare. Et dũ tã naute q̃ nauigãtes cũ incolis insule ad sacrificia deorũ accederẽt: sola iulia remansit in naui. Cõperto q̃ xp̄iana esset: felix q̃dã tribunus petijt ab eusebio ancillã eiꝰ ꝓ quatuor ex suis commutari: ad hoc solũ vt eã sacrificare cõpelleret. Quõ cuz ille ꝓpter eiꝰ gratũ seruitiũ oĩmode recusaret: animo cõmunis naute ex industria eusebiũ inebriauit. Quo dormiẽte iuliã rapiũt: ⁊ sacrificare nolentẽ alapis cedunt: crinibꝰ torquẽt: ⁊ diu flagellant: tãdẽ crucifixũ cõfitentẽ cruci cõfigunt: vbi post modicũ spiritũ emisit.xj. kal. iunij. Monachi aũt q̃dã qui in insula marmarica que vulgo gorgona dr̃ habitabant diuina reuelatione moniti nauẽ ascẽdentes corsicã deuenerũt: ⁊ corpus martyris christi tollẽtes celerrime redierũt: ⁊ in eorum insula sepelierũt: q̃d cũ processu temporis aica regina vxor desiderij Longobardorum regis inde brixiã transtulit: ⁊ in monasterio eiꝰ nomini fabricato honorifice collocauit.

¶ De sanctis Casto ⁊ Emilio martyribus. Cap.xxx.



Castus et Emiliꝰ

martyres i aphrica passi sunt. qui vt scribit beatus Cyprianꝰ libro de lapsis propter verbi fidei confessionẽ per ignẽ conflagrati passionis martyrium consummauerunt.xj. Kalend. iunij.

¶ De sancto Desiderio episcopo ⁊ socijs martyribus. Cap.xxxj.



Desideriꝰ episcopꝰ

Lingoñ. tẽporibꝰ honorij ⁊ theodosij imperatorũ martyriũ passus est. Nã dũ vãdali lingoneñ. ciuitatẽ diu obsessam debellarẽt: sanctus eps̄ murũ ascẽdens ꝓ suo grege clemẽtiã postulabat. Uãdali ṽo vrbẽ intrantes: ⁊ multitudinẽ ciuium xp̄m cõfitentiũ trucidãtes: ⁊ eps̄m in ecclesia ꝓ populo orantẽ reperiẽtes ceperũt: et suo duci noĩe cresco p̄ntauerũt. Qui cũ se libẽtissime morti obtulisset: dũ illi residuo pp̄li parcere vellẽt: eductꝰ ex vrbe decollatur: nulla propter hoc erga gregẽ misericordia peccatis exigẽtibꝰ exhibita. Cũ aũt speculator eṗi portã vrbis intrare vellet: capite illiso mox expirauit. Statimq̧ facis irruentibꝰ ianua adeo obstructa est: vt nulli deinceps ꝑ ipsam aditꝰ patere posset in testimoniũ martyris eṗi nulli licere ostẽdẽs vt ꝑ ianuã illam intraret paganꝰ: vbi sctũs eps̄ exiuerat decollãdꝰ. Dũ ẽt ipse gladiator eṗi martyrẽ ꝑcussisset i libro diuino ibidẽ apto sanguinis nõnulle gutte stillãtes plura folia ꝑforarũt literis oĩno illesis: q̃ vsq̧ hodie i testimoniũ ostẽtat̃ miraculi. Sz paulo post. Crescꝰ in ciuitate arelatẽsi a suis captꝰ ⁊ hostibꝰ traditꝰ crudeli nece peremptꝰ est. Sctũs ṽo desiderꝰ sepultꝰ ẽ lingonis miraculis clarẽs. Inter q̃ si q̃s intra eccl̃ie sue septa falso iurare scienter niti t̃: celesti mox vltiõe punit̃. passus est autẽ.x. kal. iunij.

¶ De scto Desiderio alio eṗo et marty. Cap.xxxij.



Desideriꝰ episcopus

Lugduneñ. cuius vita celebris miraculis fulsit: passus est in eodem territorio Lugdunensi: villa prisciñ. cuius corpus modo sepultum veneratur in ecclesia viennensi: ⁊ festum eius ibidem.x. kalendas iunij recolitur.

¶ De sancto Theodoro episcopo ⁊ martyre. Cap.xxxiij.



Theopompus epi scopus nicomediensis in eadem ciuitate passus est cum quodam senesio sub diocletiano augusto: qui primo anno imperij sui illuc accedens iussit fieri statuas ex auro apollinis et artemis: et eas in templo productas a cunctis adorari. Cumque theopompus episcopus ad phanum eductus simulacra adorare noluisset: missus est in clibanum ignis: in quo die et nocte illesus permansit. Nocte vero inde exiens luce celesti preuia ad palatium diocletiani deuenit: omnibusque ianuis reseratis diuinitus vsque ad lectum suum accessit: seque viuentem protestans ad clibanum rediit. In cuius medio manet psallens et omnino inustus repertus est. Quod dum imperator magie ipsius ascriberet: vt experiretur: canem in furnum mitti fecit: qui subito incensus est. Post hec theopompus diebus xxij. in carcere sine vllo cibo detinetur: sed a domino confortatus vultu hilari inde producitur. Tunc iussu imperatoris oculus sibi dexter effoditur: sed ipso ad carcerem redeunte sibi a domino restituitur. Quod dum diocletianus iterum artibus magicis deputaret: accersito ad se quodam egyptio maximo mago: Theona nomine induxit eum ad episcopum suis prestigiis occidendum: voluit tamen primo artem eius videre. Qui taurum ferocissimum ad se ductum dum in aure ipsius aliqua verba dixisset: subito in duas partes discerpsit: que in lance ponderate equaliter pendauerunt. Tunc magus theopompo obtulit spirulas farinales artis magice: et venenum in calice demonibus plenum. Et cum ille hec omnia sine lesione gustasset: magus conuertitur: et cum eo carceri traditus ab eodem baptizatur. Nomenque sibi senesius imponitur: inde sanctus eductus et in terram supinus extensus: atque ad stipites ligatus lapis magnus vix ab octo viris portatus: ventri eius superponitur: sed eleuatus lapis a seipso vltra .xv. cubitos diuinitus prosiliuit. Dehinc in eminenti suspensus pedibus: capite deorsum saxoque ingenti ad eius ceruicem alligato: fune quoque quo tenebatur preciso: vt raptim tractus ad terram dirumperetur: sine vlla lesione in pedibus stetit. Nouissime autem decollatus est. Senesius vero in defosso terre positus: humoque opertus equis superinductis vt calcibus terram premerent: migrauit ad christum. Quorum corpora nicomedie in eodem tumulo sepultata sunt .x. kal. iunij.

De sancto Manaem discipulo. Cap. xxiiij.



Manaem discipulus herodis tetrarche collacteneus fuit. De quo scribitur Actuum .xiij. cap. Hic fidei catholice doctor et propheta sub gratia noui testamenti apud antiochiam in christo quieuit .ix. kalen. iunij vt dicit Hierony. in martyrologio sanctorum.

De sancta ioanna vxore chuze discipula. Cap. xxv.



Joanna discipula de qua commemoratur Luc. vlti. ca. que cum tribus marijs circa sepulturam domini legitur fuisse sollicita. hec fuit vxor chuze procuratoris Herodis antipe qui fuit tetrarcha galilee: et hec post ascensionem domini cum discipulis fuit: eisque sedule ministrauit: et apud hierosolymam in pace quieuit. ix. kalen. iunij: vt dicit Hier. vbi supra.

De sancto Seruulo martyre. Cap. xxvj.



Seruulus martyr passus est temporibus numeriani imperatoris in ciuitate tergestina sub iunilio preside. Qui nobilibus eiusdem vrbis parentibus et christianis ortus: patre videlicet Eulogio: matre clementia: ab annis puerilibus in fide doctus deo seruiens ecclesias frequentabat: et in oratione persistebat. Et cum annorum esset .xij. exiens ciuitatem in spelunca anno vno et mensibus .ix. latuit eremiticam vitam ducens. Deinde celesti voce admonitus vt parentes reuiseret: qui eum vbique perquirebant: ad ciuitatem deuenit: medioque itinere mire magnitudinis serpentem inuenit. Quem primo quidem videns expauit: postea autem confisus in christo signum crucis edidit: et exsufflauit in serpentem. Statimque coluber per medium crepuit: veniensque ad parentes letanter susceptus eis cuncta que sibi contigerant enarrauit. Post dies modicos eulogius mortuus est: et seruulus cum matre vidua morabatur et miraculis choruscabat. Filius cuiusdam ciuis a demonio vexabatur: clamante demone per os pueri: vt si puer ad seruulum duceretur: statim immundus ab eo spiritus eijceretur. Quem cum diuinum requisissent: parentes puerum ad seruulum deduxerunt: et que demon dixerat narrauerunt. Statimque spiritus puerum elidens cepit dentibus frendere: et spumas ipsum diutius agitare. Seruulus vero inuocato nomine trinitatis immundum confestim spiritum ab eo eiecit: et ipsum cum parentibus ad christum conuertit. Vidua quedam famosa nomine fulgentia filium habens grauiter febricitantem veniens ad sanctum iuuenem pro salute filij supplicabat. Qui domum eius ingressus oratione premissa egrotantis manum tenuit: moxque ipsum liberatum a febre de lecto produxit: et vna cum matre ad baptismum gratia perduxit. Quidam domum construens ex alto ceciderat: qui semiuiuus iacebat. Quem in lectulo leuatum seruulo obtulerunt: qui pro eo ad christum orauit: et apprehensa eius dextra ipsum illico incolumem eleuauit. Sed quacunque detenti valitudine ad eum concurrentes sanitatem consequebantur: multique gentilium conuertebantur. Denique tentus a iunilio preside vt idolis immolaret: et cum sacrificare contempsisset: primo neruis cedi: dehinc in equuleo suspendi et torqueri: eiusque latera vngulibus laniari. Et post hec depositus oleo feruenti perfunditur: sed in his omnibus constantior redditur. Et cum preses putaret quod magicis artibus supplicia superaret: lotio fetenti ipsum lauari iussit: vt sic more gentili maleficia expelleret. Sed virtus diuina fetorem in balsami fragrantiam in naribus omnium commutauit. Et cum populus ipsum innocentem clamaret: preses timore multitudinis ipsum extra vrbem eductum gladio iugulari fecit. Cuius corpus mater cum omnibus per eum conuersis in eadem ciuitate omni leticia sepeliuit .ix. kalen. iunij.

De sanctis Donatiano et Rogatiano martyribus. Cap. xxvij.



Donatianus et rogatianus fratres in gallijs ciuitate nannetis temporibus diocletiani et Maximiani passi sunt. Qui cum in dicta ciuitate residerent: et precepta imperatoris christianos ad immolandum compellentia audiuissent. Donatianus iam senex germanum corde fidelem baptizari cupientem: sed hoc persecutor de quo intellexerat: ad vrbem attigeret: et cum propter sacerdotis absentiam baptismum habere non possent: ambo fratres ad dominum orauerunt: vt martyrium rogatiano pro baptismo succederet: quod et factum est. Nam ambo comprehensi: et in catasta extensi ac laniati: deinde lancea militari perfossi: nouissime capite cesi sunt nono kalendas iunij.

¶ De sanctis Anolino ꝛ socijs marty. Cap. xxxviij.



Anolin⁹ custos carcerū erat sub prefecto vrbis almachio tempore maximiani. Cū autē almachius vrbanū papā detētū in carcere custodiendū anolino tradidisset: ꝛ sermones scti pape anolinus cū trib⁹ tribunis audiuisset: cōuersi sunt ad xp̄m: ꝛ ab vrbano pontifice in carcere baptizati. Quod p̄fectus cōperiēs anolinū teneri fecit: ꝛ sacrificare nolētē cōfestim iussit capitalē subire sniam. Tribunos ꝓ xp̄m cōfitentes: plo quidē grauiter laniatos ad sacrificia duci mādauit. Et audiēs eos in idolū cōspuisse: ipsos eodē loco decollari p̄cepit. Qui passi sunt. ix. Kal. Junij. sepulti iuxta sanctos tyburtium et valerianum.

¶ De sancto vrbano papa ꝛ martyre. Cap. xxxix.



Urbanus papa et martyr huius nois primus natione roman⁹ ex patre pontiano de regione via latina: calixto pape primo in p̄atu romano successit: seditq̄ annos. viij. meses. ij. dies. xij. Hic genere nobilis ab infantia xp̄ianus virtute abstinētie ꝛ castitatis ornatus: dignitatis officij virtutū studijs adornauit. Multotiens p̄ fide ex vrbe ꝓscribit: & a fidelib⁹ etiā reuocat. Huius tpe incepit eccl'ia romē p̄dia possidere de quib⁹ sanct⁹ pōtifex clericis ꝛ notarijs q̄ gesta martyrū conscribebant sumpt⁹ ministrabat. An enī ecclesiā ad instar aplōꝝ in cōi viuebat: pecunias tm̄ recipiens p̄ egenis. Hic multos xp̄ianos ad fidē cōuertit. Ualerianū sponsum sctē cecilie: ꝛ fratrē eius tyburtiū nedum baptizauit: sed ad martyrij palmā exhortando pduxit. Postq̄ aūt beata cecilia sctō pape vrbano domū suā tradidit dedicandā: ꝛ ipsa in eandē vitā martyrio finiuit. Urban⁹ p̄dicationi ꝛ baptizatiōi insistēs fideliū ab Almachio p̄fecto vrbis capit: ꝛ in carcere detinet: deinde sibi oblat⁹ cū p̄fectus eidē xp̄ianitatē opponeret: ꝛ thesauros cecilie requisisset. Audit vrban⁹ qd̄ plus mouebat almachius cōcupiscentia thesaurorū q̄ cultura deorū. Et cū ipm̄ p̄fectus superare nō posset anolino tribuno in custodia tradidit: vbi custōs anolinū cū alijs trib⁹ tribunis cōuertit: vt supra proxime dictū est: quib⁹ p̄ martyrium assumptis: Urban⁹ ad simulacra ducit: ꝛ thura imponere cogitur. Sz orāte sctō idolū cecidit: ꝛ. xxij. sacerdotes ignē ministrātes occidit: quē in ipso loco p̄fect⁹ decollari iussit: cui⁹ corp⁹ marmenia vxor carpasij nuper cōuersa cū filia lucina sepeliuit cū cecilia tyburtio valeriano ꝛ mario in eodē sepulchro: q̄ passus est. viij. kal. iunij. circa annū dn̄i. cc. Hic ꝯstituit vt oia vasa ecclesiastica ad sacrū ministeriū ptinentia aurea vel argentea fierēt: vel si paup̄ esset eccl'ia stānea: nō aūt vitrea pp̄ter fragilitatē: nec lignea: pp̄ter porositatē: nec cuprea: pp̄ter nauseā ꝛ abbominationē. Hic et fecit ordinatiōes. iij. p̄ mēsē decēbris: p̄sbyteros. xij. diaconos. viij. ep̄os per diuersa loca numero. xv. ꝛ cessauit ep̄atus dies. xx.

¶ De sctō Niceto martyre. Ca. xl.



Nicetus martyr q̄ interptat victor: gothorū gēte oriūdus: ꝛ ab eorū prorius viris alienus ab annis puerilib⁹ p̄ sctm̄ theophilū gothorū ep̄m: q̄ ꝛ p̄ro cōcilio nicec celebrato interfuerat in fide doct⁹ ꝛ baptizat⁹ est. Cū aūt inter gothos discordia orta esset: ꝛ duce ex eis ptes fierent: quarū vni fritigernes: alteri ꝓo athanaric⁹ p̄fuit: ꝛ ipse partes adinuicē decertassent: fritigernes ab athanarico vict⁹ est. Qui se tūc cōtulit ad presidium romanorum: ꝛ ab imperatore valentiano ad xp̄ianitatem suscipiendā cū suis inductus: sumpta romana militia que erat in thracia: cruceq̄ xp̄i p̄uia aduersarios expugnauit. Quapropter athanaric⁹ cū suis fidē suscepit. Et succedēte p̄dicto theophilo ep̄o vrphilo qui ꝛ ipse cōstantinopoli scdo fuerat cōcilio celebrato: oēs gothi partis illius ab eodē vrphilo in fide docti ꝛ baptizati sunt. Qui etiā ep̄s sacre scripture libros de latino trāstulit in linguā gothorū: vt populū ad fidei rudimēta pduceret. Nicet⁹ aūt q̄ xp̄iane parti adherebat: xp̄m viriliter p̄dicabat. Qui ab aduersarijs athanarici gothis: q̄ iuxta danubiū habitabant: detent⁹ ꝛ ad fidē xp̄i denegandā cōpulsus est. Qd̄ cum facere recusaret: in ignē copiosum mittitur: ꝛ sic spiritum deo reddens martyr dignus efficitur. ¶ Cū autem quidam nomine marianus de ciuitate mascupsita olim sancto martyri amicitia speciali cōiunctus corpus eius requireret: ꝛ furorē gothorum gentiliū formidaret: nocte consurgens ad corpus pquirendum accessit: verum cum locum ignoraret: stella sibi apparente: ꝛ vt olim magis viam ostendente ad locum perducit: qua supra corpus martyris quiescente sacre sibi reliquie reuelant: ꝛ ab eodē collecte in domum suam honorifice collocant: multaq̄ sanitatum miracula earū virtute demonstrantur. Processu vero tp̄is a fidelibus ecclesia in ciuitate construitur: ꝛ corpus martyris illuc transfertur: solo manus pollice ad eius solatium mariano dimisso. De corpore vero sacro nihil amplius vllo tēpore potuit amoueri. Nam dum auxentius ep̄s mascupsitie ecclesiam fabricasset: ꝛ de reliquijs sanctorū tharāci: probi ꝛ andronici de anarzana vrbe vicina partē pro consecratione ecclesie obtinuisset: promissione facta q̄ de reliquijs niceti martyris partē in recōpensationē referret: apertoq̄ sepulchro manum ad auferendū ex mēbris aliquid posuisset: cōfestim man⁹ eius arida ꝛ cōtracta facta est: nec prius restituta donec ep̄s de temeritate penitens: manum vt posuit pro cōsequenda sanitate ad corpus reduxit. Post tp̄is decursuz corpus ipm̄ venetias trāslatum quiescere dr̄ in ecclesia sancti nicolai. Passus est autem sanctus martyr. viij. kalen. iunij.

¶ De sancto Zenobio ep̄o ꝛ confessore. Cap. xlj.



Zenobius ep̄s ciuis florentine vrbis nobilissimus a puerilib⁹ annis diuinit⁹ literis imbutus: sanctitate conspicuus: ꝛ post minores gradus ad ep̄atum eiusdē ciuitatis elect⁹ est. In quo multo tpe p̄sidens gregē dn̄icū ꝟbo ꝛ exemplo sollicite pauit: ꝛ multorū signorū gloria splēduit. Inter q̄ dn̄i q̄dam eccl'ie sue p̄dia occupassent: nec sepi⁹ admoniti ea reddere vellēt: subita morte peuntes exēplo suo alios nedū ad restitutionē: sz ampliorē dotationē florētine eccl'ie puocarūt. ¶ Matrona q̄dā apostolorū limina visitās vnicū suū paruulum secū deducens cū febricitantē zenobio ep̄o cōmendauit: ꝛ romā perrexit: quē ipse materno more diligenter fouit. Cūq̄ die quadā necessitate ecclesiā adijsset: ꝛ mater ipso instanti rediens filiū eadē hora expirasse repperisset: corpus eius in vlnis accepit: ꝛ cū lachrymis ante pedes viri dei proiecit: quē ille sua oratione cōtinuo suscitauit. In cui⁹ testimoniū locus in quo genua fixit geniculus vocat: q̄ si aliq̄s a quaq̄ bestia immūdicia polluit: mox diuina vltione bestia illa punit. ¶ Alia vice egressus de ciuitate iuuenē qui ad tumulū portabat inuenit: p̄ quo deposito pheretro exeq̄as celebrauit. Rogatus q̄ꝙ ab astantibus pro eius suscitatione ipso quoq̄ ex humilitate diutius recusante tādem acq̄escēs pro ipso diu orauit: ꝛ populum omnē Kyrie eleyson

de mare admonuit: sicq; iuuenē ad vitā reduxit. Quieuit in pace matur⁹ etate. viij. kal. Junij. Sepultusq; est in ecclesia scī Laurentij. Inde post aliquot annos trāslatus in ecclesiā sctē virginis reparate. In cui⁹ trāslatione sacra tempore hyemali arbor quedā quā casu ipsius pheret ruin tetigit: subito flores produxit.

De sancto Dionysio epō Mediolanēsi. Cap. xlij.




Dionysi⁹ eps Mediolanē. tpe cōstantij filij cōstātini claruit. Qui ab ea aliqn̄ circūuent⁹ arriane heresi subscripsit. Et postmodū cōpūctus ab eusebio vercellensi. epō cui⁹ erat in baptismate fili⁹: veniā petijt. Cui ille pniam iniūxit: ppter qđ a cōstātio ad cappadociā in exilio delegat⁹ ibidē p xp̄i fide ɀ catholice veritatis assertiōe vitā finiuit. viij. kal. Junij Cui⁹ reliqas sctūs Basilius cesaree cappadocie episcop⁹ postmodū Ambrosio Mediolanē. episcopo transmisit: quas ille deuote suscipiens honorifice ibidem recondidit.

De sancto Mutio abbate. Cap. xliij.



Muti⁹ abbas vt retulit cōpres hieronymo in vitis patrū / primo gētilis fuit ɀ latronum princeps ac sepulchrorum violator. Qui cū nocte quadā ad domū deo dicate virginis deuenisset expoliandi grā: subito soporat⁹ videt in somnis quēdā regali habitu indutū cū a flagitijs desistere monētē: alioqn morte turpissimā cōminātē: videtq; monachorū militiā: ɀ eorū ducē q̄ noīe mutij ꝙ iussa adipiscere illi regi pmittebat. Euigilās ꝗ subitoq; conuersus ad ecclesiā cōfugiēs baptismū suscepit: ɀ ad eremū trāsiēs i sctitate nimia solitariā vitā duxit: multosq; discipulos habuit. Semel tm̄ i hebdomada. i. dnica die panē sibi missū diuinit⁹ comedebat: nullūq; aliū decetero cibū sumebat. Adolescēs qdā ad eū accedēs ab eo mōach⁹ effici: ɀ dū ab eo mōachali habitu vestit: cepit iuuenis dicere ꝙ optaret se ab eodē pr̄e mortuū visitādū: ꝙ se muti⁹ factur̄ pmisit. Cū aūt post aliquot ānos iuuenis decessisset: ɀ cū abbas induisset interro gat⁹ ab eo an ipm̄ sufficiēter induerat⁹. Rn̄dit defunct⁹ ꝙ sic: ɀ ꝙ pmissa optime ipse curat. Iterū cum quēdā in extremis constitutū visitare curaret: ɀ multa sibi ɀ comit⁹ via superesset: solq; iā ad occasum festinaret: pcepit soli vt se modicū expectaret: qđ ɀ sol fecit: nec occubuit: donec mutius cū socijs ad locū puenit: vbi monachū iā defunctū inueniēs: eūq; vocās interrogauit quid poptaret: an ad vitā psentē redire: an somno suo qescere. Qui rn̄dēs qđ magis cuperet dissolui ɀ esse cū xp̄o: iussus a sctō in pace obdormiuit. Alteri quoq; in extremis laborāti q̄ cōsciētia premēte mortis eritū expauebat. Rogat⁹ ab illo tres annos sibi ad pniaz cōcessos a dn̄o impetrauit. Quē ad eremū deducēs post trienniū ad domū suā cū angelū reduxit. Noctēq; superueniēte ille cū dormitās expirauit: quē abbas mutius sepeliuit. Hic et frequēter ad loca remotissima in momento diuinitus pro voto euectus est: quieuit aūt in xp̄o. viij. kalen. Junij.



De sancto Mutio confessore monacho. Cap. xliiij.

Mutius ali⁹ monach⁹: vt dicit heraclides cū secularis vir esset: mūdo abrenūciare desiderās cū filio paruulo, octo annorū ad monasteriū accessit: ɀ diu cū infante pre forib⁹ excubuit: donec instantia improbitatis ɀ cōsuetudinē cenobiorū cū filio susciperet. Intrāsq; monasteriū a filio seiunct⁹ est: vt iā nō se patrē esse meminisset. Qđ vt pleni⁹ pbaret: de industria negligebatur paruul⁹ squalidis indut⁹ colaphis etiā sine cā sepissime cesus: ita vt nūq; videret filiū nisi lachrymarū vestigijs genis pfusum. Pro amore xp̄i nihilomin⁹ ɀ obediētie virtute rigida: hec oīa patiētissime tolerabat. Cū die quadā abbas flere vidisset infantē: iussit patri vt filiū iactaret in flumē: qui nō adeo cito mādauit. ꝙ celeriter mutius iussa cōpleuit. Sed procurati fratres de industria paruulū a flumine rapuerūt. Et sic abbati a dn̄o reuelatū est: sanctū mutium hac obedientia abrahe patriarche meritum acquisisse. Hec heraclides.

De festo corporis iesu christi. Cap. xlv.




Festiuitas corporis iesu christi ab vrbano papa quarto nup instituta est: vcz anno dn̄i. M. cclxij. anno pōtificat⁹ ei⁹ primo. Cui⁹ institutiōis causa mota fuit miraculū qđ tunc temporis apud vulsiniū castrū apparuit. Cū em̄ quidā presbyter de veritate sacramenti aliquid hesitaret: ɀ sacrā hostiam confregisset: subito sanguis viu⁹ ex hostia manere cepit: ɀ corporale adeo cruore tinxit qđ nulla vnq; lotiōe deleri potuit: sed in testimoniū miraculi vsq; in psens in corporali sanguis pmanet: ɀ viterbij: vbi tunc erat curia: p reliquijs reseruat. Hoc igit miraculo principaliter induct⁹ romanus pontifex vrbanus quart⁹ hui⁹ sacramenti deuotione affect⁹ pie statuit prefate institutionis memoriā prima quinta feria post octauas penthecostes a cunctis fidelib⁹ celebrari: vt qui p totū anni circulum eo vtimur ad salutē: ei⁹ institutionem illo tpe specialiter recolam⁹: quo spiritussanctus discipulorū corda edocuit ad plene cognoscenda huius mysteria sacramēti. Nam ɀ in eodē tpe cepit hoc sacramentum a fidelibus frequentari. Legitur em̄ in actibus apostolorū quod erant perseuerantes in doctrina apostolorū ɀ cōmunicatione fractionis panis ɀ orationib⁹ statim post sanctispiritus missionē. Cū autem hoc gloriosum sacramentum sit quoddā singulare donariū nobis a christo donatum: ɀ quattuor sunt q̄ donum quodlibet extollunt: vbi vcz concurrūt. In dante liberalitas: in dono preciositas: in modo cōgruitas: in sumēte vero necessitas ɀ vtilitas. Idcirco circa corporis christi sacramentum quattuor occurrunt considerāda: vcz in domino largiente liberalitas generosa. In dono excellente preciositas valorosa. In modo cōgruente opportunitas speciosa: ɀ in homine sumente vtilitas fructuosa. Circa primū sciendū quod christi liberalitas in hoc sacramento apparet ex eo qđ ibi summe relucet diuina oīpotentia sapientia ɀ beneuolentia. Cum enim homo in aliquo opere totum suum posse ɀ scire ɀ velle nihil amplius potest. In hoc autem dono apparent summe. Primo dei omnipotentia: que in sacramēto eodē mirabilia tot operatur. In tribus enim operibus maxime apparet omnipotentia dei scz in creatione: incarnatione: ɀ consecratione. Opus aūt incarnationis preponitur operi creationis. Unde Augustin⁹. Homo deus de virgine natus potēti⁹ opus est ꝙ mundus de nihilo creatus: opus autē consecrationis adhuc apparet mirabilius ꝗ ipsa incarnatio triplici ratione. Primo quia in incarnatione creator factus est creatura. Nam verbum manens quod erat assumpsit hominē qđ nō erat. Hic autē creatura fit creator: panis nāq; substantia q̄ est creatura inanimata efficitur caro xp̄i

que est caro dei:et sic substantia panis fit substātia vni-
ta substantie dei. ¶ Sc̄do q: opus incarnationis factū
est ab ipsa trinitate immediate nulla creatura coopera̅
te:hic aūt is transmutatio fiat a deo:tn̄ mediāte ⁊ coope
rante hoīe sacerdote et aliq̄n peccatore. ¶ Tertio q: in-
carnatio semel facta est nunq̄ iteranda:consecratio au-
tem corporis xp̄i quotidie ⁊ multotiens iteratur. ¶ Se-
cundo apparet hic maxime dei sapientia:que ipsum sa-
cramentū in testamēto veteri pluries prefigurauit. Sa
pientis aūt est opus subtile preuidere:⁊ pluries etiā for
maliter designare. Et q̄uis multimode hoc venerabi-
le sacramentū in veteri testamēto fuisset prefiguratum:
principaliter tn̄ eius apparent figure tp̄e legis nature:
tempore legis scripte:et tempore prophetie. Tempore
legis nature. Figura huius habetur in sacrificio mel-
chisedech:qui fuit rex hierusalem et sacerdos dei:vt di-
ctum est supra de melchisedech:qui sacrificium suū deo
obtulit panis et vini:vt habetur Genes.xiiii. Hic enim
p̄figurauit christū verum regem iudeorum et sacerdo-
tem summi patris:de quo pater eius secundum carnē
dauid prophetauerat dicens. Tu es sacerdos in eternū
secundum ordinem melchisedech:qui sacrificium sui
corporis et sanguinis sub eisdem speciebus obtulit deo
patri. ¶ Tempore legis scripte. Figura huius habetur
de māna quod deus pluit patribus in deserto:quod ab
hebreorum populo in diuersis vasis recollectum scili-
cet a quibusdam in magnis a quibusdā in paruis sem-
per eiusdem mensure inueniebatur:et ad omnem sapo
rem edentis conuertebatur:quo pane aliti sunt patres
in deserto vagantes:donec in terram p̄missam de fru-
ctibus gustauerunt. Quo prefigurabatur hoc sacramē
tum qd̄ integraliter sumitur ab omnibus in quacunq̄
q̄titate hostia tribuatur:quod etiam secūdum affectio
nem sumētis sic in eo ad omnem saporem virtutis vel
vim operat̄. Et hoc pane nos ali oportet in deserto pre-
sentis seculi peregrinantes:donec ad terrā celestis pa-
trie deuenientes ipsum christum ventris virginei fru-
ctum in suo fonte gustemus. ¶ Tempore p̄phetie. Fi-
gura habet̄ in helia:qui fugiens a facie iezabelis in de-
serto peruagans obdormiuit in vmbra iuniperi:quem
angelus suscitauit:et subcinericium panē ostendit:quo
refectus in eius fortitudine peragrauit vsq̄ ad montē
dei. Quo prefignabatur peccator:qui fugiēs a facie ten-
tationis in deserto presentis seculi lassus in cōtempla-
tione arboris crucis quietem inuenit. Ibiq̄ carnē chri-
sti sub specie panis subcinericij pendentem accipit:quo
cibo refectus securus perambulat vsq̄ ad montē ethe-
rei regni. Idcirco hoc sacramentū dicitur viaticum:q:
panis viatorū. Tertio apparet in ipso summa dei bene-
uolentia:q̄ dedit. ¶ Primo seipsum. Nō enī dedit celū:
nec angelum nec apostolum:nec matrem p̄priā:sed cor
pus suum:ad Timoth.ii. Dedit semetipsum pro nobis
&c. ¶ Secundo dedit se in cibū non in loculū:nec in ser-
uum:sed in edulium. Augustinus. Vox dei de celo:cib⁹
sum grandium:crede et manducabis me &c. ¶ Tertio in
perpetuū:non vsq̄ ad annū:nec decēniū:nec cētenniū:
sed vsq̄ ad seculi finē. Matth.vlti. Ecce ego vobiscum
sum oīb⁹ diebus vsq̄ ad consummationē seculi. ¶ Cir
ca secundū sciendum qd̄ huius doni preciositas appa-
ret:ex eo qd̄ ipsa caro et sanguis christi nobis donantur
quo nihil preciosius esse potest:q: caro deifica et verbo
vnita vt dictum est. ¶ Circa cuius veritatem dubitari
consueuerūt principaliter septē:que et si rōnibus p̄ba-
ri nequeāt:q: fides nostra que est de supernaturalibus
nō subest argumētis scientiarū naturalium:tn̄ aliqui-
bus naturalib⁹ exēplis oīa dubitabilia aliqualiter per-
suadentur. ¶ Primo enim dubitatur quomodo panis
in carnem:et vinum in sanguinem transmutantur. hu
ius exēplū naturale habem⁹ qd̄ panis quē comedim⁹
in verā hominis carnē:⁊ vinū qd̄ bibimus in verū san-
guinē naturaliter cōuertit̄:post certum horarū spaciū
operante natura. Quid ergo mirum si qd̄ natura facit
interuallo aliquarum horarum deus sine tempore ope
ratur. Ipse enim naturam creauit:et eius cursum sua
omnipotentia mutare potest. ¶ Secundo quomodo
accidens nulli innitatur:accidentia enim sine subiecto
in eodem existunt:quod pre omnibus dubitabilius vi-
detur. Non enim illa rotunditas:⁊ albedo:⁊ sapor:⁊ alia
accidentia sunt panis:quia panis ibi non est:nec corpo
ris christi:quia vtpote corpus humanum talia acciden
tia non habet: nec aeris:quia tali luce a nullo corpore
coloratur:ergo in nullo subsistunt. Sed in ipsis natura
libus apparet aliquādo accidentia:que nulli substantie
corporee innitunt̄:sicut curuitas remi in aqua:non enī
talis curuitas est accidēs remi qui rectus est:nec aque
que sine remo tale accidēs nō habet:ergo in nullo sub-
sistit. ¶ Tertio quomodo corpus in hostia collocatur:
videtur enī mirabile qualiter xp̄s qui deus est:⁊ homo
perfectus sub modici panis specie cōtinetur. Sed si q̄s
aduertat qualiter sola substantia trāsmutat̄:videbit eui
denter qd̄ substantia que nō suscipit magis nec min⁹:
sub illa modica hostia contineri pōt. Sicut enī ibi sunt
accidētia panis sine subiecto:sic et ibi est substātia cor-
poris sine aliquo accidēte:⁊ per cōsequens nulla est ibi
dimēsio q̄titatiua:sine qua substantia magni corporis
sub q̄titate minimi corporis contineri pōt. Huius exē
plum in naturalib⁹ habem⁹ qd̄ ad hoc vt scilicet visibi
le corpus ab oculo videatur necesse est:vt dicit Aristo.
q̄ forma visibilis sit in pupilla:⁊ sic collina ⁊ domus ab
oculo visa est in pupilla nō q̄titatiue:sed formaliter:vt
montē maximū in modico speculo videmus. ¶ Quar-
to quomodo in pluribus nō multiplicatur:vnū enī et
idem corpus xp̄i in multis ⁊ infinitis altaribus per di-
uersas mundi partes in multis hostiis eodē tp̄e consi-
stit:nec tn̄ ex hostiarū multitudine corpus vnicū pluri-
ficatur:qd̄ etiam in celo et in altari tn̄ diuersimode cōti
net̄. In celo enī corporaliter:in hostia sacramentaliter.
Hui⁹ exemplum habemus quod vnius ⁊ eiusdē homi-
nis imago in diuersis et multis existens nō plurificat̄.
Et in seipsa subsistit corporaliter:in speculis p̄o forma-
liter. ¶ Quinto quomodo diuisus non laceratur. Cū enī
hostia per partes diuiditur:corpus nō frangitur:sed in
qualibet q̄tulacunq̄ minima particula integraliter conti
net̄. Hui⁹ exēplum apparet in speculo:in quo cū vnius
hominis vna sola consistat imago:si per partes diuida-
tur:in qualibet parte etiam modica integraliter imago
eadē resultat. Sexto quomodo sumptus nō consuma-
tur. Nam nō est adeo modo in orbe tā maxim⁹ qui to-
tiens sumptus amodo nō esset consumptus. Hui⁹ exem
plum apparet in cādela:⁊ qua si lumen ab infinitis can
delis recipiatur appositis:lumē tn̄ ipsius nunq̄ minui
tur:sed semper eodē splendore relucet. Triticum etiam
qd̄ a mundi exordio semper oēs homines comederūt:
nunq̄ consumere potuerūt. ¶ Septimo quomodo in
diuersis diuersimode operatur. Nā sicut ille qui digne
sumit remedium suscipit:sic indigne sumēs iudiciū si-
bi manducat et bibit. Huius exēplū est de vna et eadem
medicina que duobus egris a medico data vni bn̄ dis-
posito operatur ad sanitatē:alteri male disposito opera
tur ad mortem:non ex defectu medicine:sed ex mala su-
mentis dispositione. Sic ergo de veritate huius sacra-
menti constare potest. Joannis.vj. Caro mea vere est ci
bus:et sanguis meus vere est potus. ¶ Circa tertiū no
tandum quod modi congruitas siue opportunitas ap-
paret:ex eo quod istud sacramentum non datur in for-
ma propria:sed sub specie aliena: scilicet panis et vini.
Circa quod tria videnda sunt. ¶ Primo quare sub bi-
na specie dat̄:videlicet caro sub specie panis:⁊ sanguis
sub specie vini. Ad hoc respondet thomas in hymno. d.
Quibus sub bina specie carnem dedit et sanguinem:vt
duplicis substantie totum cibaret hominem. Homo
enim ex anima et corpore consistit:et per hoc apparet
quod hoc sacramentum est refectio vtriusq̄. Nā caro
est refectio corporis:⁊ sanguis anime:q: anima omnis

carnis in sanguine est. Levi. ¶ Scdo quare hoc sacramentu sub aliena specie occultat. Hoc autem fecit xps primo ad ostendendu miraculu: in hoc enim dei olpotentia apparet mirabiliter: q in hoc sacramento eode tot mirabilia operatur: qd no esset si in ppria forma traderet. Scdo augendu meritu. Ui dicit Greg. fides no habet meritu: cui humana ratio pbet experimentu. Maximu enim meritu fidei est credere qd homo no videt imo q natura per omnes sensus dissuadet. Tertio ad euitandu fastidiu. Non enim posset homo sumere carnem et sanguine xpi in forma ppria: qd et gustus fastidiret: et anim9 abhorreret. ¶ Tertio quare sub forma panis et vini potius q aliorum elementorum tradatur: hoc aute fit propter tria. Primo propter magis acceptabilem sumptione. Sunt enim comestibilia que ab aliquibus abhominant: vt porri: cepe: queda que recusantur propter aliqua egritudine: vt pisces ab egrotis: quedam que non reperiuntur propter diuersitatem temporu vel locoru: sicut pepones qui no inueniunt in hyeme: et cothurnices citra mare: queda q chari9 emunt vt pdices. Ideo dat hoc sacramentu sub talib9 specieb9: q ita sunt pformes nature: sic delectabiles gustui: sic oib9 locis et tpibus reperibiles: sic copiositer abundates: vt nullo fastidio vel egritudine: inopia: vel certitudine qs excuset ab hui9 sacramenti sumptione. Scdo ppter mystica significatione: vt sicut panis et vinu sunt naturalia et pncipalia corporis alimeta qui panis cor hominis confirmat: et vinum letificat: sic per hoc appareat: qd hoc sacrametum est anime plena refectio vita et alimentu. Tertio propter ostendenda vnione: vt sicut ex multis granis vnus panis conficit: et ex multis racemis vnu vinu eliquatur: sic ostedatur qd per hoc sacrametu vnitatis multi fideles q sunt mebra xpo capiti in vno ecclie corpore vniunt. Ro. xii. Sicut enim in vno corpore multa mebra habem9 et infra: ita multi vnu corpus sumus in xpo: et hec est ro augustini. ¶ Circa quartu notadu est: qd vtilitas huius sacrameti apparet esse septuplex. ¶ Prima est dnice passionis commemoratio. i. Corinth. xi. Quoties madu. pane hunc et calic. bi. morte dni annu. ¶ Scda est xpi et sumentis vnio. Jo. vi. Qui madu. mea car. et bi. meum san. in me ma. et ego in eo. ¶ Tertia est demonis expugnatio: vnde catat ecclesia. O salutaris hostia q celi padis ostiu: bella premut hostilia da robur: fer auxiliu. ¶ Quarta est peccatoru remissio. ¶ Quinta est oim virtutu et gratiaru infusio: vn dr eucharistia: qd est bona gra ab eu. qd est bonu et charis gratia. De his duab9 vtilitatibus dicit sanctus Tho. nullu etia sacramentu est isto salubrius: quo purgant peccata: virtutes augent: et mens oim spualiu charismatum abudatia impinguatur. ¶ Sexta est pene purgatorie expiatio: qd gregorius p multa exempla pbat in. iiii. dial. et satis diffuse: vn dicit thomas. Offert in ecclia p viuis et mortuis: vt oib9 psit: qd est p salute omniu institutu. ¶ Septima est eterne glorie collatio. Joa. vi. Qui madu. mea car. et bi. meu san. habet vitam eternam. et infra. Qui mandu. hunc pa. vi. in eternum.

¶ De sancto Eleutherio papa et mar. Cap. xlvi.



Eleutherius papa et martyr natione grecus patre abundio. de oppido nicopoli: sothero epo romano in epatu successit: et sedit annos. xv. meses. vi. dies. v. Hic accepit epistolam a lucio rege britanico: vt p eius mandatu xpianus efficeret: cui papa misit duos religiosos viros vcz Fuganu et Damianu qui rege pdictu et populu conuerterut. Hic constituit que ab apostolo decreta fuerant. s. vt nulla esca vsualis a xpianis fidelib9 repudiaret: qua de9 creauerit: que tn rationabilis et humana est. Hic fecit ordinationes tres per mesem decebris: psbyteros. xii. diaconos. viii. epos per diuersa loca. xv. qui etia tpe comodi imperatoris martyrio coronatus est: et sepultus cum fratribus suis iuxta corpus beati petri apostoli in vaticano. vii. Kalen. iunii: et cessauit episcopatus dies. vi.

¶ De sancto Quadrato discipulo. Cap. xlvii.




Quadratus apostolorum discipulus fuit: qui apud athenas ad predicandum verbum dei missus: postq eidem vbi pluribus annis euangelizauit: clarus doctrina et vita sancto fine quieuit: ibidemq humatus iacet. vii. kalen. iunii: vt ait Hieronymus.

¶ De sancto Augustino episcopo anglorum. Cap. xlviii.



Augustin9 eps anglorum a beato papa gregorio diuino instinctu missus est ad anglias ad predicadum anno. xiiii. imperatoris mauritii: vt dicunt sigibert9 et Beda: et aliqualiter supra tactum est in lege da gregorii pape. iiii. idus martii. Cu quo etiam melitus et Joannes et alii plures sci monachi missi sunt. Hi venientes britannia ad insula que dr thanna quaq a terra diuidit fluminis trium stadioru: qui appellatur siraut: miserunt interpretes quos de francia acceperant mandato pape ad eldebertu regem in cantia ciuitate regali: qui audita ca aduentus sanctorum ab eo benigne suscepti sunt. Nam et rex vxore beritem xpianam duxerat eo pacto vt fieret xpian9: qd tn nodu implere curauerat: postea vero rex deueniens ad insula audita pdicatioe xpi: cocessit eis locum in ciuitate Dorbeich. in palatio suo: et prebuit licentia predicandi et couertedi oes qui fide suscipere vellet. Ipse tn ppter nouitatem fidei noluit tam cito couerti. In ipsa aute ciuitate dorbeia inuenerunt ecclesia sancti martini: que ibidem fabricata fuerat tpe quo romani angliam obtinuerunt: in qua ecclesia regina sepi9 xpm orabat. In ipsa ergo ecclesia diuina celebrare et predicare ceperunt: multisq miraculis perpetratis plurimos couerterut. ¶ Post annu vero rex eldebert9 cu plurib9 aliis regib9 et pncipib9 sibi subiectis fide xpi percepit. Deinde augustin9 venies berelas ab etherio epo archieps getis anglorum ordinat9 est madato Gregorii pape. Et ex regis cocessione in regia ciuitate costruxit ecclesiam saluatoris: qua etia metropolim toti9 insule costituit. qua et successor ei9 laurenti9 eps cosecrauit. Cu aut multi fide pnpere recusaret: et rex nemine copellere vellet: ordinataq disputatioe inter epos xpianoru et potifices idoloru couetu est p partes vt eger introduceret: et q pars ipm sanare posset illi9 fides pualeret: et adducto ceco cu a getilib9 illuminari no potuisset: et augustinus ei lume restituisset: maxima paganoru pars pueria credidit: et baptismu suscepit. Sicq augustin9 virtutibus clar9 et doctrina qeuit i pace. Anno dni. clxiiii. vcz. vii. kale. iunii. Sepult9 cantie in ecclia apostoloru petri et pauli. Qui et ad extrema deuenies laurentiu comite sui sibi successore reliquit: ne status nouelle fidei deperiret.

¶ De sancto Hildeunto episcopo. Cap. xlix.



Hildeuntus episcopus meldesi. sctō pharoni episcopo ipsius ciuitatis successit: qui puer quinquenis eide a parentibus traditus: et ab eode eruditus est a pueritia vitam penitentiam agens. Electus est ergo episcopus post pharonem et consecratus. Cu9 autem iuxta ecclesiam sancte crucis in qua olim corpus sancti pharonis sepultum fuerat esset atrium in

quo ciues loci suos mortuos tumulabãt: in eodẽ atrio ad preces populi xps aliã ecclesiã cõstrui pmisit: vt sic in ecclesia iacerent corpora defunctorum. Que dũ esset cõsecrãda nocte precedẽte funditus diruit. Qd sanct⁹ videns: et de miraculo stupẽs: ac de culpa penitens romã deuenit: et a bonifacio papa absolutiõez obtinuit: ac deinde vt deo satisfaceret hierosolymam adijt: verbũ dñi pdicãs circũquaq3. anno igitur peregrinationis sue septimo ad ecclesiam suã reuertens in loco qui dr lantma chus monachũ reperit: qui sibi a domino fuisse reuelatum asseruit Wildeuntum ad se venturũ cũm cui deus dimiserat oĩa peccata sua. Regressus igit ad ciuitatem suã ecclesiã dei genitricis. vij. ab vrbe miliario fundauit et dedicauit. In cuius dedicatione chirothece ipsius de manibus eius hora oscerationis extracte tribus horis in solis appense radio q̃si in pertica pepẽderũt. ¶ Post hec sctũs vir puerũ sine baptismo defunctũ a mortuis suscitauit: quẽ noĩe patris sui adelbertũ vocauit: et eodẽ anno. vij. post se moriturũ predixit: ac iuxta se tumulandũ mandauit. Que oĩa vt predixerat euenerũt. Quieuit autem in pace. vij. calen. iunij. Iuxta cuius corpus adelbertus anno. vij. defunctus vt iusserat tumulatus est. Horum duorum sanctorum corpora sanctus maiolus abbas diuina reuelatione admonitus de solo leuauit: et honorifice condidit.

¶ De sanctis prisco et socijs martyribus. Cap. i.



Priscus martyr cũ sociorum multitudine apud tornacum que est villa aurelianẽsis dioc. passus est sub aureliano imperatore. Qui cũ ibidẽ resideret: misit seneschalũ suũ ad christianos vbiq3 pquirendos ac puniẽdos. Ille vero cũ loca plurima perlustrasset veniẽs Tornacũ priscũ cũ multis xpianis psallentẽ inuenit quẽ xpm confitẽtẽ decollauit: et in puteum corpus sine capite piecit. Cumq3 ceteri similiter cederẽtur: vnus eorũ rapto sancti prisci capite per syluã aufugit. Qui cũ a militibus insecutus: nõ longe ab antisiodoro captus et decollatus est. Ibiq3 vna cũ prisci capite a fidelibus sepultus: ceterorũ vero martyrum corpora a xpianis furtim surrepta in cripta tumulata sunt. Tempore aũt sancti germani antisiodorẽsis episcopi diuina reuelatione eidem sancto locus vbi corpora martyrũ per annos. cl. latuerant ostẽditur: cui et caput sancti prisci martyris vna cum corpore alterius martyris similiter reuelat. Ipse vero corpora leuata honore condigno cõdidit: et ibidẽ monasterium cõstituit. Caput vero sancti prisci ad locum alium longe ab vrbe. iiij. miliaribus detulit: qui locus nunc castrũ sancti prisci nũcupatur. Horũ martyrũ passio agitur. vij. calen. iunij.

¶ De sancto Joanne papa primo et marty. Cap. ij.



Joannes papa et martyr: huius noĩs primus natione tuscus ex patre cõstantino hormisde papa in episcopatu romano successit. Seditq3 annos ij. mẽses. viij. dies. xix. quo tpe in orientis partib⁹ cum adhuc heresis arriana vigeret: iustinus imperator ardore catholice fidei vt hereticorum nomen extinguerẽt statuit ecclesias arrianis auferri: et vbiq3 catholica religione cõsecrari. Qd cũ in italia rex theodoric⁹ arrian⁹ audisset: Joanẽ papã similiter cum eo theodorũ et agapitũ cõsulares viros aliũq3 agapitũ patriciũ cõstãtinopolim ad iustinũ direxit: mãdãs p eos vt nisi ꝑ toti⁹ hereticis suas ecclesias redderet: ipse oẽs italie catholicas ecclesias destrueret: et vrbes igne ac ferro deuastaret. ¶ Cũ ergo sanct⁹ cũ eorum'bũ deuenisset: vt ait Greg. iij. dial. c. ij. et eidẽ quidã nobilis eq̃tare volenti equum commodasset: quẽ pro nimia mansuetudine vxor illius equitare consueuerat. Summus pontifex ad certum locum equo subuehente perductus est. Qui mox vt alium reperit illũ quẽ mutuo acceperat remisit: verum vxor illius nobilis vlterius equo illi sedere non valuit: q2 equus fremens et saliens ac nimium furens ex gestib⁹ prodidit: qd post sessionẽ tanti pontificis mulierẽ ferre decetero recusauit. Qd vir eius aduertens: et miraculũ stupens equũ pro munere sancto pontifici perpetuo possidendũ direxit. ¶ Cum aũt cõstantinopolim venisset: ad portã que vocat aurea populo: et turbis ei occurrẽtibus vna cũ imperatore in cõspectu omniũ roganti ceco lumen reddidit: quẽ imperator cũ suis summa reuerentia suscepit. Igitur legationis causa cũ lachrymis exposita de italie salute sollicitũ iustino principi supplicarũt vt eorũ preces q̃uis essent iniuste libẽter acciperet: et italiã q3 perituire subueniret. Quorum fletibus iustinus pmotus eis petita pcessit: arrianosq3 suo iuri restituit. Sicq3 liberata ẽ Italia a furore theodorici. ¶ Sed postq̃ Joannes papa cũ socijs rauẽnam ad theodoricũ venisset: theodoricus inuidia ductus: eo qd imperator illos honorifice suscepisset: cũ carcere cũ socijs afflictos dura custodia peremit: qui sanctus martyr ad xpm migrauit. vj. ca. iunij. ¶ Cuius corpus de rauenna translatũ sepultũ est in basilica beati petri apostoli. Sed hãc immanissimã crudelitatẽ aduersio diuina secuta est: nã die. xcviij. post hoc factũ theodoricus subita morte interijt. ¶ Refert Greg. iiij. dialo. c. xxxj. ꝙ dũ q̃dã romani nauigantes ad insulã liparẽ deuenissent: quendã solitarium ibidẽ deo seruientẽ visitare curarunt: qui eis inter cetera nũciauit theodoricũ regem subito defunctũ esse: cuius aĩam inter Joãnem papã et symmachum patriciũ ipse vir dei cõspexerat alligatã: et ab eisdem sanctis quos ambos martyres fecerat in ollam vulcani demergi. Qui diem notantes ad italiam redierunt: et eodem die quo hec solitarius viderat: regẽ repẽtina extinctũ nece inuenerũt. ¶ Hic sctissim⁹ papa perfecit cimiteriũ sanctorum martyrum nerei et achilei via ardeatina. Itẽ renouauit cimiteriũ priscille. Fecit et ornamentum de gẽmis prasinis et hiacyntinis sup cõfessionẽ beati pauli apostoli. Multaq3 vasa sacra in auro et argento obtulit basilicis apostolorum. Hic etiam ordinauit episcopos. xv.

¶ De sctõ Joãne papa secũdo et cõfessore. Cap. iij.



Joannes papa huius nominis secũd⁹: natione romanus ex patre proiecto de regiõe celio monte bonifacio secũdo romano põtifici i pꝑatu successit: seditq3 annos. ij. menses. iiij. dies. vj. hic alio nomine mercurius vocabatur. Hic inter cetera memoranda artemiũ patriarcham constantinopolitanum arrianum damnauit.

¶ De sancto Joanne papa tertio et confessore. Cap. iiij.



Joãnes papa tertius natione romanus ex patre anastasio pelagio primo pape in episcopatu romano successit: et sedit annos. xij. menses. ij. dies. xxvj. hic in vrbe roma reparauit et restaurauit cimiteria sanctorum martyrũ: multasq3 sanctorum per diuersa loca ecclesias renouauit: et de nouo perfecit ac consecrauit. Amator religiosorum et honorũ virorum fuit: pauperibus munificus extitit: postq̃ aũt ecclesiã apostolorũ Philippi et Jacobi in vrbe perfecit et dedicauit vbi et eorum corpora collocauit ad dñm perrexit et sepultus est ad sanctum Petrum.

¶ De sancto Symmacho patricio ⁊ marty. Ca.liiii.



Symmachꝰ mar-

tyr patricius fuit: qui tẽpore anastasii primi imperatoris rome claruit: ⁊ tpe iustini primi martyriũ passus fuit. Hic socer fuit boetii siue seuerini martyris de quo dicetur .x. ka. nouẽbris. Filiã eñ eius elphem ei in cõiugẽ tradidit: que hymnos aplorũ Felix p officês ⁊ aurea luce cõposuit. Hic sanctus vir cũ boetio genere suo rẽpublicã in vrbe strẽnue ministrauit. Sed dũ theodoricus lõgobardorum rex arrianus Joannem papã .s. cõstãtinopolis ad iustinũ imperatorez delegasset vt superius dictũ est: rabie sue iniquitatis stimulatꝰ symmachũ cõsulẽ ac patriciũ ⁊ generũ eiꝰ boetiũ seuerinum cõsulẽ ac senatorẽ catholicos viros primo qdẽ carceri mãcipauit: deinde i ipso carcere gladio necari fecit apud vrbẽ rauẽnã. Corpus aũt symmachi nomine martyris rauenne colitur tumulatũ .vj. kalen. iunii. Hic romani eloquii eruditione mirabilis maximi tyranni q sub Theodosio primo surrexerat scripsit laudes: easq publice recitauit: ob quod maiestatis reꝰ censebatur. Sz cũ a pio principe iustino absolui meruisset apologeticũ librũ idest satisfactionalẽ eidẽ scripsit et alium epistolarum. Hec in historia tripartita lib. ix.

¶ De sancto Beda venerabili presbytero. Ca.lv.



Beda presbyter

Christi famulꝰ natiõe anglicꝰ apd ecclesiã siue monasteriũ apostoloz Petri ⁊ Pauli q in ciuitate cãtie in anglia ɔstructa est: claruit tpe iustiniani secundi: hic a septẽnio sub abbate bñdicto ipsius monasterii: ⁊ post sub ceolfrido in diuinis eloquiis apprime eruditꝰ diuino studio operã prebẽs sacris literis plenꝰ imbutꝰ sapiẽtia ⁊ vite sctitate admirãda pfecit. Anno aũt etatis sue .xxiiii. diaconatũ: .xxx. pñbyteratũ a ioãne epo suscepit: inde vsq ad annos .lix. vite sue scripturis ⁊ diuine sapiẽtie opusculis intẽdẽs multa pectori sui viris scholasticis contulit monumẽta. Nam .xxvj. volumina edidit: q in .lxxviii. libros diuisit. Diez aũt obitꝰ sui p septẽ pcedẽtes hebdomadas diuina reuelatiõe pscivit. Die aũt ascẽsiõis dñi q tũc illo ãno .vj. kal. iunii euenit: dũ vespas cũ ceteris clericis i ecclia celebraret: nulla alia infirmitate detẽtꝰ: sz corpis xpo sacramẽtis cũ aũt illã añas. O rex glorie: decãtaret. qa finita in suo appodiatꝰ stallo spm emisit: statimq mirꝰ odor de eiꝰ corpe fragrare cepit: sepultꝰ in monasterio suo. Hic cũ sctissimꝰ ab ecclesia reputet ⁊ in cõfessorũ catalogo numeret: solꝰ inter sanctos nõ sanctꝰ: sz venerabilis appellat: ⁊ hoc ppter duas rationes siue miracula q de ipso ɔtigerũt. Primo qz cũ ex nimia senectute oculis caligasset ⁊ discipulo duce ad lapidũ ɔgeriẽ puenisset discipulꝰ ei suadere cepit: q magnꝰ esset ibi populꝰ ɔgregatꝰ q summa affectione ⁊ silẽtio ipsiꝰ pdicationẽ expectabãt. Cũq sanctꝰ feruẽt. spũ elegãtissimũ smonẽ fecisset: ⁊ cõclusisset p oĩa scla: lapides respõderũt Amen venerabilis psbyter. Secũdo qz dũ aliꝰ discipulꝰ eius ipo defũcto titulũ sepulchro facere disposuisset vnico carmie leonino sic icipiẽs: Hac sũt in fossa: ⁊ vellet finire bede sancti vel psbyteri ossa: nec metrũ stare posset: ⁊ nullũ aliud vocabulũ eidẽ occurreret: attediatꝰ tãdem iuit dormitum. Et ecce mane in tumulo manibꝰ angelicis reperit sculptum. Hac sunt in fossa bede venerabilis ossa. Quieuit autem in christo .vj. kalendas iunii circa annos domini .Dcc. Corpus autem eius ianuã trãslatum digna veneratione colitur. ¶ Scripsit vir domini inter alia super gen. librum vnum. De tabernaculo moysi lib. iii. Super samuelẽ lib. iiii. De tẽplo salomonis lib. j. Sup esdrã ⁊ neemiã lib. ii. Super tobiã lib. j. Sup parabolas salomonis lib. ii. Sup cãtica cãticoz lib. v. Sup epistolis canonicis lib. vii. Sup marcũ lib. iiii. Sup lucã libr. iiii. Sup actꝰ apostoloz lib. j. Sup apocaly. lib. j. De qstionibꝰ lib. regũ ad notuiñ lib. j. De schematibꝰ lib. j. De gestis anglorũ insigne ⁊ egregium volumen in quo ⁊ chronica de temporibus continetur.

¶ De sancto Julio martyre. Cap.lvj.



Juliꝰ martyr apud

mesiã ciuitatẽ dorostorũ passus est. Qui tpe persecutionis cũ esset veteranus ⁊ emerite milicie ab officialibꝰ tẽtus ⁊ maximo psidi oblatus est. Qui dum idola execraretur: ⁊ nomẽ christi ɔstãtissime cõfiteret capitali sentẽtia punitꝰ est .vj. kalẽdas iunii. Cũ autez ad passionẽ duceret. Hesychiꝰ qdam miles christianꝰ sibi amicissimꝰ vt se suis orationibus commendasset: eumq osculatus fuisset a militibus tentus ⁊ ipse post dies .xx. passus est: vt infra dicetur .xvii. kalendas iunii.

¶ De sancto Eutropio episcopo. Cap.lvii.



Eutropiꝰ episco-

pus apud gallias i ciuitate aurasica claruit tpe valeriani secũdi ipatoris. Cuiꝰ vitã illustrẽ virtutibus ac miraculis verꝰ eps aurasicẽ. luculẽto sermone descripsit: vt dicit ado. Hic ob fidei deuotionẽ ad duas sorores christi ancillas a parẽtibꝰ exheredatas eo q voti virginitatis emisissent epistolas cõsolatorias eleganti ⁊ aperto scripsit eloquio: nõ solũ rõnib; scripturarũ sctãz testimonio cõitas. Et hic migrauit ad xpm .vj. kalendas Junii.

¶ De sctis Symmetrio ⁊ sociis martyribꝰ. Capitulum .lviii.



Symmetriꝰ psby

ter ⁊ martyr cum aliis .xxii. rome sub Antonino imperatore passus est. Cũ enim pastatus sanctus presbyter cũ aliis christianis apud praxedem virginem latitaret: ⁊ in titulo sancti pastoris quod sanctus papa pius in domo eius dedicauerat: diuina mysteria celebraret: misit Antoninus ⁊ tenuit symmetriũ cũ aliis .xxii. xpianis. quos sine vlla auditione gladio puniri mãdauit in eodẽ titulo. Quorũ corpa praxedis noctu i cimiterio priscille sepeliuit .vj. ka. iunii.

¶ De sancto Germano parisieñ epo. Cap.lix.




Germanus episco

pus parisieñ. territorii augustudunensis idigena pre eleutherio mre eusebia natꝰ est. Qui a iuuentute deo seruiens a scõ nectario epo abbas scti symphoriani cõstituitꝰ in sctitate maxima: ⁊ operibꝰ virtutũ pollebat: ⁊ signoz miraculis refulgebat. Cũ enĩ incendiũ in monasterio accidisset: ⁊ iam officinas flãme circũquaq vallarẽt germanꝰ ascenso tecto sumpta eq cacumĩa plena aqua alleluia concinens ⁊ paululum aque super ignẽ effundens flammas extinxit. Cũ qdã radulphꝰ quasdã cenobii res inuasisset: ⁊ suo adueniẽs p tres dies cõtinuos equos ipsiꝰ deuorãs dãnũ ablatorum triplicauit: nec destitit donec ille resipuit et res ablatas restituit. Hanc vxori hebronii regis ...

celebrans facie fulgidus admodum apparuit. Per an-
nos. iiij. anteꝙ̄ episcopus fieret cum per vitium claues
porte parisien. a sene sibi fuissent tradite conseruande
predixit se ipsius futurū pontificē ciuitatis. Qđ ⁊ post
quadriēniū factū est. Qui in episcopatu doctrina clar⁹
miraculis effulsit. Iuuenē em̄ a iudeis in carcere ten-
tum ⁊ cōpeditū se inuocātē ruptis vinculis ꝑ noctē ab-
soluit. Ianuā ecclie sctōꝝ geruasij ⁊ ꝓthasij sibi cla
uibus obseratam basilicam intrare cupiens crucis so-
lo signaculo reserauit: multos a demonijs obsessos li-
berauit: ⁊ egros plurimos a varijs languoribus sanos
effecit. In victu suo parcissim⁹: necessitati pauperum li
beralissim⁹ fuit. ¶ Obitū suū presciens ad caput lectu-
li notarium suū scribere fecit. Quinto ka. iunij. Et ni-
hil vltra. Qđ dū nemo qđ sibi hoc vellet intelligere pos
set: dū. v. ka. iunij a corpore migrauit: ꝓpter hoc talē
scripturā sanct⁹ fecisset vnusquisq̄ cognouit. Sic ergo
die quo sanct⁹ annorū fere. lxxx. obdormiuit in dn̄o: se-
pultus in ecclesia parisiensi.

¶ De sancto Carauno martyre. Cap. lx.



Caraunus martyr
apud Carnotum ciuitatem passus est.
Hic natione romanus a secundo dio
nysio episcopo erudit⁹ eiusq̄ discipu
lus fuit: post cuius martyrium ipse a
sancto Clemente papa presbyter fact⁹
parisi⁹ ad predicandū direct⁹ est. Et
dū ꝑ mare nauigaret: orta tēpestate
oratione ad deum profusa procellā se-
dauit: nautasq̄ gentiles ad Christuz
conuertit. Cū autē in quodā tēplo veneris puellam de-
moniacam liberasset: viso miraculo plurimi paganorū
ad fidem christianorum accesserunt. Inde per multas
galliarū ⁊ hispaniarū insulas deambulauit: clamātib⁹
demonijs ꝑ obsessorum ora seruo dei esse credendum.
Qui a cūctis vexatis immūdos eijciēs spirit⁹ infinitū
populum cōuertit ad dn̄m. Ac demū in carnoto ciuita
te verbū dei predicans plurimos baptizauit: egressusq̄
inde cū plurib⁹ socijs a latronib⁹ qui eos pecuniosos
putabāt insecuti sunt. Et dum latrones socios Carau
ni fugientes persequerentur: reuocās illos suasit vt ab
insecutione illorum desisterēt: eo ꝙ ipse sol⁹ pecuniam
quā querebant haberet. Quib⁹ regressis cum vnicum
solidum sibi pro viatico retentum obtulisset: illi se delu
sos existimantes ipsum decollauerūt quinto Kalen. iu
nij. Cui⁹ corp⁹ in carnotē. ciuitate sepultum est.

¶ De sancto Guilielmo confessore.
Capitulum. lxi.



Guilelmus cōfes
sor dux aquitanie ⁊ ꝓuincie: patre
Theodorico consule matre aldana
inclytā prosapiā ducēs sub rege Ca
rolo magno strenue militauit: eius-
q̄ regni principatum tenuit sancti-
tate preclarus. Cū aūt saraceni par
tes aquitanie inuasissent a Carolo
cū exercitu miss⁹ eos viriliter debel
lauit: magnaq̄ illis inflicta strage
eosdē a septima vice inuasione potenter deiecit. Reuer-
sus aūt ꝑ victorie gratiarū actione deo agenda in terri
torio lugdunēn. nouū monasteriū cōstruxit in valle ve-
Gelonis qđ ⁊ vberius dotauit: ⁊ in nomine saluatoris
intitulauit: ac ibidē monachos ⁊ virgines ancillas chri
sti reclusit: vbi ⁊ duas sorores suas virginitatē ꝓfessas
collocauit. Deinde obtenta a Carolo licētia christo de-
cetero militādi in eodē monasterio se inclusit anno dn̄i
dcccvj. in festo apostolorum. Cui sanct⁹ rex ligni dn̄ice
crucis: qđ de Hierusalem attulerat liberaliter pro mu-
nere concessit. Guilelmus ergo monach⁹ fact⁹ profun-
de humilitatis ⁊ patiētie fili⁹ admodū effectus est: om
nemq̄ obediētiā in cunctis minimis ⁊ vilibus officijs
adimplere curabat: orationib⁹ ⁊ ieiunijs insistebat: ⁊ mi
raculis clarebat. ¶ Cū die quadā panes coquere debe
ret: ⁊ hora tardior esset: timēs ne fratres scādalizarent
ex mora: furnū purgare cupiens: ⁊ scopam ad purgan-
dum paratam nō habēs: repēte incensum clibanū in-
trauit: quē suo scapulari purgauit: cineresq̄ manibus
expulit: ⁊ tam corpore ꝙ̄ vestibus omnino inuiol⁹ exiēs
coctos panes sine mora fratrib⁹ apportauit. Aqua fri-
gida ⁊ solo pane etiā in hyeme multo tempore vsus fuit
Obitus sui presciens diem dormitionis ei⁹ abbati ⁊ fra-
trib⁹ predixit: ⁊ regi Carolo ꝑ literas scripsit. Sicq̄ di
uinis sacramentis munit⁹. v. kal. iunij in pace quieuit:
sepult⁹ in eodē cenobio: qđ ei⁹ noīe dicit monasteriuz
guilelmēse. insignib⁹ miraculis clarus.

¶ De sanctis conone ⁊ filio eius marty. Ca. lxij.



Conō martyr cuz
filio suo annorū. xj. passus est in ni-
comedia Isaurie ciuitate tpe aure
liani imperatoris sub comite domitia
no. Hic sanct⁹ de vxore. filiū cui⁹ no
men nō exprimit. ꝑcreauit: qua de-
functa in castitate permāsit: ⁊ cū fi-
lio suo religiosā vitā duxit: necnon
miraculoꝝ gloria claruit. Nā fluuiū
iuxta loculū suū currētē q̄ ꝑ impe
tū nimiū trāsiri nō poterat aquis
fecit immobilē: ⁊ oratione sua vsq̄ ad certū temp⁹ viaz
multis trāsuadētib⁹ prebuit. Alias etiā cū idē fluui⁹ al
ueū suū egressus aquis inūdātib⁹ exsiccato naturali al
ueo se extēderet: ⁊ agros plurimos inūdaret: orās ad al
ueū ⁊ cursuz pristinū in xp̄i noīe redire fecit. Ingressus
ergo Domitian⁹ comes nicomediā sanctū cononē tāꝙ̄
xp̄ianū teneri iussit. Et cū sacrificare nollet: eidēq̄ acer
rima supplicia minaret: ille nolens sine filio glari: vni-
cū natū duodenē vt xp̄ianū conuiti exhibuit: postulans
eū ad cruciat⁹ secū admitti. Quos iudex i craticula ius
sit extēdi ⁊ prunis suppositis oleū desup infundi. Et cū
dudū volutati incolumes pmāsissent fecit eos i sartagi
nem succensam mitti. Et dū neq̄ sic vinci potuissent:
mādauit illos appēsos flāmis subter missis exuri: ma-
nusq̄ illorū malleis contundi. Qui dū orātes psallerēt
celesti eos voce vocāte spm̄ emiserūt: sepulti a fratrib⁹
in nicomedia ciuitate. iij. kal. iunij.

¶ De sanctis Sisinnio Martyrio ⁊ Alexādro
martyribus. Capi. lxiij.



Sisinnius mar
tyri⁹: ⁊ Alexāder martyres apd val
les annoniā passi sunt. Hi gēte suo
greci: ciues cappadoces: Mediola
nuz venietes a sctō Ambrosio epō
honorifice suscepti: ⁊ cū eodē aliq̄
tpe demorati: inde tridentiū deue
nerūt: vbi a sctō vigilio epō. Sisin
ni⁹ archidiacon⁹: martyri⁹ lector
⁊ alexāder ostiarius ordinati: atq̄
ab eodē ad pdicādū gētib⁹ directi
sunt. Qui vallē annoniā ingressi ibi euāgelizabāt. Cūq̄
i vico medo ecclesiā cōstruxissent: ⁊ multos cōuertissent:
a rusticanis saturno sacrificātib⁹ ꝑ terre frugib⁹ impe
trādis tēti sunt: vt ⁊ ipsi imolarēt. Qđ dū facere recusa-
rēt: primo duri⁹ cesi sunt: deinde sisinni⁹ tuba erea capi-
te illisus ⁊ securi cōfossus expirauit. Martyri⁹ vero ca-
pite securib⁹ vulnerat⁹: ⁊ sudib⁹ trāsforat⁹ cū duceret
ad idolū occubuit. Quoꝝ duoꝝ corpora cū Alexāder
sibi collo imposita deferret tumulāda a paganis surre-
pta ante simulachrū in ignē proiecta sunt. Ipse vero ale
xander vsq̄ ad mortem flagellat⁹ martyriū cōsumauit:
Mox aūt vmbra nigerrima totā regionē obtexit: ⁊ ful-
mina crebra terrā ꝑcusserūt: ita vt multi gētiliū territi

conuerterentur. Sanctorum vero corpora a sancto episcopo vigilio tridenti sepulta sunt. Qui passi sunt .iiij. Kal. iunij. Hec Ado.

De sancto maximino episcopo.
Capitu. lxiiij.



Maximinus episcopus treuerensis tempore constantij augusti claruit. Hic nobilis pictauiorum ciuis extitit: cuius vrbis frater huius maxenti⁹ pontifex fuit. Ipse autem maximinus relicta domo paterna treuerim deuenit: vbi clericus factus deo famulari cepit: inde ad episcopatū ipsi⁹ ciuitatis diuina reuelatione promotus. Cum enim quidā quiriacus vir sanctissimus in ecclesia sancti eucharij nocte oraret: ipse sanctus euchari⁹ sibi apparuit: eiq; mandauit vt maximino nunciaret ipsum in episcopatu agricio treuerēsi. tūc antistiti successurū. Angelus dñi etiā eidē agricio in extremis posito per visum iussit: vt maximinum post se eligendū populo parte dei mandaret: qd ille perfecit: eoq; migrāte popul⁹ monita diuina adimplere curauit. Sicq; maximin⁹ eps electus est. Ad hūc virū dñi Athanasi⁹ alexandrin⁹ eps persecutionē cōstantij fugiēs adijt: et ab eo honorifice susceptus benignaq; humanitate pertractat⁹ est. Hic etiam dum iret romam cū beato martino nondū episcopo: vrsus asinū eorū sarcinas deferētē inuasit et deuorauit. Cui sanctus Maximin⁹ in xpi nomine iussit: vt vices asini sarcinas: vsq; romā baiulando suppleret. Qd ferox animal cū oī mansuetudine perfecit. Rediēs quoq; ad ecclesiam suas ad pictauiēsem vrbē vt suos reuiseret diuertit. Ibi q; lāgore pressus feliciter in dño quieuit .iiij. kal. iunij. Cuius corp⁹ exinde treuerim translatū est.

De translatione corporis sancti Nicolai.
Capitu. lxv.



Translatio corporis sancti nicolai de myrea ad ciuitatem venetiarū facta est anno domini M. lxxxvj. tpe vrbani pape secūdi sub petro patriarcha gradēsi. et vitale michaele duce venetiarū atq; henrico contareno eiusdē ciuitatis epo. Cū enim vrban⁹ papa gñale passagiū in recuperationē terre sancte: cūctis fidelib⁹ indixisset: multi venetorū cū nauiū copiosa multitudine ad dictū passagiū nauigarūt. Quorū exercit⁹ dux extitit ioānes pfati ducis venetorū fili⁹ cū quo perrexit etiā dict⁹ castellanus eps. Qui postq̄ cū eorū nauigio apud rhodū insulam hyemassent: inde discedentes: vt hierosolymā peterent vēto eis aduerso insurgēte inuiti appulsi sunt ad myreorū patriā iā quasi totaliter a turcis depopulatā. Tūc episcop⁹ et dux cū suis armatis ad ciuitatē accedūt: et q̄ iā qd facturi erāt inter se tractauerāt: quatuor tātū custodes ecclie sancti nicolai reperiūt: quos tētos adulationib⁹ et pmissis ac cōminationib⁹ exhortātur: vt vbi corp⁹ sancti nicolai quiescat reuelare procurēt. Illi vero dissimulātes: vel antiquitate forsan ignorantes arcā in capite fractam muro adherentem ostendunt: ipsaq; esse sancti nicolai cōfingunt: de qua barenses partē reliquiarum ei⁹ abstulerant: partem dimissam offerebant. Ad quam illi concurrentes nihil in ea preter aquā et oleū inuenerūt. Cumq; muros ecclesie in locis plurib⁹ dirupissent: et pauimētum effodissent: atq; altaria diruissent: et nihil de optato penit⁹ reperissent custodes illos tormentis afficiunt: veritatē edicant. Qui post multa verbera et sibi illata flagella: vix tādē ab eis qd nouerāt extorserunt. Nam arcā ostenderunt in qua duo sancti presules magni nicolai predecessores quiescebāt: in altari vero principali sancti ioānis baptiste. s. theodor⁹ et nicolaus magni nicolai patruus. De corpore autē sancti nicolai magni nihil penitus se scire dixerunt: cuius rationē verisimilem assignarunt. Cū enim vt in gestis grecorum contineri dicebant vasillis cōstantinopolitanus imperator ad imperialem vrbem sancti nicolai corpus deferre voluisset: et vsq; ad ianuas ecclesie ossa delata nullo ingenio illa inde educere potuisset: arar⁹ iurasse dicebat: postq̄ corp⁹ illud habere nō poterat tali loco ipsum se locaturum q̄ nullus vnq̄ ipsum inuenire poterit nec habere. Hanc ergo custodū cōfessionē episcop⁹ et veneti veram esse presumētes arcam ostensam rūpentes duorum predictorum sanctorum episcoporū corpora in arcellis singulis cupressinis inueniunt: et eorū epitaphia vt custodes dixerant legūt: eaq; inde leuata ad nauem ducūt desperantes amodo de sancti nicolai magni corpore inueniendo. Uerum quidam illorum diuinitus inspirati in ecclesia retardātes: et locum vbi altare sancti nicolai primo destruxerant perscrutantes inopinatamq; fragrātiam odorantes: suspicati sunt aliquid ibi preciosum latere: preterea quidam ex eis qui alias ad ipsam vrbem deuenerant recordati sunt q̄ in precipuis solennitatibus archiepiscopus myreorū nō in altari: sed in loco quodam plano super tripodem celebrabat. Supra quem locū imago sancti nicolai recta linea depicta erat. Ex quibus omnib⁹ coniecturis motus episcopus castellanus locum ipsum effodi mandauit. Subleuatisq; magne molis lapidib⁹ vitreā massā ad frāgēdū grauē et penetrādū difficilē inuenerūt. Qua tandem cōfracta secūdam de bithumine non minus laboriosam exhauserunt. Tertiā deniq; massam duab⁹ fortiorē que de cupro musleo cū bithumine glomerata fuerat: magnis viribus irruperunt: vbi thesaurus multiplici labore reseruat⁹ apparuit: odorq; inde mire suauitatis exiuit Cū quo et palma quā beat⁹ nicola⁹ de hierosolymis apportauerat sepulta fuerat: que circa sanctum corpus virides ramos et frondes pullulauerat: vnde multi collegerunt: et in testimoniū ad ppria detulerūt. In sepulchro autē illo grecis lrīs scriptū erat: hic requiescit magn⁹ eps myreorū nicola⁹ terra mariq; gloriosus. Corpus igit inde leuātes flentib⁹ canonicis et gaudentib⁹ venetis ad naues deportāt: et inter alia duo collocāt eidē lampadib⁹ et luminarib⁹: atq; preciosis pallijs reuerēter honorāt. Inde igit discedētes iter ceptū versus terrā sanctā persequunt. Et cum plures de ossibus vel puluere sacri corporis ex deuotione subtraxissent: oēs illi vel infirmitate varia vexati vel diris verberibus cesi vel noctu terrorib⁹ agitati que passi fuerāt indicantes suaq; peccata episcopo confitētes quicqd abstulerāt restituere cōpellebantur. Post hec naues venetorum ad ioppe portū deuenerūt: et dimissis q̄ corpora custodirēt/exercit⁹ hierosolymā adierūt: et a gothifredo rege christianorū et patriarcha hierosolymitano honorifice suscepti sunt: gentib⁹ quoq; francorū vniti vrbem saracenorum caypham inexpugnabilē diudū obsessam obtinuerūt: aliaq; plurima loca et castra debellando ceperūt: et deinde loca sacra circunquaq; lustrantes post plures menses ascensis nauib⁹ repatriare curarunt. Sicq; geminā palmam sanctorum videlicet corporum et victorie reportantes in festo sancti nicolai: videlicet .viij. idus decembris ad portus ciuitatis venetiarum applicuerunt: occurrentibus quoq; clericorum et populorum turbis in littore sancti nicolai descenderunt: et de consensu ducis ac populi sanctorū trium corpora in monasterio sancti nicolai in eodem littore maris sito deposuerūt: eadēq; vitali eiusdē tunc loci abbati deuoti⁹ obtulerūt. Sed anteq̄ beata corpora in suo loco deposita forent per triduum omnibus in altari patuerunt: et deinde vsq; ad resurrectionem domini subsequentē in medio ecclesie chori dimissa sunt ad deuotionem fidelium adimplendam: vbi multa miracula in egrorum corporibus ostensa sunt: nam plures ceci

res ceci illuminati: claudi erecti contracti: et alijs diuer sis pzepediti languozibus ad sanitatem reducti sunt: de mones quoq; de obsessozum artubus effugati. Post que sanctozum episcopozum reliquie digne fuerunt ve neratione tumulate .iii. cal. iunij. Euoluto anno vi delicet codē die quo sanctoꝝ corpora apud myream ci uitatem vt prediximus: reperta t inde sublata fuerant.

De sancto Theodozo martyze episcopo myreozū. Capitulum. lxvj.



Theodor⁹ episco pus t martyr: predecessor fuit sancti nicolai auunculi t sancti nicolai ne potis in episcopatu myreozum: vt di ctum est supra proxima legenda: cu ius corpus vna cū corporibus duo rum predictozum sanctozum vene tiarum vrbi translatum est: vt supe rius enarratur. Hic enim cum ec clesiam myree ciuitatis feliciter gu bernasset: tempore persecutionis pro christi fide marty rium in eadem vrbe passus est. Quo autem tēpore aut die seu sub quo iudice/ aut quo martyrij genere perem ptus extiterit/ ignoratur: eo quod ipa ciuitate a turcis destructa sacre scripture t gestozum martyrū codices dispersi fuerunt. Sepultus est autem in eadem ecclesia in altari sancti ioannis baptiste miraculis pollens. In ter que illud habetur in legenda sancti nicolai magni: quod dum quidam cecus nomine antonius ad eum ve nisset pro luminis beneficio consequendo: sanctus epi scopus misertus illius tulit de oleo lampadis predicti sancti theodori episcopi t martyris: t signum crucis fa ciens super eum: oculos illius deliniuit t confestim ce cus ille lumen recepit.

De sancto nicolao episcopo seniore. Capitulum. lxvij.



Nicola⁹ episcop⁹ myreozum prefato sancto Theodoro in episcopatu eiusdem vrbis succes sit: t sancti Nicolai magni auunculus fuit: cuius gratia ille nicolaus vocat⁹ est. Hic cum audisset miracula que de⁹ in infantia puerili nuperrime na ti ostēdere dignabatur t qualiter die natiuitatis eius erectus in peluis stete rat: t quomodo quarta t sexta feria se mel in die mammas suggebat: spiri tu prophetico vaticinatus est puerum Nicolaum om nipotentis dei seruum t episcopum futurum et in toto adhuc orbe signis t miraculis clarum ab omnibus re sonandum. Qui etiam sanctus episcopus miraculis re fulsit. Nam cum in castello Auianense aqua longi⁹ hau riretur: eo q̄ in oppido puteum non haberent: popu lusq; ei assereret q̄ in vno colle aque vena fuerat: que p annos multos vbi esset latebat. Uir domini ad locum accedens fusa oratione locum per spiritum cognouit: t per cubitum ac dimidium fodiens venā aque reperit: que sufficiēter exinde manauit. Hominem quendā maligno vexatū spū de regione andronica ei deductū in xpi noie ab infestatione liberauit: demonēq; ab eo depulit. Aliū quoq; qui dolore ventris quatuor mē sibus torquebatur adeo vt cibos sumere non posset: et per terram reptilis more volutaretur: oratione pro eo fusa sanauit. Sicq; dño seruiens in pace quieuit: cuius tamen dies dormitionis ignotus est. Eius aūt corpus vna cū corpore prefati pdecessoris sui t Nicolai magni eius nepotis: vt supra actum est: Uenetiarum vrbē de latum in monasterio sancti Nicolai de littore quiescit. Successit autē huic in episcopatu alius episcopus tam pdecessoris q̄ successoris in vita dissimilis: peccatis vi delicet inuolutus. Cui⁹ nomē ob praua forte merita in historia reticetur: t deinde Nicolaus huius nepos glo riosus miraculis innumeris toto orbe famosus.

De sancto Felice papa primo t martyre. Capitulum. lxviij.



Felix papa t mar tyr: huius nominis prim⁹ natione Romanus ex patre Constātino de regione Capitauri: Dionysio pape in episcopatu romano successit: t se dit annos duos: mēses decem. Hic constituit supra reliquias sanctoꝝ martyrū missas celebrari. Hic fecit ordinationes duas p mensem decē bris: pbyteros octo: diaconos q̄n q; episcopos p diuersa loca numero quinq;. Hic etiā fe cit Basilicam in via Aurelia miliario ab vrbe quinto. Qui sub Claudio imperatore secūdo martyrio corona tur: t sepultus est in predicta basilica quā ipse cōstruxe rat .iij. kalen. Junij. t cessauit episcopatus dies quinq;.

De sancta Petronilla virgine. Capitulum. lxix.



Petronilla virgo fuit filia beati petri apostoli. Que cū nimis speciosa esset: et apud vrbem Romam degens voluntate patris febricitaret: discumbentibus secum discipulis interrogauit eum Titus cur Petronillam laborantem febri bus iacere permitteret: qui omnes alios egros sanaret. Cui Petrus re spondit: quia sic ei expediret. Tamen ne impossibilitas eius sanitatis apud aliquos crederetur: iussit illam sa nam surgere: t discumbentibus ministrare: quod et fa ctum est. Completo vero ministerio illam ad grabatū suum iterum febricitantem remisit: vbi vero in dei ce pit esse amore perfecta: non solum ipsa sanata est: sed pluribus infirmantibus contulit sanitatem. Quam propter eius speciositatem flaccus comes concupiscēs ad eam cum militibus armatis accessit: vt eam spon te vel violenter sibi vxorem assumeret. Puella autem eū redarguit: quia ad virginē inermem venit cū arma tis. Dixitq; triuum inducias petētiq; matronas ho nestas post triduū ad se mittēdas ordinauit: vt cū ipsis ad virū decenter associata accedere posset. Quas cū il le pararet: virgo dño vna cū felicula virgine collectanea sua ieiunijs t orationib⁹ triduo occupari cepit. Tertio vero die ad eā sanct⁹ presbyter nicomedes venit: q̄ ei dē corpus dñi obtulit. Quo sumpto in lectulo suo se re clinauit: t inter manus matronarū q̄ ad eā iā accesse rāt spm̄ emisit pridie kal. Junij. Sicq; factū est vt mu lieres que misse fuerāt vt virginis nuptijs interessent eiusdem sacras exequias celebrarent. Cuius corp⁹ via ardeatina sepultum est.

De sanctis Cantio Cantiano et Cantianilla virg. t marty. Cap. lxx.



Cantius Cantia nus t Cantianilla germani marty res apud aqleiā passi sunt sub Dio cletiano t Maximiano īperatorib⁹ agētibus dulcitio pside t sisinnio co mite. Hi de gñe carini īperatoris no bilissimi vrbis rome ciues psecutio nē declinare cupiētes facultatibus suis pauperib⁹ erogatis ex vrbe di scesserūt: t aqleiā deuenerūt: vbi cui dā pbro sacre scripture doctori illu strissimo adheserūt. Cū autē xp̄m p vrbē aquileiā pu blice nūciarent: t comes ac pses illos vt pote ex īperiali pgenie detinere formidaret: imperatorib⁹ de pdictoꝝ

christianorum aduentum per literas suggesserunt. Qui-bus imperatores respondentes hāc dederūt authorita-tem:vt si sacrificare nollent capite punirentur. Quod cum beati martyres audiuissent vna cum Protho pe-dagogo suo ascenso vehiculo vrbem aquileiam egres-si fugiebant:non quia mortem recusarent:sed vt aliis fidelibus prodesse possent. Quos comes sisinnius et pre-fes dulcitius cum spiculatoribus insequentes cum alte-rum ex iubimentis animalibus eorum vehiculo corrui-ssent:eos tandem in loco qui dicitur ad aquas gradatas comprehenderunt:et hortabantur eos vt ioui thura of-ferrent. Qui cum demoniis se nunquam sacrificaturos re-sponderent:iubentibus comite ac preside in eodem lo-co capitali sententia plexi sunt. De quorum corporibus pro sanguine lac emanauit. Que a zenone presbytero col-lecta cum aromatibus apud ipsam ciuitatem tumula-ta sunt pridie kalendas iunij.

¶ De sancto Pamphilo martyre. Ca.lxxi.



Pamphilus mar-tyr et sacerdos Cesarea palestine ori-undus in eadem ciuitate passus est mar-tyrium. Hic admirande vir fidei et sanctitatis Eusebij cesarieñ. necessa-rius a quo ille ob intimam amicitias cognomen Eusebius pamphili sorti-tus est:tāto bibliothece diuine amo-re flagrauit:et maximā partem orige-nis voluminum sua manu scripserit: que cesarieñ. bibliotheca seruare traditur. Sed et san-ctus hieronymus quedam volumina manu eius exara-ta se reperisse asserit:que tāto vt inquit amplectebatur gaudio:vt cresi opes habere se crederet. Hec autem es-se dicit .xxv. origenis prefati volumina super libris xij. prophetarum. Scripsit et ante Eusebium apologeti-cum pro origine. Qui sub maximiani persecutiōe apud eandem vrbem martyrio vitam temporalem finiuit ka-lendas Junij. Huius enim vitam prefatus Eusebius cesarieñ. episcopus tribus libris comprehensam exara-uit. Hec Hieronymus de viris illustribus.

¶ De sancto Vincentio confessore. Cap.lxxij.



Vincentius gēte Gallus Lerineñ. insule presbyter temporibus Theodosij et Valenti-ni augustorum claruit. Hic vir san-ctitate admirandus in diuinis scri-pturis eruditus ad vitanda hereti-corum colloquia validissimam edi-dit disputationem quam celato no-mine suo peregrini aduersus hereti-cos intitulauit. Cuius operis par-tem quia in schedulis positam furto perdiderat recapi-tulando paucis sermonibus sensum in vno libro com-pegit. Quieuit rome in Christo kalendas Junij. Hec Gennadius de viris illustribus.



¶ De sancto Reueriano epi-scopo et socijs martyribus. Cap.lxxiij.

Reuerianus epi-scopus et Paulus presbyter cū alijs decem martyribus apud ciuitatem augustidunēn. passi sunt. Qui om-nes pro confessione nominis Chri-sti:sub Aureliano principe coronam passionis a domino perceperunt kalēdas Junij:vt dicit Ado ex Hie-ronymi martyrologio.

¶ De sanctis Marcellino et Petro martyribus. Cap.lxxiiij.



Marcellinus pres-byter et Petrus exorcista rome mar-tyrium passi sunt sub diocletiano im-peratore agente iudice sereno. Cum enim predictus petrus iubente prefa-to iudice celius ab artemio in carcere detineretur:et ipsius artemia filia a de-mone vexaretur:et ob hoc a patre se-pius plangeretur. Dixit ei Petrus qḋ si in xp̄m crederet statim eius filia sa-nitatē reciperet. Cui artemius se mirari respondit quo-modo deus Petri filiam suam liberare posset:qui ipsū Petrum de carcere eripere non valeret. Addens quod si cathenas in eo duplicaret eūq; deus suus de carcere educeret omnino in christum crederet:si tamen filiam eius a demone liberaret. Petrus vero eadem nocte se ad domū artemij venturum promisit. Artemius ergo domū rediens predicta omnia candide coniugi nūcia-uit. Sicq; ambo de his adinuicē colloquentes qḋ Pe-trus ad eum venire posset:penitus credere non pote-rant. Cum autem clauso diei lumine nox superueniēs tenebris mundum repleuisset:subito astuit Petrus cā-didis indutus:tenens triumphum crucis in manu sua. Tūc Artemius cū vxore candida eius vestigijs prostra-ti verum deum Christum clamare ceperunt. Statimq; filia eorum paulina virgo ab immundo spiritu libera-ta est. Artemius vero cum coniuge et filia et vniuersa fa-milia ac multitudine vicinorum qui ad miraculum cō-currerant cōuersi sunt ad dominū:quos omnes Mar-cellinus presbyter illuc superueniens baptizauit. Arte-mius vero qui custos erat carceris omnes detētos di-misit:eo pacto vt baptismū susciperēt. Qui oēs a sancto Marcellino predicto sacri fontis vnda perfusi christo dn̄o adheserunt:et per dies quadraginta in domo arte-mij in diuinis colloquijs cū Petro et Marcellino per-stiterunt. ¶ Post hec seren⁹ vicarius mandauit Arte-mio:vt oēs carceratos quos christianos effectos no-uerat sibi presentaret. Qui manus eorum deosculās di-xit eis:et si quis vellet venire ad martyrium veniret in-trepide:et si quis nollet abiret dimissus in sua liberta-te. Sicq; multis abeuntib⁹ inter quos Marcellinus et Petrus abire noluerūt. Comperto autem qḋ Mar-cellin⁹ et Petr⁹ illos bapt.zassent:iudex eos detineri fe-cit vna cum Artemio et vxore candida ac filia Paulina. Et Artemiū quidē plūbatis cesum in custodia cū nata et cōiuge reclusit. Marcellinū vero pugnis percuti in am-bab⁹ artems deinde ipsum nudū sup vitri fragmenta prosterni:et lumen ac cibū ei denegari fecit:Petrū autē p se separatum in carcerē trudi:et pedes eius in cippo cōstringi. Angelus autem dn̄i Marcellino p noctē ap-paruit:et cū vestibus suis induens ad Petrū adduxit: quē et ipsum de cippo soluens ambos postmodū ad do-mū Artemij duxit. Admonens vt per dies septē xp̄ia-nos cōuersos cōfortarent:et postea se iudici p̄sentarent. Sequenti vero die dū seren⁹ eos in carceribus nō in-uenisset:Artemiū cū vxore et filijs ad se adduci p̄cepit:et sacrificare nolentes in terra obrui mandauit. Qḋ mar-cellin⁹ et petrus audientes cum multitudine christia-norū illuc accesserūt:et cum christiani multo plures q̄ gentiles essent:artemium cum vxore et filia de manib⁹ carnificum eruerunt:et eorum detentores detinuerūt: donec Marcellin⁹ in crypta missam celebrauit:et arte-mio ac christianis oībus diuina sacramenta prebuit:et postmodū omnes ī pace dimisit. Ipse vero in manib⁹ militū paganorū cum petro et artemio candida et pau-lina sponte remāsit. Que cum serenus iudex audisset: iussit artemium cum vxore et filia ad carcerem reduci: Marcellinum vero et Petrum in sylua nigra que nunc propter eorum martyrium candida dicitur decollari. Quorum animas quasi virgineis vestibus splendidis ac gēmis indutas ab angelis in celū deferri spiculator

nomine dorotheus se vidisse testatus est: qui ad dominum cõuersus est. Lucilla vero matrona christiana sanctorũ corpora collegit: z ipsa noctu i via lauicana miliario ab vrbe. ij. sepeliuit. Qui passi sunt. iiij. Non. Junij.

¶ De sctõ Erasmo epõ z martyre. Ca. lxv.



Erasmus episcopus z martyr: passus est sub diocletiano et Maximiano imperatoribus: q̃ cum persecutionem fugiens ad montem libanũ declinasset: coru9 ei escas diuinitus ministrabat: angeli cũ frequentius visitabant: fere quoq̧ ad ipsum cõfugiebant. Diuina tandem iussione ad ciuitatẽ veniẽs: z multos ad christum conuertens ab imperatore Diocletiano detinet. Et cum se christianum cõfiteretur plūbatis lateribus cedit: ac dorso fustib9 maceratur: deinde suspẽsus vngulis ferreis laceratur. Et cũ hec oĩa p christi amore supasset: iussit imparator plūbũ picẽ sulphur resinã cũ cera z oleo resolui: z exinde xpi martyrem perfundi. Angel9 aũt dñi eidẽ astitit: z facto terremotu cum tonitruis z coruscationibus pene tertia pars populi extincta est: z sanctus ab incẽdio liberatus. Quẽ diocletianus onustũ ferro in ceruice et manib9 fecit in tenebrosum carcerẽ trudi: z etiam potũ aque ei denegari. Orãte aũt sancto odor nimius in carcere erupit: z visa sunt duodecim candelabra lucẽtia in cõspectu ei9. Uincula autẽ ferrea sicut cera soluta sunt. Cui angelus dei apparuit: z eũ inde eductum in modico tpis spacio in italia transposuit: z in lucridũ ciuitatẽ induxit. Quẽ imperator die sequenti in carcere requirẽdo: z minime reperiẽs: sed ianuas clausas et annulo suo signatas aspiciens: admiratus magicis artibus ipsum eductũ putabat. Multitudo vero populi viso miraculo cõuersa est ad xpm. Igit Erasmus in lucrido ciuitate infirmos oẽs curabat: z multos ad dñz conuertebat. ¶ Deniq̧ cũ filius Anastasii primarij ciuitatis defunct9 ad sepulchrũ portaretur: ad suggestionem patris oratione sua illum a mortuis excitauit: z ipsum cum Anastasio parente z duodecim milib9 hominum ad xpm conuersis baptizauit: multaq̧ deorum templa deleuit: z per dies septem populo predicauit. Sed cum maximianus imperator hec audisset: ad candem vrbẽ properauit: z cõprehensum Erasmũ ad deorum immolationes inuitare cepit: q̃ xpm cõfitẽtem iussit in maxillis cõtundi. Deinde adduxit illũ ad ciuitatẽ sermitanam: z introducens ad templũ Jouis hortabatur: vt presente omni populo sacrificaret. Cumq̧ dñs martyr orasset: statua Jouis erea duodecim cubitorum cecidit: z in puluerem redacta est. Draco etiam ingens ex ea exiuit: z multos de plebe peremit: verum populo pro eorum liberatione ad dei famulũ acclamãte ipse draconi imperauit: z serpens sine alicuius amplioris lesione nunq̃ comparuit. Sicq̧ viso miraculo tria milia hominum conuersi sunt. Ex quib9 maximian9 iratus trecentos z triginta quos cõprehẽdere potuit: gladio necari pcepit: deinde beatum Erasmũ detentũ z sacrificare abnuentem iussit tunica erea ignita ad mẽsuram ei9 corporis fabricata vestiri: sed tunica frigida ipse illesus permansit. Tũc iussit ollã maximam plumbo: pice: cera: resina: z oleo: z quatis impleri: z sctm̃ erasmũ epm in ea demergi. Et cũ hoc etiã suppliciũ gen9 illesus superasset: z ex olla liquor feruẽs z ebulliẽs imperatorẽ vlulasset: z ipsum martyrẽ xpi continuo liberauit. Sed maximian9 obstinatior effect9 illũ in arcta custodia vinctũ clausit: vt ipsum acrius puniret. Angel9 vero dñi michael eidẽ apparuit: z solutũ eduxit: z eidẽ ducatũ prebẽs vir bachiũ pduxit: deinde nauicula ibi diuinit9 preparata in cãpaniã prouinciã trãsmigrauit: z iuxta ciuitatẽ formianã diuisit. Qui dieb9 septẽ extra vrbẽ mãsit pane celico p angelũ sustẽtat9. Deinde diuina iussiõe ciuitatẽ intrauit: z multos ad xpm cõuertit. Nouissime coronã sibi de celo missam a choro apostolorum z pphetarũ aspexit: z sic orãs dño spm̃ tradidit. In eadẽ vrbe sepult9 a fidelib9 quarto non. iunij.

¶ De sancto photino episcopo z martyre. Capi. lxvj.



Photinus episcopus Lugdunẽ. z martyr: vt dr̃ ecclesiastice historie libro. v. Cũ etate maior nonagenario esset: z pene mẽbra iã gestans solo amore z desiderio martyrij viueret: paganorũ surẽte rabie duct9 ad presidẽ pugnis et calcibus enormiter inuasus: ita vt neq̧ etati: neq̧ grauitati reuerẽtie aliqd deferrẽt: a longe vero stãtib9 z furẽtib9 lapides z ligna iaciẽtib9 diuti9 elisus: z dũ semineciis in carcere trusus esset emisit spiritum. iiij. non. Junij. Passus est tempore marci aurelij z veri Antonij imperatorum.

¶ De sanctis Blandina virgine z sociis martyribus. Capi. lxvij.



Blãdina martyr cũ quadraginta octo martyrib9 passa est in Lugdunẽsi ciuitate tpibus marci aurelij veri z antonij atq̧ lucij filiorũ ei9. De quib9 ecclesiastice historie libro qnto capitulo primo z secũdo z tertio habet: q̧ seuiẽte psecutiõe 𝓏 xpianos apud Lugdunũ z viẽnã vrbes galliarũ: adeo vt et domorũ illis phiberet habitatio: p cessus in publico: aut quorũcũq̧ ciborum pparatio: pfati martyres psidi sunt oblati. Inter quos cum quidam vectius paganus presidem de tãta impietate argueret: tenetur: z ipse tanq̃ christianorum aduocatus tentus est: z quidam diaconus nomine sanctus qui laminis ferri z eris candentibus adustus in carcerem missus: rursum diris cruciatibus exanimatus spiritum reddidit. Attalus quoq̧ pergamenus qui martyres nutibus oculorum z gestibus hortabatur: postq̃ diebus multis teterrimum carcerem tolerasset: quia ciuis romanus capite cesus est. ¶ Ex his quoq̧ martyrib9 decem in carcere tabefacti fame defecerũt. deinde reliqui omnes producti qui ex eis ciues erãt Romani decollantur. Ceteri vero bestiis subiciuntur: z sed ab eis minime leduntur. Inter quos quidam z Alexander phryx genere non obstante q̧ ciuis romanus esset: contra decretum principum a preside volente populo cõplacere feris expositus: quia forte alijs pertinacior videbatur. Attalus vero quidam alter primis substractis in sella ferrea tortus martyrium cõsũmauit. Blandina vero primo z secũdo die diuersis penarum generib9 cruciata tertio die ad stipitem ligata bestiis exposita: z ab his minime lesa: quarto die verberibus acta: z craticula exusta: ad vltimum gladio iugulata est. Cui9 exemplo ponticus puer annorum. xv. multis passionib9 affectus ante illam gladio palmam pcepit. Maurus vero quidaz Zacharias presbyter: z pactus albina grata: z aliũ ceteri eiusdem collegij gloriosi diuersis suppliciis diebus plurimis torti: deinde in sellis ferreis igne subiecto assati: z nouissime gladio consummati sunt. Quorũ omnium quadraginta octo martyrum reliquie incẽse z in rhodanũ fluuium disperse fuerũt. Sed diuina dispositione in loco in quo corpora cõbusta fuerant: z cineres z ossa incombusta dimissa a fidelibus reperta z recollecta atq̧ in ecclesia apostolorum sub altari condita sunt. Horũ omnium passio agit. iiij. Non. iunij.


¶ De sancto Nicolao peregrino z confessore. Capi. lxviij.

Capitulum.lxxx.



Nicolaus cognomento peregrinus cõfessor natione grecus tpe vrbani pape secundi claruit. Hic in annis adolescẽtibus in monasteriũ sancti luce quod i scyro grecie partib' situm est diutius conuersatus angelicorũ vitã duxit. Cũqꝫ dominica precepta que crucem tollendam se quiqꝫ dominum iubent solicite audisset: non tantũ spiritu: sꝫ manib' corporeã crucẽ arripiẽs monasterio discessit: et christum liberius sequeretur: peregrinari cepit: qui veniens hydruntũ apulie ciuitatẽ: ibiqꝫ aliquantului cõmemoratus venit tarentũ: vbi aliqua miracula ostendens a populo reuerẽter est habit'. Inde venit ad ciuitatem tranch. vbi crucẽ ex more manibus baiulãs puerorum multitudinem congregauit: cum quibus sacra vrbis loca circuiẽs. kyrie eleyson: clamare non cessabat: pueros qꝫ subsequentes vt similiter clamarent cõcitabat: et vt ad se quotidie conuenirent: et hoc diebus singulis iterarent: puerulos pomis ꝛ fructibus sibi datis alliciebat: quibusdam ex ciuib' eum insanum reputãtibus: quibusdam vero altiora de eo sentientibus: et columbinam pretendentibus simplicitatem. Nã pauperrimis indutus panniculis nudis pedibus incedebat: sine intermissiõe orabat: dieb' singulis non ante vesperas cibũ sumebat. panẽ vero modicũ ꝛ aquã semp comedebat. Cũ aũt ei' fama ad bisantiũ archiepm puenisset: eũ ad se accersiuit: et cur talia clamando per vrbẽ circuiret sciscitatus est. Cui sanctus vir preceptum domini de cruce sumẽda confestim allegauit: quã nedũ aio sed corpore se gestaturũ quotidie disposuit quod si eps in ei' sibi diocesi denegaret: ad oppidũ aliud mox aliud pperaret. Presul autẽ prudẽs sancti cõfessoris rectã intẽtionẽ ꝛ colũbinã simplicitatẽ attendẽs ei phibere noluit: quin ppositũ adimpleret: quinimo rogauit: vt quotidie ad suã mensam reficiẽd' accederet. Cũ aũt nicolaus archiepiscopi mandata adimpleret: et ciuitatẽ ex more kyrie eleyson clamãs et crucẽ baiulãs cũ pueris peragraret: post dies modicos febre corripitur: et in hospitio cuiusdã ex ciuib' nobilis deuotione maxia refouet. Qui ad extrema deueniẽs pueros suos aduocauit: et crucẽ suã eisdẽ tradẽs: eos in noie dñi benedixit: sicqꝫ spiritũ in pace dño reddidit. iiij. nonas iunij. Statimqꝫ a ciuibus vnanimiter ad eũ ex deuotione confluentibus corpus ad ecclesiam beate marie deducitur: et a cũctis certatim irruentibus pedes ei' cũ reuerentia deosculant. Eodẽ die mulier tranch. noie mundella corporis tactu sanctissimi lumen oculorũ triẽnio ante perditũ recuperauit. Alia mulier bisantia nomine cui' brachiũ aruerat sanitatẽ recepit. Altera etiã alba noie dolore ventris diu nimio fatigata medelã a sctõ cadauere percepit. Sicqꝫ ab archiepo ꝛ pplo corp' peregrini Nicolai in ipsa ecclesia honorifice tumulat: vbi multis signis effulget.

De sancto zacharia monacho. Capi.lxxix.



Zacharias monachus siluani abbatis discipulus arctissimam in eremo vitam duxit. Qui raptus in extasia mane vsqꝫ ad horam decimam ad se rediens: dixit se vidisse gloriam dei: et tunc fuisse dimissum: qui etiam pallium suum pedibus conculcans: dixit neminem posse fieri monachum: nisi qui sic animo omnia conculcasset: quieuit in pace quarto nonas iunij. Hec heraclides.

De sanctis pergentino ꝛ laurentino martyribus. Capitulum.lxxx.



Pergẽtin' et Laurẽtinus fratres vterini nobiles ciuitatis aretine passi sunt sub persecutione decij cesaris in eodem oppido. Cũ enim tyburtius consiliarius decij eãdem vrbem ingressus esset: delati sũt ei predicti fratres: quod populum a deorum cultura separarent: qui illos aduocans ꝛ primo quidem blanditijs multis hortari cepit: vt a xpi predicatiõe desisterẽt. Et q2 nobili pgenie orti fuerãt: eos tũc lenitate mollire cupiẽs dimisit. Cũ autẽ adhuc dei martyres cõstãt' Christum cõfiterent: et pplm a sacrificijs subtraherent exhortationib' suis. Iterum delati a tyburtio teti sunt: et carbonis leuati diuti' fustib' cedi iubentur. Statimqꝫ brachia ministrorum arefacta obstupuerũt: sed oratib' sanctis eisdẽ restituta sunt. Quo miraculo multi gentilium cõuersi fuerũt ad xpm. Tũc iubẽte tyburtio sancti in carcerem recluduntur: et p tridui sine cibo dimittuntur. Post tres vero dies angel' dñi ad eos descendit: quos ꝛ celico pane refecit: totusqꝫ carcer nimia claritate refulsit. Custodes pro velut mortui obdormierũt. Cũqꝫ xpiani qui nuper conuersi fuerant cũ sorore eorum pergentina ad sanctos visitandos eadẽ nocte venissent: et custodib' munera detulissent: vt illos ad sanctos intrare permitterẽt: carcerem apertũ inuenientes: et custodes dormiẽtes ad sanctos ingressi sunt: et baptismi lauacrũ expetebãt: eosqꝫ vt abirẽt suadebãt. Sancti vero martyres eos baptizãdos ad cornelũ quendã presbyterum miserunt: et qd nullatenus abire volebãt responderunt: eo quod ad martyriũ festinabant. Sicqꝫ illi ad corneliũ accedẽtes baptizati sunt fere septuaginta viri. Sequẽti die tyburtius hec audiẽs eos eductos super carbones ardẽtes nudatis plantis stare fecit: sed vterqꝫ ipsorum illesus permansit. Tunc statuam iouis adduci mandauit: eosqꝫ illã adorare iussit. Et postqꝫ illi orationem fuderunt: ydolum in puluerem redactum est. Quo miraculo ducenti paganorum conuersi sunt: et clamantes christum verum deum furore gentilium vsqꝫ ad mortem cesitemuni relicti sunt. Tunc tyburtius iussit pergentinum ꝛ laurentinum fratres capitalẽ subire sententiam. Quorum corpora pergentina soror illorum cũ alijs pluribus christianis nocte surrepta longe a ciuitate aretina fere mille passibus sepeliuit. iiij. nonas iunij.

De sancto Lisardo confessore. Capitu.lxxxj.



Lisardus presbyter ꝛ confessor sancti leonardi magni germanus fuit tempore sancti remigij archiepiscopi remeñ. ꝛ clodouei regis francorum: vt dicetur infra in legenda sancti leonardi. viij. idus nouembris. Hic cũ beato leonardo fratre suo relicta curia regali sancto remigio archiepiscopo adhesit: et ab eodẽ in sacerdotij dignitate consecrat' est. Post hec associatus Leonardo aureliañ predicãtes verbum dñi deuenerunt. Et in quodã cenobio aliquandiu insimul seruientes domino permãserunt. Cũ autem lisardus supra ripã ligeris solitariam vitam elegisset: et leonard' per sancti spirit' admonitionem in aquitania predicare disponeret: osculãtes se ab inuicẽ discesserũt. Sicqꝫ lisardus omni vite sue tempore in eodem loco breui tugurio locatus ieiunijs ꝛ cõtemplationi intentus perseuerauit. Et. iij. nonã. iunij i pace quieuit: cui' corp' aurelianis tumulatũ miraculis coruscat.

De sancto Isaac marty. Cap.lxxxij.



Isaac monachus et martyr apud ciuitatem corduba passus est. Qui cum esset annorum .xxvii. feruente persecutione: gladio pro fide christi necatus cum palma martyrii ad regna celestia conuolauit. iii. non. Junij. hec hierony. in martyrologio suo et inde Ado.

De sancto Isaac presbytero. Capitulum .lxxiii.



Isaac antiochene ecclesie presbyter continentissime vixit et perspicue sapientie clarus fuit. Qui aduersus nestorianos et eutycianos multa scripsisse dicitur. Antiochene quoque vrbis sue excidium elego metro deplorasse narratur. Claruit autem leonis primi temporibus hec genadius de viris illust.

De sancto Isaac abbate et confessore. Cap. lxxiiii.



Isaac abbas et confessor de syrie partibus ad spoletanam ciuitatem deueniens: ingressusque ecclesiam a custodibus petiit vt sibi quantum vellet licentia concederent orandi: quod et obtinuit. Et cum diebus tribus et subsequentibus noctibus indefessum orationem continuisset: hoc vnus ex custodibus cernens: et instatus superbie spiritu cepit impostorem clamare: qui se triduo ante oculos hominum orare simularet. Et cum virum dei alapa percussisset: repente spiritus illum malignus inuasit: et ad viri sancti vestigia strauit: et quod Isaac inde ipsum expelleret acclamauit. Cuius tamen viri peregrini nomen adhuc ignorabant: moxque vt vir dei super eum incubuit: malignus spiritus qui eum inuaserat abscessit. Quo miraculo ciues stupefacti virum dei in reuerentia habere ceperunt: eique multa pro edificando monasterio obtulerunt. Ille autem nihil horum accipiens desertum locum reperiit: ibique sibi humile habitaculum construxit: multosque ibidem discipulos congregauit. Hic prophetico spiritu claruit: et miraculis coruscauit. Die quadam in horto monasterii vagas discipulos hora vespertina iactare precepit: quod futurum erat spiritu dei presciens. Cum autem nocte ad matutinum cum fratribus surrexisset: pulmentum operariis coqui iussit: factoque summo mane ipsum ad hortum deferri mandauit: vbi quot vagas iactari fecerat tot laborantes inuenit. Ingressi quippe fures fuerant: sed mutata mente per spiritum vagas apprehenderant: et vsque quo ictus ad eos puenit hortum colere non cessauerant. Quos ille clementer salutauit: pulmento refecit: et de malo proposito quo venerant redarguit: atque collectis oleribus oneratos remisit. Cum quidam scissis pannis obsiti et nudi ad eum venirent: eiusque misericordiam postularent: ille vnum ex discipulis silenter vocauit: eique precepit: vt ad talem cauam arborem in syluam accederet: et vestimenta ibi reperta deferret. Qui dum iussa complesset: et vestes repertas detulisset: vir dei ea pegrinis nudis petentibus tribuit: illique recognouerunt que posuerant pudore consternati: quia fraudulenter vestimenta querebant aliena: confusi receperunt sua. Quidam vir se illius orationibus commendans sportas duas alimentorum ei per puerum transmisit. Quarum vnam puer in itinere abscondit: alteram viro detulit. Quam ille gratanter accepit: sed puerum admonuit: ne sportam absconditam incaute contingeret: quia serpens in eam ingressus foret. Puer igitur confusus exultasset quod mortem euasit: quod delictum eius ppalatum fuerat confusionem suscepit. Reuersusque sicut ei abbas dixerat serpentem in sporta inuenit: et de commisso penitentiam egit. Hec gregorius .iii. dialo. capitulo .xiiii. Sanctus autem isaac clarus virtutibus in ipso cenobio in domino quieuit.

De sancto Quirino episcopo et martyre. Cap. lxxv.



Quirinus episcopus scisianus et martyr tempore diocletiani et maximiani passus est. Qui cum in eadem ciuitate que oppidum est illyrice pulcre a maximo preside querere agressus vrbem et fugiens comprehensus esset: mario iudici presentatus. Et cum se christianum libere profiteretur: iussit eum fustibus cedi. Deinde grauatum cathenis in carcerem recludi. Cui nocte orante diuinus splendor illuxit. Quod videns marcellus custos carcerem aperuit: et conuersus ad christum ac eius pedibus prostratus baptisma sacrum suscepit. Post triduum autem maximus iudex iussit quirinum ferro vinctum ad amantium presidem ad primam pannonie ciuitatem adduci. Qui iuxta flumen danubium amantio de scarabatensi ciuitate reuerti presentatus: quem ille ad eandem ciuitatem rediens illuc adductum durissimo carceri mancipauit. Cui christiane quedam matrone cibum potumque ministrabant. Statimque vt oblata ei diuinitus ceciderunt cathene de manibus et pedibus eius: donec manducaret. Deinde a custodibus ad sabariam ciuitatem deductus amantio presidi in theatro oblatus est. Quem preco per multa que ibi ad sacrificandum suadebat. Cumque quirinus tamen eius minas et blanditias contempsisset: iussit amantius ad collum eius molam suspendi: atque in flumine sabari vndam demergi. Cumque de ponte precipitatus fuisset in flumen: et diutius supernatasset cum spectantibus christianis colloquens: ne suo terrerentur exemplo: vir orans vt mergeret obtinuit. Cuius corpus non longe inde reptum in basilica iuxta scarabatensis ciuitatis portam principalem posita a fidelibus sepultum est. Facta vero incursione barbarorum in partibus illis christiani inde fugientes corpus martyris abstulerunt: et romam baiulantes: via appia miliario ab vrbe tertio in ecclesia ad catacumbas deuote deposuerunt. Vbi aliquando apostolorum corpora iacuerunt: et vbi et corpus sancti Sebastiani mar. cum aliis pluribus requiescit. Passus est autem pridie nonas iunii.

De sanctis .xliiii. martyribus. Capitulum .lxxvi.



Quadragintaquatuor martyres in ciuitate iconii passi sunt sub alexandro imperatore. Hi a sanctis quirino et iulita conuersi: et cum christum publice predicarent: iussu alexandri capite cesi sunt pridie nonas iunii: et in eadem ciuitate tumulati.

De sancto Bonifacio episcopo et sociis martyr. Cap. lxxvii.



Bonifacius archiepiscopus maguntinus apud frisios martyrium passus est. Qui iussu stephani pape secundi pipinum karoli patrem vnxit in regem francorum. Hic de britannia veniens fidem christi frisionibus primus annunciauit: et multis miraculis nouelle genti nouus predicator coruscauit. Cumque maximam partem frisie christi cultui subiecisset: et sacro fonte baptismatis diluisset: a paganis qui supererant tentus: et multis affectus iniuriis tandem gladio peremptus martyrium consummauit: cum eobarico episcopo et aliis seruis dei nonas iunii.

De sancto bonifacio episcopo et martyre. Cap. lxxviii.



Bonifacius archiepiscopus bosnensis et martyr consanguineus othonis tertii imperatoris fuit: qui sibi admodum dilectus liberalibus instructus

et musicus gratiosus: adhuc in seculo deo deuotus erat. Et dum ecclesiam sancti martyris bonifacii sui nomine frequentaret: optabat se illius exemplo martyrem futurum. Tandem relicto seculo habitum ordinis camaldulensis accepit: et sancto romualdo abbati eius ordinis fundatori adhesit: cuius discipulus effectus sanctissimam vitam pluribus secum annis egit. Demum ad martyrium flagrans a sede apostolica predicandi gentibus licentiam impetrauit: et consecratus archiepiscopus ad gentes bosne euangelizandas accessit: qui ceteris collocutis equitantibus nudis pedibus incedebat. Et cum alias bis solum in septimana dominica: scilicet die et quinta feria cibum sumere consueuisset: tunc pro labore itineris tantum sibi indulsit: ut quotidie medio pane et aqua modica reficeretur: diebus dominicis et festiuis addens poma vel arborum radices vix coctas. Qui etiam postquam est in archiepiscopum consecratus: officium monasticum iure professionis: et canonicum iure consecrationis quotidie bis dicebat. Veniens autem ad montes: et pedes ire non valens nudis plantis et cruribus equitabat: et in partibus illis frigidissimis adeo frigus intolerabile sepius sustinebat: ut aliquando pedem a ferro subherente disiungere non posset: nisi aqua calida subueniret. ¶ Veniens igitur ad bosnas gentiles verbum domini feruentissime predicabat. Sed videns se modicum proficere: ad rutenorum regem deuenit: ibique christum annunciare cepit. Rex autem illum pannosum inspiciens: putabat quod spe conquirende pecunie hec simulate confingeret: eique munera promisit: si a premissis desisteret. Ille vero pontificalibus preciose indutus coram rege stetit: quem adhuc rex magis simulatorem existimauit. Fidemque spopondit: ut si episcopus per ignem inustus incederet: ipsius fidei adhereret. Moxque ignem copiosum accensum episcopus aqua benedicta conspersit: et pontificalibus indutus per ipsum securus transiuit. Ita ut nec pilus adustus in veste: nec odor fumi in carne quid apparuit. Quo miraculo rex cum populi multitudine infinita conuersus et baptizatus. Cupiebatque regnum filio dimittere: et bonifacio adherere. Fratrem autem suum nolentem fidem christi suscipere absente archiepiscopo occidit. ¶ Cum autem bonifacius ad alterum regis fratrem longe positum iuisset: ut ei christum predicaret. Ille archiepiscopum tenuit: et in conspectu suo et plurimorum decollari fecit. Statimque ipse regis frater excecatur: et tam ipse quam omnes astantes intantum sensum amiserunt: ut sicut lapides immobiles et omnino insensibiles persistebant. Rex autem hoc audiens illuc cum multis accessit: ut fratrem occideret: sed cum miram dei ultionem vidisset: orauit christum: ut omnes illi ad sensum et loquelam redirent: eo pacto quod si conuerti vellent: eis iniuria necis sancti viri remittatur: sin autem cuncti gladio trucidantur. Factaque oratione: tam regis fratri quam ceteris sensus restitutus est: qui baptismo suscepto sancto martyri triumphale sepulchrum et ecclesiam construxerunt.

¶ De sancto Bonifacio episcopo carthaginensi. Capitulum. lxxxix.



Bonifacius episcopus carthaginiensis claruit tempore zenonis imperatoris: ut ait Sigibertus: qui sanctitatis culmine et sapientie lumine admodum effulsit. Librosque plurimos ad diuersos conscripsit: vez de predestinatione. De continentia coniugatorum post votum. De virginitate et humilitate. De oratione et compunctione. Scripsit et sermones elegantes: precipue de natiuitate domini. Et de solennitate sancti Stephani prothomartyris. Et virtutibus insignis migrauit ad christum.

¶ De sanctis Nicandro et Marciano martyribus. Capitulum. xc.



Nicander et marcianus martyres vigente persecutione paganorum in ciuitate atinia a maximiano preside compreshensi cum sacrificare nollent: primo diebus. xx. in carcere detenti et afflicti sunt. Deinde ad decollandum iubentur adduci. Tunc uxor Nicandri iuuenis puella virum exhortans ut in christi confessione maneret immobilis detenta est a paganis: martyres autem domini ligatis duobus orarijs ante oculos eorum decollati sunt: uxor autem Nicandri post dies tres etiam ipsa in confessione fidei capitalem sententiam ab eodem accepit iudice. Ciues autem venephrani corpus sancti Nicandri in eorum vrbe: ciues vero atinates corpus martiani in eorum oppido collocarunt. Passi sunt enim in territorio inter ipsas duas ciuitates pridie Nonas iunii.

¶ De sancto Philippo diacono. Capitulum. xci.



Philippus diaconus de septem primis ab apostolis electus est: ut habetur Actuum. vi. et cum Stephano prothomartyre ordinatus est. De quo plurima in actibus apostolorum scribuntur. Nam et samarie predicauit: et simonem magum baptizauit. Candacis etiam eunuchum regine ethiopum ad christi fidem conuertit: et sacri baptismatis vnda perfudit: multisque ciuitatibus donec veniret cesaream nomen domini Iesu christi euangelizauit: ut habetur Actuum. viii. Veniens autem cesaream multis ibidem miraculis claruit. Habuit enim quatuor filias virgines sacratissimas per quas deus multitudinem virginum lucratus est. Hic inter cetera: ut ait Papias episcopus hieropolitanus: mortuum quendam per easdem eius quatuor filias sibi oblatum a mortuis suscitauit. Deinde ordinatus est episcopus in thracia scythia: ut tradit abbas dorotheus. Et postquam in ecclesia sua sibi commissa annis pluribus predicasset: reuersus cesaream in pace dormiuit. viii. idus iunii vbi et sepultus quiescit. Et iuxta ipsum tres ex predictis filiabus suis iacent. Quarta vero in ephesi dormit.

¶ De sanctis Artemio: Candida et Paulina martyribus. Capitulum. xcii.



Artemius: candida uxor eius: et Paulina virgo eorum filia martyres Rome passi sunt sub diocletiano iudice sereno. Hi a sancto Petro exorcista conuersi sunt: cum apud eundem artemium in carcere detineretur: postquam prefata paulina ab obsessione maligni spiritus per eundem Petrum liberata est: qui omnes cum aliorum multitudine carceratorum a sancto Marcellino presbytero baptizati sunt: ut supra dictum est in passione Marcellini et Petri. iiii. Nonas iunii. Post autem Marcellinus et Petrus a sereno decollati sunt: ut ibidem dictum est: et prefatus artemius cum uxore et filia a paganis detenti: et in carcere iubente sereno diebus pluribus vincti fuerunt: tandem cum in christi confessione constantes persisterent: data super eos sententia artemius gladio necatus est. Candida vero et Paulina lapidibus obrute sunt. Quorum corpora christiani rapientes via aurelia vbi et interfecti fuerant cum reuerentia collocarunt. viii. idus Iunii.

¶ De sanctis viginti martyribus. Capitulum. xciii.



Viginti martyres apud tarsum cilicie temporibus dioclециani et maximiani sub iudice simplicio passi sunt. Qui per diuersa supplicia deum glorificauerūt in corporibus suis. Quorū corpora apud hipponem ciuitatem aphrice translata sepulta custodiunt: vt dicit Augustinus. xxij. de ciuitate dei: vbi et refert q dum quidā florentius senex et pauper qui vestē amiserat: nec vnde aliam emeret habebat: ad hostum martyrū memoriā orasset: quatenus eius inopie subuenirent: consilus de virtute sanctorum in littore piscem magnū palpitantē reperit: quē scindēs in ei9 ventre anulū aureū cū lapide precioso inuenit: quem tāti vēdidit: q inde se honorifice vestiuit: et martyrib9 gratias egit. Quorum passio colit. viij. id9 iunij.

¶ De sancto Vincentio epo. Cap. xciiij.



Vincentius episcopus meuie ciuitatis tertius a quodam capitolino rectore tuscie q episcopos et xpianos ferro vinctos peruilin cōgregauerat puniendos cū fratre suo benigno diacono adductus est ad templum martis: vt diis immolaret. Cū autem orasset: ola idola subuersa sunt: et demones vlulātes exeūtes: multosq paganorū cedētes: s. peremptos q eis verberib9 occiderunt: omnesq xpianos q ferro vincti erāt: xpi virtute cōpulsi soluerūt. Quo miraculo plurimi gētiliū fidē perceperūt. Inter quos quidam mauertius comes prius crudelissimus qui et de vicinis locis epos cōgregauerat: cōuersus est. Cum autē xpiani cum epo ad locū aliū se trāsferētes psallerēt: iussit capitolinus: et inde sublato vincentio ceteros gladio occidi fecit. At extasius qdā religiosus corpus benigni dia. cū ceteris rapiens nō longe a portuio sepeliuit Kal. maij. ¶ Post dies aliquot capitolinus productum vincētiū et diuersis tortum atq lapidib9 cōtusum distentū in equuleo et flāmis adustū carceri mācipauit: vbi ianuis diuinitus patefactis lux celica sibi refulsit. Quod preses audiens iussit eum in mare mergi: qui in equore missus ab angelo ad littus reductus est. Vnde et qui eū demerserant: hoc cernentes cōuersi sunt: et vsq ad ciuitatē suam meuiam illū humeris reportarunt. ¶ Interea mortuo capitolino et a porphirio eius successore detinetur: ferisq subijcitur: et ab eis minime lesus in fouea aque marine necari iubetur. Verum aperiens se terra aquas absorbuit: et. xviij. fugiētes aquas deglutiuit. Vincētius vero ad cellā suam rediit: et subsequenti die officio celebrato missa corā populo spiritū emisit. viij. idus iunij. Cui9 corpus matrona qdā lucerna a gētilib9 precio redēptū: q illud rapuerant: expurgandū in predio suo: q vocat campus salutis: sepeliuit: inter portuliū et leuantam miliario ab vrbe. xliiij. vbi et iacet miraculis clarens.

¶ De sancto paulo epo et martyre. Cap. xcv.



Paulus eps cōstantinopolitanus et martyr sub cōstātio imperatore martyriū passus est: qui ob defensionem catholice fidei ab eodem imperatore arriano de sede sua eiectus: et apud quandam ciuitatulā in cappadocia cucusam nomine exilio impulsus arrianorū insidiis grauiter strāgulat9 ad celestia regna migrauit. vij. idus iunij. Hic sapiētia preclarus: et non solū sue patiētie exēplo: sed etiā sermone ceteros ad tolerantiā cōfirmaret. De patiētia libellū edidit: vbi et de penitētia tractās docet penitētē sic pro peccatis dolere debere: ne supra mēsuram tristis periculum desperationis incurrat. Tantoq lepore et rōnū ratione patientes aduersa ad constantiam et animositatem inducit: vt expressius docere videatur: q veri beati qui persecutionē patiuntur propter iustitiam. Hec in martyrologio Adonis.

¶ De trāslatione sancti Seruatij epi. Cap. xcvj.



Translatio corporis sancti Seruatij facta esset tempore eldonis filij henrici regis Frācorum. cū enim eius ecclesia apud traiectēsē ciuitatē fabricata est tempore Caroli regis: misit idē Carolus venerādum virum nomine vuigisium ad restaurandū ea que in ipsa ecclesia defecissent. Cui per noctē dormiēti sanctus seruatius apparuit: eiq de tellure leuari mandauit. Quod cum vuigisius epo nūciasset: indicto triduano ieiunio cūcto populo apertoq secretario subterraneo: inuent9 est sarcophagus marmoris preciosi: in quo corpus sacrum esse putātes illud aperuerūt: et nihil in eo reperiētes ad mirationem cōtristati sunt. Sequēti vero die in penetralis oratorij monumentū reserarunt: vbi et corpus beati Seruatij inuenerūt: quod tamē illic ignorabatur trāslatum. Erat autē corpus omnino integrū et in nullo penitus corruptum: vestes quoq omnino illese: cum pontificali baculo et claue argētea sibi a sancto petro rome per visum tradita: vt in ei9 legēda superius dictū est. iij. idus maij. Ex tumulo quoq hoc odor mirificus exhalabat. ¶ Qui autē corpus leuare vellent: mēbra singula instar candētis ferri transfigurata cernunt: qd in loculo argēteo ei preparato superi9 exaltat: luxq immēsa totum sanctuariū circūfulsit. Que cū rex Carolus audisset: traiectū venit: et ibidē pascha dn̄i celebrauit: vbi et infinita miracula ostēsa sunt. ¶ Post aliqd vero tēpus heldo fili9 henrici regis Frācorū ad instantiā matris regine corp9 sancti Seruatij summa deuotione saxoniā trāstulit: et in Basilica nomini ei9 cōstructa locauit. Sed cū oia traiectensibus ciuib9 ad infortuniū cederēt: apti q absentie sancti corporis hoc ascriberent: miserūt quosdam qui de partib9 saxonie corpus sui ptes traiectū retulerunt. In cuius translatione miracula multa et signa de9 ostēdit. Que facta est. vij. idus iunij.

¶ De sancto Medardo epo. Cap. xcvij.



Medard9 eps claruit tpe Clodouei regis Frācorū. Hic progenit9 patre noīe tardo de forti genere Frācorū: matre vero pelhagia romana cū adhuc puer ad scholas iret: et tunicā quā sibi mr̄ fecerat ad artificē cōponēdā deferret: nudo inuēto a se ecco tunicā tradidit. Cibū etiā ei traditū plerisq pauperib9 diuisit: et sic ieiun9 permisit. Etate quoq puerili ipsū prophetie se bn̄e demōstrauit. Nā cū esset in tornaco: puero cōlocuto in sedē ius pdixit: q post annos. xl. futur9 esset epus: vt pdixerat sic euenit. Factus aūt presbyter multa miracula ostēdit. Cū enī quadā nocte fur ei9 vineam introisset: et vuas exportādas pdidisset: nec ex ipsis gustaret nec inde valuit se mouere: donec mane repertus a medardoq solut9 inde pfusus recessit. ¶ Ali9 quoq nocte ei9 mella diripiēs et apes exportans dū abire vellet: ab apū examine s. horto mellificātē faciē ei9 arctātē adeo pūct9 et oppssus fuit: q nullatenus exire potuit donec veniēte viro dei latro pedes deposuit: et medardus eum liberauit. ¶ Clothari9 rex dn̄i frācorū exercitū mouit: q cūcta in villis et agris diripiēs dum ad solēniacam villā sancti medardi veniunt: inde se mouere nequiuerunt: donec cūcta que preda facerant et miserunt. ¶ Porcarij etiā in fin e quibusdam sancti porcos ad nemorū vsq locū asporta

tres mane apud cellā viri sancti cū porcis mucri sunt: t de cōmisso penitentiam egerūt. Deinde factus est eps Nouiomeñ. xv. annis eparum gubernauit: vitaq laudabilē ducēs eidē signis effulsit. Inter que tonsionem quēdam a demonio vexatū mirabiliter liberauit. Post obitū autē sancti eleutherii epi tornaceñ. Medard' ad sedē illius translat' est: t sedit annis quatuor. Qui quāti meriti apud deum fuerit ostensum est: cum in ei' obitu celi aperti sunt: atq ante eum diuina micuerunt luminaria. Pluuia etiā aquarū calidarū in terrā defluxit. Quieuit in pace sexto idus iunij. Sepult' in ecclesia sua miraculis coruscans insignibus.

Ĉ De sancto Gildardo epo. Cap. xcviij.



Gildardus episcopus rothomageñ. frater pfati sancti Medardi epi fuit. Qui ambo gemelli vno t eodē die nati videlicet. vj. id' iunij: t vno t eodē die euolutis annis ambo epi cōsecrati sunt: vz. vj. idus iunij. Alter in ecclesia Nouiomeñ. alter in ecclesia rothomageñ. iterūq post lapsum annorū eodē ipso t vnico die ambo a seculo absoluti sunt. Floruit autem Gildardus tempore quo supra dictum est: t plenus virtutibus in dño eodem ipse die quo t frater Medardus feliciter obdormiuit: vz. vj. idus iunij. Sepult' est in ecclesia Rothomageñ. vt dicit frater Uincentius in speculo historiali.

Ĉ De sanctis Primo t Feliciano martyri. Cap. xcix.



Prim' t felician' martyres passi sunt in ciuitate Numentana miliario. xiiij. ab vrbe sub diocletiano t Maximiano augustis preside aūt promoto. Hi cū essent in vrbe roma apud imperatores eiū temporum pontificibus accusantur: q nisi eos sacrificare fecerint: nulla a dñis illis responsa obtinere valebunt. Jussu igitur imperatorū capti in carcere recluduntur: sed ab angelo soluti post dies aliquot iterū eisdē presentātur. Quos iusserunt ad phanum herculis adduci: t nisi sacrificarēt a militibus tormentis affligi. Ducti igitur ad templū cū immolare cōtēnerēt: virgis diutius cesi sūt. Tunc imperatores illos pmoto presidi ciuitatis Numētane tradiderūt acriter puniēdos. Quos milites ferro vinctos iuxta forū ipsius oppidi in carcere posuerūt. Post dies vero multos iussi t pses eosdē sibi presentari: t sacrificare contēnentes ab inuicē separari. Dicebatq Feliciano: vt sue consulens senectuti diis immolaret. Qui se annorū. lxxx. esse asseruit: t annos. xxx. elapsos ex quo veritatē agnouit: vnde preelegerat deo viuere: q ipsum poterat de manibus presidis liberare. Quē iussit promot' ad stipitem ligari: t clauos in manib' ei' ac pedib' affigi. Et cū lecto vultū psisteret: mādato pside ibidē felician' torquet: t triduo in eodē stipite confixus dimitti: t neq panis: neq aqua eidē ministrat. Dehinc depositus in custodia detinet. Ĉ Postmodū pses primū adduci fecit: eiq suadendo asseruit: quod frater suus Felicianus impatori psentiēs magni' in palatio venerabat. Cui prim' respōdit: q filius diaboli verū dixisset: eo qd felician' impatori celesti cōsensisset. Tūc iratus promot' iussit eū in equuleo suspēdi: t latera i li' facibus incendi. Deinde in lectō decoqui t plūbū bulliēs in os eius infundi: psente Feliciano vt terreri posset. Ipse vero plumbum tepefactum vt aquā suauiter bibit. Tunc iussit eos in amphiteatrum duci: t duos immanissimos leones eis dimitti. Qui ad eorum pedes prostrati vt agni mansueti steterūt. Rursus t vrsos ferocissimos eis iussit laxari: que t ipsi cum leonibus mansueuerunt. Aderant ad hoc spectaculum ex vicinis vrbibus plus q. xij. milia hominum. Ex quibus. M. ccccc. conuersi sunt ad christum: preses vero hec cernens sanctos ex amphiteatro mādauit educi: t ibidem gladio capite truncari: t eorum corpora canibus rodenda dimitti. Que dei virtute nedū a bestiis t auibus: sed etiam a muscis intacta permanētia a christianis collecta ad arcus numentanos iuxta arenariū sepulta sunt: vbi t persecutione sedata t ecclesia in eorū nomine fabricata est: miliario. xiiij. ab vrbe. Passi sunt autem circa annum domini. cclxxxvij. v. idus iunij.

Ĉ De sancto maximiano episcopo. Cap. c.



Maximianus eps syracusanus vita et miraculis claruit tempore beati gregorii pape. Fuit q primo abbas monasterij in quo beatus gregorius monach' fuit: postmodum electus in episcopum syracusane ciuitatis. Qui dū adhuc abbas esset: t cum quibusdam fratribus de constantinopoli ad vrbem rediret: in mari adriatico nimia tempestate deprehensus inestimabili ordine atq miraculo dei iram cognouit t gratiam. Nam cum ventorum nimietatibus eleuati fluctus insurgerēt: t naui eius perditi arbore: q scissa est: vela in vndas proiecta: totumq vas nauis quassatum nimiis fluctib' a sua erat iam compage dissolutum: et nimis itaq patentib' intrauit mare: atq vsq ad superiores tabulas impleuit: ita vt nō tam nauis inter vndas q vnde intra nauium iam esse viderentur. Tunc in naui residentes non iam ex morte vicina: sed ipsa eius presentia/ac visione turbati: omnes sibimet pacem dederunt: et corpus domini acceperunt/eorumq animas domino commendabant: quorum corpora in tam pauendam morte tradiderat. Sed omnipotens deus miris sancti viri eos mirabilius seruauit. Nā diebus octo nauis vsq ad superiores tabulas aquis plena: t iter suum peragens enatauit: nono autem die in portum cotroneñ. castri deducta est: t ex qua omnes incolumes exierunt. Cumq post omnes maximianus esset egressus in eiusdem portus profundum nauis demersa est/ac si illis egredientibus pro pondere subleuatione caruisset: t que plena omnibus in pelago aquas portauerat/atq natauerat/maximiano cum suis fratribus exeunte aquas sine hominibus in portu portare non valuit. Post hec sanctus domini ad episcopalem sedem sublimatus virtutib' plurimis gloriosus in pace quieuit. vj. idus Junij. hec Grego. iij. dialo. cap. xxxvj.

Ĉ De sancto maximino episcopo. Cap. cj.



Maximinus episcopus fuit vnus ex. lxxij. christi discipulus. Cui post ascensionē christi apostolis per diuersa terrarū loca ad predicandum gentibus beatus Petrus apostolus specialiter commendauerat mariam magdalenam: sicut t mater domini Joanni euangeliste ab ipso christo fuerat commendata. Cum igitur post lapidationem Stephani iudeorum persecutio in discipulos ebulliret vt habet Act. viij. Judei magdalenam et martham cum marcilla eius pedissequa istarum maximinum t cedonium qui fuerat cecus a natiuitate: et alios plures nauicule impositos sine remo vel remige mari exposuerunt: vt sic in vndis necarentur: et dicetur infra in legenda Magdalene. xj. Kal. Aug. qui deo duce omnes incolumes Massiliam applicuerunt: t ibi predicante maria: et omni populo ad deum conuerso: lazarus episcopum Massilie cōstituerūt: vnde religiōnes prouinciam

conuerterunt. Beatus vero Maximinus rexit ecclesias aquen. verbo predicationis vacans et miraculis coruscans annis fere .xl. Ipse quoque dilecte sue filie Magdalene die obitus eiusdem sacra mysteria tradidit: eamque in eius ecclesia ante altare defunctam honore debito tumulauit. Post cuius obitum annis .v. superuixit. Et post hec in christo quieuit .iiij. idus iunij. Sepultus in monumento quod ipse sibi construxerat iuxta corpus beate Magdalene: in quo loco processu temporis reperta sunt corpora Magdalene: et marcelle: et maximini honorabilius tumulata.

¶ De sancto Cedonio episcopo. Cap. cij.



Cedonius episcopus vel sidonius fuit ille cecus a natiuitate quem dominus lutum ex sputo faciens: et oculos liniens illuminauit: vt habetur Joan. ix. Qui et ab aliquibus dicitur fuisse vnus ex .lxxij. christi discipulis. Siue autem ex numero illorum fuerit siue non: planum habetur ex chronicis et gestis discipulorum quod christi discipulus fuit: et post ascensionem domini ab apostolis baptizatus sancto Maximino specialiter adhesit: vnde et dictum est: et cum eodem et lazaro atque sororibus eius nauicula impositus a finibus iudeorum expulsus fuit. Postque autem prefati sancti prouinciam prouincie ad quam deo duce applicuerant ad christum conuerterunt. Et postquam beatus Lazarus marsilie: et beatus maximinus aquis episcopi ordinati sunt. Ipse in ministerio maximini aquen. ciuitatis permansit eiusdem predicationis coadiutor fuit: vbi et post dies multos in pace quieuit: et iuxta magistrum recondi meruit vt supra actum est.

¶ De sanctis Basilide: Tropode: et mandale confessoribus. Cap. ciij.



Basilides tropodes: et mandalis affectu martyres: actu vero confessores tempore aureliani imperatoris apud ciuitatem aurelianam claruerunt. Cum enim basilides esset officialis platonis prefecti in partibus orientis christus eidem apparuit: et christianum in ministerio gentilis esse non debere dixit: eidemque vt renunciaret officio mandauit. Veniens ergo basilides ad prefectum petijt ab eo licentiam: vt parentes et affines suos reuisere posset in ciuitate aurelia: que erat in italia consistens: eo quod annis .xxv. in officio prefecture fideliter seruisset: promittens se vsque ad annum reuersurus. Prefectus eius fidelitatem attendens non solum vnius anni sed biennij licentiam gratanter concessit. Reuersusque ad locum vbi ei christus apparuerat: ipsum iterum se expectantem inuenit. Cui cum basilides que fecerat enarrasset vt causam deserendi officij inuenisset: mandauit ei dominus vt socios suos tropodem et mandalem secum assumeret: et ad littus accedentes diuinam ibi nauiculam inuenirent. Qui cum iussa dominica complevisset ac omnia socijs ambobus retulisset: omnes vnanimiter relinquentes cuncta que habebant: ad littus deuenerunt et nauiculam paratam inuenerunt: in qua erat ipse christus gubernator: et angeli remigantes. qui ad pedes saluatoris procidentes nauiculam intrauerunt: et celico ab angelis pane refecti vnius noctis spacio mare transfretantes ad portum ciuitatis aurelie: que est in finibus italie peruenerunt: et miliario .viij. ab ipsa vrbe in terram descenderunt. Cum autem vrbi predicte appropinquantes audiuissent qualiter aurelianus imperator christianos persequebatur ad ciuitatem ire formidantes domino iesu christo qui eorum dux et nauta fuerat se commendabant. Quibus iterum christus apparuit eosque per angelorum ministerium pane et aqua refecit. Et postquam comedissent obdormierunt. Mane vero se excitantes ad ipsum locum vbi e de naui exierant: vt ex in ipso se littore inuenerunt. Et orauerunt ad christum vt alias eorum in pace susciperet: eademque hora spiritum emiserunt quarto idus iunij. Quorum corpora ibidem sepulta sunt: et ecclesia fabricata: vbi et miraculorum beneficijs elucescunt.

¶ De sanctis Getulio et Amantio et socijs martyribus. Cap. ciiij.



Getulius: cerealis amantius: et primitiuus rome sub adriano principe martyrium passi sunt. Cum enim getulius doctissimus in fide christiana multos erudiret. Cerealis vicarius ab imperatore adriano ad eum tenendum missus est: qui eum legentem et docentem reperit. Fuerat autem cerealis cum fratre getulij primitiuo amicissimus amantio cuidam tribuno: qui christianus effectus officium dimiserat: sed ob metum adriani latebat. Sanctus autem getulius cereali amantium declarauit: et ipsum ad eum adduxit. Quem cerealis aspiciens gauisus est summa leticia: et ab eodem in fide christi edoctus: ad sanctum sixtum papam primum adducitur: et ab ipso cerealis baptizatur. Que cum Adrianus intellexisset: misit licinium consularem vt eos puniret. A quo beati getulius et primitiuus frater eius cum cereali et amantio tenti sunt. Qui primo grauissime cesi: deinde diebus .xxvij. in carcere clausi. deinde igni traditi sunt. Cum autem cerealis amantius et primitiuus spiritum emisissent: et getulius in igne adhuc superuiueret: fustibus illiso capite martyrium consummauit. Qui passi sunt in fundo capolis via salaria miliario .xij. ab vrbe. Quorum corpora simphorosa vxor getulij martyris in predio suo in eodem loco posito sepeliuit quarto idus Junij.

¶ De sancto Barnaba apostolo. Cap. cv.



Barnabas apostolus quamuis de .lxxij. discipulis fuerit: tamen cum paulo in gentibus predicationis officium promeruit. Idcirco sicut et paulus apostolus dictus fuit. Hic ex tribu leui cyprius genere ab historia actuum apostolorum in multis extollitur et laudatur. Hic enim de primis discipulis fuit qui agrum vendidit: et precium posuit ante pedes apostolorum: vt habetur Act. iiij. Paulum nouiter conuersum primus in hierusalem ad apostolos duxit: vt habetur Act. ix. Antiochiam ciuitatem tunc que maxima ad conuertendum accepit. Act. xj. Ipse cum Paulo in gentibus: vt dictum est vocatione spiritussancti apostolatum promeruit. Actuum .xiij. Et cum eodem postmodum: vt inde sequitur inter gentes verbi gratiam seminauit. Cum autem Joannes discipulus eorum cognomine marcus eos reliquisset: redeunti et penitenti Barnabas indulsit: et iterum in discipulum assumpsit. Paulus vero ipsum iterum recipere renuit: et ideo inter eos separatio facta fuit: vterque enim ex pia causa et recta intentione fecit quod enim barnabas ipsum assumpsit: hoc fecit ex dulcedine misericordie: quod Paulus illum assumere noluit: hoc fecit ex feruoris rectitudine. Sic dicit gloss. actuum quintodecimo. Illa autem separatio facta est non ex commotione viciosa: sed ex instinctu spiritussancti: vt abinuicem separati pluribus predicarent: sicut postea factum est. ¶ Cum autem esset Barnabas in iconio ciuitate cum predicto Joanne cognomine marco vir quidam sibi splendidus apparuit: eumque in christo confortans vocari eum deinceps excelsum nominauit. Eademque nocte dominus barnabe se reuelauit: eumque ad agonem martyrii exhortans eterna sibi premia promisit. Qui mane visiones suas sibi mutuo retulerunt et super ipsis silentium imposuerunt. Cum autem paulus et Barnabas in antiochia predicassent: angelus domini paulo apparuit et eum vt hierusalem festinaret ad fratres admonuit.

Cumque barnabas Cyprum ire vellet ad parentes suos revisendos: sancto sic operante spiritu abinvicem discesserunt. Paulus namque barnabe quod sibi iusserat angelus indicavit. Barnabas vero flens eius pedibus volutatus se amplius paulum non visurum predixit. Quem paulus in domino confortavit: prenuncians sibi a domino revelatum: quod cyprum iturus esset: ubi multos ad fidem converteret et martyrium sustineret. Igitur navigantes Barnabas et Joannes venerunt cyprum: et invenerunt Simonem et Aristonem discipulos. Simon autem febricitans per impositionem manus barnabe liberatus est. Pergens ergo barnabas per insulam cum Joanne evangelium sancti Matthei secum tulit: et super infirmos ponens omnes sanabat. Post hec invenerunt elimam magum qui dicitur Baricu: quem paulus lumine oculorum ad tempus privaverat: ut dicitur actuum. xiii. quem eis restituit: et phanum intrare prohibuit. ¶ Cum autem die quodam barnabas vidisset homines et mulieres in phano nudos currentes: et deorum suorum festa more gentilium celebrantes: indignatus templo maledixit: et subito paries eius corruens multos oppressit. Quod ceteri admirantes conversi sunt. Tandem salaminam devenit: ubi contra predictus magus seditionem non modicam excitavit. Comprehendentes ergo iudei apostolum multis eum affectum suppliciis trahebant: et iudici civitatis puniendum tradere festinabant. Comperto autem quod eusebius vir magnus et potens de genere neronis cesaris illuc advenisset: timentes iudei ne illum de manibus eorum eriperet: et sic liberum abire permitteret: ligantes funem in collo eius extra portam illum traxerunt: et ibidem eum crudeliter combusserunt. Ossa quoque eius in vase plumbeo recluserunt in mare precipitare volentes. Joannes autem discipulus eius cum duobus aliis ipsa noctu rapuit: et in quadam crypta occulte sepelivit. Que ibidem per annos quingentos latuerunt usque ad tempus zenonis imperatoris et Gelasii pape. Quo tempore revelante ipso apostolo reperta sunt: et condigno honore recondita. Passus est autem tertio idus iunii. Hic unam tantum epistolam ad edificationem ecclesie pertinentem scripsit: que inter apocriphas numeratur: ut dicit Hieronymus in libro de viris illustribus.

¶ De sancto Onophrio eremita. Cap. cxv.



Onophrius confessor servus dei per annos sexagita in heremo vastissima et profundissima egypti hominibus mansit incognitus. Quem pannutius abbas desertum illud circuiens reperit. Nam cum primo timotheum invenisset: de quo infra proximo dicetur: ab eo recedens per dies x. ambulans per eremum: panem et aquam quos secum tulerat consumpsit: et nihil penitus gustandum inveniens ad dominum oravit. Statimque viro sibi celico apparente confortatus: et labiis ab eo contactis. xvii. adhuc diebus sine cibo desertum perambulavit. Viditque virum aspectu terribilem: capillis magnis et canis: nudum corpus habentem undique contectum: et foliis arborum circa verenda circundatum. Pannutius vero illum monstrum aut feram estimans fugere cepit. Ille autem abbatem hortatus cum revocavit: et iuxta se sedere fecit: indicansque ei nomen suum et vite ordinem: dixit se vocari onophrium: qui aliquando fuerat habitator cum mille fratribus in monasterio thebaidis. Auditoque de sanctitate Helie et Joannis baptiste qui eremum colebant: inspiratus a deo cum multo labore ad eremum illam devenerat. Et cum desertum introisset: apparuit sibi columna ignis que ipsum precedebat: vocemque angeli se confortantis audivit: sepeque eius custodie deputatum affirmantis. Quem secutus per miliaria. lxvi. ad cavernam devenerat: ubi quendam servum dei in spelunca repererat: cum quo septem diebus fuerat: qui eum de observatione angelice vite informaverat: et primo ad locum ubi tunc erant deduxerat: quem sibi ad mansionem designaverat: ubi erat parva spelunca cui adherebat palma: et fons aque ibidem exurgebat. Ingressique locum senex ille qui hermeus vocabatur cum Onophrio diebus. xxx. permanserat: quibus transactis cum in pace dimiserat: et ad cellam suam redierat. Eum tamen quoad vixit singulis annis visitavit: donec ex corpore migrans ipsum iuxta eius cellulam Onophrius sepelivit. Consumptis autem vestibus suis nullo alio quam capillis propriis tegebat. Fuerat quoque in ipsa eremo annis. lx. Ex quibus xxx. annis usus fuerat solis palme fructibus et herbarum radicibus pro cibo: aliis vero. xxx. pane celico sibi per angelum ministrato. Ubi multas diaboli insidias perpessus fuerat: quas tamen omnes dei gratias superaverat. Addiditque qualiter singulis dominicis diebus angelus domini sacram sibi eucharistiam divinitus deferebat. Et quod spiritusancto revelante obitum suum instare precognoverat: et quod deus ad hoc sibi abbatem pannutium misisset: ut eum defunctum sepeliret. Cumque hec omnia ei seriosius enarrasset: facto vespere panem de celo et vasculum aque sibi delatum gustaverunt noctem quoque totam insomnem in oratione duxerunt. Mane vero vidit pannutius sancti facie mutatum quasi ad extrema tendentem. Qui orationem fudit pro se et pro cunctis se in quacumque invocantibus necessitate. Factaque est vox ad eum quod eius fuerat petitio exaudita. Statimque presente pannutio in oratione spiritum emisit tertio idus iunii. Viditque pannutius angelos de celo descendentes: et eius animam in columbe specie ad ethera deferentes: corpus quoque miro odore fragrabat. Cumque abbas fossorium ad sepulchrum parandum non haberet: duo leones subito advenientes ex corpus proni adorantes: terram instar tumuli unguibus effoderunt. Pannutius vero corpus sancti cappa sua involutum sepelivit. Leonibus quoque mox abeuntibus palma cum sacra cellula insimul corruerunt. Pannutius vero dum fleret ab angelo confortatus in egyptum reversus est.

¶ De sancto Timotheo eremita. Cap. cxvi.



Timotheus eremita anachorita in solitudine egypti in deserto vastissimo deo serviens mansit annis triginta: nullique hominum penitus cognitus. Quem sanctus abbas pannutius dum per eremum illam circuiret: sanctos anachoritas exquirens invenit. Cum enim triduo desertum perambulasset: reperit cellulam in spelunca iuxta palmam virentem et fontem scaturientem. Et cum neminem ibidem vidisset: habitatorem prestolans vespere conspexit virum vestibus omnibus nudum: capillis suis coopertum venientem inter multitudinem bubalorum. Et dum prima facie vidisset hominem quasi silvestris ptimuisset: existimans phantasiam de tandem hortatus pannutium cum eo sedit: eique vitam suam narravit. Dixitque quod fuerat monachus cum pluribus in monasterio thebaidis: sed ut deo vacaret liberius eremum petivit: ubi et propriis manibus laborabat. Ad quem post tempus mulier in habitu monachali accedens: secum cohabitare petivit. Ille vero charitate motus ipsam admisit: et instigante diabolo secum concubuit: et sexdecim annis in peccato cum illa perseveravit: tandem ad cor rediens illam reliquit et ad locum illum devenit penitentiam agens: ubi solis fructibus palme et fontis haustu contentus: vestesque capillorum contectus ultra annos xxx. panemque non gustaverat: nec hominem viderat. Multasque a diabolo insidias pertulerat: quas tandem deo favente superaverat. Narravit etiam quod dum quodam tempore dolore nimio epatis premeretur: vir splendidus sibi apparuit: qui novacula latus eius aperuit: et exsecto iecore putredinem ab eo precidit: et corpori reimmittens sanum vulnus effecit. Hec omnia cum Timotheus pannutio enarrasset: refectionem insimul fecerunt: et noctem in oratione

ne vigiles pdixerūt:nanc vero abbas benedictione viri dei suscepta per viam suam profectus est:sanctumq dimisit. Quomodo autem post modum in christo quieuerit:vel quo tempore soli deo notum est.

¶ De sancto Joanne Andrea Thadeo z Philippo confessoribus. Cap.cviij.



Joānes: andreas

Thadeus et philipp⁹ eremite in deserto vastissimo egypti a sancto pannutio prefato reperti sunt:dū sepulto sancto Onophrio ad locū suū rediret:nā duce angelo itinere dierum iiij. reperit cellulā i loco antri arctissimo circūclusam. Dūq habitatorē prestolatur:ecce venerūt .iiij. senes cani vestibus ex palmis cōtextis induti facie squallida:qui se habitatores cellule asserētes dicebāt se ibidem annis .l. fuisse in vno spiritu dño seruiētes. Pannutiū quoq ex noie salutantes cūcta q̄ sibi cōtigerāt enarrabāt. Orantib⁹ quoq illis .v. panes eisdem de celo diuinit⁹ apponūt. Qui dixerūt abbati q singulis dñicis dieb⁹ .iiij. panes a dño percipere cōsueuerāt:sz p hospitis aduētu addit⁹ eis fuerat quint⁹ panis. Factaq refectiōe sancti viri abbatē pannutiū comitati sunt p miliaria .ix. In qua via vidit arbores amenas palmarū citri amigdalarū z aliorū fructuū mellici saporis:de quibus illis mādātib⁹ cū suauitate gustauit. Cūq illū dimittere vellēt:interrogant a pānutio de vita ipsorū. Qui dixerūt se fuisse nobilis prosapie de ciuitate exiron studio philosophie vacātes in corū iuuenilib⁹ annis. Qui tādē dei zelo relicto seculo ad ipsam eremū vbi eos inuenerat puenerūt:vbi sub obediētia z doctrina cuiusdam senis fuerāt multis annis. Quo decedēte:in cella ipsa pmāserāt:nihil aliud nisi de fructib⁹ arbor̄ diebus singulis degustantes:dieb⁹ vo dñicis panes de celo sibi ministratos ab angelo deuote sumētes. Noia quoq sua eidē exposuit. Quorū prior Joannes:scds Andreas:tertius Thadeus:quartus Philippus vocabatur. Cū aūt pannutius secū admitti postulasset:respōderūt non esse sibi a deo datū:mandantes vt ad monasteriū suū edificatus rediret:z que vidisset in eremo ceteris ad exemplū referret. Sicq abbas ab eis dimissus ad cenobiū suū reuersus est.

¶ De sanctis Basilide:Cyrino:Nabore z Nazario martyribus. Cap.cix.



Basilides: Cirin⁹

Nabor z Nazarius sub persecutione Diocletiani Rome passi sunt. Hi ex vrbe ipsa ortūdi ad ciuitate Aureliaz deuenientes:oia sua pauperibus erogātes:romā redeūtes ad Maximianum imperatorē adducti sunt. Qui dū christū cōfiteri nō timerēt:primo scorpionib⁹ durissime cesi:dehinc in carcerē trusi:z per dies .vij. ibidē macerati:inde educti iussu eiusdē impatoris gladio capite truncati sunt z feris ad deuorādū expositi. Sz per dei gratiā corpora eorum illesa custodita a xp̄ianis sepulta sunt miliario .iij. ab vrbe in loco qui dr̄ catacumbe pridie idus iunij.



¶ De inuentione corporis scti Antonij eremite. Cap.cx.

Inuētio corporis

sancti Antonij abbatis et ipsi⁹ trāslatio facta est sub tpe cōstātij imperatoris. Cū enī ipse imperator liberis carens filiam a dño impetrasset:eā nominauit Sophiam:q̄ virgo erat amodum deo deuota. Quam poma in viridario comedētē nouē immundi spiritus inuaserunt:z q̄nq annis obsessam dudū infestarunt:clamātes se inde nō exituros nisi ad corpus Antonij duceretur. Que cū a nullo teneri posset:ipsam imperator cathenis vinctā ferro carceri mancipauit carnes hoim z bestiarū crudas comedētē et vincula etiā ferrea rūpentē. Imperator igitur habito cōcilio vbi corp⁹ Antonij inueniri posset post nouē dierū ieiuniū ab angelo Gabriele admonetur:vt theophilus episcopus cū .xij. clericis ad egyptū mittatur ad corpus Antonij requirēdum z dei prouidētia reperiēdū. Similis per oia visio theophilo episcopo apparuit. Impatoris ergo iussu naue parata episcopus cum .xij. clericis de cōstantinopoli discedentes .xv. diebus nauigātes hierosolymam peruenerunt:z lustratis locis sanctis alexādriam properarunt. Et deinde per partes lybie itinere dierum .xi. deuenerunt ad nilum fluuium in locum qui dicit Ephesos vbi monasterium sanctorum virorū inuenerūt. A quibus informati vbi esset cenobium quod olim fuerat Antonij eremite viam arripientes per deserta horrida z vastissima a nullis mansuetis animātibus habitata:cedentibus eis feris diuersorum generum quas ibidē repererunt:multisq euasis periculis post dies .xxv. ad eremum applicuerunt:in qua sanctus Antonius habitabat:vbi venerādus senex illis apparuit:z viam digito sub silentio ostendit:ac vsq ad cenobiū perduxit. Ibiq a monachis loci benigne suscepti z ad ecclesiam primo deducti:oratione fusa pedibus eorum lotis parataq refectione:singulis eorum medietas panis cū radicibus et aqua nectarei saporis apponit:sicq hora vespertina cū charitate reficiunt:quib⁹ prior asseruit q tales epule singulis sibi diebus diuinitus portabant a duobus leonibus q̄ sancti Antonij interfuerant sepulture:quos deus adhuc viuentes mirabiliter reseruabat. Ecclesiā vero illam z cenobium sanctus cōstruxerat. In qua ante altare .v. lampades oleo plene ab eo ibidem posite dependentes cōtinueq ardētes nunq̄ oleo minuunt. Auditis vero causis itineris ab episcopo referente. Respōdit prior locū ignotum fore cunctis hoibus in quo sanct⁹ fuisset sepultus:eo q duo solūmodo discipuli eū tumulauerant:qui ab eo adiurati locum ipsum nunq̄ alicui reuelare voluerant. Quapropter contristatis oibus orationem tota nocte in ecclesia vigiles ad deum fuderunt. Die vero sequenti cum episcopus missam celebraret:apparuit iuxta altare Gabriel angelus qui cedulam apposuit:per quam episcopum de via tenenda et modo reperiendi corporis in omnibus informauit. Qua lecta resumpto itinere per aspera montiū prerupta rupium z inculta asperrima desertorum stella eos vti olim magos diuina fauente gratia precunte inter serpentes z feras z animalia ferocissima z inuisa oino illesi post dies .xl. in campum amenum dulcissimis repletum fructibus peruenerunt vbi dum stella staret immobilis:vox celitus lapsa est vt in ipso loco foderēt:z thesaurū optatum inuenirent. Et dum fodere cepissent:duo leopardi subito aduenerunt:eosq ad cauandum iuuare ceperunt. Inuento deniq corpore beati antonij palmarum folijs operto:ipsum inde leuantes cum gaudio et reuerentia maxima in loculo recōdiderunt. Et per omnia loca vnde venerant eadem stella preuia multis euasis periculis redierunt. In ipsa vero via multa miracula ostensa sunt. Nam in monasterio illo vn̄ ad corpus peruenerant q̄nq leprosi mundati sunt. ¶ In castro quodam Fādor noie quinq infantes a lupis exportati illesi reducti fuerunt. ¶ In portu alexandrie filius militis a pyratis ante dies octo in patibulo suspensus continuo suscitatur. ¶ Inde quoq per hierosolymam reuertentes cōstantinopolim tandē cū sancto corpore applicuerunt:qd ab imperatore honorifice susceptus in ecclesia sancte sophie collocatur:moxq eius filia phte oi populo a demonibus liberatur. ¶ Tempore vero pcedente filius sancti guilelmi comitis noie Jacobinus rediēs de peregrinatione transmarina ab imperatore Cōstan

tinopolitano corpus sancti Antonij sibi donari petijt: et impetrauit: quod ad partes galliarum deferens in ciuitate Vienne monasterium eius nomini edificauit: et de proprijs facultatibus large dotauit. In quo corpus sanctum honorifice collocauit: vbi infinitis et stupendis virtutibus refulget. Potissimum autem est illud quod in toto orbe famosum est: quia ignem sacrum a corporibus humanis extinguit. Facta est autē hec trāslatio eodem die quo corpus inuentum fuerat: videlicet Idibus Junij.

¶ De sancto Antonio confessore ordinis minorum. Cap. cxj.



Antoni⁹ confessor ordinis minorum ex vlixbona ciuitate hispanie natus: a pueritia sua in baptismo fernandus appellat⁹ est. Hic primo fuit canonicus regularis ordinis sancti augustini in eadem ciuitate. Deinde audiens qualiter quidam fratres minores apud marochium a saracenis passi fuerant ad martyrium animatus de prioris sui licētia ordinem fratrum minorum ingressus est: promissione sibi a fratribus facta: ꝙ marochium ad terram saracenorum mitteretur. Qui iuxta promissionem ad ipsam terram missus: quia de ipso deus aliud decreuerat: regressus est martyr solo desiderio fact⁹. Deinde ad generale capitulum assisij tēdens fratri gratiano qui romādiole minister erat se contulit: a quo in eremum mōtis pauli missus: vt petijt solitarie ibidem permanens cōtemplationi vacabat. Post hec in foro iulio cōsistens a ministro loci predicare iussus: dum se imperitum predicationis excusaret: cōpulsus omnino ꝑ obedientiam verbum dei super quoscunque doctos elegāter proposuit. Sicque deinceps officium predicādi suscepit. Cum die quadā de cruce domini predicaret: visus est in aere sanct⁹ Francisc⁹ adhuc in carne degens lōge tamē positus: quasi predicationem antonij gestibus laudabiliter commendans. Anno autē vno ante eius obitū generali obtenta licentia predicandi vbicunque vellet: paduam deuenit: annoque integro predicationi ꝛ cōfessionū audientie sollicite vacauit. ¶ Multis quoque ibi miraculis claruit. Nā cū quidā ei confessus esset ꝙ patrem suū calce percusserat: et sanctus ei ad terrorem dixisset: quod pes ille dign⁹ erat vt precideretur: iuuenisque simplex domum reuersus pedem sibi abscidisset: orante sancto pes ei restitutus est. Post hec cū tempore messis homines circa messem occuparentur: quietis gratia ex vrbe discedens: venit ad campum sancti petri: vbi et egrotare cepit: ꝛ languore nimio pressus timēs fratrum illorum grauamen: curru se imponi fecit: vt ad locū padue veniret. Cum autem iuxta ciuitatē esset: rogatus a quodā fratre minore: diuertit ad locū celle iuxta locū pauperū dominarum: vbi diebus aliquibus decumbens dum sacra mysteria sumpsisset: apparente sibi christo eumque confortāte hymnū. O gloriosa domina. alta voce decantauit. Quo finito spiritum in pace emisit idibus iunij: anno domini millesimo ducentesimotrigesimoprimo. Cuius trāsitus cum adhuc ipsis fratribus ignotus esset populus vndique concurrebat: ꝛ sanctum patrem defunctum esse clamabat. Et cum esset questio de funere inter ciues: eo ꝙ alij hic alij ibi eum tumulari volebant: occasione ipsa quinque diebus corpus inhumatū remāsit: nec vlla cruende corruptio subsecuta est: aut fetor exhalauit: cū tamen calor immēsus esset: vtpote iunio mense. Tādem omnium voluntate in loco principali fratrum sancte marie de padua honorifice reconditum est: omnibus egris qui ad eius locū accedebant: ꝑ ipsos quinque dies quocunque lāguore sanatis: vbi ꝛ quiescit adhuc miraculis pollēs.

¶ De sancta Felicula virgine ꝛ martyre. Cap. cxij.



Felicula virgo petronille collactanea: vt scri. Marcellus sancti petri discipul⁹ mortua sorore: vt supra actum est pridie kalendas iunij a Flacco comite detinetur: ꝛ aut sacrificare aut sibi nubere compellitur. Que vtrūque denegās ab eodē in carcere recluditur: et septē diebus sine cibo detinetur. Inde educta datur in custodia virginum dee veste vt eam ad sacrificandū suaderent. Que ibidem per septem alios dies sine cibo permāsit. Post hec dum xp̄m cōstanter cōfiteretur in equuleo leuata: ꝛ diutius torta: deinde iubente comite in cloacam precipitata necatur. Cuius corpus sanctus nicomedes presbyter inde noctu leuauit: ꝛ in capsella sua via ardeatina miliario ab vrbe. vij. sepeliuit idibus iunij.

¶ De sancto peregrino ep̄o ꝛ martyre. Cap. cxiij.



Peregrin⁹ episcopus ꝛ martyr ciuitatis aternensis pontificatum tenuit tempore beati gregorij pape: q̄ cetheus proprio nomine nuncupatus est. Quo tēpore duo pessimi viri ex longobardorum genere filij cōcubinarū: quorum vn⁹ dicebatur alais: alter ṽo vmblo vrbem ipsam tyrānice possidebant. Cū autē prede ꝛ deuastationi hic nefandis operibus non solum ipsi intēderēt: sed etiam populum malorum exēplo peruertissent. Cetheus episcopus eorum crudelitatem nō ferens ad vrbem romā accessit: et hec omnia summo pontifici referens ab eo suscept⁹ diudum secum permāsit. Tandem populus ciuitatis multa dictorum tyrannorū pressus iniuria ad vrbē deuenerunt: ꝛ episcopum suum instanter orauerunt vt ad ecclesiam suam rediret: ꝛ plebem sibi commissam suis exhortationib⁹ de tot malis erueret. Qui iussus a papa cū populo rediit: iuramēto ab eis exacto ne bona ecclie distraherent: et distracta redimerēt. Reuersus quoque populū suū sctis sermonib⁹ ad penitētie opa ꝓuocabat. Interea dissensione orta inter alaim ꝛ vmblonē: alais orientalē: vmblo ṽo occidētalē portā tenebat. Cū aūt alais vmbloni resistere nō posset: facta cōspiratiōe cū quodā vitaliano comite ip̄m cū ei⁹ exercitu ꝑ portā quā tenebat in vrbē intromisit: vt sic in aduersariū securi⁹ insultū faceret. In ipsa ṽo ciuitate erat q̄dā vir xp̄ian⁹ noīe fredo: q̄ vespere illo spū diuino tactus vxori ꝑdixerat vrbē ipsam eadē nocte ab inimicis inuadēdā: armaque sua ad lectuli caput posuit: vt seditiōe insurgēte ꝓ̄ptio: armaret. Sicque factū est vt qđ ꝑdixerat eueniret: illeque armatus cōfestim ad Cetheū ep̄m cōfugeret. Oratione vero sctī ep̄i excitatis ciuib⁹ ꝛ repente egressis: ciuitas ab inimicis viriliter defendit: aduersarij expellunt: ꝛ alais captus vti patrie ꝓditor Vmbloni p̄ntat. Cūque oēs ip̄m indignū incendio acclamarēt: ꝛ ep̄s horrens effusionē humani sanguinis ꝓ eo interuenisset: supplicans vt vel in carcerē vel in exiliū mitterēt. Cetheus ab vmblone detentus est: eo quod ipsum cum alai presumeret conspirasse: ꝛ ob id ꝓ illo interuenire. Et alaim quidē ad portam orientalem decollari fecit. Cetheum vero cathenis vinctū in medio foro ciuitatis capite truncari mandauit. Cū aūt ep̄s psalmum. Deus laudē meam. decantasset: tantus tremor spiculatorē inuasit: vt ipsum minime percutere posset. Quod cū vmbloni nunciatum fuisset: episcopū magicis hoc artibus fecisse cogitās ipsum in carcere dieb⁹ multis detinuit. Deinde ipsum vinctū in flumine piscaria per pontem marmoreolum precipitari iussit. Qui tertio inde iactatus tertio illesus exiuit. Tunc iubente vmblone nequissimo lapis ingens ponderis librarum quingentarum ad collū episcopi liga

turret sic per pontem precipitatus in flumine necatur. Statim autem vt spiritum emisit super aquas corpus vnacum lapide enatauit. Ad quod spectaculum cū vm blo festinasset: a diabolo oppressus z mortu⁹ est. Corp⁹ aūt martyris gubernātib⁹ angelis p fluuiū in mare descendit: et vna cum lapide ad litt⁹ iardencī. ciuitatis a fluctib⁹ eiectū est. Qđ cū piscator qđā in littore reperisset: epo nūciare curauit. Qui vna cū ei⁹ clericis ad locū accessit: corp⁹ qđē martyris ppter lapidē arbitrās: ipsū tamē vt martyris quasi dubi⁹ venerari nō audēs in littore sepeliuit: z q nomē ei⁹ ignorabat peregrinum nominauit: diuināq voluntatē sup inde expectare cepit. Cū aūt piscatores noctibus singulis ad caput fosse lumen celeste cōsperissent: et hec in ciuitate relata fuissent cecus quidā a natiuitate p patrē ad fossam deducitur: z oratione fusa lumen ei oculorum infunditur: quo viso miraculo corpus martyris proculdubio fore noscitur: z ab episcopo nomine sancti martyris z episcopi peregrini miliario iuxta iardenensem ciuitatē in ecclesia sepelitur. Post aliquod tempus tam eius passionis series: q dies z nomen a ciuibus iardenensib⁹ inquisita reperiuntur. Qui passus est idibus iunij.

¶ De sctō Fandila presbytero et martyre. Cap. cxiiij.



Fādila presbyter z martyr apud cordubā ciuitatē passus est. Qui tempore psecutionis pro confessione nominis dñi amputato capite martyriū cōsummauit idibus iunij: vt ait Ado in martyrologio.

¶ De sancto Helisco propheta. Capitulum. cxv.



Heliseus propheta q Ecclesiastici. xlviij. cap. inter sanctos antiqui tēporis gloriose extollit: nat⁹ est in galgalis: cuius natiuitatis tpe tale pdigiū cōtigit: vt vnus ex vitulis aureis quos hieroboā fecerat: acute mugiret. Quo audito i hierusalē: sacerdos diuino nutu ait prophetā esse natū in hierusalem: qui sculptilia z fusilia deorū destrueret. Hūc diuino mādato helias in abela repertū arātē vocauit: z ad ei⁹ discipulatū assumpsit. Et cū pallium suum imposuisset super eū: cōtinuo prophetizare cepit: qui exinde secutus est heliā: z ministrabat ei vt dicitur. iij. Regū. xix. capitulo. Cū aūt helias a domino in celū rapt⁹ esset: vt dicet infra in gestis helie pphete. xix. Kalen. septēbris. Spirit⁹ helei duplex sup eū requieuit: scilz ad prophetandū: z miracula faciendū. Multis eni miraculis claruit: que in. iiij. Regum cap. ij. iij. iiij. v. vj. z. vij. narrātur. ¶ Cū enim in hierycho aqua foris pessima terrā sterilē faceret: egressus ad fontē misit in illuz sal: z aquā sanā reddidit. Ascendēs bethel pueris sibi illudentibus maledixit: ex quibus. xlij. numero ab vrsis duobus cōtinuo lacerātur. ¶ Cū aūt vxor quondā abdie prophete ad eū veniret: vt virū suū mortuū ere alieno pressum deflesset: eo qđ ppter alimoniā pphetaruz quos in spelunca pauerat: debita cōtraxisset. Creditor q duos filios abdie i seruitutē pro debito redigere vellet. Heliseus mulierem iussit vasa vacua mutuo accipere: parūq olei quod habebat in ipsis vasis filijs iuuantibus infundere. Quod cū fecisset: oleūq diuinit⁹ multiplicatū esset: z debitū mulier ex olei precio soluit: et ex reliquo cū filijs vitā duxit. ¶ Transiens per suā ciuitatem a matrona nobili: z diuite in domo cum giezi ministro honorifice suscipitur: eiq cellula de viri voluntate preparatur. Que cum filium non haberet: z vir senex esset: heliseus ei a domino filium impetrauit: quasi p beneficio hospitalitatis vices repēdens. Cūq puer creuisset: z ad patrē tpe messis egressus esset: calore solis percussus caput doluit: z remissus ad matrē subito expirauit: quē mater sup lectulū viri dei collocans: petita a viro licentia dolore dissimulato ad virū dei in montē carmeli deuenit. Cū autē heliseus factū muliere narrante cognouisset: premisit giezi puerum suū cum baculo: vt puerum suscitaret. Verū instante muliere vt personaliter veniret: ad sunam deuenit: z puerū minime suscitatū inuenit. Et tunc heliseus supra corpus se iactans: et ad dominū orans: puerum defunctū vite reddidit: z matri viuentem tradidit. ¶ Cum autē facta esset fames in terra: z filij prophetarū ad eum cōuenissent: iussit vni ex illis: vt pulmērū pararet. Qui egressus vt herbas colligeret: colloquintidas in ollā cōcidit: ignorans quid esset. Hec sunt cucurbite amarissime: minores his que in hortis nascitur. Cūq discūbētes degustassent: z mortē ob amaritudinem in olla clamarent: vir domini allatā farinam in ollā misit: z escā dulcorauit. ¶ Vir quidam de pasilisa detulit sancto prophete panes duos primitiarū: z. xx. panes hordeaceos: et grana frumenti noui confricata. Quos fecit heliseus apponi populo qui erāt centum viri: hoc est illos duos panes triticeos tantuz. Et cū ex hoc minister hesitaret: spū dñi predixit: quod comederent omnes: z exinde superaret: qđ z miraculose factū est. Naamam quoq princeps militie regis syrie vir diues z ꝑpotēs: sed leprosus erat. Cū autē vxor naamam ab ancilla puella: q de terra israel captiua ducta fuerat de miraclis helisei didicisset: z hec ola viro / illeq regi retulisset: acceptis naamā lrīs a rege syrie ad regē israel: vt ipm sanaret venit ad eum: z ei lrās presentauit. Quod cū rex israel audisset: horruit: z immemor helisei hoc sibi impossibile cognouit: vestimēta sua scidit: z regē syrie occasiones cōtra se qrere putauit. Cum autem heliseus ad regē misisset: vt sibi naamā destinaret. Illeq ad ostiū prophete cū equis: z curribus aduenisset: misit ad eū vir dei dicens: vt ad iordanē descendens: ibidē septies lauaretur: z a lepra mundaretur. Et prima qdem facie naamā moleste tulit: eo qđ ad eū nō venisset: z manu vuln⁹ tetigisset. Deinde seruorū consilio i iordane septies se lauit: z mox ab eo lepra discessit. Reuersus autē ad heliseū munera multa ei obtulit: sz dñi ppheta nihil olno recipere consensit. Verū cū aliquantulū abijsset: giezi auaritia duct⁹ post eū cucurrit: eidēq mentiens dixit q duo ex filijs pphetarū ad heliseū repente superuenerāt. Jdcoq ille p munere aliquo sibi largiendo mittebat. Qui cū eidē argētū z vestes tradidisset: eaq giezi in domo abscondisset. Et hec ola heliseus diuino spiritu cognouisset: maledixit giezi: z dicēs: q lepra naamā sibi z eius semini adhereret: eo qđ diuinam gratiā vendidisset. Statimq egressus est ab eo leprosus: ab hoc giezi simoniaci p:io giezite dicebantur in veteri testamēto: donec a simone mago simoniaci dicti sunt. ¶ Post hec cū esset heliseus cū filijs pphetarū iuxta iordanē: z ipsi ligna cederent: vniq eorū ferrū securis ex ligno excussuz in aquā cecidisset: heliseus lignum in aquā misit: z ferrū ad suum locū enatauit. Cumq rex syrie cōtra israel pugnaret: z sepius hostes in insidijs poneret: rex israel eos cauebat: q: eos sibi heliseus manifestabat. Quod cū rex syrie a seruis suis didicisset: z propheta esse in dothaim comperisset: misit illuc robur exercitus qui ciuitatem circundederunt vt eū caperēt: maneq puer helisei vidēs exercitū timuit: z prophete nunciauit: qui puerum confortabat: z plures quam illi secum esse asserebat. Et orante helisco dominus aperuit oculos pueri: z vidit montem plenum equis z curribus. i. agminibus angelorum. Cumq hostes intrarent ad eum percussit eos dominus cecitate: ne ipsum videntes agnoscerent. Quibus heliseus dixit: non esse in māsionem eius quem querebāt: eosq illuc deducere promittebat: quod et reuera fecit: eosq in medium samarie deduxit. Tūc orāte propheta aperti sunt oculi eorū: z viderunt se esse in medio ciuitatis: et

hostes circumstantes. Et cum rex israel eos occidere vellet: prohibuit propheta dominum eo quod dominus eos illuc adduxerat: quinimo eisdem abundanter ministrari fecit: et illesos remisit. ¶ Et cum benadab rex syrie samariam obsedisset: et fame maxima oppressa esset ita vt mulieres natos proprios comederent: et rex israel prophetam eo quod predictam obsidionem predixerat: occidi mandasset: et hoc heliseus per spiritum cognouisset: speculatores ad se intrare prohibuit: donec rex penitentia ductus ipsum reuocauit. Tunc heliseus sequenti die vbertatem maximam futuram predixit. Et cum vnus ex principibus eius irrideret: mortem illius repentinam prenunciauit: que omnia vt predixerat euenerunt. Nocte enim dominus terruit exercitum syriorum sonitum infinite militie mittens super eos. Qui animas suas saluare cupientes aufugerunt: et omnia dimiserunt. Sicque populus samarie egressus predam diripuit: et ex victualibus receptis vbertas maxima facta fuit. Princeps quoque ille in introitu porte a turba compressus expirauit. ¶ His et aliis multis et magnis miraculis heliseus clarens in pace quieuit. xviij. kalen. iunij. Prophetauit autem et claruit sub Joram: hieu et ioathan regibus israel in samaria. Cum autem quidam latrunculi moabite hominem mortuum spoliassent: et cadauer in sepulchro helisei proiecissent: cum tetigisset ossa helisei continuo surrexit. Sepultus est autem in samaria palestine quam sebasten, i. augustam in honorem augusti herodes postmodum vocauit: vbi et abdias propheta et ioannes baptista requiescunt. Ad quorum sepulchra varia miracula fiunt: vt dicit hieronymus libro de vita paule: adeo vt cruciati demones ibi rugiant: voces diuersorum animalium pretendentes. Alii cernuntur rotare caput: et post tergum terram vertice tangere. Alii suspensi pedibus: enim vestes in faciem defluere: vbi et in monte vicino dire videntur spelunce: in quibus et famis et persecutionis tempore abdias centum prophetas pauit pane et aqua. Hec ex libro. iiij. regum capitulis quibus supra et dictis Josephi et Hieronymi: et ex historia scholastica.

¶ De sanctis Rufino et Valerio martyribus. Cap. cxvj.



Rufinus et Valerius martyres tempore diocletiani et Maximiani passi sunt in territorio suessionensi sub preside rictiouaro. Qui ingressus ciuitatem remis sanctos detentos et sacrificare contemnentes magno ferri pondere pressos suessionem adduxit. Ibique eos iussit equuleo suspendi: et plumbatis cedi. Deinde in carcere macerari: vbi angelica visitatione confortantur: et corone de smaragdo celitus misse eorum capitibus imponuntur. Inde educti dum in christi confessione persisterent immobiles: iuxta flumen indole decollati sunt. Quorum corpora dum christiani ad remensem ciuitatem deferre vellent de loco in quo decollata fuerant nullatenus mouere potuerunt. Ibique ea sepelierunt. Qui passi sunt. xviij. Kalen. iulij.

¶ De sancto Brandano episcopo. Cap. cxvij.



Brandanus confessor cum esset abbas apud britannias. postquam ei barinthus retulit quod cum filio suo moloch occeanum perlustrans paradisum terrestrem inuenit: desiderium ei emicuit: vt locum ipsum requireret. Habebat autem tria milia monachorum: de quibus. xiiij. tantum accepit: et naui conscensa que audierat videre perrexit. Quem nauem intrantem tres fratres secuti sunt. Et quia non vocati venerant eos nunquam redituros prenunciauit. Inuenit autem primo insulam altam cuius portu sibi canis occurrit: quem illi sequentes omnia sibi necessaria inuenerunt: et thesauros multos ibidem conspexerunt. Quorum concupiscentiam brandanus prohibuit. Sed dum tertio die discederet: quidam ex illis tribus fratribus qui frenum argenteum acceperat: postquam penitens peccatum confessus est subito expirauit. Iuuenis quoque alias innuitus eisdem cophinum panis et vas aque in naui posuit: et nusquam comparuit. In cena domini subsequenter ad aliam insulam appulerunt. Inueneruntque hospitem eos de via tenenda docentem: et necessaria ministrantem. Sabbato inuenerunt piscem ingentem nomine iasconem: quem insulam existimantes desuper descendentes ignem accenderunt: dumque piscem se mouere sentirent: ad nauem repente confugientes vix euaserunt: pisce se continuo mergente. Die pasche deueniunt ad insulam vbi aues candidas aspiciunt alas et voce sonantes: quarum vna voce humana locuta dixit se fore de angelis qui de celo ceciderant: sed modicam culpam commiserant. Ibique vsque ad octauas penthecostes permanserunt. Abinde nauigantes in natiuitate domini subsequente ad insulam sanctorum patricij et libei deuenerunt: vbi cum. xxiiij. patribus ibi repertis in eorum ecclesia habente altaria christallina festa dominica celebrarunt: indeque post epiphaniam discesserunt. Sicque continue per septennium per mare discurrendo in predictis festis semper ad eadem loca redibant. Quibus temporibus multa ab eis stupenda visa sunt. Bestia enim maxima eos absorbere volens ab alia maiori deuoratur: et de reliquiis carnium comederunt. Inde venerunt ad insulam virorum fortium: vbi senes et pueri domino seruiebant: a quibus gratanter excepti dum abire vellent secundus ex tribus fratribus ex incuria dormientem dimiserunt. Inuenerunt et insulam in qua erant botri vue instar amphore magne quam maximi: gryphem quoque auem eos rapere volentem auis altera vastior interfecit. In festo vno sancti petri apostoli videns abbas piscium innumeram multitudinem: iussit eos deum laudare: qui super vndas enatantes vocibus intonare ceperunt. Viderunt et in mari columnam ingentem crystallinam super bases aureas: quam conopeus coloris argentei circundabat. Inuenerunt et calicem cum patena de genere columne. Venerunt postmodum ad ostia inferni: vbi demones egressi super eos massas igneas iactare nitebantur. Vbi et tertius frater in littore descendens a demonibus raptus est. Inuenerunt et iudam ibi proditorem sedentem in mari super lapidem: quem dixit se in hierosolymis in loco lutuoso posuisse pro transeuntibus ne in lutum caderent protegendis: et ante eum erant furce ferree: quas dixit se donasse sacerdotibus templi: et pannus: quoque in eis pendebat: quem leproso ad tergendum concessisse asserebat. Inuenerunt hominem qui luto pascebatur capillis opertum. Tandem per bonum ... procuratorem: de quo dictum est ad paradisum terrestrem post septennium perducti sunt. Et capientes de fructibus et gemmis ibidem repertis: euasis multis periculis deo duce incolumes ad propria redierunt. Vbi Brandanus postmodum episcopus ordinatus est. Et post virtutum merita ad christum migrauit. vij. kalendas iulij.

¶ De sanctis Vito Modesto et Crescentia martyribus. Capitulum. cxviij.



Vitus Modestus et Crescentia martyres sub Diocletiano imperatore in sicilia martyrio claruerunt: qui vitus ex luciana prouincia nobili progenie: patre hyla senatore progenitus: etatis sue anno ad martyrii palmam peruenit. Cum enim pater eius idola coleret: et Vitus christum adoraret: sepius eum pater verberabat: eo quod idola colere nolebat. Demum pater illum modesto eius nutritori tradidit: vt ei suaderet quatenus deos colere studeret. Cui apparens angelus ipsum conforta-

nit:⁊ adhuc puerum ad coronam martyrij animauit. Qui ⁊ in christi nomine miracula patrare cepit:⁊ multos a diuersis languoribus sanauit. Quod audiens valerian⁹ prefectus puerū accersiuit:⁊ sacrificare nolentē carbonis cedi iussit. Brachia autē ⁊ manus verberātiū subito aruerunt. Prefectus quoq; manum amisit: pro quo tamen Vitus orauit ⁊ cōtinuo sanitatem percepit. Prefectus ergo puerū patri tradidit:⁊ vt ipsum corriperet persuasit. Tunc pater vitum in domum ducēs diuersis musicorum generibus ⁊ puellaꝝ lusibus aliisq; deliciarum generibus mutare animū pueri satagebat. Et cum ipsum in thalamo inclusisset ornato mirabilis fragrantia inde exiit: que patrem ⁊ familiā nimio odore perfudit. Aspiciēsq; pater per rimas ostii septē angelos radiantes circa infantem cōspexit: quos deos suos esse putauit: statimq; excecatus est. Ad cuius vocis clamorem tota ciuitas commouetur: ita vt prefect⁹ accurreret:⁊ cur ei hoc accidisset interrogaret. Qui dicebat ꝙ deos igneos viderat:⁊ eorum aspectum ferre nō valēs lumē amiserat. Et cum in templum iouis pro recuperando lumine ductus esset:⁊ nihil proficeret: filium pro sua sanitate rogauit:⁊ lumen eius precibus recuperauit. Cum autem nec sic crederet: sed puerum occidere cogitaret. Angelus modesto ⁊ crescentie nutritoribus eius apparuit:⁊ vt nauem conscendentes puerū ad terram ducerēt imperauit. Qui nauiculam preparatā diuinitus inuenerunt:⁊ angelo duce vna nocte ad territorium conagritanum peruenerunt:⁊ iuxta fluuium silarū sub arbore quieuerunt: vbi aquila eis cibum deferebat:⁊ multa miracula puer faciebat. ¶ Interea filius Diocletiani imperatoris a demone arripitur:⁊ nisi vit⁹ lucanius veniat se nunꝙ exire fatetur: locus quoq; vbi inueniendus sit: ab eodem explicatur. Vitus ergo queritur:⁊ inuentus adducitur ad imperatorem. Qui super eius filium manū imposuit ⁊ protinus ab eo demonē effugauit. Cum autem illū imperator ad deorum sacrificia inuitaret:⁊ vitus recusaret:⁊ cum Modesto ⁊ Crescentia in dirum carcerē missus esset: subito ferri molles eis imposita ceciderūt:⁊ carcer immēso lumine coruscauit. Xp̄s quoq; sanctis apparēs illos ad passiōis tollerantiā animauit. Qd imperator a custodib⁹ intelligēs eos deductos in clibanū ignis immisit: quos tñ ignis omnino nō tetigit: in quo psallētes hymnum triū puerorū audiūtur indeq; illesi omnino educuntur. Tūc leo terribilis ad sanctos deuorādos dimittitur: sꝫ tñ ab eis fidei virtute placatus eorū vestigiis mānsuete prosternitur. Tandē in equuleo eos imperator iussit appēdi:⁊ in illo diuti⁹ torqueri. Sed orante puero vt eos dñs liberaret subito aer turbatur: terra cōcutitur: tonitrua mugiūt: tēpla deorum corruūt:⁊ multos opprimunt. Imperator autē territ⁹ fugit:⁊ angel⁹ sanctos exoluit: atq; iuxta fluuium silarū vnde venerāt in momēto reposuit: vbi oratione fusa dño animas reddiderūt. Quorū corpora ab aquilis custodita florētia illustris femina sancto vito reuelāte repperit:⁊ cū aromatib⁹ in mariano ꝑdio sepeliuit. q̄ passi sunt. xvij. kalen. iulij.

¶ De sancto Hesychio martyre. Ca. cxix.



Hesichius martyr apud Mesiam ciuitatem dorostorū passus est. Qui cum esset miles ⁊ beatum iuliū martyrē ⁊ cōmilitionē ad passionē comitatus esset: vt superi⁹ in ei⁹ passione sexto Kalendas iunij dictū est. Seq; eiusdem decollandi orationibus commendasset: cumq; deosculat⁹ esset a gentilib⁹ tentus et maximo presidi oblatus in carcere diebus plurib⁹ maceratus tandem in confessione xp̄i gladio cedēte martyrio coronat⁹ est. xvij. kalendas iulij.

¶ De sanctis Ferreolo ⁊ ferrutiōe martyrib⁹. Ca. cxx.



Ferreolus presbyter ⁊ Ferrutio diacon⁹ in galliis ciuitate bisuntiū. passi sunt: q̄ a beato Hyreneo episcopo lugdun. ⁊ martyre ad predicandum verbum dei missi: sub Claudio iudice tenti ad trocleas extēti ⁊ diutius flagellati dehinc in carcerem reclusi sunt: mane quoq; cū linguis eorū amputatis nihilomin⁹ christi nomē clara facūdia ꝑsonarēt ⁊ populo ꝑdicarēt. Iterū cōprehēsi sunt: quib⁹ iudex crudelis iussit vt vnicuiq; eorū subule. xxx. manib⁹ ⁊ pedib⁹ ⁊ pectore infigerentur: atq; ad vltimū gladio necarent. Passi sunt autē. xvj. kal. iulij.

¶ De sanctis Rothlando ⁊ Oliuerio ⁊ aliis militib⁹ martyrib⁹. Capi. cxxj.



Rothlādus et oliuerius atq; multi alii milites christiani: qui a saracenis in Runciaualle ꝓ fide christi pugnātes occisi sunt tempore Caroli magni in catalogo martyrum ascribuntur. Nā dū saraceni totā Hispaniā occupassent: Carolus monitu beati Jacobi sibi apparētis atq; iubētis vt terrā suā ab infidelib⁹ redimeret: cū suo exercitu Hispanias ingressus primo quidē ciuitatē pāpilonem trib⁹ mensibus obsessaꝫ muris funditus miraculose ruentibus cepit:⁊ multos saracenos conuersos baptizari fecit. Qd similiter cōtigit in ciuitate lucerna in valle viridi posita que nunc est inhabitabilis facta. Et cum oēs ciuitates ⁊ castra Hispanie cōquisisset: ecclesiā beati Jacobi apud compostellaꝫ visitauit: oēs honores ei ablatos restituit: eāq; amplioribus priuilegiis dotauit. Sꝫ dū redisset ad gallias aigoland⁹ rex saracenorum aphrice maximā partē Hispanie reacquisiuit: xp̄ianos eiecit spoliauit ⁊ occidit. Qd audiēs Carolus ad Hispaniam rediit:⁊ vt refert Turpin⁹ remen. archiepiscopus. iij. annis vel ibi personaliter fuit vel exercitū tenuit. Et primo quidem apud sanctum Facundū grauissimo bello cōmisso Milo Rothlādi pater cum. xl. milibus christianorum occisus est. Carolus vero equo suo occiso pedes stans cū duobus milib⁹ christianorū de gaudiosa spata sua multos saracenos ꝑ medium scidit. ¶ Die vero sequenti cuꝫ quatuor marchiones italie cū quatuor milib⁹ militū i succursuꝫ xp̄ianorū venissent: discedētes inde saraceni infinitū exercitū maurorum: moabitaꝝ: ethiopū: pictaꝝ: parthoꝝ: ⁊ aphricanorū:⁊ turcorū ꝯgregarūt. Rex autē Carol⁹ Agenniā ciuitatem post sex mēses cepit:⁊. x. milia saracenoꝝ occidit: inde ꝑsecut⁹ est Aigolādū vsq; xātonas. Deinde rediēs galliā nouū exercitū cōgregauit cētū ⁊ triginta milia bellatorum: cū quo Hispaniā repedauit. Inter quos fuerūt ꝑcipui Turpin⁹ remen. archieps: Rothlād⁹ comes cenomanen. dñs blaui nepos Caroli ex Berta sorore:⁊ filius milonis de āgleriis: Oliueri⁹ dux gebenen. Estulph⁹ comes lingonen. Arastan⁹ dux Britānie: Engler⁹ dux aqtanie: Gaifer⁹ dux burdegalen. Geler⁹: Gelinus: Salomon:⁊ Balduin⁹ fr̄ Rothlādi: Gūdebōd⁹ rex frisie: Naamā dux bauarie: Ogeri⁹ dux dacie: Lābert⁹ dux bituric: Sāsō dux burgūdie: Cōstātin⁹ ꝑfect⁹ Romanoꝝ: Reginald⁹ de alba spina: Gualtheri⁹ de thermis: Guilelmus gerin⁹ lothoringe dux: Bogo. Bertrandus de nubilis: ganalonus traditor de magūtia:⁊ multi alii equestres ⁊ pedestres: qui per cisereos portus transeuntes pāpilonē obsederūt. Ibiq; cōmisso bello ex vna parte christianorū centū ⁊. xxxiiij. milia. ex alia saracenorū centum milia diuina fauente gratia saraceni tanta cede ꝓstrati sunt ꝙ christiani vsq; ad bases in sanguine mergebantur: Occisoq; aigolando nullus eorum euasit nisi

rex sibyllie ⁊ rex cordube qui cũ paucis aufugerunt. Capta q̃ vrbe oẽs saraceni ibidẽ reperti trucidati sunt. De christianis vero ceciderunt vsq̃ ad mille. ❡ Sequenti vero die pugnauit Carolus cũ furre principe nauarre: ⁊ cũ cũ trib⁹ milib⁹ occidit: totaq̃ terrã nauarre adeptus est. ❡ Deinde apud nagerã obsidionez posuit: vbi erat gigas quidã nomine ferracut⁹ de genere goliath: quẽ admirandus babylonis cũ .xx. milib⁹ turcorũ miserat in subsidiũ saracenorũ. Hic lanceã vel sagittã non formidabat: sed virtutem .xl. virorũ fortiũ possidebat. Inito autẽ singulari certamine cũ multos milites christianorũ sine alio bello solo brachio ex equo leuatos cepisset: tãdem Rothlandus cũ ipso cõgressus deo annuẽte gigantẽ vicit: ⁊ p vmbilicum sua spata trãsfodit. Sic q̃ nagera ciuitas capitur: saraceni occiduntur: ⁊ vincti xp̃iani absoluuntur. Post hec pugnauit rex apud cordubã cũ regib⁹ sibyllie ⁊ cordube: ⁊ interfecto rege sibyllie cũ octo milib⁹ saracenis a rege altumaior vrbẽ obtinuit: eo pacto q̃ baptizaretur: ⁊ deinde a Carolo regnũ tenẽs in d'suo pristino cõfirmaretur. Sicq̃ tota Hispania redẽpta sanctũ Jacobũ in galatia iterũ reuisit: honorib⁹ ⁊ possessionib⁹ ditauit: deinde vt rediret gallias: pãpilone aliquot dieb⁹ resedit. ❡ Audiẽs aũt q̃ apud cordubã essent duo magni reges saraceni: rex marsyli⁹ ⁊ baligãdus frater eius missi de perside Hispaniam ab admirãdo babylonis: mãdauit illis rex per ganalonũ vt aut baptismũ susciperent: aut sibi tributũ exoluerẽt. Qui cum ganalono cõspirantes miserunt Carolo .xxx. equos oneratos auro ⁊ argẽto ⁊ opib⁹. Ganalono aũt .xx. equos similiter opibus ẽisdẽ onustos obtulerũt: vt pugnatores Caroli in manib⁹ eorũ traderet: qδ ille facere p̃misit. ❡ Rediẽsq̃ ganalon⁹ munera Carolo presentauit: ⁊ ei q̃ asseruit quod reges ipsi xp̃ianos se facere disposuerunt: caroliũq̃ rogabant vt eos in Franciam precederet: quẽ illi veloci⁹ sequerentur. Cũ aũt carolus in Frãciam rediret: cõsilio ganaloni dimisit rotblãdũ ⁊ oliuerũ cũ maiorib⁹ pugnatorib⁹ ⁊ .xx. milibus militibus: vt vltimam custodiã in rũcianalle facerẽt: donec rex ⁊ oĩs exercit⁹ portus cisercos trãsierent. Cumq̃ carolus pertrãsisset .l. milia saraceni qui triduo in nemoribus latuerãt: vt ganalonus ordinauerat fecerũt ex se duas acies. Quarũ prima que erat .xx. miliũ equitum prius exiuit: ⁊ cũ xp̃ianis a mane vsq̃ ad tertiã acriter dimicauit. Tandẽ oẽs saraceni occisi sunt: ⁊ rotbland⁹ cũ suis victores fuerunt. Post hec scd̃a acies .xxx. miliũ pugnatorũ xp̃ianos iã fatigatos ⁊ lassos inuaserũt: oẽs quaq̃ ex parte rotblãdi occiderunt: preter modicos q̃ ad nemus cõfugerunt: cum quibus balduinus ⁊ tedricus latuerunt: ⁊ p̃ter rotblandum qui redeuntib⁹ saracenis ad vnã leucã insonuit buccina: centum xp̃ianos qui fugerant reuocauit: cũ quib⁹ in saracenos viriliter irruens plusq̃ duo milia ex ipsis prostrauit: ⁊ ceteros in fugam conuertit. Tamen centum suos socios in hoc vltimo bello amisit. Ipse aũt quatuor lanceis grauiter vulneratus solus ad runciauallẽ sub quercu descendit: ⁊ tunc se mori sentiens duridandam suam spatã in saxo cõfringere voluit: ne in manibus saracenorum deueniret: sed lapide scisso ensem frãgere nequiuit. Tuncq̃ tuba sua tam fortiter sonuit: q̃ flatu tuba scinditur: ⁊ vene ac nerui colli eius rumpuntur: sonusq̃ tube ad aures caroli p octo miliaria angelo deferente perducitur Jlico ganalonus regẽ redire volẽtẽ dissuasit: dicẽs qδ rotblandus causa venãdis buccinaret. ❡ Dũ igitur rotblandus super herbã iaceret: superuenit balduinus eius frater: a quo cũ sitiens aquam peteret: ille circunquaq̃ querens inuenire non potuit: vidensq̃ illũ mori equum pungens carolum velociter insecut⁹ cũcta ⁊ gesta narrauit. Mox superuenit tedricus ⁊ rotblandum xp̃m laudantẽ: ⁊ resurrectionẽ mortuorum confitentẽ: ac pro suis occisis orantem inuenit: sicq̃ inter man⁹ illius expirauit. Quo die dum turpinus archiep̃s missã pro defunctis celebraret: rapt⁹ in extasi audiuit demones perstrepentes ac dicentes se animas marsylij ⁊ saracenorum ad inferna deferre: ⁊ michaelem cum cetu angelico animas rotblandi ⁊ xp̃ianorũ ad paradisũ ea hora gestasse. ❡ Rediẽs igit̃ carolus rotbladum mortuum inuenit: ⁊ oliuerũ in effigie crucis quatuor palis in terra fixis cũ quatuor retortis extensũ ⁊ a collo vsq̃ ad pedes excoriatum lãceis ⁊ spathis confossum. Et cũ carol⁹ iurasset oẽs occisos reuiseret: ⁊ sol iã quasi occũberet: oratione sancti regis sol tãto tẽpore stetit immobilis: donec rex omniũ peremptorum martyrũ corpora requisiuit. ❡ Tunc ganalonum de proditione conuictum quatuor equis alligari fecit: ⁊ contra quatuor plagas celi cessoribus equos agitantibus terribili morte in quatuor partes discerpi. Omnium vero sanctorum militum corpora rex in duobus cimiterijs tumulata diuisit: quorũ vnũ est in alsis cãpis: aliud apud burdegallẽ. Rotblandum vero apud Blauiã in ecclesia sancti romani quã ipse comes edificauerat sepeliuit: ⁊ spatã eius ⁊ tubam eburneam ad honorẽ militie ibidẽ reseruandas deposuit. Passio horũ martyrũ celebratur .xvj. Kalendas iulij.

❡ De sancto Himerio episcopo. Capitu. .cxxi.



Himerius episcopus emilie in tuscia virtutib⁹ ⁊ miraculis clar⁹ ibidẽ in pace q̃euit .xv. kalen. iulij: ibidemq̃ sepult⁹ fuit. Cuius corpus processu t̃pis quidã ep̃s cremonẽsis illuc ab imperatore ex aliqua cã direct⁹: dato precio nõ modico obtinuit: ⁊ cremonẽ trãslatũ in ecclesia alme v̄ginis cathedrali honorifice collocauit: vbi ⁊ miraculis pollet.

❡ De scĩa Elizabeth de sconagia. Capi. .cxxiij.



Elizabeth de sconagia virgo sancta: vt ait sigibertus circa annũ domini .M.clvj. claruit. Que fuit soror monasterij de sconagia matertera symõis abbatis. Hec enim ab annis puerilib⁹ relicto seculo operib⁹ spiritualibus vacabat: ieiunijs aũt semper ⁊ orationib⁹ intendebat. atq̃ carnẽ disciplinans: diris se verberib⁹ flagellabat. Multis autẽ annis ante obitũ ipsi⁹ man⁹ dñi super illã grauior extitit. quia diris vulnerib⁹ caro ei⁹ elanguit: ⁊ tñ patientie virtute munita nunq̃ cõtristari visa fuit: visiões autẽ crebras ⁊ mirabiles a deo habuit: ⁊ diuina secreta sibi reuelata cognouit. Rapta autẽ in his extasib⁹ quasi mortua sine sensu iacebat: donec spiritu carni reddito aliq̃ñ q̃ viderat referabat: aliquando vero silentio tegebat. Huic ab angelo secũ familiarissime colloquenti annunciatus est liber q̃ dicit̃ viarũ dei diuinas cõtinẽs ⁊ salutares spirit⁹ admonitiões. ❡ In octaua assumptiõis dñe nostre beata virgo ei apparẽs: eidẽ se spiritu ⁊ corpore assumptã fuisse d'xit: ⁊ post ascẽsionẽ xp̃i anno integro ⁊ tanto plus tempore quãtũ est ab ipsa ascensione: vsq̃ ad medium mensem augusti in hoc mundo fuisse declarauit. ❡ In festo annunciatiõis eiusdẽ: ipsa gloriosa mater eidem dei famule reuelauit: qδ anno .xv. verbum dei cõcepit. ❡ In festo quodã dominice natiuitatis vidit duas stellas magnas perlucidas: in vnũ corpus redactas ⁊ i circuitu circulũ aureũ ac in medio virginem xp̃m gestantem paruulũ: ⁊ multa ipsius diei mysteria sibi reserauit. Inter cetera autẽ quesiuit a dña nr̃a quid esset de anima origenis doctoris. audiuitq̃ q̃ errores quos habuerat ex fonte nimie pietatis deuenerant: q̃ ipsam dei genitricẽ in suis scripturis maxime honorauerat: p̄pter q̃ duomodicas penas vbicũq̃

nas vbicunq; esset sustinebat. Sed qd in die nouissimo de eo fieret de' in arbitrio ꝛ dispositione domine nostre posuerat: qd tamē sibi tunc reuelari non licebat. His et aliis visionib' plurimis ꝛ gloriosis ancilla christi a domino sepi' visitata anno etatis sue .xxj. visitationis vero sue .xiiij. in senitate vite migrauit ad dnm. xv. kalē. iulij.

¶ De sanctis marco et marcelliano marty. Ca. cxxiiij.



Marcus ꝛ marcellianus fratres rome sub diocletiano imperatore passi sunt agente fabiano vrbis prefecto. Hi nobili genere orti: tranquilini ꝛ martie filii fuerunt. Qui cū p fide xpi dieb' plurib' in carcere detēti fuissent: data sniā sup eos a chromatio vrbis prefecto decollari iubentur: si intra dies triginta dijs sacrificare renuissent. Interimq; dati sunt in custodia primiscrinio nomine nicostrato. Ad quos parentes ꝛ vxores cū filijs ꝛ affinibus aduenerunt: qui lachrymosis precibus animos iuuenum emollire satagebant: quatenus tēporalē euadētes mortem preceptis imperialibus ꝯsentirent. Quos beatus sebastian' sua predicatione ad martyriū animauit. Qui postq; zoe vxori nicostrati que dudū muta fuerat: loquēdi facultatem restituit ipsum nicostratū cū cōiuge: ꝛ parētibus marci ꝛ marcelliani ad xpm cōuertit. Chromatiū quoq; vrbis prefectum cū filio tyburtio sua doctrina salutifera ad fidem adduxit: vt hec omnia dicta sunt supra in passione sebastiani decimotertio calēdas februarij: ꝛ dicetur infra in passione tyburtij .iij. idus augusti. Sicq; factum est vt diocletianus chromatium vrbis prefectum dignitate priuatum in exilium mitteret: ꝛ fabianū eidem surrogaret. Qui marcū ꝛ marcellianū sacrificare nolentes in carcerē diebus pluribus vinctos detinuit. Demum eductos ad stipitē ligari: ꝛ eorū pedes acutis cōfigi iussit. Cū aūt transisset vnus dies ꝛ vna nox: ꝛ illi psallentes xpm laudarent: precepit illos prefectus lanceis per latera transfigi. Sicq; cū corona martyrij ad syderea regna migrauerūt. Quorū corpa xpiani occulte noctu tollētes via ardeatina sepelierūt. xiiij. calē. iulij.

¶ De sanctis Cyriaco ꝛ paula virgi. ꝛ martyribus. Capitulum .cxxv.



Cyriacus ꝛ paula virgo apud hispanias in ciuitate malaca martyriū passi sunt. Qui a paganis pro xpi nominis confessione vincti: post multa eis illata tormenta lapidibus obruti inter saxa celo animas reddiderūt. xiiij. kalen. iulij: vt habetur in martyrologio adonis ex datario hiero. sumpto.

¶ De sanctis geruasio ꝛ prothasio marty. Capitulum. cxxvj.



Geruasius ꝛ prothasius fratres gemini filij beati vitalis martiris et btē valerie apud Mediolanum sub nerone imperatore passi sunt. Hic enī post martyriū parētū de q̄bus supra actum est in passione vitalis ꝛ valerie. iiij. kalē. maij: omnē suā familiam liberantes: omnesq; suas facultates pauperibus erogātes sancto nazario martyri dudū adheserūt qui oratorium construebat. Dehinc Mediolanū vrbem propriā regressi in vno cenaculo conclusi fuerunt: ꝛ per .x. annos lectioni ꝛ orationi vacātes anno .xj. ad martyriū peruenerūt. Cū enī comes astasius ad bellum tēderet qd ab marcomannis fuerat excitatū: ꝛ Mediolanū ingressus esset: cultores idolorū pōtifices eidem occurrerūt: asserentes qd dij sibi respondere cōtēnerent: nec belli ei victoriā concederent: nisi prius geruasius et prothasius immolarent. Cōtinuo igitur tenētur: ꝛ a comite sacrificare suadentur. Cui cum geruasius omnia idola surda ꝛ muta diceret: ꝛ ab omnipotenti deo victoriam exquirendam astrueret: iratus comes tandiu illum plumbatis cedi fecit q̄diu spiritum exhalauit. Deinde prothasium accersiuit: eumq; vt sacrificaret dijs admonuit. Recusantem in equuleo suspendi iussit. Deinde depositum fustibus cedi. Cum autem prothasius comitem miserum appellaret: ꝛ cecos oculos cordis habere diceret ac christum voce publica proclamaret: iussit eum astasius capite cedi. Quorum corpora philippus quidam seruus christi cum filio suo rapuit: ꝛ occulte in domo sua in arca saxea sepeliuit: libellum quoq; eorum ortum ꝛ vitā ꝛ martyrium continentem conscripsit: ꝛ ad capita illorū deposuit. Passi sunt autem circa annum domini .lvij. xiij. kal. iulij. Horū corpora tempore beati Ambrosij epi reuelata sunt. ¶ Cum idem xpi confessor in ecclesia sanctorum naboris ꝛ felicis oraret: ita vt nec vigilaret aptenec dormiret integre: apparuerunt eidem duo iuuenes pulcherrimi vestibus candidissimis induti: caligulis calciati: ꝛ facie perlucidi secum manibus extensis orātes. Orante autem Ambrosio: vt si fantasma esset abscederet: si autem veritas: plenius appareret: similimodo mane cantante gallo iterum secum orantes visi sunt. Tertia vero nocte defecto iam ieiunijs corpore nō dormienti: sed stupenti cum tertia sibi appareret persona: que similis esse beato Paulo apostolo videbatur: secūdum quod in pictura conspexerat: illisq; tacentibus apostol' Ambrosio reserauit: quod illi martyres christi fuerant: qui omnia pro christo contempserant: ꝛ christum in passione imitati fuerant: admonens vt in eo quo orabat loco duodecim pedibus terram effoderet: ibiq; eoꝝ corpora sarca marmorea inueniret: ad quorum capita libellum conspiceret: eorum ortum nomina vitam ꝛ martyrium continentē. Conuocatis igitur Ambrosius vicinis epis terram effodiunt: ꝛ vt supra promiserat paulus cuncta sic eueniunt. Et licet ab eorū passione plusq; anni .ccc. fluxissent: ita eorū corpora sunt reperta: ac si ipsa hora fuissent ibi posita. Ex q̄bus etiā odor mirabilis flagrabat. Cecus aūt qdā tangēs feretrū lumen continuo recepit: ꝛ alij plures egri eorū meritis curati sunt. Quorum corpora in matrice ipsius ciuitatis ecclesia requiescunt.

¶ De sancto Vrsicino martyre. Cap. cxxvij.



Vrsicinus martyr apud rauēnā passus est tpe neronis imperatoris sub paulino consulari. Hic natione ligurius: arte medicus fuit. Postq; autem multorū corpora sanauit: sub paulino consulari arte humana: ꝛ animas vt xpianus arte diuina a iudice tentus post multa supplicia decollari iussus est. Qui vt supra dictū est in passione sancti vitalis .iiij. kal. maij. cū ad locū passionis duci' esset: q̄ palme vocabulū habebat: q: ibidē palma adhuc antiqua vigebat: gladium expauit: sed cū beatus vitalis inde cōfortauit: ne ipse qui alios curare cōsueuerat: seipsum eterne mortis iaculo vulneraret. Mox igitur vrsicinus de eo qd formidauerat mortem: penitentiam egit: ꝛ decollationem intrepidus suscepit. Cui' corpus vitalis miles intra ipsam ciuitatem sepeliuit decimotertio. kal. iulij. Quod tamen postmodū translatum fuit ad ecclesiam sancti ioannis bapt. sic: ꝛ ibi ꝛ proprium oratoriū sortitus est. Deinde post annos .dcccc. tpe othonis secūdi imperatoris ab honesto archiepo rauēnate ad ecclesiam vrsinam leuatum est: que grece hagia anastasis .i. sancta resurrectio dicitur.

¶ De sancto Romualdo abbate. Cap. cxxviij.

Romuald' abbas



ordinis camalduleñ. tẽpore othonis tertij imperatoris claruit. Hic ex illustribus parentibus rauēne ortus patre sergio duce adhuc adolescēs: licet carnis vitio procliuis existeret: tamē aliter deo deuotus iam quasi heremū appetebat. Cum autem pater' pro quodam agro cum vno ciue propinquo litigaret: romualdo presente ipsum occidisset. Juuenis quasi homicidij conscius. xl. dies penitentiã in classis monasterio perfecit. Inducebatur autem tunc ab vno conuerso vt ordinē intraret: qd' hic facere promisit: si sanctū sibi apollinarē ostēderet. Et dū ambob' in ecclesia pernoctātib' sanctus apollinaris de sub altari bis exiēs ei secūdo apparuisset: ille exinde corp' martyris ibidē iacere nullatenus dubitauit. Et extunc consilio et suasu honestij archiepiscopi rauennen. olim abbatis classen. monasteriū classis ingressus triennuī ibi in vite sanctitate peregit: deinde abbatis licentia ad quēdā heremitā marinum nomine q̃ in venetie partib' degebat deuenit: et sub ei' discipulatu manere cepit: ab eodemq; vite heremitice obseruātiā imbibit: psalteriūq; rudis multis verberibus pulsat' dedicit: et duo quoq; in septimana medias panis bucellā et pugillū fabe cū aqua gustauit. ¶ Eodem tpe petr' vrsiol' dux venetie q̃ tyrānice ducatū obtinuerat: et in necē vitalis cādiani eius p̄decessoris fautor extiterat de cōmisso penitēs cōsilio guarini abbatis de terra sancta ad gallias redeūtis et sanctoꝝ marini et romualdi ducatui resignauit: et assumpto ioāne gradenico socio in crimine cōsocio cū p̄dictis trib' sanctis ad monasteriū sancti michaelis i galliā deuenit: vbi insimul habitabāt: ipsi oēs heremiticā vitā ducētes. Ipsos aūt et fratres alios romuald' in virtutib' et vite austeritate p̄cellebat. Et terrā collētes de labore manuū victū q̃rebāt. Ibiq; romuald' multa diaboli tētamina pertulit: et deuicit: sub cuius magisterio petr' olim dux viuere cepit: et q: tā ardue vite non fuerat assuetus ei' facultati magister pie cōdescēdebat. ¶ Miraculis aūt maximis et stupēdis hec sanct' claruit. Cū enim rustic' familiaris domū romualdo cōquest' fuisset q̃ q̃dā diues vaccā sibi rapuisset: et sanctū vaccā repetentē vir ille derisisset: vaccāq; coctā cū alijs in cōuiuio ederet: os subito in gutture raptoris transuertitur: et ille cōtinuo suffocatur. ¶ Comitē quēdā nomine olibanū de grauib' criminib' sibi cōfessū nō solū ad penitentiā adduxit: sed etiā ad religionē incitauit. ¶ Audiēs autē qd' pater eius monachus factus ad seculū redire disponeret: ad patrē cōcit' iuit: eūq; in sancto proposito cōfirmauit: qui post dies modicos in christo quieuit. Romualdus aūt in predio monasterij classen. permāsit: vbi a demonib' primo cū deterrentib' deinde grauiter cedentibus diutius pulsatus: omnes ipsos malignos iesu inuocato nomine effugauit. Qui postmodum sub diuersorum animalium et monstrorum formis terribilibus apparētes ipsum cōturbabant: sed eorum persecutiones sanctus vir orationibus superabat. Ipsis autē diebus in loco qui dicitur balneū. monasteriū quoddam sancti michaelis cōstruxit: sed a sancto apollinare monitus ad cenobiū suum regressus est. ¶ Post hec habitauit in palude comacleū. et deinde in palude que peretum dicitur: lōge a rauēna quasi milibus duodecim cū discipulo guilelmo: vbi ignem qui cellulam inflāmauerat oratione repente extinxit. Post hec iussu īperatoris othonis. iij. in classen. abbatē electus diu renitēs: tandē coactus acceptauit: sed dū fratres ad votū corrigere non valeret: coram rauenne archiepiscopo et imperatore officio resignauit: quē videlicet imperatorē tyburtinam ciuitatē obsidentē reperiēs: ad pacē et concordiam cū tyburtinis reduxit: eo quod ipsum imperator reuerentie gereret:

vbi etiam thamum quendam nobilem: et bonifacium virum clarissimum imperatoris propinquum teutonicos ad penitentiam conuertit: et monachos effectos secum deduxit: et ad peretū rediit. Qui videlicet bonifaci' postmodum archiepiscopus et martyr fuit: de quo supra actū est iuxta alium eius nominis sanctū nonas iunij. ¶ Post hec innumeris fratrib' cōgregatis in multis locis ac ciuitatibus cellas extruxit: et camalduleñ. heremitarum ordinem inchoauit. Ad [illegible] othoimperator cenobium sancti alberti edificauit: et p̄ dijs large dotauit. Et cum otho ad vitam monasticā assumendam disponeret postq̃ vadens romam inde recessisset: sanctum ipsum nunq̃ reuersurum predixit et vt predixerat sic euenit. Deinde apud parentiū tria monasteria fundauit: vbi diu manens ipsum diuina pietas ad summe perfectionis apicem prouexit. Ibiq; ordinem deo viuendi fratribus suis circunquaq; positis spiritu dei docente dictauit: et misit inde discedens nauē intrauit: tempestatemq; maris grauissimā cunctis iam periclitātib' et de salute desperantibus sua oratione sedauit. Veniēsq; ad bifurcū monasteriū eorum vitā aliquātulū lapsā ad ardua et vtilia ducere curauit. ¶ Post hec in camertino solo cenobiū nobile cōstruxit: in eisdēq; partibus monasterium puellarum cōdidit. Deinde in regione vrbis veteris aliud monasteriū fabricauit: et multos monachos cōstituit. In quo filius guidonis comitis longo tempore in sancto proposito viuit: et carnis soluto debito miraculis claruit: inter que cecum illuminauit. ¶ Deinde romualdus audiens quod bonifaci' eius discipulus martyrium passus esset: passionis desiderio flagrās cū viginti sex ex fratrib' suis vsq; pannoniam perrexit: sed ibi lāguore percussus voluntate dei cōpulsus plures nobiles monachos acquisitos rediens secū adduxit: et ad monasterium vrbis veteris remeauit: vbi multas persecutiones a suis fratrib' pertulit. Inde discedens apud castrum maximianū monasteriū aliud fundauit. Et inde per classen. locū parentiū nauigauit. Reuocatus autē per nunciū apostolice sedis ad italiā repedauit: veniēsq; ad montē calcū. et petranum in vtroq; cellas erexit: lociśq; pluribus peragratis per vallē de castro et montē apēninū in loco q̃ dicitur aqua bella locum aliū construxit: vbi et quēdam presbyterū a dolore dentiū grauissimo liberauit. ¶ Cū autē apud camaldulen. monasteriū qd' ipse tunc caput ordinis construi faciebat: fagus maxima in edificiū caderet: dubitantibus cunctis ne fagus incisa cellā opprimeret: orātibusq; sanctum vt ex cella abiens periculū euitaret: ipse inde discedere noluit: sed ruentē arborē versus cellā signo crucis aliorsum p̄tra naturā cadere coegit. ¶ Hic quoq; nimie magnitudinis in ipso ope p̄cedit aqua p̄ montis declīuū corruēte raptus ab ea rusticus ad inferiora rotatur: sanctūq; inuocans in montis radice incolumus inuenitur. Deinde venit ad montē sitrium: vbi celebrans in extasim rapit: et spirit' exponēdi psalmos tunc sibi diuinitus infunditur. vbi per septēniū cētum vii silentiū nunq̃ soluit: et multa miracula ostendit. ¶ Fratrem gregoriū solūmodo insufflās a dolore capitis sanauit: et a scabie vlcerosa ter ipsum aqua sola p̄fundens mundauit. ¶ Virū alium deosculās ab infantia capitis liberauit. Spiritū propheticū se habere in multis ostēdit. ¶ Discipulum quē malignus inuaserat ipsū ob id solum: quia eo absente non petita licentia lectum eius ascenderat: ab infestatione eripuit. ¶ Vxorē cuiusdam que virum quem sanctus conuerterat: ab ingressu ordinis prohibebat: porrecta ei bucella panis benedictā adeo pacauit: quod virum exinde in pace dimisit. Iterum alium a demone vexatum oblato ei pane benedicto liberauit. ¶ Post hec ab henrico imperatore de vltra mare reuertente locum monasterij construēdi in monte amiato vt petiit impetrauit: et monachos multos fecit. ¶ Reuersus sitriū dū piscibus p̄ eius aduentu carerēt: quidā frater in stagno paruissimo vbi nunq̃ pi-

scis visus fuerat bamū misit: et pices mox adeo magnū cepit: q ipso die cūctis ad eius suffecit. Per annos viginti obitū suū: et locū finis sui per spm̄ fratrib' predixit. Et veniēs ad monasteriū vallis de castro egrotare cepit: et ad extrema deueniēs sumpto viatico a carne migrauit. xiij. kalen. iulij. etatis sue exactis annis. cxx. Ex quib' . xx. cōsumpsit in seculo. iij. in monasterio classis. Reliquos in eremitico proposito. Sepultusq; iacet in valle de castro: vbi et copiose miraculis fulget.

De sctis Joāne et Benedicto martyrib'. Capi. cxxix.



Joannes et benedictus martyres monachi camaldulē. ordinis fuerunt et discipuli romualdi. Qui iussu othonis imperatoris ab eodē abbate ad buscalus reges ad pdicādū missi sunt eo ipse pdicatores fidei sibi petierat destinari. Quos idē rex in eremo aliquo tpe sustētauit: donec linguā sclauonicā didicerūt. Qui pdicātes regē conuerterūt et baptizauerūt. Quos rex rogauit: vt pape plurima dona deferrēt: et sibi coronā consecratā de manu pontificis apportarēt. Qd illi recusantes facere: dicētes sibi secularia negocia tractāda eino nō licere ad cellam reuersi sunt. Sed quidā q regis votū agnouerāt: putātibus eos magnā auri summā secū haberent: insecuti in cella eos sunt iugulati: et thesauro requisito: nihil ab eis inuētū est. Tunc illi facinus palliare volētes cellam incēderunt: vt cōbustis corporib' ipsi innocēti crederent. Sz dei virtute cella combusta corpora omnino intacta permāserunt. Ipsi vero fugere volētes se inde mouere nullatenus potuerūt. Ubi vero sanctorū iacebāt cadauera: nocte apparebat lux immēsa: et angelorū audiebāt cātilena. Rex vo hec audiēs ad locū accessit: et occisores adhuc ibi inuētos cepit. Dum aūt cogitaret qualr eos puniret: ad sepulchra martyrum vinciri iubet: vt si eos de' puniri vellet: in vinculis miserabilr deficerēt. Sin aliter sctis martyrib' placeret: eos mirabilr absoluerent. Ducti ergo ad tumulū dei virtute fractis neruibus absoluti sunt: et penitētes vitā eremiticā duxerunt. Rex quoq; super sanctorū corpora basilicā edificauit: et ex pprijs bonis dotauit: vbi eorum seruantur corpora miris redolentia signis.

De sancto nouato discipulo. Ca. cxxx.



Nouatus discipulus fuit illustrissimi ciuis vrbis rome pudētis discipuli pauli apostoli. Hic et frater timothei pbri: et quorū sorores fuerūt sctā potētiana: de qua supra actū est. xiiij. kal. iunij: et praxedis de qua infra dicet. xij. kal. augusti. Hic cū pre pudēti multos pauperes xpianos in domo sua refouebat. Qui eo viuēte adhuc p menses plurimos egritudine valida detēt' a btō papa pio fami iariter visitat': et ab eodē cōfortat': diuinis ab eo pceptis sacramētis post dies. xiiij. eo pnte i pace qeuit. xij. kalē. iulij. Sepult' in pprio tumulo: vbi postmodū pr cū sororib' sepulti sūt.

De sancto Siluerio papa et martyre. Capi. cxxxj.



Siluerius papa et martyr natiōe cāpanus ex pre hormisda pōtifice romano agapito primo pape i cpātu vrbis successit: et sedit annū vnū mēses. v. Hic primus post btī siluestri tpa sine impiali assensu gotthorū manu est sublimat' cp̄s. Theodat' si qdē gotthorū rex tūc rome degēs talē indixit clero timorē: vt q nō cōsentiret electioni ei' gladio puniret. Hunc theodora augusta vxor iustini imperatoris rogauit p artemio patriarcha heretico ab ei' pdecessore deposito vt eū restitueret dignitati. Qui noluit cōsentire. qua ppter idignata augusta misit p vigilium archidiaconū romanū quē cōstātinopoli papa p legatiōe miserat ad belisariū patriciū in italia cōsistentē: vt cōtra papā occasionē inueniret: quaten' de cpātu deponeret. Qui testes falsos subduxit qd siluerius regi gotthorū scripsisset: quaten' ad portā asinariā lateranēs. romā veniret: et sibi belisariū patriciū traderet. Qua de re patrici' eū deposuit: et vigili' archidiacon' ipsum veste monastica induit: et iubēte belisario in pontianos ad exiliū destinauit: vbi pane tribulatiōis et aqua angustie sustentat' post dies aliquot mortu' est: et sepult' martyrio coronat'. xij. calen. iulij: vbi multitudo male habentium sani facti sunt. Hic fecit ordinationē vnā p mēsem decembris: presbyteros. xiiij. diaconos. v. episcopos per diuersa loca numero. xix. Et cessauit episcopat' dies. ij. cui Uigilius eius archidiaconus qui ipsum relegauerat in episcopatu successit.

De sancto Albano martyre. Capi. cxxxij.



Alban' martyr vt ait Beda primo libro historie anglorum passus est in britānia tpe diocletiani et maximiani imperatorū. Qui dum adhuc pagan' esset: et clericū quēdā christianū persecutores fugientes in fidē suā hospitio suscepisset pietate sola permot': ei' vite et exemplo sanctisq; monitis fact' est christianus. Cū aūt gētiles clericū qui ad se confugerat quererēt: Albanusq; seipsum pro magistro et hospite obtulisset: ab eidē capt' et ad iudicē duct' est. Dumq; xpm confiteri nō timuisset: durissime cesus decollari iubetur. Quem populo predilectū ad martyriū accedēte secuta ē pene tota ciuitas: pōtemq; fluminis occupauit qua transire debebat: vt sic ei' mortē retardarēt: vel totalr impugnarēt. Sanctus vero desiderio passiōis accēsus orauit: moxq; aqua fluminis substitit: et ipse p siccū alueū vna cū psecutorib' trāsiuit. Quo viso miraculo miles q ipm decollare debebat cōuersus est. Alban' vo mōtē trās flumē positum ascēdēs: orat: et ōe fusa fonte de petra pduxit: q ibidē in testimoniū ei' martyrij vsq; i psens manat. Ibi igit vna cū cōuerso milite decollat' est. Sz illo i terrā cadēte oculi percussoris de ei' capite pariter ceciderūt. Sepult' est aūt i ciuitate verlamorū ab anglis dc verlo ninsceu verlingacester. Post cui' martyriū passi sunt aarō et iuli' legionū vrbis ciues: et alij plēs vtriusq; sex' cōuersi ad deū pp miracula i ei' passiōe ostēsa: passus est. xi. kal. iulij.

De sancto Albano epō et socijs martyrib'. Capi. cxxxiij.



Alban' episcopus et Ursus clericus martyres comites fuerūt sancti theonisti epi: et vt infra dicetur in eius passiōe. p. kal. decēbris. Qui cū eodē et discipulis ei' tabra et tabrata a philippēsibus insula nansa egressi romā secū accesserūt: et oratione facta Mediolanū abierūt: et suscepti honorifice a sancto Ambrosio epō et theodosio impatore tūc ibi degēte. Inde ad gallias pdicādo trāsierūt: et cū augustā ciuitatē deuenissent: Sanct' visus a paganis cōprehēsus p multa tormētorū genera martyriū passus est. Theonistus vero cū Albano tabra et tabrata discipulis suis venit ad regē rosimundū: et qui eos misit ad paulinum episcopū treuerēsem. Indeq; nauigio ma-

gantiam adierunt: vbi dum predicaret alban⁹ a gentili
bus temptus ꝛ flagellat⁹: nouissime gladio cesus est. Mo
rum duorū martyꝝ corpora ad prouinciā venetie trāsla
ta in loco qui dicitur burani iuxta mare situm torcellā
neñ. dioce. tumulata seruātur. Ibiq; ꝛ corpus iacet ter
tij martyris dominici monachi: qui in istoꝝ passiōe nō
reperitur specialiter nolatus: ab incolis tñ ipsi⁹ loci cō
socius Albani ꝛ vsi fuisse dicitur: ꝛ cū eidē p christi no
mine credit martyrio coronat⁹. Passio hoꝝ martyꝝ
ibidē agitur. xj. Kalen. Julij.

¶ De sctō Eusebio epo cesariēñ. Ca. cxxxiiij.



Eusebi⁹ pamphili

cui pāphil⁹ mř. adeo amicitia cōiūn
ct⁹ extitit: vt ab eo cognomē sortiat:
vt dictū est supra in passione pāphili
martyris. kal. iunij. Hic epus cesariē.
fuit ꝛ sctitate ac sapia insigniter cla
ruit: multaq; opuscula diuina cōpila
uit. Sup genesiꝫ libros. xx. cōposuit.
Diuersaꝝ reꝝ libros. xxv. Ecclastice
histoꝛie libros. ix. Chronicoꝝ cano
nū historiā ꝛ eorū epithoma. Euāge
lioꝝ diaphoniā: ꝛ eorū canones. In Isaiā lib. x. Cōtra
porphiriū li. xxv. In quorū. xviij. xix. ꝛ. xx. accuratissime
rñdet ei ꝯ Danielē pphetā scribēti. Topicoꝝ lib. j. Apo
logiarū p origene lib. vj. De vita pāphili martyris lib.
iij. De martyrib⁹ quedā opuscula. In. cl. ps. isignes edi
dit cōmētarios. Chronographiā terre iudee: distictas
tribuum sortes. libellū vrbiū: mōtiū: fluuioꝝ: valliū: vi
corū: ꝛ diuersoꝝ locoꝝ terre scte: q̄ sacra scriptura cō
plectit. Scripsit ꝛ libꝝ chronicꝫ de tpib⁹ a principio
mūdi: inchoās: ꝛ ad tpa vsq; sua declinās. Diocletiani at
q; Cōstātini primi tpib⁹ micās. Humanitatis i pace sol
uit debitū. xj. kal. Julij. Hec hieronym⁹ libro de viris
illustrib⁹ ꝛ ex martyrologio Adonis ꝛ Vsuardi.

¶ De sancta Demetria virgine ꝛ marty.
Capi. cxxxv.



Demetria virgo

Rome exorta filia fuit faustini ꝛ dar
fose ꝛ soror martyris Bibiane vt su
pra in passiōe Bibiane scriptū legit.
iiij. non. decēbris. Hec cū añ impiissi
mū impatorē Julianū detēta p fide
xpi introduceret: an ꝯfessiōe e vita emi
sit spiritū. Sepulta a Johāne pbro iuxta
matrē ꝛ germanā apud palatiū luci
niaunm. xj. kal. iulij.

¶ De sancto Leufredo abbate.
Capi. cxxxvj.



Leufred⁹ abbas

claruit tpe Justiniani impatoris se
cūdi. Qui parētib⁹ xpianis pago ebo
raceñ. ort⁹: relicto seculo prope vrbeꝫ
in paruā cellula morabat. Sꝫ a desi
derio epo ppter inuidiā eo q̄d in ei⁹
diocesi se inclusit sctipsi⁹ licētia nō pe
tita temptus est: ꝛ in equo cōtra votū
suum leuat⁹ eo quod nunq̄ equum
ascēdere proposuisset ad ciuitatē adduct⁹ est: ꝯtra quē
epus inquirere disponebat. Statimq; vt ad episcopatū
puenire equi viscera: cui sctūs insidebat: dirupta sunt
ꝛ in terram cū equo pariter ceciderunt. Quod episcop⁹
videns ab eo veniā petijt: ipsumq; in pace dimisit. Qui
pater postmodū factus est plurium monachorum: qui
ꝛ miraculis claruit. Nam quendam monachum a
diabolo vexatū liberauit: ꝛ eis baculū suum pro ipsi⁹ tu
tela dimisit. Dū igne maxio subito accēso cenobiū cō
flagraret: oratione fudit: ꝛ mox vēt⁹ valid⁹ ex opposito
insurgens a monasterio flāmas expulsit: multis quoq;
aliis clar⁹ virtutib⁹ i pace q̄euit. xj. Kalen. Julij.

¶ De sanctis decē milib⁹ martyrib⁹.
Capitu. cxxxvij.



Decem milia mar

tyres apd Alexandriā sub Adriano ꝛ
Antonio passi sunt. Cū eñ Agareni
ꝛ Euphratenses Romano imperio
rebellassent Adrian⁹ ꝛ Antoni⁹ im
peratores qui in partib⁹ Alexādrie
degebāt nouem milia milites cōtra
eos dirigunt: eisq; acatiū primiceriū
ꝛ Heliadē ducē pficiūt. Cū autem
romanoꝝ milicia multitudinē ad
uersariorum cōspexissent: perterriti terga verterūt. Et
sciscitantes a diuiteem cur tant⁹ eos tremor inuasisset:
putātes q̄ dij contra eos indignati forent: eo q̄ illis sa
crificare neglexissent: accedētes ad simulacra sacrificia
obtulerūt: ꝛ irruentib⁹ hostib⁹ adhuc maiori formidi
ne repleti sunt: cōacti quoq; se in fugā dederūt. Quibus
angelus dñi apparuit: q̄ in specie iuuenis eos alloquēs
deos gētiū esse demones asserit. Et hec illis bis cōti
gisse affirmauit: eo q̄ vanorū deorū suffragia postulas
sent. Qd si in christū credere vellēt: victoriā ex hostib⁹
obtinerēt. Quib⁹ vnanimiter se velle credere respōdēti
bus: Angel⁹ dñi disparuit. Sequenti die xpm in sui ad
iutoriū exposcunt: in hostes impetum faciūt: ꝛ Angelū
qui pridie illis apparuerat exercitū eorū precedentem
cernunt: barbaros viriliter cedūt: in fugā vertūt: ꝛ mul
tos fugientes in lacū se necare cōpellūt. Obtētoq; triū
pho: Angel⁹ dñi deduxit sanctos ad verticē mōtis ara
rath lōge ab Alexādria per quingenta stadia positū: im
peratorib⁹ tūc in Alexandria constitutis. In quorū me
dio Angel⁹ sedebat: ꝛ eos de fide christi plenius instrue
bat. Ilico aūt celi aperti sunt: ꝛ alij. vij. Angeli visibiliter
ad eos descēdūt: omniaq; illis futura pdicūt: ꝛ ad mar
tyrij passiones constantes efficiūt. Quib⁹ ab eorū obla
tis oculis sancti martyres vnanimiter in Christi fide ꝛ
amore fundati. xxx. diebus in monte persisterunt orātes
nullo penit⁹ cibo corporeo sustentati. Imperatores
autē admirātes cur ad illos habita victoria nō redirēt
ad eos perquirendos mittunt: eosq; Christianos effe
ctos audierunt. Statimq; septē regibus circūstantiū
regionum epistolas dirigunt: vt ad eos cum ingenti
exercitu festinarent ad nouorum christicolarum exter
minium faciendum. Regibus igitur cum festinatione
cōgregatis imperatores nuncios ad sanctos dirigunt:
eosq; coram se accersiri faciūt. Qui oratione premissa se
mutuo cōfortantes voce delapsa celitus roborati: coram
imperatorib⁹ cōparere festinarunt intrepidi. Interro
gatiq; ab eis cur post triumphum nazareno crucifixo
adhesissent: ꝛ augustorum leges preterire nō timuissent:
Acati⁹ ore oim vidēs: oia que illis euenerāt enarrauit:
ꝛ xpm dñm voce publica predicauit. Oēs quoq; milites
xpm solū deū verū acclamare ceperūt. Et cū imperato
res cōminarētur: q̄ oēs penas quas crucifix⁹ pertu
lerat: illos experiri facerēt. Vnus ex collegio martyꝝ
nomine Acatius campi doctor se beatos fore respōdit:
si necis ꝛ passiōis domini mererētur esse cōsortes. Cla
mantibus aūt populis gentilium cōtra eos: ꝛ illis ecō
tra xpm viua cōfitentibus voce: populi furore moti in
eos lapides miserūt: eosq; lapidare ceperunt. Sed xpi
virtute lapides in facies iactantium vertebantur: ꝛ plu
rimi ex gētilibus mactabantur: sanctiq; martyres a la
pidibus minime tangebantur. Quod cernētes imperato
res: ꝛ hoc magicis virtutibus ascribētes: eos scorpio
nibus flagellari iusserunt. Et cū diutius cederentur: vn⁹
illorum iuuenculus nole draconarius pariter in vere
beribus deficiens ad acatium se cōuertens eius exhor
tationē postulabat. Quem postq̄ acatius confortasset
timens ne aliquis ex collegio in fide forsitan propter
flagella titubaret: orauit ad dominū: vt eos ab ipsis tor
mentis

gnentis erueret. Statimq; facto nimio terremotu manus et brachia cedentiū aruerunt. Quo viso miraculo magister quidā militum theodorus nole cū suis militibus mille conuersus est: qui se xpianos psitentes ad nouem milia martyres se contulerunt. Nunc imperatores irati iusserunt apportari clauorū multitudinē trigonorum: et p viginti stadia spargi: vt sup eos sancti nudis pedib' ambularent. Qd cū fieret: angeli dñi martyres precedebant: et clauos leuantes in vnū coaceruabant. Imperatores pō illos angelos deos fuisse putabant: propter qd adhuc magis martyres ad sacrificia suadebāt: eo qd dij illorum miserti eos a tali clauorum periculo liberassent. Sed cum tā primi nouem milia q̄ alij mille superadditi solum verum deum crucifixū clamarent: iusserunt augusti: vt omnia crucifixi tormēta quem predicabāt experirentur in eis. Sicq; corone spinee eorum capitibus imponuntur: et lanceis latera perforantur: et vt olim christus a iudeis sic sancti a militibus sibi genuflectentibus illuduntur. Qui hec constantius tolerantes sanguine eorum pprio frontes tingebant in mysterio baptismatis quo carebant. Tunc de consilio regis saporis sancti martyres in crucibus configi iubentur. Et comitantibus illos omnibus populis ad montem ararath ab exercitu deducuntur: et ibidem hora tertia crucibus figuntur. Beat' vero acatius in cruce pendens pendentes similiter socios hortabatur: et symbolum fidei catholice profitebatur: vt autem sanctorum passio per omnia dominice passioni similis esset: miracula que moriēte domino apparuerūt innouata sunt. Nam et hora sexta vsq; ad horam nonam sol obscuratus est: terremotus ingens factus est: ita vt plurima edificia ruerent: saxa etiam et parietes multi conscissi sunt obstupentibus vniuersis. Sancti vero martyres ad dominum orauerunt: vt cuncti eos in quacūq; necessitate inuocantes petitiōis sue a domino cōsequerentur effectum: et vigiliam passionis eorum cum silentio ieiunantes indulgentie pro peccatis mererentur percipere annum vnum. Statimq; voce de celo lapsa ad eos ad celestia regna percipienda vocantur: et eorum petitiones exaudite in omnibus nunciantur. Post modicum ergo facta hora nona totum montem lux maxima circunfulsit. Sancti quoq; martyres magnis vocibus suos in manus domini spiritus commendantes animas emiserunt. Corpora vero illorū ab angelis de crucibus deposita diuina dispositione in ipso monte sepulta sunt. Qui passi sunt .x. kalen. Julij.

¶ De scō Paulino epō et cōfessore. Cap. cxxviij.



Paulinus episcopus nolane ciuitatis campanie tēpore vandalorum claruit. Cum em̄ tota fuisset ipsa puincia a vandalis irruētibus depopulata: multiq; de ipsa terra in aphricam adducti captiui fuissent. Uir domini Paulinus cuncta que habere potuit captiuis indigentibus misit. ¶ Cum autem vidua quedam ad eum venisset: et filium suū vnicum a regis vandalorum genero in captiuitatem adductum fuisse diceret: et a viro dei precium aliquod pro redemptione postularet. Illeq; quid daret nihil penit' haberet: petēti femine seipsum obtulit: eidēq; benigne rńdit: vt se secum ad aphricā ductū seruū suū esse assereret: ipsumq; p suo filio apud regis generū cōmutaret: eū se in ei' seruitio māsurū p redimendo filio paratū disponeret. Quod illa ex ore tāti viri audiens: irrisionem potius credidit q̄ compassionem. At ille vtpote eloquentissimus: et ad plenum diuinis studijs eruditus: dubitanti femine persuasit citius: vt audita crederet: sicq; p filio redimēdo in seruum tradere non timeret. Perrexerūt igitur vtriq; ad aphricam. Et primo quidem regis genero vidua supplicauit: vt filiū suū sibi gratis donaret. Qd vir barbarus nedum facere renuit: sed insup audire despexit. Cui cū vidua subiungeret: vt filiū suum redderet: et pro ipso vicariū hominem illum acciperet. Illeq; venusti vult' hominē cōspexisset: interrogauit cuiq; quā artem nosset. Cui vir dñi hortum se colere nosse q̄ optime dixit. Qd vir gentilis gratū habuit: ipsumq; in seruū suscepit: et rogāti vidue filiū restituit. Quo accepto inde discessit: et Paulinus horti colendi curā suscepit. ¶ Cū aūt dñs suus crebro hortum ingrederetur: suūq; hortolanum quedā requireret: et sapientē hominem esse videret: amicos deserēs cū eo sepius colloquēs ipsius cepit sermonib' delectari. Cui Paulinus quotidie ad mēsam viretia deferebat: et accepto pane ad horti curā remeabat. Die autē quadam suo dño secretius secū loquēti pdixit: vt se circa regni regimē puideret: eo q̄ rex citi' moriturus esset ipseq; eidē mascula pl'e carēti successurus foret: q̄ ille regi nunciare curauit: et q̄ hec ab hortolano audisset aperuit. Rex pō ipsum videre postulauit. Cui gener rńdit: q̄ ille esset q̄ sibi ad prādiū herbas ex more portaret. Factūq; est cū rex ad prādiū discubuit: Paulinus olera virentia delaturus venit. Cūq; hunc rex subito conspexisset: intremuit: ac citoq; genero ei verū esse qd audiuisset asseruit: nam vt dicebat ipsa nocte in somno sedētes p tribunali cōtra se iudices viderat: inter quos Paulin' psiderabat: et flagellū qd aliq̄n acceperat: eorū sibi iudicio tollebat: impositq; vt interrogaret quis esset: q: ipm popularem minime existimaret. Tūc regis gener secreto Paulinū q̄s esset magnis coniurationibus inquisiuit: eidēq; illū episcopū esse cōperuit: et q̄cquid peteret sibi liberaliter obtulit. Uir autē dñi ab eo postulauit: vt oēs cōciues suos captiuos relaxaret. Cūctiq; illi protinus in aphrica requisiti cū onustis frumēto nauibus p venerandi viri paulini satisfactione in eius comitatu laxati sunt. Post modicos vero dies rex vādalorū occubuit: et vt paulinus predixerat: gener eidē successit. Sicq; factū est vt q̄ se solū in seruū tradiderat: cū multis a seruitio ad libertatem rediret. ¶ De cui' etiā morte scribitur qd cū dolore fuisset lateris tact' ad extrema deduct' est. Dūq; dom' eius in sua soliditate psisteret: cubiculū in quo iacebat eger: facto terremotu cōtremuit: et oēsq; adstantes nimio terrore cōcussit. Sicq; scā illa aīa carne soluta est .x. kal. iulij. Sepultusq; q̄escit in ecclesia sua. Hec Greg. iij. dialo. c. j. Hic vir sapiētia clar' multa volumina copillauit. Beati em̄ Ambrosij vitam scripsit ad Augustinū. Item vitā beati felicis. Ad theodosium sanctū: scripsit panegiricum super victoria tyrannorū. Ad sororē epistolas plurimas de cōtēptu mūdi. Itē de diuersis causis diuersas disputationes et tractatus. Volumē etiā de penitētia: et de generali omniū martyrū laude inter opuscula sua precipuū. Multa et sub breui scripsit ad celsum. Epitaphium etiā vite cōsolatoriū. Libellum super morte xpiani et baptizati infantis spe xpiana monitum. Epistolas plures ad seuerū. Sacramētorū etiā et hymnorum. Itē epistolas ad delphinū: amandū: victricum: aprum: florentinum: eusebiū: et vincentiū. Hec Gēnadius de viris illustribus.

¶ De sancta Hildegarde virgine. Cap. cxxix.



Hildgardis virgo in alamanie partibus admirabilis fuit prouecte etatis tempore cōradi imperatoris. Que q̄nquēnis a parētibus deo ad seruiendum tradita est: et in monasterio commendata. A quo tempore vsq; ad obitum suum ieiunijs et orationibus intendens miras visiones habuit: et spiritum propheticum a domino pcepit. Et cum laica pl' monialis et illiterata fuisset: nam nihil de scripturis excepto psalterio didicit: mirabiliter tamē rapta diuini-

tus imbuitur:non solum quod verbis effunderet:sed etiam quod scribendo latine dictaret:ac dictando catholice veritatis libellos conficeret. Hec enim fuit fundatrix et magistra monasterii sancti roberti quod apud pinguiam situm est. Cui etiam multas epi epistolas direxerunt:et ab ea remissiuas susceperunt. Precipue tamen tres romani pontifices suas beate hildegardi charitatiuas literas miserunt. s. Eugenius: Anastasius: et adrianus. Huic etiã scripsit epistolã beatus bernardus. Que de iussu pape Eugenii omnia que de antichristi tpibus prophetauerat scripture mãdauit. Cuius etiam libelli ab eodẽ pontifice in cõcilio treuereñ. approbati sunt. Scripsit autẽ epistolam de tpibus futuris. Initians ab anno dñi. M.c. protendens vsq ad finem seculi:multa et mira in eodẽ archana futura predicẽs. Que sanctis operibus plena:quieuit in pace. x. kalen. Julii. Sepulta in suo monasterio qd rexerat annis circiter. xl. vbi et miraculis fulget.

¶ De sancto nicea epo. Cap. cxl.



Niceas episcopus Romatiane ciuitatis sanctitate et morum honestate cõpositus:ac doctrina sublimis:et facũdia pclarus apparuit. Qui sex ad baptismũ venientes cõpetentibus instructionibus informans libellos edidit. Quorũ primus otinet qd agere debeãt:qui ad baptismi gratiaz venire cupiunt. Scds de gẽtilitatis erroribus. Tertius de fide vnice maiestatis. Quartus aduersus genealogiã. Quintus de symbolo. Sextus de agni paschalis victima. Ad lapsam etiã virginẽ libellum emendationis oibus insignẽ laudibus misit. Quieuit autẽ in dño. x. kalen. Julii. hec Genadius de viris illustribus.

¶ De sancto Juliano martyre. Cap. cxli.



Julianus martyr iuuenculus annoz. xviii. in flauiade ciuitate passus est tẽpore decii cesaris sub preside martiano:quem preses detẽtum ad sacrificia suadebat:et sacrificare abnuentem fustibus cedi iussit. Iterũq in equuleo leuatũ grauiter flagellari:deinde depositũ in carcerẽ mitti fecit. Et asclepiodora matre iuuenis accersita hortabatur illã hortes:vt filium ad deorum immolationẽ suis exhortationibus induceret. Que trium dierum inducias postulauit:in quibus mater filiũ in christi cõfessione corroborabat. Elapso vero triduo cum Julianus iussu psidis eductus de custodia dijs sacrificare contẽneret:fecit preses adduci saccum cũ serpentibus et arena:martyremq christi in ipso cõsutũ:ac in pelagus mitti:vt sic tã aquarũ pfocationibus q ferarum morsibus interiret. Cuius corpus ab vndis iactatum ad insulas que dicitur proconessus:a christianis ibidem habitãtibus inuentum in monte ipsius terre sepultum est:vbi multo tempore sine aliqua veneratione quieuit. Post multos vero annos estatis tẽpore maris procella intumescente:pars mõtis vbi arca sita fuerat a mari diruitur:et arca saxea in mare mittitur:que diuino nutu super procellas enatans ab vndis ad portum ariminen. ciuitatis adducitur et in littus iactatur. Quod ciues admirãtes:qui ad portũ venerãt:luce superinfusa arcã sup aquas natare cõspexerant:tumulum cum sacro corpore plaustro imposuerunt:et ad ecclesiam maiorem illud deferre volẽtes ipsum inde amouere nullatenus potuerũt:sed neq arcam aperire aliqualiter valuerunt. Tandem post dierũ plurium orationes et ieiunia Joannes abbas monasterii sancti petri extra ciuitatem siti:sepulchrũ cum corpore eius vehiculo impositum faciliter mouit:et ad ecclesiam suã adduxit. Et patefacto leuiter tumulo corpus sancti Juliani martyris vna cum vestibus omnino incorruptum inuenit. Passionis quoq epitaphium conscriptum ibidem repertum coram omnibus legit. Erãtq in ipsa arca. vii. capita martyrum ignotorum. In ipso igitur loco corpus cũ arca depositũ ad psens vsq quiescit:quod passus est. ix. kalen. iulii.

¶ De sancta edeltrude regina et virgine. Cap. cxlii.



Edeltrudis regina virgo sacra:vt scri. sigibertus anno. xiii. cõstantini iunioris in anglia claruit:que duobus nupta viris:qd dictu mirũ est:virgo permansit. De hac beda li. de gestis anglorũ. xiiii. dicit. q fuit filia anne regis orientalium anglorũ xpianissimi. Et primo qdẽ viro godeberth principis australiũ giruiorũ fuit:cum quo in virginitate perseuerauit. Quo mortuo coacta per patrem ecfrid regẽ maritum accepit:et hũc ad tantum pudicitiam incitauit:vt. xii annis secũ in cõiugio manens:illibata custodiret. A quo tandẽ patre defuncto obtinuit:vt absoluta a cõnubio monasteriũ ingrederet. Sicq in cenobio virginũ vrbis coludi sub oded icta ebbe abbatisse amite regis a sancto pulfrido epo sacrũ velamẽ accepit:et ibidẽ anno integro deo seruiẽs mansit:deinde propter sanctitatis eius famã electa est abbatissa in regione elgo in puincia orientaliũ anglorũ. q est insula paludibus circũdata:vbi mira sanctitate ppol ẽs monasteriũ sibi commissum strẽnue gubernabat. Sed post annos. vii. grauissimo pcussa morbo ad extrema deuenẽs:quieuit in pace feliciter. ix. Kal. iulii. Cui soror ipsius sexburgh successit in regimine abbatie. ¶ Post annos vero. xvi. cũ corpus sancte virginis in loculo ligneo subterraneo iaceret:et multis virtutibus et signis clareret ipsaq soror ipsius abbatissa tumulo marmoreo leuare decreuisset:misit nũcios cũ naui ad aliã insulã p marmoribus apportãdis:qui in ipso loco arcã ad mẽsurã corporis eius diuinitus excisam:et vbi caput iacere debuisset:aliquãtulũ pcauã inuenerũt:quã ad monasteriũ deferẽtes corpus in ipsa eã libet vt dictũ est:cõuenitẽte collocauerũt:qd oino incorruptũ miroq fragãs odore repertũ est. Vulnus etiam qd ei in vltima eius egritudine p apostematis incisione factũ fuerat:cum quo adhuc apto decesserat:solidatum inuenerũt: ostẽsa in signum incisionis pusillima cicatrice. Et cũ sanctũ corpus in nouo sepulchro recondereturaudita est vox ex ipso cadauere dicens. Sit gloria nomini dñi. Tactu vero tam ipsius corporis q prioris loculi ac vestiũ suarũ multi egri a diuersis languoribus sanati sunt.

¶ De sancta Maria de oegnies. Cap. cxliii.



Maria de oegnies cuius vitam scribit iacobus de vitriaco: orta villanivella episcopatus leodiñ:mediocribus parentibus diuitibus : attamen omnia pro christi amore ab annis puerilibus contempsit:et deo fuire solicite curauit. Que annorũ. xii. cuidã ioanni viriter inuita a parẽtibus in cõiugiũ tradita est:et secũ cohabitãs asperrima pnia se macerauit:tam q sue sanctitatis exemplo virum:vt optabat ad castitatem induxit:et ad villam que dicitur Willembroth ipsa vna secum sepius adhibat:ibiq ambo coniuges leprosis ministerium exhibebãt. Tandem viri instantibus precibus obtenta licentia: christo feruentius seruire cepit:et ad sui votum noctes insomnes in oratione ducere:ieiunijs et disciplinis carnem affligere et vilibus induta incedere:ac ecclesias frequentare. Cum autem in die parasceue a sacer-

dote moneretur: vt lachrymarum inundantiā aliquantulum cohiberet: orauit maria pro presbytero qui eodē die celebrās tanto lachrymarum hymbre perfunditur: vt etiā altaris pallia irrigaret. ¶ Penitentia vero ipsi' admirabilis extitit: adeo vt continuo triennio ab exaltatione sancte crucis: vsqꝫ ad pascha in pane et aqua quotidie ieiunaret: et inde nil attenuata nec etiā ex hoc opera manuū intermitteret. Cui sepius angeli apparebāt: eamqꝫ diuinis colloquijs refouebant: precipue tamē ei' angelus ad sui custodiam datus ei quasi quotidie assistebat: cui dei ancilla: vt suo abbati in omnib' obediēs erat. Aliquando etiam a Joanne euangelista existens in mensa celestibus dapibus refecta est. Aliquando .xxxv. diebus sine vllo cibo in silentio perdurauit. Reuelationibus autem celestibus crebro consolabat. ¶ Per annos singulos ecclesiam genitricis dei de cegnies visitabat: et sine vlla esca vadens et rediens triduanū iter agebat. Angeliqꝫ duo' ipsam a dextris et a sinistris in ipsa via continue dirigebāt: eamqꝫ ab omni periculo: calore et pluuia protegebant. Plerūqꝫ enim hymbre cadēte vestibus omnino siccis incedebat. ¶ Demones aūt suis orationibus mira virtute compescuit. Quoscūqꝫ etiam quantuncūqꝫ male dispositos se visitātes suis sermonibus ad penitentiam prouocauit. Quacūqꝫ tribulatione depressos ad summam patientiam induxit. Frequenter puer iesus dū sacra leuaretur hostia in manibus sacerdotis ei apparuit. Plerūqꝫ gloriosa virgo eidē se reuelauit. Plerūqꝫ et ei deuotus Joannes euangelista eidem astitit qui aliquando in spē aquile alis collum complexans rostrum in pectore figens inundantia lachrymarum ipsam repente repleuit. ¶ Deniqꝫ frequētiam hominum ad se concurrentium fugiens ex niuella decessit. Et reuelatione diuina locū sancti nicolai de cegnies sibi visum ad quietem elegit: vbi sanctus confessor loci patron' sibi apparuit: ipsamqꝫ noctu clausis ianuis in ecclesiam intromisit. Ibi quoqꝫ sanctitate repleta et virtutum operibus insigniter gloriosa vsqꝫ ad finem vite permansit. Obitum autē suum per sex annos ante presciuit: et aliquibus predixit: diebus .liij. ante sui exitū cōmuniōe sacra sola refecta sine alio cibo perdurauit. In cuius vltima et longa egritudine consuetam semper vitam et abstinentiam seruauit: et nunquā a sole vtpote filia lucis oculos aduertit: multas quoqꝫ in ipsa infirmitate reuelationes diuinas habuit: ex quibus aliqua reuelauit. Cui languenti angeli assistebant: et eam diuinis allocutionibus confortabant. Sed dū extremā vnctionem reciperet: christus cum apostolis eidem aduenit: et crucem ad pedes eius affixit. Petrus quoqꝫ claues celestis regni eidem reserādi visibiliter ostendit. Quā cum ad extrema tendentem Tholosanus episcopus visitasset: vidit illam in aere a dei genitrice leuari: et ab angelis obuiantibus comitari. Sicqꝫ sanctitate consummata: christo domino ei in vltimis apparente eiusqꝫ spiritum assumente: die dominico in vigilia Joannis baptiste hora diei .ix. obdormiuit in pace. Anno gratie .M.ccxij. ix. kal. iulij. Sepultaqꝫ iacet cegnies in ecclesia sancti nicolai miraculis flagrans.

¶ De sancto Joanne presbytero. Cap. cxliiij.



Joānes presbyter et martyr rome sub iuliano cesare apostata passus est. Quem cū impius imperator christum publice predicantē fama referente cōperisset ipsum tenere: et inauditum in viam salariam veteremqꝫ adduci precepit: vbi si non adoraret simulacrum solis ante ipsum idolum decollari mandauit. Qui illuc tractus cū adorare contemneret iuxta sententiā principis capite cesus est kalendas iunij. vt in martyrologio Adonis habet.

¶ De sancto Felice presbytero et martyre. Cap. cxlv.



Felix presbyter et martyr in tuscia ciuitate vernia sub Turtio preside passus est tempore valeriani. Qui cum christum confiteretur et idolorum abhominanda sacrificia execraretur: necnon christianos docens ad martyrium singulos hortaretur. Turtius a valeriano imperatore ad ipsam ciuitatē missus tenuit Felicem presbyterum. Cuius os iamdiu lapidibus cōtondi fecit: donec spiritum emitteret. Cuius corpus hyrenēus diaconus iuxta muros ciuitatis Sutrij sepeliuit. ix. kalen. Julij.

¶ Finis libri quinti.

Prologus Sexti libri.



Sextus liber huius catalogi cum alijs quatuor sequētib' et vsqꝫ ad vndecimum exclusiue: continet gesta et passiones sanctorum quorum festiuitates eueniunt infra tempus representat ecclesia ex ipsius diuine sponse et verbi dei coniugio filiorum multiplicationem et propagationem quod tempus fuit a prime ecclesie fundatione facta per apostolos: et durabit vsqꝫ ad finem seculi. Hoc autem tēpus ecclesia representat ab octaua corporis christi: que plerumqꝫ contigit circa festum natiuitatis sancti Joannis baptiste: vsqꝫ ad aduentum domini. Horum autem filiorum quidam fuerūt ipsius ecclesie fundatores vt apostoli: quidam conseruatores vt cōfessores: quidam defensores vt martyres: quidā augmētatores vt virgines. Idcirco tempus ipsum in quinqꝫ partes: per consequens in .v. libros diuisum est. Nam in hoc .vj. libro mystice figurātur filij ecclesie fundatores: scilicet apostoli a natiuitate videlicet Joannis baptiste vsqꝫ ad kalēdas Augusti. Et hoc sub figura regū israel et iuda quorum libri tunc leguntur: per quos apostoli designantur qui principes populorum facti et a deo principes super omnem terram constituti: et cū christo quoqꝫ in .xij. sedibus in die iudicij consessuri eidem regi regum conregnare creduntur. Nam et Mattheus euangelista in generatione christi .xvj. reges enumerat a dauid vsqꝫ ad Jechoniam: a quibus Christus est per carnem propagatus: significātes .xij. apostolos quorū duo euāgeliste fuerūt: et alios duos euāgelistas necnō paulū et barnabā doctores gētiū: a qb' dei fili' p euāgeliū quo ad mūdi noticiā quodāmodo regeneratus. ¶ In septimo libro figurant ecclesie cōstructores: scilicet doctores a kalendis Augusti vsqꝫ ad Kalen. Septembris sub figura sapiētissimi salomonis: cui' tūc libri legunt: cuiusqꝫ vices in ecclesia gerūt doctores sancti diuina sapiētia repleti:

ex quibus tam in grecorum q̄ latinorum ecclesia quatuor principaliores existunt per quatuor libros sapiētie designati. ¶ In octauo libro figurant̄ ecclesie conseruatores: videlicet confessores per totum mēsem Septembris. Et hoc sub figura sanctoruz Job: Thobie: Judith: et Hester. quorum gesta tunc recoluntur: cōfessionē et penitentiam cōfessorum denotantia: qui in tribulatione positi mundū carnem et diabolū triumpharūt. ¶ In nono libro figurant̄ ecclesie defensores id est martyres per totum mensem Octobris sub typo sanctorum Machabeorū: quorū tunc libri ponuntur: qui vt sancti martyres p̄ fide sic et illi per dei legē vsq̄ ad effusionem sanguinis viriliter decertarunt. ¶ In decimo libro figurantur ecclesie augmētatores: scilicet virgines per totū mēsem Nouembris vsq̄ ad aduentū: et hoc sub figura prophetarum quorum tunc vaticinia recoluntur qui vt plurimū spreto carnali coniugio mētis et corporis integritate domino seruientes aduentum Christi et futura tempora p̄ spiritum p̄dixerunt. ¶ Hic ergo sextus liber continet gesta sanctorum illorum quorum festa occurrunt infra tempus in quo representantur ecclesie fundatores qui fuerunt apostoli: qui ecclesiam ipsam neduz principali verbi dei p̄dicatione: sed etiam sui sanguinis effusione fundarunt: quod tempus ecclesia representat ab octaua corporis Christi siue a natiuitatis festo sancti Joannis baptiste vsq̄ ad kalen. Augusti. Et hic vt dictuz est sub figura regum israel: quorum tunc libri leguntur. Ad huius ergo temporis festa pertractāda veniēduz est. ¶ Et quia hoc tempore libri regum leguntur: merito festis sanctorum temporis gesta illorum sanctorum regum premittentur: quoruz dies obitus certi nullo loco reperiūtur videlicet Ezechie et Josie. Soli enim hi duo cuz tertio dauid propheta sancto ex omnibus regibus israel. Eccl'esiastici. xlviij. et. xlix. inter patres sanctos illius tēporis sancti nominātur. Sed de dauid suo certo die festo suo loco tractatum fuit: videlicet. iiij. kalen. ianuarij. Ideo de Ezechia et Josia dicendum est.

¶ Incipit liber sextus a natiuitate sancti Joannis baptiste: vsq̄ ad Kalendas Augusti.

¶ De sancto Ezechia rege. Cap. j.



EZechias rex iuda filius achaz cum esset annorum xv. patre defuncto in regno successit et regnauit in hierusalez annis. xxix. Nomē matris eius Abiē de hierusalem: filiam Zacharie posthumi Zacharie sacerdotis: a Joa rege lapidati. Hic primo anno et primo mense regni sui cōuocatis sacerdotibus et leuitis aperuit templū dn̄i: quod pater rex achā ob fauorē regis assyriorum clauserat: et vasa dei reparauit: ac restituit sacrificia intermissa: ipse etiā cōsilio sacerdotum fecit pascha secundo mense: quia nō potuit populus primo mēse conuenire in hierusalē: nec sacerdotes purificati erant. Tantaq̄ fuit multitudo: q̄ multi nō purificati comederūt pascha: et tāta fuit copia victimarū q̄ in multis leuite suppleuerūt officiū sacerdotū: Dissipauit etiā rex Ezechias excelsa: statuas contriuit: et lucos succidit: et cōfregit serpētē eneum quem fecit moyses: cui vsq̄ tempus illud offerebāt incēsum filij israel. Recessit quoq̄ a rege assyriorum: ne seruiret ei. percussitq̄ Philisteos vsq̄ gazam: et omnes terminos eorum tam predia q̄ ciuitates. Anno autē. xiiij. regni eius ascēdit sennacherib rex assyriorū in terrā iudea: et cepit ciuitates munitas: et misit rabsacem ad obsidendum hierusalem: et castrametatus est cum exercitu innumerabili iuxta aqueductum piscine superioris: et abstulerūt ciuibus aquam exterioris piscine. Et cū vocasset regem ad colloquium: noluit exire: sed misit ad eū Eliachim pontificem: et sobnam scribam: et Joachim a commentarijs: et loquebatur ad eos rabsaces hebraice in virib' populi verba cōminatoria multa. Post hec venit sennacherib personaliter ad obsidionem hierusalem. Misit etiam Sennacherib literas terribiles et cōminatiōe plenas ad Ezechiam dicens quod deus israel nō posset liberare eū de manu sua. Cumq̄ orasset rex in tēplo domini misit ad illum Isaias p̄pheta hortans vt in domino confideret: eo quod deus Israel saluare decreuisset Hierusalem de manu Assyriorum. Et ecce nocte sequēti angelus domini percussit in castris Assyriorū. clxxxv. milia: caput etiam et barbam regis rasit in ignominiā. Quo perterritus Sennacherib cum decem viris tantum fugit: et redijt in Niniuez. Indeq̄ occisus est a filijs suis in templo dei sui. Ezechias autem propter hāc victoriam elatus gratias deo sicut debuit non egit: vnde et morbo percussus a domino vsq̄ ad mortez egrotauit. Cumq̄ humiliatus fleuisset: eo quod heredem non haberet confortatus a domino p̄ Isaiā prophetam: quindecim annorum vite spacium accepit: in cuius signum iuxta quod Ezechias petijt sol per. x. lineas quas tantū descenderat ad orientem regressus perficiendo cursum iteratum diem tantum augmentauit: ita quod dies illa que. x. horis iam elapsis ad occasum vergebat. x. horis prolongata. xxij. horarum extitit. Tunc de cōsilio Isaie catapsalmatū est vlcus apostematis regis de massa ficuum: et sanatus repente die. iij. in temp'o domino gratias egit et canticum: Ego dixi. decantauit. ¶ In tempore illo misit Merodach rex Babylonis per nuncios literas et munera ad Ezechiam. Nam Chaldei qui vigebant in Astronomia nō valētes inuenire causam quare dies pene in duplum protensa fuerat: cum audissent pro rege Juda signū factum fuisse: miserunt ad eum: vt sciscitaretur rei veritatem preterea quia solem adorabant voluerunt honorare hominem quem deus ipsorū honorauerat. Quare elatus ezechias ostēdit eis omnia que erant in tēplo domini et in omni potestate sua. Sed quia hec ostendere gentilibus nephas erat: ab Isaia propheta redargutus est prophetante ei translationē ostensorum vasorum propter hoc in Babylonem fiendā. Et dormiuit Ezechias cuz patribus suis et sepultus est in sepulchro patrum suorum in hierusalem. Hec ex. iiij. libro reg. et. ij. paralipomenō et ex dictis iosephi atq̄ ex historia scholastica.

¶ De sancto Josia rege. Cap. ij.



Osias rex iuda filius Amon cum esset annorū octo: patri in regno successit a populo exaltatus: et. xxxj. annis regnauit: et ambulauit per omnes vias Dauid patris sui nō declinās ad dexteram neq̄ ad sinistram. Anno autē quarto regni sui et etatis sue. xij. pietatem in se et iustitiā mirabiliter demonstrauit. Nam populū ab idololatria reuocauit: et opa praua velut senior emendauit. Omnem regni sui ciuitatem et prouinciam a cultu idolorum purgauit: ita vt nullū idololatrie vestigium superesset. Scrutabatur etiam domos ne quid latenter remaneret suspectū: et in vnaquaq̄ causa iustitiam coluit tanq̄ anime sue medicinam. Misit quoq̄ in totam regni sui prouinciam: vt deferrent ad reparationem templi munera vnusquisq̄ pro sua voluntate: et facta est reparatio templi. Hoc tempore Helchias pontifex aperiens arcam domini: inuenit librum Deuteronomij ibidem a moyse repositū: qui multo latuerat tempore

quem cum sibi missum Josias legisset: audiens maledictiones scriptas in transgressores legis: et metuens valde imminere captiuitatem diebus suis: audiuit responsum a domino per Oldā prophetissam: quod mala illa deferri debuerant: nec fieri in diebus suis. His auditis rex misit in omnē prouinciam et congregauit omnem populū iudeorum in Hierusalem: et fecit legi cunctis audientibus verba legis: et compulit omnes sacramenta prestare: vt legem domini per omnia custodirēt. In Hierusalem quoqꝫ fase solennissimum celebrauit: et ad ipsum omnem populum congregauit. Anno autē vltimo vite Josie Nechao rex Egypti aggressus Adremon regem Assyriorum voluit transitum facere per iudeam: sed Josias eidem transitum denegauit: et cum rege adremon cui confederatus erat: regi Egypti occurrit: initoqꝫ certamine cū forte Josias transiret a curru in currum qui sequebantur cum more regio: occisus est a sagittariis in campo Magedon: planxit eum inconsolabiliter adremon cum omni exercitu suo. Traditur etiā qđ fons et arbor qui locū iuxta erāt: vbi Josias interfect⁹ est aruerunt: et planxit eū omnis Israel et iuda: corpusqꝫ eius euectum in Hierusalem sepelierunt cum patribus suis. Hec vt supra.

¶ De natiuitate sancti Joānis baptiste. Cap. iij.



Natiuitas sancti Joannis baptiste ab ecclesia celebratur octauo kalendas Julij: quo tempore dies incipiunt decrescere vt ex hoc pfiguretur quod ait ioannes illum opꝫ crescere me autē minui. Hoc autē significatum est: vt dicit Augustinus in xpi et ioannis ortibus: et in eorū mortibus. In eorū ortibus et in natiuitate xpi dies incipiunt crescere: et in natiuitate ioānis decrescere. In mortib⁹. qꝛ corp⁹ christi in cruce est exaltatum: corp⁹ ioānis capite diminutum. Hec autē natiuitas ab angelo hoc modo pnuntiata fuit. Dauid enim rex vt in lib. febo. dicitur. xxiiij. summos sacerdotes cōstituit. quorum tamen vnus maior erat qui summus sacerdos dicebatur. Statuit autē. xvj. de eleazar: et. viij. de ithamar: et secundum sortem dedit vnicuiqꝫ hebdomadam vicis sue. Abias autem. viij. hebdomadam habuit de cuius genere zacharias fuit. Erant autem ipse et helisabeth vxor eius senes absqꝫ liberis. Cum ergo zacharias in ordine vicis sue templū domini vt incensum poneret ingressus esset et multitudo populi foris expectaret: apparuit ei gabriel angelus. Et cum in eius visione turbaretur ipsum confortauit: annuntiauitqꝫ illi se filium habiturum qui Joannes vocaretur et sanct⁹ ex vtero matris existens ante dominū in spiritu et virtute helie precederet. Et vocatur Joannes helias. Ratione situs quia ambo in deserto. Ratione victus quia ambo in victu parci. Ratione cultus quia ambo vestitu inculti. Ratione officij: quia ambo precursores: sed helias pcursor iudicis: iste saluatoris. Rōne helij: qꝛ vtriusqꝫ verbū quasi facula ardebat zacharias autem considerans sui senectutem et vxoris sterilitatem ac promissi magnitudinem dubitare cepit. et more iudeorum ab angelo signum quesiuit: qui ipsum propter incredulitatem plaga taciturnitatis percussit. Et hoc factum est quadruplici ratione. Primo secundum bedam: quoniam discredēdo locutus est: ideo silētio plectitur: vt tacēdo credere discat. Scđo vt maius miraculum in natiuitate filij appareret. Cum enim nato puero patri loquela redditur miraculum miraculo cumulatur. Tertio quoniam vox nascebatur et legi silētium imponebatur: ideo congruum fuit vt vocem pater amitteret. Quarto quoniam ipse a domino signum petijt: et ipsam taciturnitatem in signum accepit. Cum autē zacharias ad populū exisset: et cum mutum essent viderent cognouerunt ipso innuente qꝫ visionem vidisset. Completa vero septimana officij sui abijt in domū suam et concepit helizabeth et se. v. mensibus occultauit quia secundum Ambro. partus sui erubescebat etatēqꝫ ne in senectute vacasse libidini videretur: et tamen gaudebat sterilitatis carere opprobrio: quia opprobriū erat mulieribus non habere premium nuptiarum propter quod nuptie celebrantur. Mense autem. vj. maria que dominum iam cōceperat virgo fecunda cognate congaudens: venit ad helisabeth. Et cum eam salutasset beatus Joannes iam spiritusancto repletus sensit dei filium ad se venire: et pre gaudio in vtero matris exultauit: et motu salutauit: quem voce non potuit. Beata autem virgo apud cognatam tribus mensibus mansit: natumqꝫ puerum Joannē de terra leuauit: et quasi morē gerule officiosissime peregit. Et notandū secundū Ambro. qꝫ laus Joannis baptiste in. vj. comprehenditur: scilicet ex parentibus: miraculis: moribus: munere: predicatione: atqꝫ ortus solēnitate. Laus autem parentum secundum Ambro. ex. v. manifestatur: ait enī sic. Plena laudatio quā genus in moribus: mores in equitate: officiū in sacerdotio: factum in mandatis: iudicium in iustificationibus comprehendit. ¶ Secundo laus eius apparet ex miraculis. Quorum quedam fuerunt ante eius conceptionem in vtero. s. angelica nūtiatio: nominis impositio: et loquele patris amissio. Quedam quantum ad eius conceptionē in vtero scilicet preter naturalis conceptio: eius in vtero sanctificatio: et prophetalis doni repletio. De his plenius dicetur in conceptione sancti Joānis baptiste. viij. idus octobris. Quedam quantum ad eius natiuitatē ex vtero: scilicet vtriusqꝫ parentis spiritus prophetalis adeptio. Nam et mater nomen sciuit quod non didicerat a marito: et pater canticum edidit edoctus a spiritusancto. Loquele patris reseratio: quia mox vt filij nomen scripsit: apertum est ilico os eius et lingua eius. ac. Et spiritussancti repletio: quia zacharias pater eius repletus est spiritusancto. Ambrosius. Respice Joannem quanta vis est in eius vocabulo. Cuius nūcupatio reddit muto vocem: patri pietatem: populo sacerdotem ac. Tertio ex moribus quia sanctissime vite fuit. Cuius quidē sanctitas colligitur ex. x. nominibus quibus nuncupatur. Nominatur enī Joannes: propheta: amicus sponsi: lucerna: angel⁹: vox: helias: baptista saluatoris: preco iudicis: et precursor regis. In ioanne designatur prerogatiua perfectionis: qꝛ ioānes domini gratia interpretatur. In propheta prerogatiua cognitionis. In amico sponsi prerogatiua dilectionis. In lucerna ardente prerogatiua sanctitatis. In angelo prerogatiua virginitatis. In voce prerogatiua fermonis. In baptista prerogatiua mirabilis honoris. In precone prerogatiua predicationis. In precursore prerogatiua preparationis. Vn de merito eius sanctitas habet testimonium. a supercelestibus a celestibus et a subcelestib⁹. A supercelestibus id est ab ipsa trinitate. Et primo a pre vocat eum angelum. Mal. iij. Ecce ego mitto angelum meum ac. Nā et officium angelorum exercuit dominum nunciando: dicens. Ecce agnus dei ac. Secundo a filio: sicut patet Matthei. x. vbi christus eum commendat dicens. Inter natos mulierum non surrexit maior ioanne baptista. Tertio a spiritusancto: cum per os patris sui dixit. Luc. j. Tu puer propheta altissimi vocaberis ac. Item habet testimonium a celestibus id est angelis: sicut Luce. j. vbi enī angelus multipliciter ostendens: qꝫ te sit dignitatis quo ad deum: qꝛ erit enī magnus coram domino: quante sit sanctitatis quo ad seipsum: quia vinum et siceram non bibet et spiritusancto replebitur ac. quante vtilitatis quo ad proximum: qꝛ multos filiorū israel conuertet ac. Item a subcelestibus id est ab hominibus: sicut a patre suo et vicinis qui dicebant: quid putas puer iste erit. ¶ Quarto laus eius comprehenditur ex munere: habuit enim munus in vteri ingressu: in vteri

egressu: in mũdi progressu: et in mũdi discessu. In vteri ingressu: habuit triplex mirabile munus gratie. Primo quia sanctificat⁹ fuit. Hiero. j. Anteq̃ exires de vẽtre sanctificaui te. ¶ Secundo quia ꝓphetare meruit. Nam in vtero matris exultans deũ adesse cognouit: vnde dicit chrysostomus qđ vbi beata virgo helizabeth salutauit sermo procedens de vtero in quo habitabat dñs: et per aures helizabeth ingressus ad ioannem descendit: et ipsum in prophetam inunxit. Tertio qr suis meritis matri propheticum spiritum obtinuit. Nam secundum Chrysostomũ os illius in verbo confessionis aperuit: vt cuius nõ viderat personam: cognosceret dignitatem dicens. vnde hoc mihi: vt veniat mater domini mei ad me? ¶ In vteri egressu habuit triplex munus. Quoniam ortus fuit miraculosus: sanct⁹: et iocundus. Quia miraculosus: excluditur defectus impotentie. Quia sanctus: reatus culpe. Quia iocundus: lamentum miserie. ¶ In mundi progressu habuit similiter multiplex munus. Quoniam habuit perfectiones omnium sanctorum. Nam propheta fuit quãdo dixit: Hic erat quẽ dixi: q̃ post me venturus est ante me factus est qui prior me erat. Plusq̃ȝ propheta: quoniã ipsum digito demonstrauit. Apls: qr a deo fuit missus. Nam grece apostoli latine dicuntur missi: vnde fuit homo missus a deo ꝛc. Martyr: qr pro iustitia mortem sustinuit. Confessor: qr cõfessus est et non negauit. Virgo: qr puritatem angelicam habuit: vnde et angelus appellatur: vt dictum est. ¶ In mundi vero regressu habuit triplex munus. Quia efficitur martyr inuictus: tũc eñ palmam martyrij adeptus est. Dirigitur nuntius preciosus. Nam his qui erant in limbo nuntium attulit de redemptione ipsorum. Et colitur eius exitus gloriosus: eius eñ exitus solus ex omnib⁹ q̃ ad inferos descenderunt: ab ecclesia specialiter celebrat̃. ¶ Quinto ex predicatione. Ipse nanq̃ predicauit primo feruenter: cum dixit. Genimina viperarum ꝛc. Hic autem sermo fuit inflammat⁹ charitate: qr erat lucerna ardens. Hiere. j. Posuit os meũ vt gladium acutum. Informatus veritate: qr erat lucerna lucens Jo. iij. Vos misistis ad ioannem: et ille testimonium perhibuit veritatis. Directus discretione et scientia vnde turbis et publicanis et militibus secundum quorumcunq̃ exigentiam propriã legẽ dedit. Firmus cõstantia vnde tantũ cõstanter predicauit: q̃ ex hoc vitã amisit. Secundo predicauit prudenter. Cuius prudentia in trib⁹ consistit. Primo: qr vsus est cõmmationibus vt malos terreret dicens. Iam eñ securis ad radicẽ arboris posita est. Scđo promissionibus: vt bonos alliceret dicens. Penitentiam agite: appropinquabit enim regnum celorũ. Tertio moderationibus: vt mediocres paulatim ad ꝑfectionẽ attraheret: vnde turbis et publicanis et militib⁹ leuia imponebat: vt postmodum maiora proueheret. Turbis: vt operibus misericordie insisterent. Publicanis: vt se ab alienorum appetitu abstinerent. Militibus: vt neminem offenderent: et suis stipendijs cõtenti essent. Tertio predicauit efficaciter: qm̃ eius et predicatione multi cõuersi sunt. Predicauit eñ verbo per assiduitatem doctrine: et exẽplo per sanctitatem vite. Sexto laus eius recolitur ex ortus dignitate: qr preter christum nullius hominis natiuitas ab ecclesia celebratur: nisi sola beati ioannis baptiste. Celebratur autem eius ortus secundũ magistrũ guilielmũ antisiodorẽ. triplici ratione. Primo ratione sanctificationis in vtero. Scđo ratiõe dignitatis in officio. Ipse eñ tanq̃ lucifer venit: et nobis orientis solis gaudium primus nuntiauit. Tertio rõne iocũditatis in ortu suo. Nã angel⁹ ꝓdixerat. et multi in natiuitate eius gaudebunt. Et ideo nos merito gaudere: et ortum eius colere debem⁹. ¶ Et notandũ q̃ ioannes euangelista hac die migrauit ad dominum. Sed ecclesia festum eius in tertium diem natiuitatis christi celebrandum instituit: non quia euangelista baptiste cesserit vti minor maiori: sed quia tunc eius ecclesia dedicata fuit: et quia ipsius festum tunc congruentius celebrandum visum extiterit vt christus natus a prothomartyre et apostolo et innocentibus sociaretur: et ioannis natiuitas in suo die deuotius coleretur.

¶ De sanctis Luceia virgine et Anceia martyrib⁹. Capitulum. iiij.




Luceia virgo et anceias eius dominus temporalis rome martyrium passi sunt temporibus Diocletiani. Hec romana origine ab anceia barbarorum rege capta et in patriam suam adducta est. Cuã dum barbarus violare vellet audiens ab ea q̃ deũ celi haberet sponsum et defloratiõis vltorem extimuit: et reuerenter ipsam tractans in solitaria domo reposuit ancillis alijs et ministeriis deputatis: que die noctuq̃ ieiunijs et orationibus intenta erat. Cuius etiam precibus idem rex plures de suis hostibus triumphauit: vnde et eius sanctitatis exemplo ad christum conuersus virginem manumisit. Dũ autem illa repatriare vellet: reuelatione diuina premonita: anceias dei prouidentia deserto regno virginem vsq̃ romam secutus est: vbi ambo ipsi pro nominis christi confessione detenti gladio martyrium impleuerunt. viij. kalendas iulij.

¶ De inuentione corporis sancti Marci euangeliste. Cap. v.



Inuẽtio corporis sancti Marci facta fuit in ciuitate venetiarum tempore ordelaphi falerij ducis venetorum. Cum eñ sacrum corpus beati euangeliste ab alexandria venetias translatum: et in basilica eius nomini constructa depositũ esset vt dictum est supra pridie kalen. februarij contigit: vt post multorum decursus temporum: vbi sanctũ corpus quiesceret: innouatis edib⁹ nesciretur. Et cum post diligentem inquisitionem: nemo tunc viuens huius rei conscius inueniretur: toti orbi venetiarum ieiunium triduanum indicitur. Quarto q̃ die vniuersus clerus et populus ad eius ecclesiã congregantur: in qua letanijs perfectis processione dispositã: orationib⁹ et lachrymis ꝓfusis dei misericordia imploratur: vt ei sanctũ corp⁹ reuelare dignetur. Tũc scissis marmoribus coluñe circũpositis arca que inferi⁹ claudebat: corpus quoq̃ cõcludẽs erupit et conspectu omnium ꝑ seipsam mirabiliter exiuit: sicq̃ beati Marci corpus cunctis innotuit qđ a duce et clero et populo cum gaudio reuisum et inde leuatum ac honorifice condecenti tumulo in alio loco in ipsa ecclesia locatum est. Ad cui⁹ tumbã miracula diuinit⁹ creberrime fiũt: vbi et infirmi curantur et demones effugant̃. Facta est autem inuentio siue ostensio huius corporis. vij. Kalen. iulij.

¶ De sancto Sosi patre discipulo. Cap. vj.



Sosi pr̃ discipul⁹ beati Pauli aplĩ fuit: et vt abbas dorotheus scribit epũs iconij: atq̃ vnus ex septuaginta duob⁹ discipulis xp̃i. Sed origenes ipm̃ thessalonicẽ. ecclesie epm̃ fuisse ponit traditiõe maiorum. Qui beato paulo aplõ multo tempore adherens: demum ab codẽ pontifex constitutus officium predicationis fideliter adimpleuit: et apud beroam obdormiuit. vij. kalen. iulij.

¶ De sancto prospero epõ et confessore. Capitulum. vij.



Prosper episcopus Aquitanicus oppido lemouicēsi oriundus fuit. Qui iā clericus existens omnibus pro christo pauperibus erogatis de ciuitate sua egressus peregrinationis gratia romā adijt: et leoni primo pape dudum adhesit. Et cū eodē pariter multas epistolas ad diuersas ecclesias conscripsit: in quibus errores eutychetis et nestorij tunc maxime pullulantes mirabiliter confutauit. Fuit enim omnium liberalium artium dogmate peritus: et tam diuine q̄ humane philosophie studio plenius imbutus. Peregrinatione autem sua peracta dum repatriare vellet: leo papa per visum diuinitus admonetur vt prosperum in rhegynum episcopum ordinare debeat successurū ipsius vrbis presuli post dies modicos morituro. Quod dum Prosper didicisset: diutiusq̄ pastoralem curam recusaret: tandem summo pōtifici humiliter obediuit: ipsumq̄ leo papa in episcopum consecrauit: et rhegynēsi ecclesie destinauit. Et dū sanctus eidē ciuitati iam proximus esset: episcopus qui tūc erat humanis exemptus est. Cum autem populus pro eligendo episcopo sollicitaretur: presbytero cuidā seniori et sanctissimo omnia que rome gesta fuerāt diuinitus reuelātur: et q2 iam prosper sibi a deo esset datus: et a leone pontifice cōsecratus. Quam visionem cū clerus et populus didicissent: laeti omnes sancto episcopo vnanimiter occurrunt: et in pastorem suum gratanter suscipiunt. Qui gregem dominicum verbo et exemplo sollicite pauit: et in sanctitate vite perfectus in pace quieuit. vij. kalē. Julij anno domini. cccclxv. tempore hilarij pape et martiani imperatoris. Sepultusq̄ fuit in basilica sancti apollinaris quam iuxta eandem vrbem construxerat: vbi et quieuit vsq̄ ad tempus Joannis pape. vj. qui sedere cepit anno domini. ccccccj. regnante aliprando christiano rege longobardorum. Quo tempore thomas rhegynus episcopus ab ipso sancto per visum admonitus ecclesiam ingentem sibi intra ciuitatem edificauit: et corpus ipsius suauissimo fragrans odore illuc transtulit octauo Kalen. decembris. vbi et ad presens iacet miraculis precpollēs. ¶ Hic sanctus vir sermone scholasticus et assertione veridicus multa opuscula cōdidit nostre fidei veritatem redolentia. Nam chronicam beati hieronymi a tempore valentis imperatoris vsq̄ ad finem temporum secundi theodosii prosecutus est. Chronicā etiā a conditione primi hominis iuxta diuinarum scripturarum fidem vsq̄ ad mortem valentiani augusti: et captam a gerserico vrbē cōposuisse fertur. Librum aduersus opuscula cassiani suppresso nomine edidit. Epistole leonis pape aduersum eutychetem de natura christi et incarnatione ab hoc notate creduntur. Librū epygrammatum ex dictis augustini partim prosa partim metro exarauit. Ad iulianum volumen de vita contemplatiua in tres libros digessit. Et alia plura compilauit.

¶ De sancto Gallicano martyre. Cap. viij.



Gallicanus martyr apud alexādriā tpe Juliani apostate passus est. Hic enī sub cōstātino magno imperatore romani exercitus dux fuit. Cū aūt gens scytharū daciā et thraciā occuparēt: et gallicanus dux gētilis cōtra gētē p̄dictā mitti deberet: cōstātiā cōstātini filiā sibi p mercede laboris in vxorem petebat: et p etiā romani principes plurimū fieri postulabāt. Pr aūt plurimū tristabat sciēs filiā suā a beata agnete sanatā: vt dictū est supra in eius legēda. v. kalen. februarij. in virginitatis proposito positam faciliꝰ occidi posse q̄ ad consen-

sum inclinari: virgo tamen de dño cōfidēs patri suasit: vt eam sibi spōderet cū victor rediret: veritamen duas filias suas atticā et artemiam quas ex cōiuge defuncta susceperat ipse gallicanus secum manere permitteret: vt per eas mores et votū patris scire posset: et ipsi duos prepositos suos germanos eunuchos Joannē et paulū sibi concederet: in spē quasi maioris firmitatis: rogans deum vt ipsum et filias ad xp̄m conuerteret. Que omnia cū essent impleta Gallicanus assumptis Joanne et paulo et copioso exercitu proficiscitur: sed tn̄ a scytharū gente eius exercitus frangitur: et in vrbe thracarū ab hostibus obsidetur. Cui ioannes et paulus dixerūt vt votum deo celi faceret et proculdubio victor esset. Qd' cum fecisset: statim iuuenis ferēs crucem sibi apparuit: et vt sumens gladium se sequeretur admonuit. Quē ille accipiens per media castra iuit et ad regem vsq̄ deueniens nullum occidens solo timore precedentis vniuersos hostes subiugauit. et romanis tributarios fecit. Duoq̄ milites armati eidem apparentes: eum hincinde cōfirmabant. Factus ergo xp̄ianus romam redijt: et apostolorū mox basilicas visitauit. Rogauit autem augustū vt sibi indulgeret si filiā suam nunime desponsaret: eo qd' decetero xp̄o cōtinens viuere proposuisset. Quod dum constantino plurimum placuisset: et due filie gallicani et cōstantiam virginē conuerse fuissent: secūq̄ in monasterio beate agnetis permanerent. Ipse Gallicanus ducatui cessit: et quinq̄ milia seruorum suorum manumisit omniaq̄ pauperibus tribuens: xp̄o cum quibusdā seruis dei in paupertate seruiuit: multa miracula faciebat: ita vt solo iussu demones ab obsessis corporibꝰ effugaret. Huius sacre opinionis fama in toto orbe terrarum intantum excreuit: vt ab oriente et occidēte venientes viderent virum ex patricio et consulem lauantem pedes pauperum: ponentem mensam: aquam manibꝰ effundentē: languentibus sollicite ministrantem: et cetera seruitutis officia exhibentem. Perseuerauit autem gallicanus in sanctis huiusmodi pietatis operibus vsq̄ ad tēpora Juliani imperatoris: qui cū in imperiū sublimatus xp̄ianos persequeretur: misit ad ostiam ciuitatem vbi gallicanus degebat: vt titulos fiscales domibus ab eo in subsidium pauperum fabricatis imponeret. Sed cum omnes exactores illuc accedētes a demonio vexarentur: mandauit iulianus: vt aut dijs immolaret: aut exinde discederet. Tanto enī viro nō audebat mortē inferre. Ille igit̄ alexādriā perrexit: et per annum in eremo cum sanctis confessoribus habitauit. Deinde tentus a comite rauciano cum sacrificare contemneret: trāsfixus in corpore gladio martyrij coronam percepit vij. kalendas iulij. alexandrieq̄ tumulatus iacet eccl'sia eius nomini fabricata.

¶ De sanctis Joanne et Paulo marty. Cap. ix.



Joānes et paulꝰ martyres rome passi sunt sub imperatore apostata iuliano. Quorum prior prepositus: secundus primicerius fuit constantie cōstātini filie virginis: vt superius dictum est in passiōe gallicani martyris septimo kal' iulij. Julianꝰ vero imperator captꝰ cupiditate sacrilega augustinā suam euangelij testimonio colorabat. Nā facultates xp̄ianis auferēs dicebat: q xp̄s in euangelio docuerat vt nisi q̄ renūciauerit oibꝰ q̄ possidet: nō pōt Christi esse discipulus. Audiēs aūt q Joānes et Paulꝰ ex opibus quas Cōstantia virgo reliquerat: xp̄ianos pauperes sustētarēt: mādauit eis vt sicut cōstātino ita quoq̄ et sibi adherere deberēt. Qui rñderūt q cōstātino et cōstantio imperatoribꝰ viris xp̄ianis adheserāt: et ideo i palatio famulati fuerāt. Juliano aūt viro apostate: q̄ religionē plenā virtutibus reliquerat penitus obedire cōtēnebat. At imperato se

clericatum in ecclesia obtinuisse iactabat: sed conside-
rans vanum esse inertiam ⁊ ocium sectari: relicto cleri-
catu militie animum dederat diis sacrificando: quorũ
suffragiis ad imperii apicem peruenerat. vnde ⁊ ioanni
⁊ paulo .x. dierum inducias concedebat: vt si infra ipsum
terminum a christi cultura non discederent: ⁊ militiam
suam reassumere recusarent: coacti postmodum face-
rent qđ sponte facere nõ curabant. Cui sancti dixerũt:
vt i.i. p dies preterisse existimãs cõtinuo faceret: quẽ post
x. dies facere minabat. Quib⁹ imperator asseruit ꝙ eos
post dictum terminum: non vt martyres: sed vt hostes
publicos puniret. Tunc ioannes ⁊ paulus per totos .x.
dies elemosynis insistebãt: ⁊ omnia sua inopibus ero-
gabant. Decima autẽ die missus est ad eos terentianus
cãpi ductor ab imperatore hora cenandi: qui ingressus
inuenit eos orantes: obtulitqꝫ eis ex parte Juliani impe
ratoris auream statunculã iouis: vt ei thura incende-
rent: alioquin in gladio simul perirent. Qui cũ se nullũ
aliũ dñm habere nisi christum dicerent: hora tertia no
ctis transacta sicut illi indictum fuerat vt sine strepitu
puniret: eos ambos decollauit intra domum ipsoꝝ.
Fecitqꝫ fieri foueam: ⁊ eoꝝ corpora in ipsa domo inuolu
ta reponi: faciens famam qđ in exilium missi essent. De
mones autem ex obsessis corporib⁹ intra domũ ioãnis
⁊ pauli eiciebantur: confitẽtes sanctam passionem eorũ
Post hec filius terentiani a demone raptus: intra ipsam
domũ clamare cepit ꝙ a sanctis martyribus vrerétur.
Quod videns terentianus ad locum accedens: orãsqꝫ
cum lachrymis peccatũ suũ cõfitens: filius eius mox
a demone liberatus: ac vna cũ patre cõuersus ad xp̃m ba
ptizatur: qui terẽtianus scripsit sanctorum martyrum
passionem: qui passi sunt sexto kalẽdas iulii. anno do-
mini. ccclxiii.

De sancto Vigilio episcopo ⁊ mar
tyre. Cap. x.



Vigilius episcop⁹ tridentinus et martyr natione roma
nus a puero christianus liberalibus
studiis athenis edoctus cum maren-
tia matre nobili ⁊ cum filiis suis Clau
diano ⁊ Maioriano ad ciuitatem tri
dentũ deuenit: deo seruiens ⁊ miracu
lis clarens vbi a sterio tridentino epi
scopo defuncto: ipse a populo cũ esset
annoꝝ .xx. ipius dudũ renuens in põtificem electus est
Qui omnẽ populum ciuitatis ⁊ diocesis tridentine ad-
huc maiori parte idolis deditũ ad christũ cõuertit: pre
dicationis gratia continue circuiens partes illas: qui
etiam de licentia episcopoꝝ Brixien. ⁊ Veron. in eorum
diocesibus predicans: multos ab idoloꝝ cultu eripuit.
Et sisinnium martyrium: ⁊ alexandrũ martyres in pre-
dicatione socios et coadiutores habuit: de quibus su-
pra in eorum passione actum est. iiii. kalen. Junii. Quo-
rum etiam corpora apud vallem annonis pro Christo
passorum tridentum translata sepeliuit ⁊ ipsorũ ani-
mas celos ascendere conspexit: cum in vno solo eius
episcopatus loco in montanis sito nomine Randena
gentilitatis vestigia remansissent: et ipse cum iuliano
presbytero et fratrib⁹ suis claudiano ⁊ maioriano pres-
bytero christum ibidem predicasset: ac etiã saturni ido-
lum euertisset. transiens fluuium sarcha per quem be-
nacbus defluit: a rusticano vulgo in eum furẽte insecu-
tus: ac lapidibus solus ipse obrutus est: sociis sine lesio
ne dimissis: cuius corpus ad ecclesiam suam delatum
est: ac in ecclesia martyrum Geruasii ⁊ prothasii quam
ipse edificauerat tumulatus. vocabulo ipsius ecclesie in
noĩe sancti Vigilii mutato. In cuius sepultura ⁊ demo-
nes effugati sunt ⁊ diuersis languorib⁹ egri curati. Sed
⁊ brixienses quidem de eius collecto sanguine partẽ bri
xiã detulerũt in cuius virtute plurima fuerunt ostensa
miracula. Claruit in episcopatu ãnis .xi. Jmperantib⁹
gratiano ⁊ valentiniano: honorio ⁊ theodosio magno
principibus: ⁊ passus est. vi. kalendas iulii. Hic ad simpli-
cium quendam in laudem martyrum scripsit librũ.
Item epistolam eorum gesta supplicia ⁊ funera suo tẽ
pore apud barbaros continentem. Itẽ ad ioannẽ chry
sostomum epistolam predicatorum martyrum sisinnii
martyrii ⁊ alexandri passionem exprimentem.

De sancto Vigilio alio episcopo ⁊ mar
tyre. Cap. xi.



Vigilius episcop⁹ antisiodoreñ. passus est tempore cõ
stantum iunioris. Hic in ipso episco
patu sedit annis .xxv. Edificauitqꝫ
de facultatibus propriis ac dotauit
ecclesiã dei genitricis extra muros
in qua et conuentum monachorum
⁊ hospitale pauperum cõstituit: qui
propter suam sanctitatem inimicis
iustitie odiosus effectus a Baracone
senescallo regis Francie qui chronio regi sancti leode-
garii occisori in regno successerat: in cocia sylua ꝓpe cõ
pendium occisus est. vii. kalen. iulii. Cum autem corp⁹
eius ad suam ecclesiam veheretur: ⁊ per senonas transi
tum habere contingeret: carceres illico diuinitus sunt
reserati: vinculis quoqꝫ ac compedibus confractis om
nes cõclusi ⁊ in ergastulis ibi iuxta detẽti absoluti sunt
corpus sacrum vsqꝫ antisiodorum comitantes.

De sancto Vigilio papa ⁊ martyre.
Cap. xii.



Vigili⁹ papa ⁊ martyr natione romanus ex patre ioanne
consule romanorum silucrio pape in
pontificatu romano successit: et sedit
annos .xvii. menses .vi. dies .xvi. Hic
cum siluerii pape predecessoris sui ar
chidiaconus esset: ⁊ ad papatum am
biens theodore auguste fautor extitit
vt siluerius papa a belisario patricio
de episcopatu electus in exilium mit
teretur: vt supra dictum est in passio
ne siluerii .xii. kalen. iulii: vnde et suasu atqꝫ authoritate
theodore ad papatum promotus est. Qui tñ post mor-
tem siluerii de commisso penitentiam egit: et martyrio
passus feliciter terminauit. Huius tẽporibus apud
constantinopolim .v. synodus celebratur sub iustiniano
principe contra theodoram ⁊ omnes hereticos qui bea
tissimam mariam tantum hominem et non deum ge-
nuisse affirmabant. In qua synodo catholice statutum
est: vt beata maria semper virgo theotheca diceretur. i.
mater dei ⁊ hominis saluatoris: vnde ⁊ ex hoc theodore
exosus effectus: ab eadem quemadmodum et predeces-
sor eius compulsus esset: vt Artemium patriarcam con-
stantinopolitanum ab Agapito propter heresim de sua
sede electum reuocaret: et in sua sede restitueret. Quod
cum facere abnuisset: ab eadem augusta multas perse-
cutiones passus dehinc constantinopolim adductus ⁊
alapizatus est ac demũ in ecclesia sancte sophie in quã
confugerat extrahitur: ⁊ misso fune in collo eius per to-
tam vrbem de mane vsqꝫ ad vesperam trahitur: nouissi
me quoqꝫ actus in exilium moritur. Corpusqꝫ eius in
locello repositum romam transfertur: ⁊ apud sanctum
petrum sepelitur. Hic constituit missam in ecclesia
celebrari versus partem orientalem: vt in christi faciem
sacerdos intendat: eo ꝙ christus in cruce pendens ver-
sus occidentem aspexit. Et cessauit eius episcopatus
dies .v.

De sancto Vigilio confessore.
Cap. xiii.



Vigilius cōfessor et diaconus claruit tempore leonis primi imperatoris. Hic monachorum regulā ex traditione sanctorum patrum totius professionis monastice disciplinam continentem: que ad profectum fratrē in conuentu legitur breuiā eam lucido et aperto sermone cōscripsit. Et apud vrbē regiam constantinopolitanam sanctitate preditus in pace diē extremum conclusit.

¶ De sancto Maxentio abbate. Cap. xiiij.



Maxētius abbas pictauiensis tempore clodouei regis francorum claruit. Qui inter cetera ipsi[9] sanctitatis ostenta miracula iuuenem a morte corporis suscitauit. Aues siluestres relicto nemore ad ipsum mansuetus aduolabant: et de manu eius tritici grana et panis fragmenta legebāt. Sepius visitabatur ab angelis: adeo vt cella ipsi[9] in modū stellarii splēdore frequēt[9] videretur. Qui etiam pane ordeaceo solo et aqua contentus sepius celico pane sibi ministrato diuinitus reficiebatur. Hic die quadam estiuo tempore sitiētibus monachis: et aqua in loco deserto carētibus: baculo terram feriēs fontem ex humo produxit: ex quo lāguētes quicq potati vsq ad presens sanātur. Cū autem franci cū rege clodoueo cōtra gothos ad bellum procederent: venientes ad monasteriū sancti viri: et illud spoliarent: et quidam ex illis abbatem pro posse resistantem gladio perimere vellet: gladiumq super eius caput eleuasset: manus cū brachio in aere suspensa remansit: quam nec deponere valuit: et postmodum seipsum dentibus laniare cepit. Reliqui vero excecantur: et adeo mēte turbant: vt se mutuo cognoscere non valebant. Quod rex audiēs ad maxentiū venit: et pro se ac suis veniā petit: cuncti sq ipsis liberationē mētis et corporis humiliter impetrauit. ¶ Cū quidā cultor segetū in messem sancti manus iniecisset: manus eius subito contracta est. Qui veniēs ad virum dei veniā de cōmisso postulauit: et sanitatē reportauit. ¶ Mulieris cuiusdā cui[9] die dñico filia torquētis manus inutiles facte fuerāt: hs in inuocātis manus subito resanauit. Obitū suū longe ante preuidit: et monachis suis predixit: et vt predixerat in pace quieuit: vez sexto kalendas iulij hora. ix. sepult[9] in monasterio suo pictauiē.

¶ De sancto Crescente discipulo. Cap. xv.



Crescens discipulus beati Pauli apli fuit q primo in Gallias transitū faciēs: verbo predicationis multos ad fidē cōuertit: deinde rediēs ad gentē: cui specialr ipse fuerat datus: vez Galathas vsq ad beatū finē vite sue in opere dñi populū confortauit officio quoq predicatiōis fideli[r] pacto in dño quieuit qnto kal. Julij. Galatie sepult[9]: vt dicit Ado: et Hieronymi martyrologio.

¶ De sancto Zoilo et sociis suis martyribus. Cap. xvj.



Zoilus martyr cū aliis. xix. sociis suis apud Cordubam Hispanie pro Christi nomine martyrium passus est: quinto kalendas Julij: cuius quidē Zoili corpus cū multo tpe vbinā sepultū fuerat latuisset venerabili epo eiusdē ciuitatis nomine Agapito ex diuina reuelatione manifestatū: et ab eodem repertū: atq honore cōdecēti collocatū est. Hec Ado.

¶ De sancto Zoilo presbytero. Cap. xvij.



Zoilus presbyter Aquileiēsis fuit: qui cū corpus beati martyris Chrysogoni et aliorū plurimorū p xpo passorū sepelisset: vt dicet infra in passione Chrysogoni. viij. kal. Decēbris apparēte sibi beato Chrysogono predicto: et eidē felicē sui obitū prenunciāte omni vite perfectiōe consumata ad xpm migrauit. Sepultusq est in Aquileieñ. ciuitate.

¶ De sctō Leone papa scdo et confessore. Capitulum. xviij.



Leo papa hui[9] nominis secūdus natiōe sicul[9]: et patre Paulo Agathoni pape in papatu Romano successit: seditq annū vnū: mēses decē: dies septēdecim. Hic fuit eloquētissim[9] in diuinis scripturis sufficienter instructus greca latinaq lingua erudit[9]. Cantilena ac psalmodia precipuus et in earū sensib[9] subtilissima exercitatione sublimatus: lingua quoq scholasticus et locutiōe polit[9]: exhortator omnium bonorū operū: plene florētissimā sciētiā ingerebat: paupertatis amator: erga inopū puisionē nō solū mente s pietate: sed etiā studio in labore erat solicit[9]. ¶ Hic sic cepit sanctā sextam synodū Cōstantinopoli celebratā sub Cōstantino iuniore: et cōdēnās ea q ipsa dānauerat synodus. ¶ Hic cōstituit pacē dari in ecclesiis totius Christianitatis fidelib[9] post agnus dei. Cōstituit etiā vt qui ordinatus fuerit archiepūs nulla cōsuetudine p vsu pallii aut diuersis officiis aliquid ecclesie psoluere debeat. ¶ Quadā aūt die dū pauperē leprosum suscepisset in suo lectulo collocasset: et cubiculū secreto clausisset: post modū rediēs et cameram aperiēs: atq pauperē minime reperiens intellexit se christū in pauperem suscepisse. ¶ Hic etiā cū p dies quadraginta ieiuniis et orationibus ad altare beati Petri apostoli perseuerasset: et p suorū venia criminum apostolum exorasset: beatus Petrus apparens dixit omnia sua peccata a domino fuisse dimissa: preter peccatum manus impositionis: de quo solo in morte sua rationē reddere oportebat: qui die quarto kalendas Julij in christo feliciter obdormiuit. Et sepultus est ad sanctum Petrum apostolum. ¶ Hic fecit ordinationem vnam per mensem Junium: et ordinauit presbyteros nouem: diaconos tres: episcopos per diuersa loca numero. xxiij. Et cessauit episcopatus mēses. xj. et dies xxij. ¶ Hic de multis sciētiis composuit historias et cantus: et plura ecclesie vtilia scripsit. Homelias declamatorias multas composuit. Decretalis episto. lx. Sermones ad populū. lxx. vnde et sermologus dictus est: vt dicit Gennadius de viris illustribus.

¶ De sancto Leone papa tertio. Capitulum. xix.



Leo papa hui[9] nominis tertius natione Romanus: ex patre Azulpho: Adriano primo pape in pontificatu Romano successit. Et sedit annos. xx. menses. v. dies. xvi. Qui dum ad capessendam sedem apostolicam vrbem intraret: et audire sunt voces angelorum cōcinentiū. Dicit domin[9]. Ego cogito cogitationes pacis rc. Fuit autem temporibus karoli magni primi imperatoris.

francorum. ¶ Hic dum pergeret in die sancti marci de laterano ad letaniam maiorem apud sanctum petrum peragendam et morem romanis captus et cruis sibi oculis & lingua precisa nudus ac semiuiuus in monasterium missus est. Sed dominus omnipotens eidem miraculose loquelam et visum restituit. Postea perrexit ad karolum regem Francorum: a quo honorifice susceptus est. Et cum ei cuncta que sibi contigerant intimasset rex pre nimio cordis dolore flevit. Statimque legatos suos romam misit et leonem cum honore in sedem suam restituit. Et post temporis spacium cum karolus de Saxonia victor redijsset: romam venit: ibique honorifice a clero et populo susceptus est. Cumque de quibusdam criminibus pape obiectis inquisitionem fecisset: et nihil obiectorum a calumniatoribus probari posset pontifex ipse coram omni populo ad euangelia se purgauit. Et in die natalis domini karolum magnum imperatorem romanorum coronauit: populo sibi laudes imperiales ex more acclamante. Sicque imperium ab ea die in Francos translatum est ex constitutione apostolice sedis: filios quoque karoli pipinum in Longobardorum: ludouicum aquitaniorum, karolum vero saxonum reges inunxit. Post hec karolus imperator inimicos et calumniatores pape: vt maiestatis reos capite damnauit. Pro quibus sanctus pontifex pio affectu apud imperatorem intercessit. Nam et vita membrorum integritas eis concessa est. Ceterum pro facinoris magnitudine exilio sunt deportati. Karolus vero ad gallias regressus est: de quo libro vndecimo in eius speciali historia peragetur. ¶ Hic pontifex fecit porticum sancti petri: qui adhuc eius nomine dicitur ciuitas leonina: et muro eam cingit propter incursum saracenorum. Et post alia opera virtutum laudabilia in pace quieuit. Sepultus apud sanctum petrum. Et cessauit episcopatus dies tres.

¶ De sancto Hyreneo episcopo & martyre. Capitulum .xx.



Hyreneus episcopus Lugdonensis policarpi smyrnensis episcopi auditor: deinde Photini episcopi Lugdunensis in gallia regebat ecclesiam presbyter fuit. Eidemque photino iam pene nonagenario martyrium passo in episcopatu successit. Floruit autem temporibus eleutherii pape: et Antonii pii veri et commodi imperatorum. Hic etiam presens extitit concilio patrum celebrato apud Cesaream palestine: in quo statutum est: vt pascha domini die dominico celebretur obseruata luna decimaquarta mensis martii: vt ait Hugo floriacensis. Qui etiam persecutione seueri imperatoris cum omni fere ciuitatis sue populo pro fidei sacre confessione glorioso martyrio coronatus est. Sepultusque est a zacharia presbytero Lugduni. in crypta Joannis baptiste sub altare. Cui ex vtroque latere adiacent epipodius et Alexander martyres. Passus est autem quarto kalendas Julii. ¶ Hic plurima egregia volumina compilauit. Scripsit namque contra hereses libros quinque. Item aliud volumen ingens & conspicuum contra gentiles. Scripsit & libellum ad blascum de scismate. Item alium ad florinum de monarchia: et quod deus non sit creator malorum. Scripsit & libellum de ogdoade. Item de disciplina ad martianum fratrem. Item de apostolica predicatione. Item librum variorum tractatuum. Dialogos etiam scripsisse dicitur. Feruntur & alie ad victorem romane vrbis pontificem plures epistole: super questione pasche die dominico celebrande. Hec hieronymus de illustribus.

¶ De sanctis Potamiena virgine & sociis martyribus. Capitulum .xxi.



Potamiena virgo cum matre. Marcella: sanctique martyres plutarchus Serenus Heraclides Heros Seronius et Basilides cum aliis tribus: et virgo quedam carbecumina. Hera nomine baptismum martyrii consecuti: Alexandrie passi sunt. Inter quos precipue emicuit Potamiena virgo: que primo immensos & innumeros agones pro virginitate desudans: deinde etiam pro fide exquisita & inaudita tormenta perpessa: tandem cum matre Marcella igne martyrium consummauit. Basilides autem virginis carnifex cum Potamiena iam occisa cum per visum confortasset: eique coronam passionis a deo destinatam imposuisset: puer suus ad xpm capite cesus est. Ceteri omnes diuersis suppliciis laniati tandem gladio martyrii palmam preceperunt. Hec li lib. vi. ecclesiastice historie. cap. vii. vi. Horum omnium passio recolitur .iiii. Kalen. Julii.

¶ De sancto Petro apostolorum principe. Cap. xxii.



Petrus apostolorum princeps & christi vicarius alio nomine dictus symon Bariona filius Joannis frater Andree apostoli de ciuitate Bethsaida galilee a domino de piscatione vocatus: et apostolorum maior effectus. Inter ceteros et super ceteros maioris feruoris extitit. Nam et scire domini proditorem voluit quem vt ait Chrysostomus si sciuisset dentibus trucidasset. Hic super mare ad dominum ambulauit. Staterem in ore piscis inuenit. Claues regni celorum a domino recepit. Solus inter apostolos vt xpm a iudeis captum defenderet: gladium exemit. Pascendas oues a xpo suscepit. Tria milia hominum in prima sua predicatione die penthecostes conuertit. Claudum cum ioanne erexit: et tunc quinque milia hominum ad fidem perduxit. Ananie & saphire mortem predixit. Eneam paralyticum curauit. Cornelium baptizauit. Tabitam suscitauit. Umbra suis corporis infirmos sanauit. Ab herode in carcerat: sed ab angelo liberatur. Hec ex euangelio: et Actibus apostolorum. Cibus autem eius vt ipse in libro clementis testatur: panis solus cum oleribus in vsu erat. Indumentum autem tunica sola cum pallio. In sinu quoque semper sudarium portabat ad tergendam inundantiam lachrymarum: quas memorans dulcis magistri presentie continere non poterat. Eius gesta & passionem: marcellus eius discipulus & clemens: et leo summi pontifices conscripserunt. ¶ Cum petrus duos discipulos ad predicandum misisset: et ipsi .xx. dietas iuissent vnus illorum defunctus est. Quod cum petro ad se redeunte cognouisset baculum suum eidem tradidit: et super corpus defuncti ponendum mandauit. Quod cum factum esset ille qui per dies .xl. mortuus iacuerat resurrexit. Hic dicitur fuisse beatus Martialis vel vt alibi legitur: sanctus frontonus: qui autem defunctus fuerat fuit presbyter Gregorius. ¶ Beatus igitur apostolus postquam sedem pontificalem septem annis antiochie tenuit: vt dictum est supra in prima cathedra sancti petri .xv. kalen. februarii. Deinde hierosolymam venit: et cum symone mago conflictum habuit. Nam ipse symon eo tempore erat in hierusalem qui se primam veritatem dicebat: et sibi credentes perpetuos effici asserebat: et nulla sibi impossibilia astruebat. Seipsum autem ad deum adorandum ab omnibus insido prohibebat. Dicebat quoque quod cum puer esset mater ipsius rachel nolens eum vt meteret ad agrum mittebat. Ipse autem falcem precipiebat: vt per se meteret & decuplo ceteris plus scibas metebat. Serpentes quoque eneos faciebat mouere statuas lapideas: et ligneas ridere: et canes cantare: que omia demonum incantationibus

operabat. Hic ergo cũ petro disputare statuit: dieqȝ cõ
stituta petrus intrauit ⁊ pacem astantib⁹ nũciauit. Sy
mon vero se sua pace opus non habere respondit: cum
non ad pacem sed ad pugnam insimul conuenissent.
E cõtra petrus symonem redarguit: qui pacem audire
recusauit: cum in disputatione veritas ad pacem capiẽ
dam requiratur. At symon se deum ⁊ dei filium assere
bat dicẽs quod poterat per aera volare: nouas arbores
producere: lapides in panes conuertere: in igne sine le
sione durare: ⁊ omnia sibi placita perficere. Cõtra hũc
ergo petrus disputabat: ⁊ omnia eius maleficia detege
bat. Tunc symon videns quod petro non posset resi
stere: omnes libros artis magice ne forte magus pro
deretur in mare proiecit: ⁊ romam vt ibi haberẽt per
rexit: Ibiqȝ multum populum suis prestigiis ⁊ apparẽ
tibus signis ad se traxit. Quod vbi petrus comperit:
ipsum vsqȝ romam insecutus est. Quarto igitur anno
claudij petrus romam applicuit: ⁊ ibidem .xxv. annis
sedit vsqȝ ad annũ vltimũ neronis cesaris duos quoqȝ
episcopos linum ⁊ cletum sibi coadiutores assumpsit:
vnum intra vrbis menia: aliũ extra. Ipseqȝ predicatiõi
insistens multos conuertebat: ⁊ infirmos ꝙ plures cu
rabat. Sed ⁊ castitatem multũ commendans: quatuor
concubinas aggrippe prefecti ad christum conuertit:
que ad prefectum vlterius redire recusabant: vnde ag
grippa iratus contra petrum occasionem querebat.
¶ Post hec apparuit dominus petro: ⁊ idem prenun
ciauit: quod symon magus ⁊ nero cesar contra ipsũ co
gitarent: sed cum hortatus est: ne dubitaret: quia semper
sibi assisteret: ⁊ solatium coapostoli pauli in crastinum
vrbem intraturi eidem concederet. Dieqȝ sequẽti pau
lus romam ingressus petro adhesit ⁊ secum predicare
cepit. Petrus quoqȝ sciens se proximum passioni in cõ
uentu fratrum positus clementem sibi successorem in
episcopum ordinauit: ⁊ in cathedra loco suo licet diu re
nitentem sedere coegit. Symo autem magus in tantum
a nerone amabatur: vt vite eius ⁊ salutis ⁊ totius vrbis
custos putabatur. Quadam die ante cesarem assistẽs:
eius effigies subito mutabatur: vt modo senior: modo
iunior appareret. Aliquando dum in conclaui cum ne
rone esset: demon in eius specie foris populo loquebat.
Quapropter nero ipsum vere dei filium existimabat. Di
xit etiam symon neroni: vt se decollari mandaret: ⁊ die
tertia resurgens: se vere dei filium comprobaret. Quod
cum fieret: spiculator putans se symonẽ decollare arie
tem occidit. Symon vero arte magica triduo latuit et
arietis membra colligens abscondit. Sanguis autem
animalis congelatus remansit. Die autẽ tertia se Nero
ni ostendit: ⁊ surrexisse asseruit: ac vt sanguinem suum
abstergi faceret impetrauit. Quod nero videns obstu
puit: ⁊ ipsum verum deum existimauit. Populus etiam
eum reuerentes eidem statuam erexerunt: ⁊ titulũ ei⁹
nominis conscripserunt. Petrus autem et paulus ad
neronem introibant: ⁊ symonis fallacias confutabant
Addiditqȝ petrus ꝙ sicut in christo sunt due substãtie
scilicet hominis ⁊ dei: sic in symone hominis ⁊ diaboli.
Symon vero petro comminabatur quod angelis suis
preciperet vt se de apostolo vindicarent. Petrus vero
se eius angelos non timere respõdit. Et cũ nero symo
nem habere deitatẽ diceret: petr⁹ dixit vt si vere deus
esset: diceret q̃d petr⁹ cogitabat ⁊ quid latenter ordina
bat: ⁊ accedens ad aurem cesaris secreto ei dixit vt pa
nem hordeaceum sibi occulte deferri iuberet: quẽ sibi
oblatum petrus benedixit: ⁊ sub manica abscondit ac
symonem qui se deũ dicebat quid factum fuisset inter
rogauit. Et contra symon dicebat vt petr⁹ propalaret:
quid ipse symon in mente reuolueret. Petrus vero re
spondit quod cogitationẽ symonis se scire doceret: dũ
faceret quod cogitasset. Iratus autẽ symon canes ma
ximos aduocauit vt petrum deuorarent. Qui cũ mox
venientes in petrum impetum fecissent: ille panem be
nedictum eis obtulit: ⁊ protinus eos in fugam conuer
tit. Sicqȝ petrus quod symon cogitauerat non verbis
sed factis se cognouisse docuit: dicens quod qui promi
serat contra se angelos exhibituros canes exhibuerat
vt sic ostenderet se angelos non habere diuinos sed ca
ninos. Ex hac disceptatione admodũ symon confusus
est. ¶ Post hec cum symon se iactasset quod posset de
functos suscitare: ⁊ die quadam iuuenis mortu⁹ ad tu
mulum portaretur vocatis petro ⁊ symone: hanc om
nes populi sententiam firmauerunt vt illũ occiderẽt:
qui mortuum excitare non posset. Tũc symon suis in
cantationibus fecit vt caput mortui agitaretur. Et cũ
omnes petrum lapidare vellent. Apostolus facto silen
tio dicebat: vt si defunctus viueret per seipsum loquere
tur et surgeret. Alioquin symone a pheretro separato
fantasma diaboli appareret. Separato ergo symone a
lectulo puer immobilis permãsit. Petrus etiam a lon
ge stans oratione facta iuuenem cõfestim in Christi no
mine excitauit. Et cum populus symonẽ lapidare vel
let: petrus pro eo intercessit ⁊ liberum abire fecit. Tũc
symon ad domum marcelli discipuli petri canem ma
ximum alligauit vt petrum ad discipulum ex more ve
nientem laceraret. ¶ Post modicum petrus venit ⁊ fa
cto signo crucis canem exoluit. Canis autem omnib⁹
blandiens solum symonem persecut⁹ in ipsũ insiluit:
⁊ vt sibi apostolus iusserat corpus quidem eius nõ le
sit: sed vestes totaliter lacerauit: popul⁹ autem et pueri
simul cum cane illum tanꝙ lupũ ex vrbe fugarunt. Cu
ius opprobrij pudorem nõ ferẽs symõ per annũ nusꝙ
cõparuit. Post annũ vero ad vrbem rediens iterum in
neronis gratiã receptus est. Qui ⁊ populũ vrbis cõuo
cauit: ⁊ se grauiter a galileis offensum perhibuit: ⁊ ideo
diẽ statuit: quo mundũ deserens celum ascenderet: quia
nõ dignabatur in terris amplius habitare. Igitur die
statuta turrim excelsam sibi de lignis a nerone fabrica
tam ascendit: ⁊ coronatus lauro volare cepit. Apostoli
autem adinuicem condixerũt: vt paulus oraret ⁊ petr⁹
imperaret. Cum autem nero symonem deũ assereret:
⁊ apostolos seductores diceret. Paulus ait petro sug
gereret: vt iam domini iussa perficeret: ꝙ quod christ⁹ il
los ad se vocaret. Petrus surrexit angelos sathane per
christi nomen adiurauit vt symonem amplius nõ fer
rent sed ad terram corruere permitterent. Et continuo
dimissus corruit ⁊ fractis membris omnib⁹ expirauit.
Nero autem se talem virũ perdidisse doluit: ⁊ aposto
los detentos in manibus paulini viri clarissimi tradi
dit. Qui eos reclusit in custodia mamertina sub cura
militũ processi ⁊ martiniani vbi per mẽses nouem de
tenti sunt: vbi etiam beat⁹ apostol⁹ .xlix. milites ibidẽ
detẽtos cõuertit: ⁊ fonte de petra producto baptizauit:
vt supra dictũ est in eorũ passiõe: pridie idus martij: cõ
uersi sunt etiam ad christum processus ⁊ martinianus:
vt dicetur in eorũ passione .vj. non. Julij. vnde ⁊ post ne
ronis ir. carcerẽ aperuerũt ⁊ apostolos dimiserũt. ¶ Pe
trus autem multa fratrum instantia ex vrbe discessit: ⁊
cũ venisset ad portam: que nunc dicitur sancta maria
ad passus via apia: vidit sibi Christũ occurrẽtẽ: ait Do
mine quo vadis? qui respondit. Venio romam iterum
crucifigi. ¶ Statimqȝ domin⁹ disparuit ⁊ eius adhuc
vestigia marmori impressa cernuntur. Petrus igit̃ cũ
hoc de passione sua dictum intelligeret rediit. Et a mi
nistris neronis capt⁹ prefecto aggrippe presentat: ⁊ fa
cies ei⁹ sicut sol refulsit: paul⁹ etiã simul cũ eo capt⁹ est.
Tũc iubẽte nerone Aggrippa prefectus in eos senten
tiam tulit: vt ambo quidam more romano prius flagel
lis cederentur. Deinde Paulus qui ciuis erat roman⁹
capite truncaretur: petrus vero tanꝙ alienigena cru
cifigeretur. Qui dato sibi pacis osculo adinuicem sepa
rantur. Paulus decollatus est ad aquas salinas in via
ostien. Petr⁹ autem in vaticano naumachie iuxta pala
tiũ Neronianũ crucifix⁹ est. ¶ Petr⁹ igit̃ cũ venisset ad
crucem: rogauit milites vt verso deorsum capite cruci
figeretur: asserens nõ esse dignũ vt ipse discipul⁹ eo modo

in patibulo staret: quo christus magister in cruce pepē
dit. Tunc illi crucem verterunt ⁊ pedes sursum: manꝰ
autem deorsum confixerunt. Populus vero furore re-
plenus volebat neronem ⁊ prefectum occidere ⁊ aposto
lum liberare. Qui eos rogauit ne passionem suā impe
dirent. Dominus autem aperuit oculos eorū qui ad-
erant ⁊ deflebant: ⁊ viderunt angelos stantes cum coro
nis rosarum ⁊ liliorum ⁊ petrum confortantes: ⁊ christū
etiam assistentem ⁊ librum apertum tenentem: ⁊ quic-
quid petrus populo predicabat: ex ipsius libri scriptu-
ra sumebat: vidēs ergo petrus φ fideles eiꝰ gloriam vi
dissent: orationem premisit ⁊ gratias agens deo: eoq; fide-
les commendans spiritū emisit. iij. kalen. iulij. quo ip-
so die ⁊ eodem anno: vt ecclesia tenet: coapostolus eius
paulus decollatus est: vt infra in eius passione dicetur.
Cuius corpus a marcello et apuleo eius discipulis de
cruce depositum in vaticani loco sepultum est. ¶ In ip
sa autem die petrus ⁊ paulus dionysio apparuerunt vt
ipse testatur manu ad manum portam vrbis intrātes:
induti veste luminis ⁊ coronis claritatis ornati. Nero
autem pro hoc ⁊ aliis commissis sceleribꝰ a populo fu-
rente ex vrbe pulsus manu se propria peremit. ¶ Tem-
pore cornelij pape greci furati apostolorum corpora il-
la exportabant. Sed statim facto terre motu nimio de-
mones in idolis habitantes clamabant: quod dij Ro-
manorum exportarentur. Quapropter fidelibꝰ de apo
stolis: paganis vero de suis dijs intelligentibus multi-
tudo armatorū illos insequitur: vnde greci timentes
apud catacumbas apostolorum corpora in puteum
proiecerunt. Que a sancto Cornelio inde leuata et in eis
dem locis vnde ablata fuerant: deposita fuerunt: vbi
iacuerunt vsq; ad tempora siluestri pape: quando vtri-
q; ipsorum edificata basilica ad ipsorum ecclesias sunt
translata: vt dicetur infra in dedicatione ipsarū basili-
carum. xix. Kalen. decembris.

¶ De sancto Paulo apostolo do-
ctore gentium. Capi. xxvi.



Paulꝰ apostolus predicator ⁊ doctor gentiū de tribu
beniamin tarso cilicie oriundus ga-
malielis doctoris discipulꝰ post suā
conuersionē multas persecutiones
passus est. multaq; miracula opera-
tus: quas hylariꝰ enumerat dicens
Paulꝰ apostolꝰ in philippis virgis
ceditur: in carcere ponitur: in ligno pe
dibꝰ affigitur. In listris lapidatur. In ico
nia ⁊ thessalonica ab emulis psequi-
tur. In epheso feris datur. In damasco p murū in sporta
dimittitur. In hierusalem ceditur: ligatur: insidiatur: crimi
natur. Nauigans in italiam periculo eripitur: Romā ve-
niens sub Nerone iudicatur: ⁊ occiditur apostolatum inter
gētes accipit. Quendā confractū in listris extendit Iu-
uenē qui de fenestra ceciderat ⁊ expirauerat suscitauit:
⁊ multa alia miracula fecit. ¶ Apud mytilenē insulā vi
pera manū eius inuasit: sed nihil eū lesit: quin potiꝰ ip-
sam in ignem excussit. ¶ Refert aymo: quod Paulus a
pullorum cantu vsq; ad horā quintam labori manuū
insistebat deinde predicationi residuo lucis vacabat. Re-
liquū temporis comestioni somno ⁊ orationi expende-
bat. ¶ Veniens ergo Romā cū nero nondū esset in im
perio confirmatꝰ: ⁊ etiā audito quod de lege iudeorum
⁊ fide christianorum inter Paulū ⁊ iudeos questio ver-
tebatur: non multū inde curauit: ⁊ sic Paulꝰ quo volebat
libere ibat: ⁊ libere predicabat. Hieronymus etiā libro
de viris illustribꝰ ait. quod Paulus secūdo anno nero-
nis romam vinctus mittitur: ⁊ per biennium in libera
manens custodia aduersus iudeos disputauit. Deinde
a Nerone dimissus euangelium in occidentis partibꝰ
predicauit: ac deinde romam rediit. Eius autem sapiē-
tia ⁊ religio vbiq; diuulgabatur: ⁊ ab omnibus admi-
rabilis habebatur. Multos etiam de domo Cesaris sibi
in amicitiam copulauit ⁊ eos ad Christum cōuertit cū
seneca neronis preceptore singularē amicitiā habuit:
eiq; plures epistolas direxit: ⁊ ab eo suscepit. Quedam etiā
scripta eius coram Cesare recitata sunt: ⁊ mirabiliter
commendata. Senatus etiam de illo non mediocria
sentiebat. ¶ Quadam die cum Paulus in solario circa
vesperas predicaret: pincerna Neronis nomine patro
clus iuuenis imperatoris dilectus: vt Paulum propter
multitudinem commodius audiret: fenestrā ascendit:
vnde dormitās cecidit: ⁊ fractis ceruicibus expirauit.
Quod audiēs nero plurimū doluit: ⁊ alium sibi in offi
cium surrogauit. Paulus vero per spiritū hoc cogno-
scens: iussit defuncti corpus sibi deferri. Quem allatū
continuo suscitauit: ⁊ ad Cesarem cum socijs suis mi-
sit. Nūciatur imperatori patroclum pre foribus astare.
Quod Nero audiens expauit eumq; ad se ingredi recu
sauit: sed tandē suasus ab amicis intrare permisit. Et
interrogans an viueret: illeq; dum se viuere diceret: ⁊ a
domino Iesu christo suscitatum perhiberet: qui est rex
omnium seculorū: qui ⁊ destruet omnia regna mundi:
⁊ solus in eternum regnabit. Nero eidē alapam dedit
interrogans an illi regi militaret. Cum autē Patroclꝰ
et alij quinq; milites se christo domino militare dice-
rent: iussit Nero illos in carcerem trudi: vt nimium
torqueret: quos nimis ante dilexerat. Omnes quoq;
Christianos fecit inquiri: et sine interrogatione per
varia tormenta puniri: inter quos Paulus vinctus
ad Neronem adductus est. Cum autē Nero ipsum in-
terrogasset: cur milites suos sibi subtraheret. Respon-
dit Paulus: nedum ex vrbe: sed vniuerso orbe milites
regi Christo congregasse: qui tante extat potentie: vt iu
dex omniū veniat: ⁊ mundi machinam per ignē resol-
uat. Hec audiens Nero: ira succensus: quia mundum
per ignem Paulus dixerat resoluendum omnes Chri-
stianos iussit igne cremari. Paulum vero vti reum ma
iestatis capite truncari. Et cū multi Christiani roma-
ni occisi essent: paulꝰ cū furore ad palatiū irruit: ⁊ con-
tra Cesarē inclamare cepit: vnde imperator timēs edi
ctū muniuit: vt nullꝰ xpianos tangeret: donec de illis
plenius iudicaret. Quapropter Paulus iterum Nero
nis conspectui presentatur: quem nero turbatꝰ ⁊ excla-
mans sine mora decollari iussit. Paulus vero eidem
predixit: qđ modico tempore patiens christo eternalit
viueret. Et in huius certitudinem promisit apostolꝰ:
qđ absciso sibi capite: viuꝰ cesari appareret: vt sic chri-
stum dominum vite ⁊ mortis intelligeret: ⁊ his dictis
ad locum supplicij ducebatur. Cum autem tres mili-
tes scilicet longinus: megistus: ⁊ acestus eum interro-
garent: quis esset ille rex quem Paulus tantum dilige-
ret: vt pro ipso mortem libenter subiret: paulus eisdē
christum annunciauit: ⁊ ad fidem conuertit. Et queren
tibus illis quomodo saluari possent: ordinauit eisdem
vt mane ad locum decollationis eius venirent: ibiq;
duos discipulos titū ⁊ Lucam orantes inuenirent: qui
causa cognita illos baptismatis vnda perfunderent: et
eterni regni coheredes efficerent. ¶ Post hec cum ab
alijs militibus a Nerone missis ad mortem Pauli acce
lerandam ipse ad supplicium duceretur Paulus in por
ta ostiēsi obuiauit Plautille discipule sue: que alio no-
mine Lemobia dicebatur: que flens suis se orationibꝰ
commendauit: cui Paulus velum quo caput eius tege
batur mutuo petiit: vt inde oculos suos ligaret: ne mor
tem videns pauesceret: ipsumq; sibi decollatus resti-
tueret: quod dum ei tradidisset: ipsam carnifices ride
bant: quod preciosū ei velum traderet: quod sibi mor
tuus minime reddere posset. Cum ergo ad locum pas-
sionis venisset: ad orientem versus ⁊ manibus in celū
extensis diutissime cum lachrymis patria voce orauit:
et gratias egit. Post hec vale faciens fratribus: oculos
sibi velo ligauit: ⁊ genua flectens collum tetendit. Sic-
q; decollatus spiritum deo tradidit tertio Kalendas
Iulij. Mor

Julij. Mox quoq; caput eius a corpore exiliens. Jesus christus: qui sibi tam dulcis in vita fuerat: et quem tam crebro nominauerat: hebraice tertio clara voce personuit. De cui⁹ quoq; corpore vnda lactis vsq; in vestimēta militis exiliuit: et postea sanguis manare cepit. In aere lux immensa emicuit: et de corpore odor suauissimus emanauit. Caput autem abscisum tertio saltauit: et in vno quoq; saltu fons de terra scaturiit: qui vsq; in presens manet in testimoniū ei⁹ mirifice passionis. ¶ Reuertentibus autem militibus Lemobia velum sanguine cruentum ostendit: eisq; dixit: quod eadem hora Petrus et Paulus vrbem intrauerant veste preclara induti et coronis radiantib⁹ ornati: Paulusq; iuxta promissum velum sibi restituerat cōmodatum. Quo miraculo tres milites cōuersi: adhuc magis in domino crediderunt: a Tyto et Luca baptizati sunt vt infra in eorum passione dicetur sexto nonas iulij. ¶ Audiens vero que contigerāt vehementer extimuit: et de his cum amicis loqui cepit. Et ecce paulus ianuis clausis ante cesarē stetit: seq; viuentem iuxta promissum asseruit: sed Nero ni eternam mortem comminatus fuit: et his dictis disparuit. Nero autē ex timore nimio velut amens amicorum consilio patrocium et omnes vinctos christianos absoluit: et liberos abire pmisit. ¶ Caput autem Pauli in quadam valle proiectum est: pre multitudine ibidē decollatorum inueniri nō potuit. Corpus autem a tito et luca in ipso loco sepultū fuit. Cum autem post decursum temporis fouea mundaretur: quidā pastor caput Pauli in virga leuauit: et iuxta caulas ouium pro signo posuit: viditq; super caput per tres noctes continuas mirā refulgere lucem. ¶ Quod cū episcopo vrbis nunciatum esset: christiani putantes hoc esse caput apostoli: egressi omnes cum pontifice caput attulerunt: et hāc sentētiam condixerunt: vt caput ad pedes corporis poneretur: et diuina clementia implorata: si caput Pauli esset corpus miraculose conuerteretur: et colum capiti iungeretur. Et ecce cunctis orantibus et stupentibus corpus se vertit: et in suo loco capiti se coniunxit. Et sic omnes deum benedixerunt: et hoc esse caput apostoli veraciter cognouerunt. Hec Dionysius.

¶ De sanctis Marcello et Anastasio martyribus. Capitulum. xxiij.



Marcell⁹ martyr vna cū Anastasio viro militari: apud castrum Argetomacēi. pro fide Christi comprehensus: et in confessione domini vterq; ipsorum inuictissimus inuentus: ab infidelibus capite plexus est. iij. Kalendas. Julij: vt dicit Ado.

¶ De sancto Cassio episcopo. Capitulum. xxv.




Cassius eps Narnien. apud eandem vrbem claruit tēpore Totille regis Gotthorum qui pfato regi Narnium venienti occurrit. Cui quia ex natura facies rubare consueuerat. Hoc rex totilla non cōspersionis esse credidit: sz assidue potationis: eūq; idcirco despexit. Sed deus omnipotens: vt quantus esset: q̄ cōtemnebat ostēderet: continuo in cāpo Narniensi: vbi rex erat: coram omni exercitu malignus spirit⁹ spatariū eius inuasit eūq; vexare crudeliter cepit. Qui cū ante regis oculos ad sanctū ēpz esset adduct⁹: hūc ab eo vir dni facto signo crucis expulit qui in eū ingredi vlteri⁹ non pūmpsit. Sicq; ab illo die rex Barbar⁹ virū dei cepit venerari ex corde: quē despectū pri⁹ iudicabat ex facie. Hic quotidianas hostias deo offerebat: et oīa q̄ habere poterat i elemosynas pauperū tribuebat. ¶ Quadā āo nocte dns p visum cuidā eius pbytero apparuit eiq; dixit: vt ad episcopū pergens diceret. Agen⁹ ea q̄ ceperat ageret: nec ab inchoatis desisteret: qm̄ in natale apostolorū ad se veniret: et tūc sibi mercedē suā redderet. Sz q: dies apostoloz vicin⁹ erat: pbyter ēpo idicare visionē timuit. Alia nocte xps iterū rediit: et in obediētiā pbyteri increpās: iussa iterū imposuit. Sz dū pbyter pergeret: et eū m infirmatū audisset: iterū visionē referre dissimulauit: visione igit tertia dns apparuit verbera vberis addidit: et pbyterū tā districta cede mactauit: vt vulnera liuoris corpaliter ipsa visionē p ipm̄ habitā pfirmarēt. ¶ Veniēs aūt pbyter ad ecclā sctī iuuenalis ēpm celebratū rū inuenit: eiq; secreti⁹ vocās visionē aperuit: et vulnera verberib⁹ inflicta mōstrauit. Qd̄ sctūs audiens ex illo iā die lucra pietatis perauxit: verū cū sibi cōsuetudo esset annis singulis die apostoloz natalitio romā venire: hac visiōe suspect⁹ tūc venire iuxta morē noluit. Eisdē q; diebus quasi de sua nece secur⁹ sollicitus fuit. Sicq; reuoluto postmodū āno et deinceps ānis singulis vsq; ad septimū: eo āpo tpe in mortis sue expectatiōe suspēsus fuit. Jā quoq; quodāmodo de visionis veritate desperauerat. Cū ecce anno septimo dū sacras apostoloz vigilias incolumis celebrasset: dolor eū corpis in vigilijs attigit atq; in die apostolorū celebrare posse recusauit. Sz magna populi ppulsus instātia: ecclā intrās vt potuit sacrificiū obtulit: morqz ad lectulū rediit. Et eū circūstātes clericos diuinis colloquijs admoneret. Inter verba exhortationis terribili voce clamauit. Hora ē. morqz assistētib⁹ iþe suis manib⁹ lintheū dedit: qd̄ sibi ex more moriētiū p faciē tēderet quo extēso iþe spiritū emisit tertio kalen. Julij. Et sepult⁹ est in ecclesia sancti Juuenalis. Ad cuius tumulum miracula crebra diuinitus fiunt. Hec Gregorius. iij. dialogorum. c. vj. et libro. iiij. c. lviij.

¶ De commemoratione sancti Pauli. Cap. xxvj.



Commemoriatio sancti Pauli apostoli ab ecclesia celebratur pridie kalen. iulij. nō quod eo die paulus apostolus fuerit passus: quia vt dictum est passus fuit eodem die eiusdem anni: quo et petrus apostolus occisus est vt tenent expresse Hieronymus et multi doctores: sed quia festum vtriusq; apostolorum eadem die quo ad officium non poterat celebrari et incōueniēs erat: vt alter ipsorum careret officio singulari: ordinauit Gregorius papa: vt ipsa die qua passi fuerant fieret quo ad officium solennitas petri: et sequenti die commemoratio Pauli: tum quia petrus maior est dignitatetum quia prior conuersione: tum quia primatum obtinuit rome: licet autem petrus paulo sit maior dignitate in ecclesia militāte: non tamen maior sanctitate: nec etiam maior in gloria creditur esse in ecclesia triumphante: vnde notandum quod quandoq; paulus dicitur minor petro: quandoq; maior: quandoq; equalis. Reuera enim minor est dignitate: maior predicatione: equalis sanctitate.

¶ De sancta Lucina discipula. Cap. xxvij.



Lucina discipula apostorum ciuis nobilissima romana fuit que a beatis Petro et Paulo conuersa baptizata et docta de facultatibus suis multa sanctorum necessitatibus ministrauit. Plurimos quoq; martyres in suo predio in quadam crypta sepeliuit. Demum et ipsa in sancta xpi cōfessione virtutū operib⁹ pollēs quieuit in xpo. Sepulta in eadē cry-

ptazin qua plures martyres sepelierat pridie Kal. Julij.

¶ De sancta Lucina martyre. Cap. xxviij.



Lucina martyr nobilis matrona Romanorum tempore Diocletiani et Maximiani in vrbe claruit: que plurium sanctorum martyrum corpora in predio sepeliuit: inter que sanctorum cyriaci: largi: et smaragdi: necnon beati Sebastiani cadauera honorifice condidit. Et sanctis christianis pauperib⁹ multa de suis facultatib⁹ ministrauit. Et post hec omnia de omni sua facultate ecclesie romane donationem fecit Quod vbi imperator Maximianus audiuisset: ipsam proscriptione damnauit. Beata autem Lucina rogauit beatum Marcellum vrbis rome episcopum: vt domum suam ecclesiam consecraret: quod ille cum omni deuotione adimplere curauit. Sicque lucina in exilium acta post diutinos agones in pace requiescens felicem animam domino commendauit.

¶ De sancto Martiale episcopo. Cap. xxix.



Martialis discipulus christi et episcopus: stephani prothomartyris consanguineus patre marcello et matre Helisabeth de tribu beniamin ortus: vn⁹ fuit ex septuaginta duobus discipulis christi: et a beato Petro apostolo baptizatus. Hic enim ille puer fuisse dicitur: qui habebat quinque panes hordeaceos et duos pisces: ex quibus dominus quinque milia hominum in eremo saciauit: vt dicitur Joannis. vj. Hic etiam in vltima cena domini cum discipulis facta minister astitit: et cum christus pedes discipulorum lauaret: ipse aquam in peluim famulatus officio ministrauit. Et post ascensionem domini beato petro in iudea quinque annis: deinde in antiochiam annis septem adhesit: et cum eodem anno quarto claudij romam venit: et anno integro secum permansit. Post hec beatus petrus a christo sibi apparente per visionem admonitus. Martialem eius discipulum misit ad gallias predicandas: eidemque alpianum et austriclinianum comites assignauit: qui ordinatus episcopus ad partes illas accessit: et duodecim angelis sibi continue assistentibus galliarum opida circuiuit: et per annos sex lemouicensem prouinciam predicauit: vbi sex mortuos suscitauit: cecos illuminauit: claudos erexit: mutis loquelam tribuit: obsessos a demonibus liberauit et alia multa et maxima miracula perfecit: ecclesias in honore saluatoris: et dei genitricis: et sancti stephani prothomartyris: et sancti petri: et sancti andree apostolorum in ipsis partib⁹ dedicauit: omnemque idolorum culturam et spurcitiam eliminauit. Ingressus autem oppidum lemouicensem cum quendam freneticum nobilis susanne matrone filium sanasset: ipsum cum matre et sorore virgine nomine valeria et aliis sexcentis ad christum conuertit. Quem dum idolorum pontifices detentum duro carceri mancipassent: omnes ipsi ictu fulminis subito extincti sunt. Ipse vero luce de celo diuinitus illapsa confortatus: ianuis quoque carceris reseratis eductus est. Cum autem instantia populi sacerdotes templorum fulmine peremptos suscitasset: ipsique eorum que in alio seculo viderant: testimonium perhiberent: tam ipsi omnes quam alia multitudo gentilium numero. xxij. milia domino crediderunt. ¶ Mortua autem susanna predicta. valeriam eius filiam deo virginem dedicauit: que cum a stephano duce aquitanie in connubium postulata: eidem cum nubere nollet: ab eodem tenta ipsiusque iussu decollata est. Statimque corpus truncum caput manibus sumens vsque ad altare: in quo sanctus episcopus missam celebrabat: stupentibus cunctis accessit: et ibidem cadens expirauit. Sed et virginis percussor angelos vidit: eius ad celos animam deferentes. Que cum omnia carnifex duci stephano nunciasset: et confestim coram illo corruens expirauit. Martialis vero lictorem mortuum suscitauit: et ducem cum. xv. milibus virorum ad christum conuertit qui ecclesiam sancte valerie fabricauit: et ipsam honorifice ibidem tumulauit. ¶ Post hec autem martialis ad beatum petrum reuisendum romam perrexit: et cum eo iam sene per aliquod spacium temporis commoratus est. inde ad ecclesiam suam rediit. Et dum esset in itinere: quidam Hildebertus comitis archadij filius a diabolo in flumine proiectus et necatus est. Quem sanctus martialis a mortuis excitauit: et tres demones qui eum prefocauerunt in specie nigrorum ethiopum ostendit multosque conuertit. ¶ Deinde in ciuitate lemouicensi mulier quedam virum suum paralyticum baculo viri sancti tetigit: qui mox incolumis surrexit. ¶ Idem etiam baculus in vrbe Burdegalensi multis domibus igne flagrantibus incendio oppositus flammas continuo ac penitus excussit. multaque et maxima alia miracula per eum deus ostendit. Tandem ante diem. xv. exitus sui christo domino sibi apparente: et ipsum ad regna celestia vocante ad ecclesiam perrexit: missaque celebrata populum de omnibus docuit: et valefaciens fratribus in pace quieuit pridie kalen. Julij. Anno a passione domini. lxxiiij. Vespasiani vero augusti anno. iij. episcopatus autem sui. xxviij. Qui et lemouice quiescit et multis virtutibus et signis pollet.

¶ De sanctis Alpiniano et Astricliniano presbyteris. Capitulum. xxx.



Alpinian⁹ et astriclinianus presbyteri discipuli sancti martialis et eiusdem cooperatores predicationis multi tempore extiterant. Et tam sermonum quam signorum gloria non mediocriter claruerunt. Qui et predicationis officio fideliter peracto apud eandem ciuitatem lemouicensem in domino quieuerunt. Quorum festum recolitur pridie kalen. Julij. vt ait Ado in martyrologio suo.

¶ De sancto Aaron sacerdote. Cap. xxxj.



Aaron sacerdos primus et pontifex secundum legem frater moysi filius amram de tribu Leui et iocabel eius coniugis: qui inter patres sanctos veteris testamenti ecclesiastici. xlv. plurimum commendatur. Populum israel de terra egypti vna cum germano eduxit et coadiutor ducatus moysi per. xl. annos in eremo fuit. Ipse enim vti eloquentissimus a domino datus est moysi qui erat impedit⁹ in lingua vt esset os eius ad populum: dominus enim moysi precipiebat: et ipse Aaron verba dei narrabat atque populo vel pharaoni ex ore moysi cuncta quasi internuncius referebat. Sicut habetur exodi. iiij capi. Ipse etiam moyse et pharaoni astitit: et signa dei ostendit. Nam et prima tria signa plagarum quibus egyptus percussa est per manum Aaron dominus fecit. ¶ Postque autem popul⁹ israel mare rubrum transiuit: vt hec omnia copiosius in gestis moysi tractabuntur pridie non. septembris. Et moyses in montem sinai iussu domini legem accepturus ascendit: vbi et diebus. xl. sine cibo corporeo permansit: cum moyses in monte moram faceret redeundi: populus impatiens deos itineris duces ab aaron: et hur: quos ille sui loco reliquerat instanter postulauit. Quibus hur resistens sputis ab

ipsis:vt dr:suffocatus est:vnde aaron timore coact⁹ est aurum ⁊ argentũ eorũ petijt que in ignẽ pieci:⁊ egressus est vitulus conflatilis instar bouis:quẽ in egypto ado:auerant:demone opere hoc agẽte:quẽ ⁊ populus solennizãs ⁊ hostias offerens adorauit. Quod cum dominus moysi reuelasset:⁊ populi dispersionem comminatus esset. Moyses pro populo intercessit:et placato domino de monte descendit:visoq; tanto scelere tabulas legis sibi a domino datas indignatus confregit:vitulum quoq; combussit:pulueremq; in aquã consper sit:⁊ ex ea populo potũ dedit. Cũq; vt tradit iosephus authores sceleris cognouisset:⁊ color auri potati:qui miraculose apparuit in barbis eorum filios leui sibi ad vltionẽ adiunxit:⁊ ex illis quasi.xxiij.milia occidit. Cumq; accusaret aaron quod populũ:⁊ audierat:ille se excusauit pertimuisse populum.quia pronus erat ad malum hoc exodi.xxxij.cap. ¶ Post hoc vt habetur Leuiti.ix.moyses de mandato domini aaron ⁊ quatuor filios eius:nadab:abiu:eleazar ⁊ ithamar:prius aqua lotos:oleo sanctificationis perunxit:⁊ sacerdotes ad ministeria sacrificiorũ cõstituit. Quorum omnium aaron summus ⁊ primus fuit. Cui soli semel in anno tantum in sancta sanctorum ingredi licuit. Dies aũt cõsecratio nis aaron ⁊ filiorum ei⁹ fuit dies octauus anni secundi egressionis filiorũ israel ex egypto. Et cũ aaron precepto dñi hostiam in altari posuisset ignis diuinit⁹ adeo egressus sacrificiũ primitus inflãmauit. Et seruat⁹ est ignis iste perpetuus per generationes vsq; ad transmigrationẽ babylonis. Eadẽ die nadab ⁊ abiu filij aaron iam sacerdotes consecrati:quia igne alieno thus obtulerunt:igne diuino consumpti sunt. Quos aaron ⁊ alij duo filii eius lugere phibiti sunt:ppter vnctionis sanctitatẽ ⁊ diuini iudicij reuerentiã tñ sepelierunt eos cognati eorũ. ¶ Post hec aũt vt scribitur numeri.xvj.c.⁊ xvij.cum chore filius Jsuar fratris amaram vidẽs fratrueles suos honoratos:alterũ sacerdotio:alterũ ducatu populi inuidit:⁊ murmurãs cõtra moysem ⁊ aaron.ccl.de leuitis secum habuit:⁊ dathã ⁊ abiron potiores rubenitarũ sibi adiunxit:⁊ seditionẽ in populo excitauit. Quos omnes miraculose cum vxoribus ⁊ filijs ⁊ familijs ac omni eorum supellectili terra se aperiens absorbuit:ppter quod populus in furorem excitatus moysem ⁊ aaron vti multitudinis interfectores lapidare voluit. Eisq; ad tabernaculum fugientibus ignis a domino egressus populum deuorare cepit:⁊.xiiij.milia ac lxx.de pplo interfecit. Tũc aaron ad suggestionẽ moysi tollens thuribulũ hausit ex altari ignẽ diuinum:⁊ postea thymiamate cucurrit cito ad populum:seq; inter viuos ⁊ mortuos incendio opposuit:⁊ p eis orauit:confestimq; plaga cessauit. ¶ Adhuc aũt non cessante tumultu super sacerdotio aaron:eo quod dicerent filij israel etiã ex alijs tribubus dignos reperiri:qui sacerdotio fungerentur tulit moyses ex mandato dñi.xij.virgas a principibus duodecim tribuum ⁊ in vnaquaq; scripsit nomen principis ⁊ tribus sue. Nomen autẽ aaron scripsit in virga leui:quas cum posuisset in tabernaculo coram domino sequenti die inuenit virgam aaron germinasse:⁊ amigdala cum folijs produxisse. Quo signo ordinante deo:aaron sacerdotium firmissime possedit:que etiam virga in testimonium in tabernaculo reposita fuit. ¶ Cum autem populus per annos quadraginta in deserto fuisset:⁊ dñs moysem ⁊ aaron ne terrã promissam ingrederẽtur decreuisset:eo q ipsum ad aquas contradictionis nõ sanctificassent:vt habetur Numeri xx.capi.⁊ dicetur in gestis moysi. Mandauit deus vt aaron pergeret ad populum suum. Qui ascendit in mõtem arcum moyse fratre suo:⁊ Eleazar filio suo:vbi moyses pontificem aaron omni sacerdotali cultu indutum exuit ⁊ eleazar induit. Quo facto confestim aaron in ipso monte occubuit kalen.iulij.vbi sepulture eius adhuc loc⁹ ostẽdit. Et fleuerũt eũ filij isrl'triginta dieb⁹. Hec vñ supra ⁊ ex dictis Josephi et Hieronymi:⁊ historia quoq; scholastica:necnõ ex chronicis Guilielmi.

¶ De sancta Maria prophetissa. Ca.xxxj.



Maria pphetissa soror aaron ⁊ moysi intra numerum sanctarũ matrũ veteris legis a iosepho nõ immerito computatur:quia vt sacra scriptura. Exodi.xv.c.innuere videt:sicut moyses inter mares israel filios sic ⁊ maria inter feminas pro suo modulo ducatum obtinuit:⁊ quo solo sanctificata fuisse videtur. Nec enĩ deceb fuit vt tãto populo dux in vtroq; sexu nisi sanct⁹ preesset. Unde ⁊ postq̃ submerso pharaone in rubrum mare cum omni exercitu suo:moyses canticum exametrorum carminum scilicet. Cantem⁹ domino.cõposuisset:ipsumq; primo cum viris decantasset. Maria deinde chorum mulierum ducẽs:sumpto musicali tympano canticum ipsum repetiuit ⁊ dño p victoria laudes egit. ¶ Sz cũ post annos aliquot vt habetur numeri.xij. Dum essent filij israel in deserto in loco qui dicit asiaroth:⁊ aaron ⁊ maria contra moysen murmurassent:⁊ se ei de sanctitate pari iactassent Jubente domino ipsi tres ad ostiũ tabernaculi accesserunt. Quib⁹ deus in nube maiestatis apparuit ⁊ mariam lepra percussit. Que tamẽ post dies septem moyse pro ipsa orante:eaq; penitentiam agente sanata fuit:⁊ aaron a domino veniam de contumelia postulauit. Anno vero quadragesimo egressionis filiorum israel de egypto populo adhuc per desertum agente mortua est maria in cades:⁊ sepulta in mõte sin:quo autem die dormierit:expressum non habetur:idcirco aaron fratri suo ei⁹ memoria copulatur. Hec numeri.xx.⁊ alijs locis quibus supra.

¶ De sancto Eleazar sacerdote. Ca.xxxij.



Eleazar sacerdos filius aaron patri in sacerdotium successit vt superius dictuz est. Hic enim vt habet in libro iosue in pluribus locis cum iosue duce populi iordanem transiuit:⁊ terrã pmissam acquisiuit:⁊ eam per sortes duodecim tribus filiorum israel mãdato dei diuisit:sacrificia pro populo sm legem a deo datam obtulit:⁊ in tabernaculo domini cuz filijs suis iugiter ministrauit. Et post obitum moysi modico tempore populum rexit. Et post hec sanctitate plen⁹ in pace quieuit:⁊ sepultus est in gabaa:que data fuerat sibi ⁊ filijs eius in monte effraim. Hic ⁊ si non expresse:tamẽ satis tacite inter sanctos patres ecclesiastici.xlv.numeratur:vbi patris premissis laudibus:phinees filius ei⁹ tertius in gloria nominatur:vt sic inter sacerdotes gloriosos primus ⁊ tertius expresse:secũdus vero tacite numeratus intelligatur.

¶ De sancto Phinees sacerdote. Capi.xxxiij.



Phinees sacerdos eleazar successor ⁊ fili⁹ ecclesiastici.xlv.c.⁊ primo machabeorũ.ij.inter sãctos patres veteris testamẽti cõmemorat⁹ ẽ. De quo illud memorabile hr̃ numeri.xxv.q̃ cum ppls isrl' moraret i setim:⁊ multi ex ipis cũ filiab⁹ moab fornicati ẽent:⁊ ad suggestionẽ eaz beelphegor deo ipsarũ sacrificia obtulisset:eosq; moyses d culpa redargueret zambri pnceps trib⁹ symeõ filiã cuiusdã madianite i cõiugẽ acceperat noie chozbi corã oib⁹ pfessus se alienigenã cognouisse

et idola coluissent: nec legi quam Moyses populo imposuerat obnoxium esset: spectante omni populo ac flente ingressus est tabernaculum mulieris. Surgensque phinees arreptoque pugione ingressus est post illum in lupanar: et perfodit ambos in simul coeuntes in locis genitalibus: et cessauit plaga que in populo processerat: et xxiiij. milia extinxerat. Et quia phinees zelo legis nimio vindictam dei in peccatore virum exegit. Idcirco dominus eidem et semini eius sacerdotium in eternum constituit: qui et cum patre eleazar promissionis terram intrauit: et ei in sacerdotium successit et gloriosus meritis et fama laudabilis in pace quieuit in sepulchro paterno tumulatus.

¶ De sanctis Aaron et Julio et sociis martyribus. Capi. xxv.



Aaron et Julius vrbis legionum que est ciuitas in Britannia ciues et alij plures martyres vtriusque sexus in eadem ciuitate passi sunt sub persecutione diocletiani et Maximiani: qui propter multa et insignia miracula que in passione beati albani martyris ostensa sunt: vt supra in eius passione actum est. xj. kalen. Julij conuersi sunt ad christum et pro eiusdem fidei ac confessionis gloria: et ipsi ab infidelibus martyrium passi triumphatorum celestium numero sociati. kalen. Julij.

¶ De sancto Theobaldo confessore. Capi. xxvj.



Theobaldus confessor ex gallia oriundus tempore Henrici imperatoris secundi: et Henrici francorum regis claruit in partibus ipsis. Qui magnus ac potens mundo abrenuncians seculo et diuitijs eremiticam vitam duxit. Quadam vice cum quibusdam socijs iter agens: videns comites fame ac siti fatigatos: cum tam escis quam potu carerent ad deum orauit: et panem sibi a domino preparatum subito in via reperit. De quo se et socios ad satietatem cibauit. Deinde vas quod pridie vino fuerat omnino vacuatum apportari fecit: ipsumque diuinitus vino repletum inuenit: quod infusum cunctis abundantius ad poculum satisfecit. De reliquijs vero tam panis quam vini peregrinos plures qui eius audita fama de mediolano ad se venerant diebus pluribus satiauit. Nec tamen ipse reliquie consumpte fuerunt: quin potius ad sacietatem tam sui quam fratrum suorum per tres hebdomadas suffecerunt. His et alijs clarus virtutibus quieuit in pace Kalen. Julij.

¶ De sancto Carilepho confessore. Capi. xxvij.



Carilephus confessor socius sancti Adiuti abbatis tempore Childeberti et Lotharij regum Francorum claruit. Hic in Auernensi territorio claris parentibus ortus literarum gratia ad monasterium Menatensi missus. Ibique monachus factus est: vbi aliquo tempore mansit sanctitate repletus. Deinde eremiticam vitam ducere cupiens: vna cum sancto adiuto socio suo de Cenobio clandestine discessit. Deueneruntque ad suburbium Aurelianensi. et ad sanctum Maximianum abbatem se conferentes cum eodem aliquot mensibus demorati sunt. Post hec in densiores syluas in loco qui dicitur piciacum: nunc autem cella sancti adiuti vocatur: locellum construxerunt vbi pluribus annis manserant vt dictum est supra in vita sancti adiuti. vj. Kal. Februarij. verum carilephus cupiens vitare famam que iam de sanctitate amborum ad aures regias delata fuerat. Adiutum deseruit: et interiora eremi apud cenomanensi. vrbem cum daumero commilitone suo petijt tandemque ad locum vocabulo cassagallam situm in parrecia labrosinensi. diuertit: vbi multo tempore deo seruire curauit. Et cum mulierem omnino se non visurum proposuisset mulier quedam vaga et lubrica coma precisa habituque virili induta monasterium eius se virum simulans incognita sancto ingressa est. Quod dum per omnia ambitiosa curiositate lustrasset: oculi eius ex capite protinus deciderunt. Que dum peccatum confiteretur et penitentiam egisset sancto pro ea intercedente corpore sanata et animo redijt emendata. Hic etiam obitum suum sibi a domino reuelatum fratribus predixit: et die qua predixerat in pace quieuit vez kalen. Julij. Sepultusque est in cenomanensi. ciuitate miraculis clarus.

¶ De sancto Pambone abbate. Capi. xxviij.



Pambo abas vt dicit heraclides. Cum sine literis esset ad quendam accessit: vt ab eo psalmum aliquem disceret. Qui cum audisset principium psalmi. xxxviij. Dixi custodiam vias meas: et non delinquam in lingua mea secundum versum audire recusauit: dicens quod primus sibi sufficeret: dum tamen illum adimplere posset. Et post menses. vj. reuersus ad magistrum. Interrogatusque ab eo cur tantum distulisset: respondit quod versum quem didicerat: nondum adimplere potuerat: post multum vero tempus retulit cuidam alteri: quod annorum. xix. esset: et vix adhuc dictum illud psalmi implere potuisset. Descendens Alexandriam de scythi vidit mulierem theatricam: et amare fleuit: dicens se flere et propter mulieris perditionem et propter suipsius negligentiam: quia non tantum studuerat deo placere: quantum illa hominibus. Theophilo episcopo cum adeuntem ab ipso edificari querenti respondit: quod si sua taciturnitate non edificabatur: neque sermone edificari posset. ¶ Huic sancta Melania de qua dicetur in. xj. kalen. Nouembris. tricentum libras argenti obtulit: quas ille per Eutemium discipulum suum pauperibus dari iussit vt ait Hieronymus. Qui postmodum sportellam palmis consuit: et Melanie in sui memoriale tradidit: dicens se nullum aliud habens quod sibi dare posset. Quam ipsa post eius obitum omni tempore quasi pro magnis reliquijs reseruauit. Hic etiam nulla febre vel egritudine correptus ad extrema deuenit. Et hora mortis sue astantibus dixit: quod ex quo eremum intrauerat: nec panem comederat: nec sermonis de quo locutus fuisset aliquando cum peniteret: et tamen sic ad deum ibat quasi adhuc initium non fecisset seruiendi domino. Et requisitus an esset bonum laudare proximum virtuosum respondit: quod melius esset tacere. Hec heraclides et in vitis patrum. Quieuit autem in domino vir sanctus kalendas Julij.

¶ De sancto Dominiano abbate. Capi. xxix.



Dominianus abbas in territorio Lugdunensi. sanctitate vite insignis claruit: qui primus illic eremiticam vitam exercuit: plurimosque sibi in dei seruitio aggregans magnisque virtutibus et gloriosis miraculis clarus collectus est ad patres in senectute bona kalen. Julij. Hec Ado.

¶ De sanctis martyribus processo et Martiniano. Capitu. xl.

Processus



Processus et martinian⁹ martyres passi sunt Rome iperante nerone. Cū eñi Nero ipator btōs aplōs Petrū et Paulū tradidisset Paulino viro clarissimo magistro militū. Paulinus eos reclusit in custodia Mamertina sub monte tarpeio: sub custodia militū pcessi et Martiniani et alioꝝ .xlix. quos ābo beati apli ad xpm sua predicatione cōuerterunt: et producto fonte de silice saxoꝝ eos ibi baptizauerunt: vt supradictū est in passione militū. xlix. pridie idus marcij. et in passione Petri apostoli .iij. kal. Julij. Cū autē apli in ipso carcere mēses .ix. fuissent a sanctis militib⁹ dimissi sunt. Cūq; vir clarissimus Paulinus audisset pcessum et martinianū baptismū suscepisse: et apostolos dimisisse: ratos eos teneri fecit: ac sibi presentari. Cū autem eos ad sacrificia suaderet: et illi econtra: xpm dñm solum deum profiterentur. Jussit Paulinus ora ipsoꝝ lapidibus cōtundi. Deinde statuā aureā iouis afferri: vt ei thura incenderent. Cūq; sancti milites in simulacrū conspuissent: precepit eos Paulinus in equuleo suspendi: et attrahi neruis ac fustib⁹ cedi. Deinde circa eoꝝ latera flammas apponi: et post hec scorpionib⁹ macerari sub voce preconia: ne principū precepta contemnerent. Eadēq; hora Paulinus oculum subito amisit: et pre dolore quasi insaniens eos equuleo depositos in custodia Mamertina vinciri mandauit. Quibus lucina apostoloꝝ discipula ministrabat. Post triduū vero Paulinus arreptus a demonio expirauit. Cūq; fili⁹ pomponius rem gestam cū clamore ad palatiū detulisset: iratus Nero iussit cesario vrbis prefecto: vt eos celerius occidi faceret. Qui fecit sanctos de custodia eijci: et foras muros via aurelia duci: atq; ambos ibidem capitibus amputari: et corpora eoꝝ canibus derelīqui. Sed beata lucina illa noctu collegit: et in arenario iuxta locū vbi decollati fuerant sepeliuit .vj. Nonas iulij.

¶ De sanctis Longino: Megisto: et Accio martyribus. Cap. xlj.



Longinus Megistus et Accius milites a btō Paulo aplō cōuersi sunt cū ad decollationem ducerentur: vt supra dictum est .iij. kalē. iulij in ei⁹ passione. Qui iuxta quod Paulus eis imposuerat: die sequenti passionis illius ad sepulchrū Pauli venerunt: et duos discipulos: scz titū et lucam orantes inuenerunt: et in coꝝ medio Paulū stantē viderunt: quos discipuli illi vidētes territi fugiebant: pauloq; mox disparente: milites illi post eos clamabant: q nō vt eos caperēt persequebantur: sed vt ab eis baptismū susciperent: sequebant paulūq; in coꝝ medio se vidisse testātur. Hec illi audiētes reuersi sunt: eosq; cum gaudio baptizauerūt: qui post duos dies a Nerone detenti: et pro christi nominis confessione capite cesi sunt .vj. Non. iulij.

¶ De sanctis Aristone et socijs martyribus. Capitulum .xlij.



Aristo: crescentianus: eutychianus: vrbanus. Vitalis: iustus: felicissimus: felix: maria: et Symphorosa martyres omnes apud campaniam pro fidei veritate et christiani nominis assertione glorioso martyrio coronati sunt .vj. Non. Julij: vt ait ado. ex hieronymi martyrologio.

¶ De translatione sancti Thome apostoli. Cap. xliij.



Translatio corporis sancti Thome apostoli facta est tempore Alexandri imperatoris. Cū eñi idem imperator rediret victor de perside prelio certe rege deuicto: supplicarunt ei syri: vt mitteret ad regulos indoꝝ quatenus corpus beati Thome redderent ciuibus suis. Qd idē imperator quamuis gentilis: ppter victorie tamē gloriam eisdem libēter concessit. Sicq; factum est: vt translatū esset corpus beati apostoli de india et positum in ciuitate edessa in loculo argenteo: qd pendet ex argēteis cathenis: in qua ciuitate nullus hereticus iude⁹: vel idoloꝝ cultor viuere potest. Sed nec barbari eā aliqñ inuadere potuerunt: ex quo Abagarus rex ipsi⁹ vrbis eplam manu saluatoris scriptā accipere meruit. Si quando gens aliqua contra eandem ciuitatem venit: die qua lecta fuerit epistola per puerum super murum: eadem die hostes territi fugiunt: aut pacati recedunt: tam saluatoris scripti: quā oratione beati Thome apostoli. Et celebrat ipsius translationis festum .v. non. Julij. ¶ Fertur quod in vigilia festi beati thome singulis annis omni clero et populo ac peregrinis ad eius ecclesiam conuenientibus celebrantur vespere: et patefacto tumulo sancti corporis: archiepiscop⁹ edessenū dum incboat antiphonā ad magnificat: O thoma didyme .&c. Palmitē aridū vitis ponit in manu apostoli: et completis vesperis clauditur sepulchrū. Mane autē iterum omnibus concurrentibus apertoq; tumulo inuenitur palmas in naturali viriditate produxisse racemum vue diuinitus: de quo tantum vini liquatur in calicem: q ea die archiepiscopus ex ipso conficit sanguinem iesu xpi. Hoc auditū a fide dignis.

¶ De sctō gregorio epō neocesarieñ. Cap. xliiij.



Gregori⁹ Neocesarie ponti epō alio nomine primo vocatus Theodorus: origenis discipulus tēporibus Valeriani et Galieni imperatoꝝ doctrina clara miraculis refulsit. Signa quoq; et miracula de eo cū laude ecclesie perhibent. ¶ Cū eñi p captura piscū stagni cō munis: germani duo adinuicem armis et effusione sanguinis decertarent: et orante Gregorio aqua stagni repente absorpta arentem campū frugibus copiosum ac vtilioꝝ germanis iam concorditer diuidendum dereliquit. Verū dum ecclesia in quodam loco artissimo inter montē et fluuiū posito cōstrui deberet et spacium sufficiens nō esset: ipso sancto in orationibus pernoctāte: mane facto inuēta est rupis tāto spacio loco cessisse: quantum erat competens pro ipsa ecclesia fabricanda. ¶ Alio tpe cū in alpibus furtā phanum idoloꝝ hospitat⁹ esset: sacerdos ab idolo nullū poterat habere responsum. Cui p noctē demon somnis apparuit: et ei dixit: q presente Gregorio nullatenus loqui posset. Qui mane Gregoriū obsecrat: vt deum suū loqui pmittat. Gregorius aūt demoni epistolā mittit: et vt more solito respōdere debeat permi sit. Sicq; idolū respōdere cepit: vnde sacerdos virtute dei in sancto viro cognita ad xpm cōuersus et ab eodē baptizatus infantū pfecit q Gregorio in episcopatu successit. Quieuit in pace vir dñi .v. non. iulij. Hic plurima opuscula ad fidei catholice expositionem compilauit. Super ecclesiasten libro metaphrasim magnificentissime opus breue: sed perutile produxit. Ad originē scripsit panegyricū: quē eo pñte vocataq; multitudine recitauit Vulgo et alie plures: ipsius feruntur epistole. Hec Hieronym⁹ de viris illustrib⁹.

¶ De sancto Gregorio epo lingonicn. Cap. xlv.



Gregorius lingonicn. episcopus ex senatoribus augustudunēsib⁹ ortus regionem illam quadraginta annis summa iustitie seueritate correxit. Hic habuit vxorē armētariam de qua filios procreauit. Post cuius obitum episcopus eligit lingonicn. in quo epatu sanctissimam vitā duxit sub panibus triticeis panem ordeaceum comedēs: et aquam vinum solum modo coloratā. Qui etiā a sancto benigno epo sibi apparente commonitus ecclesiā supra tumulum ei⁹ edificauit. In qua per noctes omnes voces angelicas concinentes frequenter audiuit. ¶ In obitu vero ipsius sancti viri quidam vidit celos apertos vultus quoqꝫ eius sicut rosa erubescebat: caro vero vt lilium candebat. Corpus autem in eadem tumba corpus sancti benigni collocatum est. Quō dū sepulture traderetur: rabes in quibus pedes dudum sterneri tenebantur contestim sunt et captiui liberati: qui veꝫ eiusdem sancti dum exequie illac transirēt auxilium obnoxiis postulabant. Sepultus quoqꝫ est in ecclesia lingonicn.

¶ De sancto Heliodoro epo. Cap. xlvj.



Heliodor⁹ episcopus altinch. vir magne sanctitatis et sapientie floruit tempore Archadii et honorii imperatorum. Qui iuuenili etate ad sacerdotii dignitatem pmotus populum adhuc idolis deditū admonebat. Et dū p animarū cum suorū salute dūm deuotius exoraret: hortatus ab angelo publice predicare cepit: adeoqꝫ in pdicatione pfecit: vt populus templa deorum destruerent: et ecclesiam dei genitricis a fundamentis cōstruerent. Postmodum autem beato Iohanne adhuc presbytero chromatium aquileiēn. epm visitauit: et cum eo aliquo tpe commorans ab eodem altinēn. epus ordinatus fuit. ¶ Hic sunt duo epi qui leguntur beato presbytero hieronymo aliquando epistolas direxisse: et ab eodē epigrammata recepisse. Ad quorum instantiam idem gloriosus doctor quosdam libros diuine pagine ex hebreo in latinum transtulit: et martyrologium predictus compilauit. Reuersus igitur sanctus epus altinum ecclesiam suam disposuit: et populū in fide firmauit. Inde hierosolymam pergens: et optatum diu hieronymum quem sepius in scriptis viderat: corporali lumine visitauit: a quo et in melius compositus discessit. Inde repatrians iam senio confectus et Ambrosium sibi coadiutorem epm ordinauit. Ipse vero in insula maris que a sancto viro marcelliano ibi degente marcelliana vocata est: eremum petiit. Ibiqꝫ apud prefatum virum sanctum ecclesia dedicata permansit. Qui in die quinta mēsis iulii defunctum sepeliuit. Heliodorus vero diu āte postea superuenientes ciuitatem altincn. ab attila destruēdam obitusqꝫ sui diem predixit. Et sctitate cōspicuus in pace quieuit. v. non. iulii. Cuius corpus. Ambrosius epus eius successor in altincn. ecclesia sepeliuit. ¶ Processu vero temporis desolata vt predixerat altincn. ciuitate: et albuino lōgobardorum rege italiam inuadente. Paulus altincn. episcopus corpora sctōrum heliodori marcelliani theonisti tabre et tabrate ad insulas maris confugiens transportauit: vbi nouo altino constructo: quem incole torcellum vocauerūt: corpus sancti heliodori in principali ecclesia condiderunt in honorem veꝫ beate marie virginis ad instar altincn. ecclesie edificata vbi et quiescit vsqꝫ in presens.

¶ De sancto Lanfranco confessore.
Capitulum. xlvij.




Lanfrācus prior monasterii beccēn. et postmodum abbas cadomēn. tēpore henrici imperatoris claruit. Hic fuit doctor anselmi cantuariensis epi: de quo infra dicetur in non. iulii. Et tunc idē anselmus in beccēn. prioratum successit sub eiusdem abbate qui ipsum monasterium de proprio fundauit. Hic Lanfrancus de ciuitate papie oriundus et secularib⁹ scientiis satis clarus. Postqꝫ in arbicaten. ciuitate normanie aliquo tpe docuisset et rothomagum iret: velut a latronibus captus spoliat⁹ et in silua nudus dimissus manęqꝫ a viatoribus reductus est. Qui mox relicto seculo et secularibus studiis in predicto monasterio deuotus monachalē assumpsit: et humilē ac despectā vitā ducere cepit. Et cum esset omniū doctor: sapientiā suā humiliter occultabat. Tandē fama ipsi⁹ cōperta de mandato sui abbatis scholas tenuit: et clericos ac laicos multos in diuina sapientia auditores habuit: quorū plurimi ditissimi p magistri amore multa monasterio ptulerūt. Qui postmodū ipsius loci prior: et deinde abbas cadomēsis fact⁹ est. ¶ Quadā die eo celebrāte diaconus ei ministrans a diabolo arreptus est. Qui diebus plurimus vexatur sed tandē eius orationibus liberatur. ¶ Huic etiā est nunciatū fuisse: qd anselmus eius monachus et discipulus nocte in lecto anulum aureum reperisset: pronūciauit eū futurū epm: et vt predixerat sic euenit. Hic ex precepto leonis pape quinti disputans in concilio toletano contra berengariū turonēsem: qui de eucharistia praue sentiebat: eum eloquentissimo sermone confudit. Quieuit in christo quinto non. iulii.

¶ De sanctis Mustiola et hyrenéo marty.
Capitulum. xlviij.



Mustiola et hyreneus diaconus tpe valeriani imperatoris turgio agente vicario apud ciuitatem clusium passi sunt. Cum enim predictus turgius felicē presbyterū p martyriū cōsummasset apud vrbem ciuitatē: vt dictum est supra in eius passione. ix. kal. iulii. ipsiusqꝫ corpus hyrene⁹ diacon⁹ sepeliisset iuxta muros veꝫ sutrine vrbis. Hec audiēs turgi⁹ hyreneū cōprehēdi fecit et cathenis vinctū post redam suā traxit vsqꝫ ad ciuitatē clusinā: vbiqꝫ illū i carcere cōpedauit cum pluribus xpianis aliis. Quos oēs mustiola nobilis matrona claudii principis cōsobrina in ergastulo refouebat. Quod cū audisset turgius: ipsā in ꝗdē teneri fecit: et oēs xpianos detentos decollari. Hyreneū vero in cōspectu mustiole equuleo appensum tamdiu vngulibus lacerari: et flammis appositis aduri fecit: donec spiritum emisit. Deinde sanctam mustiolā sacrificare nolentē tamdiu plūbatis cedi iussit: quousqꝫ animam exhalauit. Quorum corpora marcus seruus dei iuxta muros clusiñ ciuitatis deuote tumulauit: vbi et miraculis clarēt: qui passi sunt. v. non. iulii.

¶ De sancto Lauriano martyre.
Capitulum. xlix.



Laurian⁹ martyr passus est in territorio bituricensi: qui pro xpi nominis confessione gloriosa amputato capite triūphum meruit obtinere martyrii: cui⁹ caput apud hispalim ciuitatē deportatū: ibi digna veneratione recolitur: qui passus est. v. non. iulii. vt habetur in martyrologio adonis.

¶ De sancto Osee propheta. Cap.i.



Osee propheta de tribu isachar filius beeri ortus in bethlee moth sub quatuor regibus iuda prophetauit: videlicet ozia ioathā achaz et ezechia: et sub hieroboam filio ioas rege israel: vnde et isaie propheta contemporaneus fuit. Prophetauit autē principaliter contra decē tribus: pauca de duabus loquens. De memorato enī regum numero achaz rex iuda et hieroboam rex israel dominum derelinquentes in israel idololatrie crimē imperio ac potestate sua admittere populū cōpulerunt. Propter quod deus ad Osee locutus est vt acciperet vxorē fornicariam: et faceret filios fornicationis. Fornicariam inquit nō ex locutione corpore meretricem: sed gentilem deum ignorantem appellat: que dei creatoris sui amore contempto simulacrorum se subiecerat desiderijs. Hinc factum est vt ira dei in populo israel per denunciationem prophete sub tempo tali peessura diceretur. Domui autem iude in ea lectione prophete comprehensa ab hoc promissa est: q: Ezechias rex iuda filius Achaz sublatis idolis que eam pater eius et ceteri reges consecrauerunt templū dei purificasse mōstratur: vt supra in gestis Ezechie dictum est. Prenunciauit autē Osee iudeos in vltimo tēpore ad christum redituros. Tertium quoque diē dominice resurrectionis predixit. ¶ Hic autem vt ait hieronymus prenuncians dedit signum: veniet dominus in terra sicut quercus que est in sylo et c. quod non legitur in scriptura eius sm̄ editionem nostram: forte quod Hieronymus dicit signum hic epiphanius dicit prodigium: dicens de osee: et dedit prodigium dicens. Veniet dominus in terram sicut quercus in sylo qui ex semetipsa in xii. fuerat partita: et facte fuerāt ex ea totidem quercus. Hic postquam prophetiam suam adimpleuisset: sub Ezechia rege placita quiete dormiuit quarto non. iulij i terra sua sepultus: et ex hebreorum scriptura colligitur. Hec Hieronymus et iosephus: et ex historia scholastica collectorum.

¶ De sancto aggeo propheta. Cap.ij.



Aggeus propheta post captiuitatem populi iudeorum in anno secūdo darij persarum regis prophetauit in hierusalem: Nā in anno primo Cyri regis persarum vt impleret sermo dei ex ore hieremie prophete: vt habetur esdre primo in principio. Iussu ipsius regis populus in iudeam reductus est. Cūque a populo israel et senioribus templum dei edificari cepisset: mortuo cyro rege persarum: ac regnāte dario qui memorato successerat: vicine gētes odio iudeorū instaurationē tēpli et ciuitatis impedire ceperūt. Qui rōne ducti: populus iudeorū restaurationē ipsius tēpli needū cēcessam esse iuxta promissionē credebāt: propter qd' i.ii. anno regni darij memorati Aggeus propheta a deo missus ad zorobabel q̄ erat de tribu iuda q̄ ptāte regni suscepturus erat: et ad iesum summū sacerdotē filiū iosedech eos admonet: vt credāt cōpleto annorū numero tēpus restaurationis hierusalem aduenisse: addito ne incredulitatē populi velint imitari. Ola autē q̄ in textu ipsius prophete cōtinent reuersionē populi: reparationē templi renouationē ciuitatis: obseruantiā sacerdotalē: et interitū regnorū exterorū significant: Prophetauit autē vna cū aggeo Zacharias propheta: de quo dicet infra. vi. idus septēbris. Sed duobus mēsibus ante Zachariam hic aggeus vaticiniū suū texere exorsus est. Quieuit in iudea in pace. iiij. non. iulij. et tumulatus iacet iuxta sacerdotum monumenta in hierusalem. Hic propheta vna cū primo precedēte ex numero. xii. illorū prophetarum sunt: qui minores appellantur: qui et in sanctorum patrum catalogo ecclesiastici. xliij. cap. describuntur. Hec vnde supra.

¶ De translatione sancti martini epi. Cap.iij.



Translatio corporis sancti Martini facta ē anno. xiiij. Leonis primi: vt ait Sigibertus: anno vero. lxiiij. ab obitu ipsius sancti. Cum enim perpetuus turonēsis epūs cerneret insignia miracula: que ad sepulchrū sancti Martini fiebant ecclesiam magnam: et speciosam eius nomini fabricauit iuxta cellam: videlicet vbi viuens degere consueuerat. Et congregato clero ac populo vniuerso cum corpus sancti ad nouam ecclesiam transferre decreuisset Kal. Julij. post noctis vigilias et ieiunium celebratū mane sepulchrū nullatenus mouere potuerunt. Quod cū sequēti die et tertio iterassent loculum similiter nullo ingenio leuare valuerunt. Cūque iam quasi desperati opus dimittere cōcepissent recordati sunt quod iiij. Julij. iiij. videlicet non. ipsius ordinatiōis beati Martini anniuersaria dies erat. Et qd' forsitan ipsa die dñs corpus beati cōfessoris trāsferri disposuisset: Jeiunio igitur orationibusque premissis ad tumulū accesserūt. Moxque illic senex venerandus apparuit: talis nunquam visus q̄ eos ad opus iuuare cepit. Sanctūque martinū eisdē adesse dixit: vtque corpus trāsferre nō tardarēt admonuit. Sicque cū summa velocitate loculū leuauerunt et in loco vbi nūc colit posuerūt. Cōpletisque officijs cū senem ad mēsam requirerēt nusquā cōparuit. ¶ Accidit quoque vt tūc essent duo mēdicantes et multā pecuniā ex qstu acquirētes: quorū vnus cecus et alter erat contractus: et cecus contractū ferebat: et cōtractus ceco viam ostēdebat. Audiētes autē qd' ad corpus sancti Martini multi sanabant infirmi: dū corpus in translatione processionaliter portaretur: timentes ne corpus iuxta eorū habitationē duceretur: et sic ipsi forsitan sanarentur. Inde recesserunt: nolentes sanitatē conseq̄ ne perirent mileria questus sui. Dum ergo fugerent per viam vnde corpus nequaquā ducendum putabant ex improuiso sancto corpori obuiāt. Et q: deus multa beneficia prestat etiam inuitis ambo contra voluntatem ipsorum continuo curati sunt: licet de hoc plurimū tristarentur. Celebratur autē hec translatio et ipsius ordinatio ac prefate eius ecclesie dedicatio. iiij. nonas iulij.

¶ De sancto Udalrico episcopo. Cap.iiij.



Udalricus episcopus augusteñ. nobilis Romanus existēs infantulus in monasterio sancti Galli educatus est. Et cum etate adoleuisset: et habitū monasticum assumere vellet: a quadam sancta inclusa prohibitus est: q̄ eidē asseruit sibi fuisse a domino reuelatum adhuc ipsum futurū episcopum. Commendatus est igitur adalperoni Augusteñ. episcopo a quo est ad sacerdotij ordinē promotus. Deinde Romā veniens a Martino papa benigne susceptus est. Qui eidē pontifici epm̄ suūz mortuū nunciauit sibi diuinitus reuelatum. Cūque ipsum papa Martinus vellet in epm̄ ordinare: et augusteñ. vrbi in pastorē perficere: Udalricusque recusaret: summus pontifex eidē prenūciauit: qd' periculoso adhuc tēpore episcopatū ipm̄ non posset euadere. Quod et factū est. Nā episcopo augusteñ. ad episcopatū hilmeñ. translato Udalricus e a populo succedere cōpulsus est. Qui cū sancto Conrado epō cōstātie gregē dominicū verbo et exēplo

operis bene pauit. ¶ Sup hūc sanctū die cene dñi cris-
ma cōficiētē: die pasche missarum solēnia celebrantē
visa est dextera dei, q̄ sibi bñdicebat. ¶ Quadā die san-
cta aplm sibi apparuit: vt se sequeret admonuit: ipm̄q;
vsq; in lech/feld pduxit: vbi per visionē sanctū Petrum
apostolū cū quodam alio sancto vidit qui arnulphum
ducē turingiorū pro suis criminibus dānabant. Et no-
tato tempore repertum est eodē die ⁊ hora arnulphū e
seculo migrauisse. Ipse vir sanct⁹ pacē inter othonē du-
cē: ⁊ lodolphum ei⁹ filium ptractauit. ¶ Iulius diuini-
tus in natiuitate sancti Joannis baptiste bis in die cele-
brauit. Missam aurore vz ⁊ maiorē quarum primam
ex conscientia bis celebrādi omittere pposuerat. Et. xj.
postmodū die in pace qeuit. vz. iiij. non. iulij. Sepultus
q; est a volfgāgo epo ratisponen. in ecclia sancte aphre.

¶ De sancto Jocūdiano martyre. Cap. liij.



Jocūdian⁹ mar-

tyr apud aphacam martyrium pas-
sus est. Qui pro confessione fidei
xpiane in mare mersus cū palme
triumpho coronā a domino perci-
pere meruit gloriosam. iiij. nonas
iulij. vt habetur in martyrologio.
Hieronymi ⁊ Adonis.

¶ De sancta zoe vxore Nicostra-
ti martyre. Cap. lv.



Zoe martyr vxor

nicostrati primiscrinij diocletiani
imperatoris rome martyriū passa
est: q̄ cū graui infirmitate loquendi
facultate p sex annos caruisset: bea-
tus Sebastian⁹ martyr ipsam cura-
uit: sibiq; loquelā restituit: necnon
ipsam Zoem cū viro Nicostrato et
aliis pluribus ad christi fidē perdu-
xit: quos sanctus Policarpus pres-
byter baptizauit: vt supra dictū est in
passione Sebastiani decimotertio kalē. Februarij. Cū
aūt Sebastianus ⁊ alij plures martyriū passi fuissent: ⁊
ipsa ad confessionem sancti Petri apostoli oraret: a pse-
cutoribus arctata ⁊ in custodia durissima trusa est. De-
inde a collo et a capillis in arbore quadam suspēsa ad-
hibito subter horribili fumo in cōfessione domini emi-
sit spiritū tertio nonas Julij.

¶ De sancto Anselmo episcopo. Cap. lvj.



Anselmus eps ex

confinio Lombardie ⁊ burgūdie or-
tus puerilibus annis literis a paren-
tibus traditus breui spacio multa sa-
pientia pollens ante annum. xv. de sa-
lute anime cogitare cepit: ⁊ cogitatū
ad effectum perduxit. Egressus er-
go patriam: dum ex transcensu mon-
tis nimium fatigatus esset: nec quic-
q̄ ad edendum haberet: minister ei⁹
ex insperato panem candidissimum
diuinitus in sacculo reperit: ex quo vterq; ad satietatē
comedit. Exactis autem tribus annis partim in Frā-
cia partim in Burgundia in Normaniam deuenit: ⁊ sub
magisterio Lanfranci prioris becoensis doctoris illu-
stris se contulit: ac deinde in eodem monasterio habitū
religiosum assumpsit. Lāfranco autē in abbatē mona-
sterij cadonen. assumpto: vt supra in eius historia dictū
est. v. non. iulij. Anselm⁹ ei in prefato prioratu successit:
sanctitateq; et sapientia ad modū clarescere cepit: ⁊ pluri-
ma nāq; diuina opuscula ⁊ solēnia compilauit. ¶ Cū
nocte quadā miraretur quomodo pphete per spiritus
multa futura pdixerāt: ⁊ oraret: vt hoc sibi de⁹ aperiret:
p parietes: ⁊ muros interpositos vidit fratres ad ma-
tutinum exurgentes: ⁊ eorū officia exequentes. Et intel-
lexit q̄d similiter deus potuerat sanctis pphetis abscō-
dita reuelasse. ¶ Dum quadam vice frater senior in ex-
tremis laboraret: ⁊ se a duob⁹ lupis vorari vocib⁹ hor-
ribilib⁹ inclamaret. Anselmus pro fratre orauit: ⁊ post-
modū ad ipsum intrauit: qui mox lupos effugatos as-
seruit. flāma ex ore sancti in modū lancee pcedēte: quā
frater ille se videre perhibuit. Absolutusq; ab anselmo
hora. ix. vt sanct⁹ pdixerat expirauit. Alias etiā dum in
oratiōe persisteret visus est ab alio fratre luce maxima
circumfusus. Postmodū autē ad archiepiscopatū can-
tuarien. ecclie electus est: qui dei populo exemplis bo-
nestissimis: ⁊ doctrinis clarissimis prefuit. Ipse etiā fe-
stū conceptionis alme dei genitricis sibi a domino re-
uelatū miraculose colēdū didicit: ipse ⁊ primus celebra-
uit: ⁊ celebrandū in eius ecclesia cōstituit: vt superi⁹ di-
ctū est in cōceptiōe sancte marie. vj. idus decēbris. Cū
autē quodā tempore in villa quadam cum socijs hospi-
tatus esset: ⁊ hospes nihil aliud preter panē ⁊ caseū eis
apponendum haberet: iubente episcopo: q̄ ius dudum
recusasset: hospes ad flumē accessit: ⁊ mullo rhete mitā
maximam contiuuo cepit: ex qua omnes plene refecti
sunt. ¶ Alio etiā tempore alteri eius hospiti conquerē-
ti: quod pisces ei apponendos non haberet: ipse predi-
xit: quod cōfortaretur: q: post morulam sibi magn⁹ stu-
rio mitteret. Quod ⁊ post horā modicā factū est. Sicq;
clarus virtutib⁹ quieuit in pace. iij. nonas iulij. Sepul-
tusq; iacet in sua ecclesia cātuariensi. ¶ Hic cōposuit li-
brū proslogion. idest alloquiū de deo. Itē monologion
id est soliloquium de sancta trinitate. Itē de veritate li-
brum vnum. De concordia liberi arbitrij. ⁊ pscientie dei
uineatq; predestinationis ⁊ gratie librū vnū. Cur deus
homo: librū vnum. De sacramēto altaris librum vnū.
De casu diaboli librum vnū. De peccato originali librū
vnum. De incarnatione verbi librum vnū. De azima li-
brū vnū. Meditationū vel orationū librum vnū. Para-
bolarum siue prouerbiorum librū vnū. De grāmatica
librū vnū. Sup canticis cāticorū librū vnū. Epistolar
ad diuersos librū vnū. De cōceptu virginali ⁊ originali
pctō librū vnū. Claruit tpe Hērici imperatoris tertij.

¶ De sancto Anselmo confessore. Cap. lvij.



Anselmus confes-

sor Lūdonice ciuitatis anglie magi-
ster opinatissimus: ⁊ sapientia cele-
bris ac famosus: vite religione cōspi-
cuus tempore Henrici quinti impe-
ratoris admodum effulsit. qui inter
alia opuscula preclara sup psalterio
glossas marginales et interlineares
composuit: qui et Lundonen. sepult⁹
miracula ostendit.

¶ De sancto Hugone abbate clu-
niacen. Cap. lviij.



Hugo abbas clu-

niacen. augustudunen. cuius nobili
prosapia: patre dalmatio consulari:
bellicis rebus intento natus. Cum
adhuc esset in vtero matris: ⁊ presby-
ter quidam missam tam p illa q̄ p
fetu celebraret vidit in calice imagi-
nē pueri resplendentis hugonis: vi-
delicet nondum nati. ¶ Hic a pueri-
lib⁹ annis relicto seculo sub abbate
odilone monachus Cluniacen. fact⁹
est: deinde ad priorat⁹ promotus: inde Odiloni defun-
cto in abbatie regimine successit. ¶ In maxima illum
habuit reuerentia Henricus imperator scđs: cui⁹ filiū
Hēricū tertiū Hugo de sacro fonte leuauit: ⁊ in colonia
agrippina cum eo pascha celebrauit. Rediēs quoq; clu-
niacum stephanum papam. ix. Florentie languentē visi-

tauit. In cuius presentia. vt idem pontifex perhibuit: demones ab eo abscedebant: in absentia ad eum redibant. In cuius etiam sinu idem papa spiritum emisit. ¶ Hic abbas concilio generali in remis ciuitate sub leone .ix. celebrato interfuit: in quo mirabiliter contra simoniacos inuexit. ¶ Cum sanctus rex hispanie hildefonsium captiuitatum teneret: et pro ipso sanctus Hugo orasset: sanctus petrus captiuo apparuit: et ipsum Hugonis precibus ocyus liberandum promisit. Deinde ipse apostolus sancto reuelatur: et nisi fratrem dimittat mortem ei subitaneam comminatur: sicque statim hildefonsius liberatur. Spiritu etiam prophetico claruit: quod in plurimis que predixerat: contingentibus apparuit. ¶ In quadam vigilia natiuitatis domini vidit in ecclesia virginem filium paruulum in vlnis gestantem: et de festo natalis filij exultantem: ab inimico humani generis insultantem. Ad hanc vocem diabolus de humo exiliuit: et verba domine exprobrauit: quem gloriosa virgo: vt ei visum est tam de cenobio quam de ecclesia effugauit: vt supra actum est in legenda natiuitatis domini. viij. Kalendas ianuarij. Tandem sanctitate plenus migrauit ad christum tertio nonas iulij. In cuius transitu quidam frater apud negatum vidit matrem christi cum monachorum choro lucidissimo sagittarios quosdam effugantes. Inter quos erant martinus episcopus et benedictus abbas hugonis animam in nube lucidissima collocantes. Eadem quoque nocte qua migrauit a seculo: abbas quidem vidit duos lectos ornatissimos manibus angelorum ad astra deferri: in quibus collocandos audiuit anselmum cantuariensem et hugonem cluniacensem. qui ambo eadem ipsa die debitum exoluerant carnis. Et vt viderat sic eos ambos transiuisse cognouit. Sepultus est in abbatia cluniacensi.

¶ De sancto Hugone confessore.
Capitulum. lix.



Hugo de sancto victore parisiensis canonicus confessor sanctus in scripturis diuinis eruditus religione et scientia clarus in liberalibus nulli suo tempore secundum habens: tempore henrici quinti imperatoris floruit. Qui in ecclesia dei opuscula plurima et proficua condidit videlicet librum de sacramentis. Hierarchias beati Dionysij explanauit. Super Ecclesiastem homel. xv. fecit. Super lamentationes Hieremie librum vnum. Librum didascalion composuit. Super angelicam hierarchiam Dionysij librum vnum. De arca siue claustro anime librum vnum. De virtute orandi librum vnum. De institutione nouitiorum librum vnum. De arca Noe lib. v. De anima christi librum vnum. De perpetua virginitate beate Marie librum vnum. Super verbo. Tota pulchra es. librum vnum. Notulas super quibusdam versibus psalmorum. Soliloquiorum hominis cum anima et alia plura. De claustralibus librum vnum. Quieuit in pace corrado tertio imperante anno domini. M. cxxvj.

¶ De sancto Isaia propheta. Cap. lx.



Isaias propheta nobili genere ortu in hierusalem patre Amos: non illo quidem qui ex duodecim minoribus prophetis tertius est: sed altero nobile hierosolymita progenitus fuisse probatur. Hic enim de hierusalem: ille de thecua oriundus extitit. Hic genere non infimus: ille pastor omnium et rusticanus fuit. Huius enim sanctitati diuina scriptura testimonium in locis pluribus perhibet et ipsum omnes doctores et Josephus iudeorum historiographus: necnon eius vite exitum: quem martyrio peregit in sanctorum patrum catalogo computandum expressius docent. ¶ Cepit autem Isaias prophetare sub Ozia rege iuda et hieroboam rege israel. Cuius prophetia protenditur per tempora trium regum subsequentium: videlicet ioathan: achaz: et ezechie regum iuda: vt ipsemet in exordio suo testatur. Et sub manasse rege prophetandi et viuendi finem fecit circa principium regni. Hic autem vt ait hieronymus in sermone suo disertus est: quippe vt vir nobilis et vrbane elegantie nec habens quicquam in eloquio rusticitatis admixtum vnde accidit vt pre ceteris florem sermonis eius translatio non potuerit conseruare. Qui etiam non tam propheta dicendus est quam euangelista. Ita enim vniuersa christi ecclesieque mysteria ad liquidum prosecutus est: vt non eum quis putet de futuro vaticinari: sed de preteritis historiam texere. Prophetauit autem Isaias in hierusalem et in iudea: necnon decem tribubus in captiuitatem ductis: ac de vtroque regno tunc commixtum nunc separatim texit oraculum. Et licet interdum ad presentem respiciat historiam: et post babylonie captiuitatem reditum populi significet in iudea: tamen omnis ei cura de vocatione gentium: et de aduentu christi est. ¶ Hic sanctus propheta ezechiam regem iuda: diuino responso ad se facto confortauit ne timeret a facie sennacherib regis assyriorum cum hierusalem obsedisset: promittens regi et in hostibus plagam: et in populo dei salutem affuturam. Quod et factum est angelo domini de castris assyriorum centum et octuaginta quinque milia percutiente: et sennacherib effugante: vt supra dictum est in gestis ezechie regis. ¶ Huius etiam orationibus dominus placatus super lachrymis eiusdem regis: cum illum occidere primitus decreuisset adiecit vite ipsius annos quindecim: in cuius signum solem per decem horas in eclyptica retrogradari fecit: vt supra in eadem historia dictum est. ¶ Huius etiam prophete temporibus erat piscina extra vrbem quando exercitus sennacherib regis babylonis obsedit hierusalem. Sed precibus suis impetrauit Isaias a domino: quod siccabatur quando hostes ad eam descendebant: et cum ciues egrederentur descendentes ad ipsum fontem: erant ibi aque sicut prius. Et hoc est quod dicit epyphanius ad preces Isaie copiosius solito egresse sunt aque de fonte syloe. Hoc enim stagnum vocatur in euangelio natatoria syloe. ¶ Mortuo autem ezechia cum filius eius manasses regnare cepisset: et idola ac aras simulacrorum que pater suus destruxerat renouasset et populum in vsu gentium errare fecisset cum quoque prophete missi a domino redarguerent: nemini eorum parcebat: sed plateas hierusalem prophetarum sanguine purpurabat. Inter alia vero scelera sua Isaiam prophetam auum suum maternum secundum hebreos: vel secundum alios affinem: eiectum extra hierusalem circa dictam piscinam syloe serra lignea per medium secari fecit. Qui dum in principio sectionis angustiaretur: petijt sibi dari aquam vt biberet. Et cum nollent ei dare dominus de sublimi immisit aquam in os eius et continuo expirauit: nec inde carnifices destiterunt a sectione. Ob hanc enim aque missionem confirmatum est nomen syloe: quod interpretatur missus. Nec sepelierunt eum in sepulchro prophetarum: sed sub quercu rogel iuxta transitum aquarum memorate piscine quam fecerat Ezechias: vnde in iugem memoriam sancti prophete adhuc aque in piscina syloe non iugiter: sed in certis horis ebulliunt. Et quia oratione sancti viri aque ille a domino diuinitus date fuerant: populus prophetam gloriose sepeliuit in loco predicto pridie nonas Julij: et etiam vt orationibus eius post mortem ipsius indesinenter huius aque beneficio potirentur. Hec Josephus et Hieronymus: et ex historia scholastica atque ex chronica guilelmi.

¶ De sancto Tranquillino martyre.
Capitulum. lxj.



Trāquillin⁹ martyr: tempore diocletiani rome passus est. Hic fuit pater sanctorū martyrū Marci et Marcelliani quos ex marcia vxore genuit: qui ad predicationē beati Sebastiani martyris cū coniuge sua ad xpm̄ conuersus: vt supra dictum est in passione ei⁹. xiij. Kal. Februarij: et a sancto Policarpo presbytero vna secū sacri fontis vnda psusus est. Et cū graui morbo ipse tranquillinus laboraret: mox vt baptizat⁹ est sanitatem pcepit. Postq̄ Marcus et Marcellian⁹ eius filij passi sunt: vt supra in eorū passione actum est xiiij. kal. iulij: et Martia mater illorum post dies modicos in pace migrauit ad christum. Post hec autem cū audisset tranquillin⁹ q̄ Zoe vxor Nicostrati p xpi nomine passa esset: vt dictū est supra de ea .iij. nonas iulij: et ipse in medium prorumpens conqueri cepit q̄ femine viros ad palmam precederent: et se christianum libere in fori medio proclamaret: et a paganis furentibus lapidatus martyrium consumauit pridie nonas iulij.

De sancto Goar confessore. Cap. lxi.



Goar monachus et confessor sanct⁹ anno. xvij. mauritij imperatoris veniēs ex aquitania claruit in gallia: vt ait Sigibertus cuius sctitatis famam Sigibertus rex Francorū audiēs ipsum p nuncios requisiuit: quē ad petitionē populi treuerēsis epm̄ constituere voluit: ille autē satis recusauit. Tandē dierū triginta inducias postulauit: vt ad cellā suā pergeret: et monasterij facta disponeret. Quo dum peruenisset: orauit ad dominum vt se ab huiusmodi iugo liberaret qui mox febre pcussus per sex annos continuos graui languore decumbens redire non valuit: et sic in senectute bona ibidem in pace quieuit pridie nonas iulij: et cuius corpus ibidem tumulatum miraculis effulget.

De sancto Nicostrato martyre. Cap. lxij.



Nicostratus martyr: marit⁹ sancte Zoes primiscrinj⁹ imperatoris diocletiani fuit: cuius vxorem sanctus Sebastianus que pre grauedine longe infirmitatis diu dum loquelā amiserat: liberauit: et ipsum virū ei⁹ ac coniugem cū aliis multis ad christum conuertit: quos sanct⁹ Policarpus presbyter baptizauit: vt dictum est supra in passione Sebastiani decimotertio kalen. Februarij. Postq̄ autē Zoe vxor eiusdē Nicostrati martyrij passa est vt supra in ei⁹ passiōe actū est tertio non. iulij. Et ipse Nicostrat⁹ tent⁹ atq̄ Fabiano vrbis pfecto presentat⁹ cum in xpi noīs cōfessione cōstans perstiteret: eodem pfecto est decollatus nona Julij.

De sanctis Nicostrato et socijs marty. Cap. lxiij.



Nicostratus claudius: Castorin⁹: Victorin⁹: Simphorian⁹: Seuerus: Seuerianus: Simplicius: et Carpophorus martyres rome passi sunt sub Diocletiano imperatore iudice Fabiano Quos idē Fabianus per dies. x. detētos minis et blanditūs agēs vt sacrificarent: et cū in nullo eos posset penit⁹ cōmouere: iussit eos tertio torqueri: ac demū maris pcipitari. Qui passi sunt nonas Julij: vt dē Ado.

De sancto panteno pbytero et cōfes. Cap. lxv.



Panten⁹ presbyter stoice philosophie pfessor: Marci euangeliste apud alexandriā discipul⁹ fuit: et vetusto de more ibidē ecclesiastice schole pfuit clarissimus pbatissimusq̄ doctoris fungēs officio: tāte nāq̄ sciētie nō solū in diuinarū scripturarū eruditione: verū in seculari literatura fuit: tantoq̄ studio et amore verbi dei predicandi claruit vt in indiam requisitus per legatos ipsius gentis a Demetrio alexandrino epo mitteretur: vbi verbum dei feruenter et feliciter predicauit omnib⁹ gentibus: que in orientis vltimis finibus reconduntur. Et demum ad indiam inferiorē rediit: reperitq̄ Bartholomeum apostolū aduentū dn̄i et fidei semina primum ibi fm̄ Mattheū euāgeliū seminasse: qd̄ quidē inde hebraicis scriptū literis regrediens alexandriā secū tulit: vbi et ipsum in grecum transtulit. Multa viri huius doctrine ecclesiastice extare dicuntur apud alexandrinos monumēta: sed viue vocis oraculo plus ecclesie contulit. Docuitq̄ sub seuero pricipe et antonio cognomento caracalla imperatore. Et apud alexandriam quieuit in pace nonas iulij.

De sanctis Cyliano epo: Colonato et Romano martyribus. Cap. lxvj.



Cylianus episcopus colonat⁹ pbyter et romanus diacon⁹ martyres apd̄ virczburch oppidum germanie passi sunt. Hic eni sanctus genere scotus nobilib⁹ parētib⁹ ort⁹ a pueritia sacris literis erudit⁹ adhuc iuuenis oib⁹ p xpo relictis monach⁹ fact⁹ est: scientiaq̄ et vite cōuersione cōspicu⁹ claruit: et ad pbyterat⁹ ordinē in monasterio ascēdit. Cūq̄ cōcursus sclariū ad se ex fame opinione cōfluētiū fugeret: inde discessit: et primo q̄dā britāniā deinde galliā: ac post germaniā venit. Et ad oppidū virczburch: qd̄ latine dr̄ viridorū castellū diuertit: vbi pplū adhuc gētiliū credulitate tenebat. Quorū errorē sctīs cōpatiēs romam accessit: et a summo pōtifice se gētis illius epm̄ cōsecrari obtenuit: atq̄ authoritate pape ad idē oppidū ad pdicandū redijt: adiūctis sibi colonato pbr̄o et romano diacono. Ipse vero comites suos q̄ secū ex scotia egressi fuerāt: Columbanū vz in italia: gallū vō in alemania dimisit: et ad virczburch castrū accessit: vbi pdicationi instans do ducē ciuitatis gotbbertū noīe et oēm pplm ad fidē conuertit: et cū yatis sibi socijs baptizauit. Cū aūt du. ē de xpi cultu diligēt⁹ instruxisset de illicito matrimonio eū corripuit: eo qd̄ ipse gerlanā cōiugē fr̄is vxorē duxerat: qd̄ fm̄ fidei xpiane doctrinā pphanū erat. Sz cū ducē ad bellū pcedere oporteret: pmisit sancto epo: qd̄ gerlanā dimitteret: postq̄ in pace redisset. Post cui⁹ discessum mulier hoc cōperto ad terrē dei noctu in ecclia orātes iugulādos carnifices duos misit: cylian⁹ vō a deo p visionē de martyrio pmonit⁹ socios ad patientiā hortabat. Sicq̄ oēs ipsi pariter gladio tpalē vitā terminātes eternā adepti sunt. quorū corpa vestes et libros sacri lites de mādato mulieris humi cōdiderūt vt eos de finibus illis discessisse credibilr̄ ptendi posset. Quedam aūt burgunda eorū discipula sanguinē eorū terre infusum collegit: et sibi p reliquijs cōseruauit. Berlana aūt ne factū pderet: iussit in ipso eorū sepultura loco alia lia stabulari. Sed tñ tumul⁹ vbi sctōz corpa q̄escebāt ab eoz immūdicia illibat⁹ seruat⁹ est. rediens aūt dux de sanctis quesiuit: et gerlana eos occulte inde abijsse simulauit. Statimq̄ vnus carnificum q̄ eos peremerat


a diabolo arreptus seipsum ꝓprijs dētibus lacerauit. Alter vero in furorem versus semetipsum gladio p ventrem transfixit. Geilana vero immūdo spiritu vexata clamāte demone per os sceleris nequitiam propalauit. Dux quoq; a suis interfectus ⁊ filius ipsius de principatu eiectus est. ¶ Tpe procedente catalogus presbyter in ipso sepulture loco scholas regebat. Die vero quadam pueri repente diuinitus aspirati kylianū eis nunq; auditū clamare ceperūt ⁊ locum digitis ostenderūt. Presbyter vero mysteriū ignorans illos vt tacerent verbis ⁊ verberibus corripuit: ipsaq; nocte lumē oculorū amisit. Sȝ per visum a quodā ei dr quod nisi credat dictis puerorū nunq; illuminari merebit. Cū autem de hoc sancto ⁊ socijs ab antiquis diligenter inquisiuisset: et que fuerint didicisset: ad eorum tumulū orauit: ⁊ lumē perditum recuperauit. Ecclesioq; loco corpora martyrum kyliani colonati ⁊ romani reperta leuauit ⁊ honorabiliter collocauit: que in oppido ipso virczburch. i. herbipolis quiescunt clarentia signis. Qui passi sunt anno. v. Constantini imperatoris. viij. idus Julij.

¶ De sancto Norberto archiepo ordinis premonstratēsi. Cap. lxvij.



Norbertus archiepūs fundator loci et ordinis premonstratēn. anno domini. M. cxx. de lothoringie partibus oriūdus claruit. qui relictis seculi diuitijs qb⁹ affluebat pēsbyter ordinat⁹ est. Et cū quibusdā dei famulis qui vitā arctiorē ducere cupiebant ad gelasium papā scōm: tunc apud sanctū egidium in gallia synodum celebrātem accessit. A quo ⁊ pdicandi verbi licētiā impetrauit. Ac deinde authoritatem pape calixti scōi gelasij successoris de nouo ordine inchoando sm augustini regulam obtinuit. Et sub epo lugdunēsi. noīe bartholomeo in loco premonstrati cū socijs pdictis monasteriū ⁊ ordinem fundauit. Multis quoq; miraculis claruit. ¶ Apud nigellā demonē qui puellas obsederat: primo pdē virtute xpi vt latine et teutonice et gallice loqueret cōpulit: deinde ab ea eiecit: veniēsq; coloniā p reliquijs scōr acquirēdis vna de numero. xj. miliū virginū se ei reuelauit: ⁊ locū vbi corpus suū iacebat ostēdit. Qd mane reptū ipse secū premonstratū tulit. Die sequēti apud scm̄ geronē orans vidit ipm scm̄ locū ipsi: vbi corpus ipsi⁹ diu iacuerat oib⁹ incognitū demōstrante: quod mane ibidē repertū atq; inde leuatū est. Et⁹ quoq; corporis partē norbertus quasi pro mercede suscepit: ⁊ ad monasteriū suū deportauit. Post obitū vero calixti. h. ab honorio scdo successore summo pontifice confirmationē ordinis accepit. Et tūc se futurū epm parthenopolis diuinit⁹ agnouit. Rediēs aūt ad locū suū in hermipoli oppidorū die pasche missa celebrata mulieri cuidā cece visum restituit. Deinde fact⁹ est eps parthenopolis ciuitatis successore ipsi hugone in abbatiā ordinato. Qui potens opere ⁊ sermone annis. viij. epatu fideliter administrato: quieuit in xpo. Sepultus in ecclesia dei genitricis ipsius vrbis. viij. idus iulij.

¶ De scīs Aquilla ⁊ priscilla eius vxore discipulis. Cap. lxviij.



Aquilla ⁊ priscilla eius vxor discipuli apostolorū christi fuerūt: de quibus in actib⁹ aposto. c. xviij. scribit. de quibus etiā paulus ad roma. c. vlt. mētionem facit. Qui in sanctorum ministerio quotidie fideliter laborātes apud asiam minorem pleni bonis operib⁹ in dño deuenerunt. viij. idus iulij. vt dicit Ado.

¶ De sancto Paulo marty. Cap. lxix.



Paulus martyr cōstantinopoli nobilis oriūdus passus est ibidem tpe cōstātini imperatoris heretici. Qui cū esset dux militie imperialis et vere miles xpi catholicus imperatorē de cōbustione sanctarū imaginū qua p ipm in ecclesia apud blaquernas fiebat: constāter redarguebat: ⁊ reuerēdas imagines xpi et sanctorū venerādas efficaciter comprobat. Ob hoc ab imperatore detentus ⁊ primo in carcerē missus durisq; cōpedib⁹ vinct⁹ est. Inde iussu cōstātini post aliquot dies educitur: ⁊ dū pro catholica veritate ageret: manus ei pciditur. Iterūq; custodie mācipatur. Dehinc post dies. viij. iterū productus pice ⁊ sulphure liquatis capite pfusus: ⁊ cū in tormētis gratias deo ageret: oculi ipsi eruti sunt. Nouissime pedibus legatis per mediū forū trahitur: ⁊ mēbris oībus corporis dissipat: sicq; satis collisus excusso cerebro spm̄ exhalauit. viij. idus iulij. Cuius corpus ad partes asparis tractū: ibiq; dimissum ab hereticis vt a canib⁹ voraret: a catholicis viris ibidē sepultū est. Imperator aūt cōstātinus p tanto scelere ⁊ alijs cōmissis vitijs diuina vermibus scaturiens vitā miserandā finiuit. Cui michael filius eius vir per oīa catholicus ei successit. ¶ Post annos vero. cxxij. xpiani et religiosi viri diuina reuelatione corpus sanctū inde sublatū ad monasteriū charmonā transtulerunt: miris refragans odoribus ⁊ miraculis coruscans. Qd postmodū a venetis inde leuatū ⁊ venetias delatum in monasterio sancti Gregorij maioris quiescere dicitur ab incolis eiusdem ciuitatis.

¶ De sancto Procopio martyre. Cap. lxx.



Procopius martyr in palestina passus est: qui a scythopoli ductus cesarem ad primam eius confessionem et responsionis eius confidentiam a iudice fabiano capite cesus est. viij. idus Julij. vt ait Hierony. ⁊ colligit in martyrologio Adonis.

¶ De sancto Cyrillo episcopo ⁊ martyre. Cap. lxxj.



Cyrillus episcop⁹ ⁊ martyr Rome passus est: qui flammis iniectus illesus euasit: ac stupore tanti miraculi a iudice dimissus est. Qui etiam postmodum: cum christū instanter ⁊ alacriter predicaret: ⁊ plurimos ad dominum conuertisset: iudex penitentia duct⁹ ipsum capite cedi fecit. vij. idus Julij.

¶ De scō Cyrillo martyre. Ca. lxxij.



Cyrillus diacon⁹ et martyr in Helyopoli ciuitate: q̄ est circa montē libanū imperāte cōstantino passus est. Hic cū cū multa idola cōtriuisset et ignib⁹ cōbussisset: pagani ipm tenuerūt: quē nō solū peremerunt gladijsq; ⁊ lāceis effoderūt: ȝ etiā nimia ipietate ei⁹ vētrē exceca̅tes intestina eduxerūt: et iecore ipi⁹ comederūt. Hez quicūq; hui⁹ immanitatis pticipes extiterūt: vltionē cōdignā psecuti sunt. Nā aliq̄ subito dētes oēs amiserūt: aliquorū ligue putredine cōsumpte sunt: alij qb⁹ oculi de capite ceciderūt. Hec cassiodor⁹. vj. libro historie tripertite.

¶ De scīā Anatholia virgīe ⁊ Audace marty. Ca. lxxiij.



Anatholia virgo

& audax martyres in ciuitate tyro italie passe sunt tempore decij cesaris sub Faustiniano preside. Postq̃ em̃ anatholia virgo victoriam virginez ad pudicitie obseruantiam cõuertisset: vt supra dictum est in passione victorine. x. Kalendas Januarij: et in piceno oppido multos infirmos curasset: & demoniacos liberasset: in prefata tyro ciuitate a Faustiniano preside ducitur: et diuersis plagarũ ac tormentorũ generibus cruciat: deinde cũ serpente horribili in carcere per noctem includitur: sed ab eo nunime leditur. Mane quoq̃ aperto carcere serpens audacem veneficum: qui ipsum ad virginem immiserat aggreditur: sed eius morsibus iussu anatholie liberat: et serpens illico effugetur. Sicq̃ audax ad fidem conuertitur: et ipse quoq̃ in custodia durissima vinculatur. Virgo autem christi cum in oratione persisteret iussu presidis gladio per latera transuerberatur: cuius corpus a christianis in tyro oppido sepelitur. Audax vero de carcere educitur: et christum confessus capitali sententia coronatur. Et qz de oriente fuerat corpus eius ab vxore & filijs eo translatũ est: qui passi sunt. vij. idus iulij.


De sancto Brithyo episcopo. Cap. lxxiiij.



Brithyus episcopus

in ciuitate martula claruit: q̃ dum christum dominum predicaret: a iudice martiano comprehensus est: cui iussit preses os eius lapide diu contũdi: deinde in equuleo ipsum leuari: et crudeliter torqueri. Et cũ in dei confessione perduraret: in carcerem trusus est. Nocte vero facta per maximo terre motu ciuitas tota concutitur: et ruente pariete martianus opprimit. Brithyus autem ab angelo et a beato petro apostolo visitatus de carcere eductus est. Qui deinde multo tẽpore christi euangelium circũquaq̃ predicans: magnasq̃ populorum multitudines omnipotenti deo lucrifaciẽs vij. idus iulij quieuit in pace. Cuius animam astãtes viderũt in specie columbe niuee celos agiliter aduolantem.

De sanctis Zenone et alijs marty. Cap. lxxv.



Zenon & alij decez

milia ducenti et tres martyres christi rome ad guttam iugiter manentem martyrium passi sunt. Qui per diuersa supplicia trucidati christum dominuz in suis corporibus glorificantes coronas triũphi celestes obtinere de manu domini meruerũt. vij. idus iulij. vt dicit Ado.

De sancto Zenone abbate. Cap. lxxvj.



Zenõ abbas in eremo

thebaidis claruit: de quo scribitur q̃ de cella egressus dum per eremuz oberraret: & triduo fatigatus fameq̃ defunctus quasi mortuus cecidit: cui repente puer speciosus astitit: panemq̃ ei ac vinũ presentauit: ille autẽ fantasma dubitans orationẽ premisit: & sic securus manducauit. Eodẽq̃ instante puero: vt sequeret admonente: eidem ducatũ vie prebuit: & ad cellã vsq̃ reduxit. Quo cum sanctus intrans orasset ille disparuit: & abbas ipsum angelũ dei fuisse cognouit. Hec in vitis patrum.

De sanctis septẽ fratribus martyribus. Cap. lxxvij.



Septẽ fratres filij

sancte felicitatis martyris Rome sub Antonino principe passi sunt. Quorum nomina hec sunt. Januarius: Felix: Philippus: Syluanus: Alexãder: vitalis: et martialis: horũ mater in viduitate manẽs suam domino vouerat castitatẽ. Quos omnes fratres simul cum matre ad suggestionem põtificum idolorũ Antoninus imperator detentos publio vrbis prefecto tradidit ad deorũ sacrificia cõpellendos. Qui primo q̃dẽ matri suadebat vt sui & filiorũ suorũ misereri deberet. Cũ aũt felicitas nec blandicijs allici: nec terroribus frangi posset: quin potius filios hortaret: vt in xp̃i cõfessione constantes persisterẽt. Jussit eã prefectus alapis cedi: deinde in carcere recipi vbi multo tpe macerata est. Post hec cũ publius omnes septẽ fratres sigillatim vocatos hortaret vt dijs immolarẽt: illiq̃ omnino eius monitiones contẽnerent. Jussit illos successiue flagellis cedi: deinde in custodiã recipi. Et cum hec omnia imperatori suggessisset misit antoninus illos per varios iudices: vt varijs supplicijs punirent. Et q̃ primus iudex ianuariũ radiu plumbatis cedi fecit q̃diu ab eo spiritũ exemisit. Alter vero felicẽ & philippũ fustibus mactauit. Alter syluanũ precipitio interemit. Alter alexãdrũ: vitalẽ & martialem capitalem subire sententiam mãdauit. Qui passi sunt. vj. idus iulij. Mater vero felicitas post menses. iiij. passa est: vt in eius passione dicitur. ix. kalẽ. decembris circa annos domini. c. Quorũ corpora Rome a fidelibus tumulata sunt.

De sanctis Rufina et Secunda virginibus & martyribus. Cap. lxxviij.



Rufina et secunda

sorores virgines Rome martyriũ passe sunt sub persecutione Valeriani et Galieni imperatorũ. Hec nobiles ciues romane: patre asterio: matre aurelia claris orta natalibus ab infantia christiane armẽtario & verino gẽtilibus in spõsas tradite sunt. Quas cũ sponsi earum xp̃ianas cognouissent satagebãt eas ad deorũ sacrificia perducere. Quorũ persuasiones virgines christi declinare cupientes: ascenso vehiculo vrbem egresse ad prediũ suuz q̃d in partibus tuscie possidebant confugere cupiebant. Quod vbi armẽtarius & verinus cõparuissent accusauerũt eas archesilao comiti: qui eas cum suis militibus insecutus miliario ab vrbe. xiiij. in via flaminia ipsas cepit: & ad vrbẽ reuocãs iunio donato prefecto presentauit: et quod xp̃iane forẽt denũciauit. Quas prefectus vsq̃ ad diẽ tertiũ carceri tradidit: deinde rufinã sibi presentari iussit: & vt dijs immolaret persuadere cepit. Cũ aũt illa xp̃m cõfiteret: et deos gentiũ detestaret: mandauit eã acriter flagellari: & secũdã de carcere adduci: vt sororẽ cedi conspiceret: & sic eius animũ deterreret. Secũda aũt exclamabat q̃d prefectus sororẽ suã glorificabat: & se multum inhonorabat. Stansq̃ secũda sororẽ in verberibus cõfortabat. Tũc iussit eas prefectus in tenebroso loco recludi: & fumũ stercorũ fieri. Fumus aũt ille vt tymiama exhalabat: & delectationẽ naribus virginũ ministrabat. Tenebre aũt carceris luce quasi meridiana sup̃ infusa effugate sunt. Iterũ iusse sunt in suis balneis includi: & nocte integra lignorũ incẽdia ministrari. Et ingressi ministri post tres horas diei subsequẽtis: vt eaz corpora inde efferrẽt exanimata: & inuenerũt it' balneũ tepidũ & vaporatũ. Quas prefectus insimul fecit colligari: & ligato saxo ad collũ ambaz i tyberĩ precipitari. Cũ quo saxo p dimidiã fere horã emerserunt & q̃

vnde misse fuerant in superioribus vndarum sericis in dute apparuerunt. Quod audiens prefectus et artibus hec magicis attribuens tradidit eas archesilao comiti puniendas. Qui iussit eas duci in syluam in via cornelia miliario .x. ab vrbe: in fundo qui vocatur buxo: et illic rufinam ceruice cedi. Secundam vero gladio capite percuti: et corpora lupis voranda derelinqui. Sancte autem virgines per visionem matrone cuidam plantille apparentes gemmate: videlicet in thalamo sedentes eam admonuerunt: vt ipsarum corpora tumularet. Quod illa deuotius adimplere curauit: et in ipso suo predio virginum corpora recondidit. vj. idus iulij.

¶ De sancto Paterniano episcopo et confessore. Capitulum. lxix.



Paternianus episcopus cum esset abbas in palestina: et congregationem monachorum in omni religione corrigiret: et tunc temporis christianorum persecutio deseuiret: orauit ad deum cum lachrymis vt sibi locum ostenderet: in quo se cum monachis suis saluare posset. Cui apparuit angelus raphael eumque monuit vt in egyptum pergeret: et ibi salutem animarum et corporum inueniret. Quod cum abbas fratribus retulisset maurẽtius prepositus fratres hortabatur: vt iuxta visionem ostensam cum abbate peregrinarentur. Igitur assumptis sarculis ad terram colendam: et seminibus ad seminandum profecti sunt: et angelo raphaele ducatum prebente ad egypti eremum deuenerunt: vbi et paruum sibi cenobium construxerunt. Ibique die ac nocte deo in ieiunijs et orationibus seruire curauerunt. Cum autem escas aliquas ad edendum non haberent: nec in loco ipso inuenire possent: et fratrum congregatio murmuraret: orauit paternian9 ad dominum. Et ecce apparuit angelus domini in synogali ciuitate cuidam diuiti admonens eum vt famulis dei qui fame deficiebant ac frigore vestes et cibaria ministraret. Qui consulto quodam sapiente. lx. camelos omnibus cibarijs et monachorum cucullis onerauit. et ad collum primi squilinam appendit: vt viam ceteris exhiberet. Qui recto cursu angelo duce ad cellam paterniani peruenerunt. Quod monachi videntes deo gratias egerunt: et camelis exoneratis pedes lauerunt atque post dies tres eos oleribus onerantes ad eorum dominum remiserunt: qui dei nutu per viã quam venerant regressi sunt. ¶ Post hec tertia die apparuit diabolus in specie puelle viro dei dicens quod puella venalis in terram egypti venerat: quam dominus suus ad aquam hauriendam miserat: que dominum redire volens in via errauerat: et ad locum ipsum deuenerat: querẽs a sancto viro mansionem. Quam cum sanctus vir speciosam iuuenculam licentiaret: puella allegabat quod eius negligentia faciliter a feris deuorari posset: et abbas de eius anima deo rationem redditurus esset: quod audiens paternianus ipsam quasi ex conscientia intromisit: cuius allect9 pulchritudine tentari cepit: sentiẽs vero figmenta diaboli ignem accendit: et ipsum in faciẽ puelle excussit: moxque diabolus euanuit. ¶ Deinde venerunt ad eum ciues de oppido vrbino: et ipsum in suum episcopum constituerunt: qui in ipso episcopatu prefuit annis. xlii. et multa miracula ostendit inter que saluiã ancillã dei: que ãnis. vii. ceca fuerat illuminauit: et claudũ vnũ erexit. Nouissime angel9 dñi ei apparuit: obitũque suũ post dies. xxx. futurũ predixit: et ad vicũ iohannis in fundo basilicano iussit: vt accederet vbi et pausatur9 esset: signũque vocationis sue fumũ de vico exiturũ predixit: et que terra fulminabit. Qui mox ad locũ constitutum properauit: et signis ab angelo datis apparentibus ipse in pace quieuit sexto idus iulij: sepultus in suo episcopatu.

¶ De sctis ianuario et socijs martiribus. Cap. lxx.



Januari9: marin9 nabor: et felix apud aphricã passi sunt: qui persecutione vigẽte aduersus christianos cũ sacrificare idolis recusarẽt: a persecutoribus decollari triumphũ meruerũt obtinere martyrii. vj. idus Julij: vt ait Ado in martyrologio.

¶ De trãslatione sancti Bñdicti et Scholastice ei9 sororis. Ca. lxxi.



Trãslatio corporis sancti Bñdicti abbatis: tpe constãtis imperatoris factã ẽ: vt ait Hugo floriacẽ. Cũ enĩ monasteriũ mõtis cassini qd a beato Bñdicto edificatũ fuerat a lõgobardis destructũ esset: corporaque beatorũ Bñdicti et scholastice ei9 sororis in eodẽ sepulchro tumulata ibidẽ sine vlla veneratione dimissa fuissent: Mimolin9 abbas floriacẽ. diuina relatiõe premonit9. misit aigulphũ monachũ suũ ad predictũ monasteriũ cassinẽ. vt inde corp9 scti Bñdicti floriacũ deferret. Quo tpe etiã ex vrbe cenomanẽ. qdã aduenerãt ad corp9 sancte scholastice trãsferẽdũ: qui aigulpho adheserũt donec Romã insimul puenerũt. Cũ aũt aigulph9 cãm aduẽt9 illorũ didicisset. Ipse uero eisdẽ cur venerat minime reuelasset: cogitauit vtrũque corpus hr̃e posse. Dimissis ergo socijs rome: ipse mõtẽ cassinũ festin9 accessit: vbi nocte orãs sup sepulchrũ sctõrũ lucẽ maximã cõspexit. Mane aũt facto effracto tumulo ossa sctõr̃ Bñdicti et scholastice i sporta collegit: et asportauit. Rediẽs aũt in itinere socios dimissos inuenit: qui audito que vtrũque corpus haberet: corpus ab eo scholastice de grã petierũt. Aigulphus autem hoc facere nõ posse respõdit: nisi abbati suo illud placeret. Sicque cenomanenses secũ vsque floriacũ venerũt: et a mimolino abbate corp9 scte scholastice de grã obtinuerũt. Cũ aũt ossa bñdicti ab ossib9 scholastice alr̃ secernere nescirẽt: singula locula parauerũt: et ossa maiora i vno et minora i alio vti meli9 ei9 visuz fuerit segregatim posuerũt: iudicãtes ex arbitrio maiora maris minora eẽ mulieris. Quo sctõ ipsorũ iudiciũ verũ fuisse: tali exãmine pbauerũt. Nã corp9 defuncti viri sup ossa: que putabãt esse scholastice corp9 aũt defuncte femine sup ossa. que putabãt eẽ Bñdicti posuerũt: Et neutrũ corũ vitã recepit. Cũ aũt econuerso corp9 viri sup ossa maris: corpusque femine sup ossa mulieris collocassent: et orõne pmisissent: vterque mortuorũ cõtinuo viu9 surrexit. Quo miraculo ossa vtriusque vera cognita sunt: cenomanẽses ergo secũ ad ciuitatẽ suã tulerũt corp9 virginis: et floriacẽses monachi in loco suo sepelierũt corp9 abbatis. ¶ Sigibert9 etiã Petronus ciuis nobilis et diues brixiẽ. tpe Gregorij pape scdi cassinũ monasteriũ: qd ãnis. cx. destructũ fuerat: de pprio reparauit. Anno. x. Cõstantini iiij. vt pfat9 Hugo scribit. Cassinẽ. monachi authore karolo magno rege Frãcorũ a Zacharia papa ipetrarũt vt eis corp9 scti Bñdicti a floriacẽsib9 redderet. Qui veniẽtes floriacũ: dũ corp9 leuare vellẽt: tali cecitate percussi sunt: que se inuicẽ videre nõ poterãt: nec adeo visque lumẽ restitutũ est donec intelligẽtes corp9 sctm̃ ibi quiescere velle: id dimittere pposuerũt. Facta est aũt ei9 trãslatio. v. idus iulij.

¶ De sancto Pio papa et mar. Capitulum. lxxii.



Pius papa et martyr: natiõe ital9 de ciuitate aqlcia ex prẽ rufino: Igino pape in epatu romano successit: et sedit annos. ij. mẽses. iiij. dies. xxj. Hic cõstituit hereticũ ex iudeorũ heresi veniẽtẽ suscipi et

baptizari: ⁊ ꝯstitutū de ecclīa fecit. Sub eius ꝑpatu her
mes librū cōposuit: in quo mandatū continetur: quod
ei precepit angelus domini: cū ad eum venit in habitu
pastoris: ⁊ precepit ei: vt sanctum pascha die dominico
celebraret. Quod et ipse pius episcopus constituit. Hic
fecit ordinationes. v. per mensem decēbrū presbyteros
x. diaconos. xxj. ⁊ episcopos per diuersa loca. xij. Sub
eius etiā tēpore Rome due sacratissime germane virgi
nes claruerūt: scʒ potētiana ⁊ praxedis: q̄ etiā sub ꝑsecu
tione Antonini ⁊ Marci martyrij gloriā adepti sunt. Et
sepult⁹ est cū fratrib⁹ suis iuxta corp⁹ beati petri in va
ticano. v. idus Julij. Et cessauit episcopatus dies. xiiij.



¶ De sanctis Eulogio et socijs martyribus. Capitulū. lxxxiij.

Eulogius cū alijs

tribus martyribus apud constātino
polim passi sunt. Quorum dies triū
phi recolitur. v. idus Julij: ⁊ ī marty
rologio adonis scriptum habetur.

¶ De sancto Eulogio presbytero ⁊ cōfessore. Cap. lxxxiiij.



Eulogius presby-

ter alexandrianus: vt ait Hierony
mus: ⁊ Heraclides cogitatiōes ho
minū a deo ipsi reuelatas cognosce
bat: quosdā q̄ eucharistiā sumere vo
lētes a ꝯmunione sacra remouebat:
eis q̄ peccata sua secreti⁹ reuelabat: ⁊
sic illos ad penitētiā ꝓuocabat. Hic
dei amore elephātiosuʒ quēdā ol tē
pore vite sue fouere ꝓmisit. Quē dū
annis. xv. sedule cōfouisset ille diabo
lo ꝑcurāte ingrat⁹ bn̄ficij in eulogio contumelia importa
bilia inferebat. Cū autē eulogi⁹ hūc pp votū emisisset:
hic ꝓpter infirmi īportunitatē ꝑplex⁹ maneret. Anto
niū abbatē vna cū leproso adijt ꝯsulēdū. Qui cū ad mo
nasteriū macarij deuenissent: reperit ⁊ illuc antoniū atti
gisset. Qui ab eo aduocat⁹ ⁊ sup patina ac ꝑseuerātia do
ct⁹: infirm⁹ quoq̄ ab eodē antonio ad gratitudinē est
ꝓuocat⁹: vn̄ ābo ipsi sedato scādalo adinuicē ꝑseuerātes
māserūt: ⁊ ad cellā suā redeūtes post dies q̄dragīta,
Eulogi⁹ idē post triduū ⁊ leprosus spiritū tradiderūt.
Festum autem eulogij agitur quinto idus Julij. Hec he
raclides ⁊ in vitis patrum.

¶ De sanctis Januario ⁊ Pelagia martyribus. Capitulum. lxxxv.



Januarius ⁊ Pe-

lagia martyres apud minorē arme
niā in ciuitate nicopuli passi sūt. Qui
tēpore persecutionis pro cōfessione
nominis christi sub licinio imꝑato
re primo: in equuleo leuati ⁊ diutius
torti. Deinde vngulis crudeliter lace
rati: ac demuʒ in carcere vincti testa
rum q̄ fragmentib⁹ dieb⁹. iij. cruciati
gloriosum martyrium impleuerunt.
v. idus Julij. vt dicit Ado.

¶ De sanctis Hermacora epō ⁊ Fortunato martyrib⁹. Capitulum. lxxxvj.



Hermocoras epūs

⁊ Fortunatus archidiacon⁹ marty
res apud vrbē aquileiā passi sunt im
ꝑante Nerone sub ꝑside seuasto. cuʒ
eni beatus marcus euāgelista apud
eādē vrbē a beato petro apostolo di
rect⁹ multo tēpore ꝑdicasset: ⁊ ad
magistrū reuisendū accedere vellet.
Hermacorem ciuem aquileiēn. eius discipulū a populo
in episcopum electum romam secum adduxit: quem
beatus Petrus loco Marci aquileie episcopum conse
crauit: ⁊ ad ipsum ecclesiam gubernandam destinauit.
Marcum vero alexandriam misit: vt hec omnia dicta
sunt supra in passione sancti marci. viij. kal. maij. Igit
beatus Hermacoras aquileiam veniens ecclesiam suaʒ
feliciter gubernauit: ⁊ plures sacerdotes ⁊ leuitas ordi
nauit. Inter quas fortunatum quendam eius archidia
conem constituit. Ipse autem verbum domini iugiter
predicabat: ⁊ miraculorum insignium gloria clarebat.
Nam ⁊ cecos illuminabat: ⁊ egros quos cunq̄ sanabat:
et obsessos a demonibus liberabat: vnde ⁊ infinitum ex
multis ciuitatibus ad se concurrentem populum con
uertebat. ¶ Cum autem seuastus quidam preses ciuita
tem aquileie ingressus esset: pontifices idolorum accu
sauerunt. Hermacoram episcopum quod templa deo
rum destrueret: ⁊ populum ab eorum cultura subtrahe
ret. Quem preses comprehendi iussit ⁊ sibi presentari.
Cui cum preses suaderet vt deos coleret ⁊ a christi pre
dicatione cessaret. Respondit Hermacoras q̄ ex missio
ne dei ordinatus episcopus non posset quiescere a pre
dicatione xp̄i: vt a diabolo detentos reuocaret ad re
gnum domini. Cum q̄ in cōfessione nominis xp̄i con
stanter persisteret: iussit illū preses extēdi ⁊ neruis cru
dis diutius cedi. Et cū sanctus martyr in his gratias
ageret: ⁊ ꝑsidis tormenta derideret: fecit eū in equuleo
suspēdi: ⁊ pect⁹ eius vngulb⁹ radi: postea precepit lami
nas ferreas candentes eius pectori imprimi: ⁊ lāpades
ardentes laterib⁹ applicari. Et cum ipse multo magis
xp̄m laudaret: populus q̄ vnanimiter exclamaret: quod
sanct⁹ dei sine vlla cā tormēta sustineret. Seuastus fu
rorem populi metuēs eū carceri mācipauit: vbi orante
hermacora lumē ingens per noctē refulsit: ⁊ odor suas
uissim⁹ emanauit. Qd̄ cernens pontianus custos car
ceris conuersus ad christum ⁊ ianua reserata ad pedes
sancti martyris veniam postulabat. Quē sanctus her
macoras vocato fortunato diacono suo: post triduanū
ieiunium baptizauit. Qui egressus se xp̄ianum cepit ꝓ
clamare: ⁊ deos gentiū demonia asserere: vnde et eius
exemplo multitudo populi ad carcerem cōcurrentes
cōuertebantur. Quidā vero vidētes lumē carceris in
de nullatenus discedebāt. ¶ Hec audiens gregorius
quidā nobilis ciuitatis filium suuʒ annorū. xij. qui per
triennium a demonio vexatus fuerat ad sanctum mar
tyrem adduxit: quem ille premissa oratione continuo li
berauit: ⁊ ipsum vna cū patre ad xp̄m cōuertit: ⁊ eniē so
q̄ media nocte ad domū eius ꝑmittēte pontiano: Gre
gorium cum coniuge ⁊ duobus filijs atq̄ cum familia
baptizauit. Deinde ad carcerem sponte redijt: ⁊ instan
tibus presbyteris ⁊ clericis: vt si martyrium preelegis
set vel saltem sibi pastorem concederet: fortunatum ei⁹
archidiaconum illis delegauit. ¶ Hec cum audisset il
lustris quedam vidua nomine alexandria que lumen
dudum amiserat oculorum de cōsensu pontiani nocte
ad sanctum hermacoram in carcerem ingreditur: ⁊ ab
eo mox illuminatur atq̄ conuertitur. Et intra domū
suam cum omni familia a fortunato diacono baptiza
tur. Qd̄ cum preses audisset fortunatum detineri fecit:
⁊ cū hermacora custodia mancipari. Cū q̄ multa mira
cula per eos fierent in carcere consistentes. Seuastus
preses ad suggestionē pontificū timens populum qui
per eos conuersus erat: misit nocte spiculatorē: ⁊ vtros
q̄ in carcere decollari fecit: quorum corpora ac sangui
nem collectum pontianus custos carceris recollegit ⁊
occulte reposuit. Deinde gregorius ⁊ alexandria me
mores beneficiorum susceptorum corpora martyrum
sustulerunt: ⁊ iuxta muros aquileie in agro memorate
Alexandrie cum aromatibus condiderunt. Qui passi
sunt quarto idus Julij.

¶ De sancto Nabore ⁊ Felice martyribus. Capitulum. lxxxvij.



Nabor ꝛ felix martyres passi sunt: ī ciuitate laudeñ. sub maximiano imperatore. Cū eñi idē cesar Mediolani degeret: ꝛ predicti duo milites tanquā xp̄iani eidē accusati fuissent. Impator eos detineri fecit: ꝛ singulatim interrogatos cū eos xp̄ianissimos cognouisset: in carcere p dies .xi. affligi mandauit: ita vt nec panis nec aqua ministraref eisdē: et die .xiiij. eos educi fecit: ꝛ cepit illos ad sacrificia suadere: ꝛ cū nullaten⁹ alos eorū inclinari posset: iterū eosdē in custodia recipi precepit. Post dies vero quatuor de custodia educi: ꝛ extēsos fustib⁹ cedi. deinde naborē in equuleo appendi ꝛ lampadib⁹ aduri: ac vngulis laniari inspectante felice. Et cū hec oīa superasset: iussit eos ambos igne consumi: qui missi in ignē incolumes permanserunt. Pro quo iterū eos carceri mācipauit. Post aliquot vero dies cum imperator pergeret in ciuitatē Laudeñ. iussit sanctos cathenis vinctos ad exemplum christianorū post se trahi: ꝛ post tertium diem ambos extra ciuitatem sibi presentari. Quos in christi cōfessione firmiter pseuerātes: fecit eos primo fustib⁹ cedi: deinde capite puniri. Qui decollati sunt iuxta portā ciuitatis laudensis apud fluuium celeram: quorū corpora quedā matrona sabina noctu rapiēs in eodē loco sepeliuit quarto idus iulij.

¶ De sctō Nasone discipulo. Capi. lxxxviij.



Nason discipulus christi ex antiquis ꝛ priorib⁹ fuit: ꝛ ex lxxij. vn⁹. vt in martyrologio adonis ponit: qui apud insulā cyprū christi euangelium predicauit: ꝛ plen⁹ virtutibus ibidē sancto fine quieuit quarto idus iulij.

¶ De sancto Johele propheta. Capi. lxxxix.



Johel ppheta de tribu rubē fili⁹ fatuel nat⁹ ī agro bethoron eodē tpe ꝛ sub eisdē regib⁹: quibus ꝛ osee pphetauit vz ī dieb⁹ ozie ioathan: achaz: ꝛ ezechie regū iuda. Et sicut ille sub noīe effraim ad decē tribus dirigit vaticiniū suū: q̄ vel samariā vel israel sepe memorat: sic in hoc ppheta: oē qd̄ dr̄ ad tribū iuda directū esse itelligere debem⁹. Descripsit ēn terrā duaꝝ tribuū eruca: brucho: locusta rubigineq; vastandā. Et post euersionē prioris populi predixit spūssancti effusionē futurā sup seruos dei ꝛ ancillas: qd̄ factū est die penthecostes in cenaculo mōtis syō. Et hic in bethorō ī pace mortu⁹ est ꝛ sepult⁹ iij. idus Junij. Hic ppheta ex numero duodecim pphetarū colligit q̄ minores appellari in sanctorū patrū catalogo Ecclesiastici xlix. c. ostenduntur. Hec Joseph⁹ ꝛ Hieronym⁹: ꝛ ex historia scholastica.

¶ De sctō zorobabel duce. Ca. xc.



Zorobabel fili⁹ salathiel dux ꝛ princeps iudeorū de tribu iuda: inter veteris legis pres Ecclesiastici. xlix. c. cōscribit. Hic tpe reedificatiōis templi dñi ī hierusalem fuit: ꝛ sub dario hydaspis rege persarū claruit. Cū enī vt habet in libris Esdre ꝛ Neemie: cyr⁹ rex psarū ꝛ medorū āno pmo regni sui dedisset iudeis licētiā redeundi ad terrā natiuitatis sue: q̄nquaginta fere milia eorum duce zorobabel ꝛ iesu magno sacerdote: de q infra pxime dicet: ꝛ de chaldea vbi captiuati fuerant: in iudeam reuersi sunt. Et afferētes secū vasa templi dñi aurea ꝛ argentea .M. cccc. que reddiderat eis Cyrus rex persaꝝ: ceperūt edificare templū dñi in hierusalem verū impedientibus samaritis intermissum est opus vsq; ad annū scḋm darij hydaspis: igit anno primo darij predicti: zorobabel fili⁹ salathiel vnus de nobilioribus iudeorū familiaris quodam ipsius darij: cū audisset qd̄ darius ipse regnaret in pside: fiducialiter aggressus est templum domini edificare in hierusalem: aggeo ꝛ zacharia prophetis ad hoc exhortātibus populum iudeorū. Principes vero regis persaꝝ: qui erant trās flumē hoc agnoscētes: interdicebāt reedificationē. Cūq; respondissent seniores iuda q̄ de⁹ su⁹ hoc eis preceperat: placuit vtrisq; vt res ad dariū regē persarum deferretur. Et ascēdit zorobabel cū nuncijs principū ad regē qui honoratus est a deo vltra q̄ sperabat. Nam cum alijs duob⁹ cubicularijs in regis cubiculo dormiebat. ¶ Porro darius rex cenas exhibuit satrapis ꝛ prefectis persarum ꝛ medorū ac magistratib⁹. cxxvij. puinciarum. Eadē nocte expergefactus rex proposuit questionē tribus custodibus corporis sui q̄ de tribus fortius videretur. scȝ rege: vino ꝛ muliere: pmittens munera ꝛ honorē ei qui sapientius responderet in crastino. Die vero sequenti coram satrapis ꝛ magistratib⁹ accesserunt illi tres: ꝛ ait primus regē esse fortiorē ceteris. Cū enī homo presit cunctis animantibus rex preest hominib⁹ ꝛ ad nutū eius omnia fiunt. Secūdus aūt protulit vini fortitudinem: q: cum homo psit ceteris in fortitudine: vinum superat oēm animi fortitudinem. zorobabel vero tertius mulierē fortiorem rege vinoq; asseruit. Nam regibus ꝛ eis qui vites plantant: mulieres vinum cōferunt ꝛ ad alimoniam et ad robur vsq; producunt: ꝛ pro mulieribus animas ponere non timent homines. Super hec autem omnia veritatem dixit esse fortiorem: quia immutabilis ē ꝛ sempiterna. Qd̄ cum ab omnibus iuxta dictum huius approbatum esset: dixit rex ad zorobabel: vt peteret ab eo quicq̄d vellet. Et postulauit templi reedificationē: ꝛ vasa domus domini remitti in hierusalem. Et gauisus est rex. Nam idipsum meminit se vouisse anteq̄ fieret rex si deus faceret ipsum regem. Et scripsit epistolam principibus suis trans flumen: vt nullatenus impedirent iudeos: sed de sumptibus regis iuuarent eos. Qui zorobabel reditum faciens per chaldeam contribulibus suis regis mandata patefecit. Et ascenderunt multi tunc hierosolymam cū eo. Et sic laxata captiuitate iudei ceperunt reedificare templum dñi in hierusalē: anno secundo darij hydaspis regis persarū: quasi anno .vi. ipsius consummatū est: qui erat quadragesimus sextus a prima licentia quam dedit cyrus rex persarū reedificandi illud. Juxta quod in euangelio legitur. Quadraginta et sex annis edificatum est templū ꝛc. Conuenerunt aūt filij israel ad dedicationē templi: ꝛ dedicauerunt illud mēse .xij. qui apud latinos martius dicitur .xiij. die mensis. Et celebrauerunt pascha secundum legem domini. De arca vero quomodo receperunt eam incertum est. Sed si verum est quod epiphanius dicit eam vsq; ad iudicij diem non egressurā de latibulo petre: in qua eam hieremias abscondit: vt dictum est supra in legenda Hieremie prophete. kalend. maij. Certum est quod iudei instar prioris edificauerunt alteram. Nam inter manubias quas tulerunt romani de iudea leguntur translata: ꝛ arca domini ꝛ candelabrum ꝛ mensa. Completo vero templi edificio zorobabel in hierusalē principatum tenuit iudeorum. Quo feliciter administrato cum patribus suis in pace dormiuit: ꝛ sepultus est in hierusalem iuxta sepulchra regalia. Hec ex dictis iosephi ꝛ Hieronymi ꝛ ex historia scholastica: necnō ex chronicio guilelmi.

¶ De sancto Jesu sacerdote. Ca. xcj.



Esus filius iosedech sacerdos iudeorū de gñe Aarō ex tribu leui tpe quo supra i iudea claruit. Hic em̄ anno pmo cyri regis persarū cū zorobabel duce ⁊ iudeorū populo de chaldea egressus in iudeā venit. Et reedificatiōi atq3 cōsummatiōi tēpli dñi pñuit ⁊ pseuerauit vsq3 ad annū .vi. darij. hydaspis regis psarū. Tēplū ēt renouatū ipse vt summ⁹ sacerdos dedicauit. Et officiū sacerdotale scdm legis mādatū administrauit. Et hic in pace quiescens in hierusalē tumulatus fuit. Qui ⁊ ecclesiastici .xlix. c. vna cū precedēte sancto in catalogo sanctorū patrū cōnumeratus legit ⁊ zacharie .ii. c. multipliciter de sanctitate cōmēdat. Quos duos sctōs Esdre sacerdoti idcirco pmisi: q2 dies obitus ipsorū certos reperire nō valui. Nā ⁊ ipm esdram modico tpe precesserūt: cui⁹ dies festiuitatis immediate subiicit. Hec vnde supra.

De sancto Esdra sacerdote. Cap. xcij.



Esdras sacerdos Aaron de tribu leui teste a Josepho q̄ a beato Hieronymo in sanctorū patrū prisci tpis numero colligit. Cui⁹ insignia opera in ei⁹ libris recolunt. Hic sub artaxerse rege psarū claruit: qui in chaldea legē moysi a chaldeis succensam quā memoriter didicerat reparauit. Nouos quoq3 apices litterarū q̄ faciliores ad scribendū ⁊ pnūciādum fierēt excogitauit. Et pp hoc scriba velox dict⁹ est. Addidit etiā quedā in veteri testamēto de suo sicut titulos psalmorū ⁊ plura que in penthateuco leguntur. Sic quoq3 intelligēdū est ipsum quedam superflua subtraxisse. Tradit etiā quidā modum scribēdi a dextera in sinistrā cū iudeis tradidisse: cum pri⁹ ad modū arantium scriptitarēt: vnde ⁊ scriptura exaratio solet dici. Scribebāt em̄ a sinistro cornu in dextrū ⁊ a dextro redeūdo scribebāt in sinistrū. Esdras autē inuenit gratiā in oculis Artaxersis regis persarū: ⁊ impetrauit ab eo licētiam ascendendi in hierusalem: vt in lege quā reparauerat populū suū erudiret. Tradidit ergo ei rex epistolā ad suos principes trans flumen vt traderēt Esdre necessaria: ministros vo tēpli ab omni vectigali ⁊ tributo absoluit. Dedit autem Esdre potestatē amouēdi ⁊ cōstituēdi iudices trans flumē sm sapientiā suā: ⁊ puniēdi cōtumaces ⁊ fuerūt cū eo .clxx. viri ⁊ venerūt in hierusalē mēse .v. Et sederūt trib⁹ diebus. Quarto vero die obtulerūt: q̄ secū attulerāt in domo dñi. Et sic adiurauit Esdras sacerdotes principes ⁊ leuitas vt proiicerēt vniuersas mulieres alienigenas: ⁊ eos q̄ de eis nati erāt: nā plures filiab⁹ alienigenarū se copulauerāt. Fuit aūt Esdras eruditissim⁹ legis diuine ⁊ clarus magister oīm iudeorū qui de captiuitate regressi fuerāt vt dicit Josephus. Primo autē die scenophegiarū q̄ celebrant mēse septimo: legit Esdras coram oī pplo librū legis dñi iuxta portā aquarū de mane vsq3 ad mediū diē. Scda vero die iuxta preceptū legis tollētes arborū frōdes celebrarūt festū tabernaculorū .vii. diebus. Die vero .viii. fecerunt collectā quo ad oleū ⁊ panes propositos ⁊ ligna ad sacrificia. Post hec iuxta legē separauerūt alienigenas ab ecclesia ⁊ in crastinū in emundatione ieiunarūt: iuxta qđ Esdras illis mandauit. Conuenerunt in octies ad audiendam legē: quater vz in die: ⁊ quater in nocte: ⁊ lectiōe terminata populus stermabat ad orādū: ⁊ fiebāt preces super eū: ⁊ tādem benedictio sacerdotalis. Correxit autē Esdras populū: ⁊ erudiuit in lege dñi oib⁹ dieb⁹ quoad vixit: ⁊ officiū sacerdotale strenue ministrauit: cui q3 popul⁹ in cūctis obediēs fuit. Et mortu⁹ Esdras in senectute veneranda: ⁊ sepult⁹ in hierusalē .iij. idus iulij. Hūc quidā iudeorū autumāt fuisse malachiam sed male. Nam malachias post regressum captiuitatis natus est in iudea: vt dicit Hieronymus. Hec ex libro Esdre ⁊ ex dictis iosephi: hieronymi ⁊ historie scholastice necnon ex chronica Guilelmi.

De sancto Neemia propheta. Ca. xciij.



Neemias propheta fili⁹ Helchie qui etiā inter sanctos patres veteris legis ecclesiastici .xlix. connumerat tpe regis artaxersis predictis iudea claruit ⁊ Esdre contemporaneus fuit. Cū em̄ esset pincerna regis i susis castro medorū: ⁊ vidisset peregrinos hebraice loquētes: sciscitat⁹ est ab eis de statu iudee ⁊ hierusalem: ⁊ accepit ab eis vrbē esse sine muris ⁊ habitare in ea pplm dei in afflictione. Nā per diē sustinebāt impetū hostiū ⁊ noctibus intrabāt latrunculi: ⁊ plateas implebāt cadauerib⁹ occisorū. Et fleuit Neemias: ⁊ cibū non comedit. Cū regi vinū in mēsa leuaret: apparuit quasi languid⁹ ante eū. Et cū ipsum rex tristicie interrogasset: ⁊ ille q3 sibi audita exposuisset: obtinuit a rege vt mitteretur Hierusalē ad muros edificādos: cōstitutoq3 ei reuertendi tēpore dedit ei rex epistolā ad principes trās flumē: ī q̄ mādauit de honore Neemie exhibēdo tāq3 duci ⁊ legato de latere ⁊ de impendijs vrbis reedificande: ⁊ misit cū eo principes ⁊ equites plures. Anno igit .xx. artaxersis venit Neemias in Hierusalē cum magno comitatu: reducēs secum multos de filijs captiuitatis dum trāsitū facerēt per Babyloniam. Et siluit Neemias tribus dieb⁹: quarta vero die cōuocata multitudine allocutus est eos ⁊ exhortat⁹ ad opus. Et edificātibus ipsis consummatum est op⁹ per annos duos ⁊ menses .iiij. ⁊ in magna angustia ⁊ plurib⁹ impedimētis. Primo enim finitime nationes in manu forti aggrediebant eos. Neemias vero mediam partē populi armatā statuit extra ciuitatem vt sustinerent impetus aggredientium: alia autem media pars edificabat. Scdo etiā orta est fames i terra: ⁊ obligatur se popul⁹ tributis sub vsuris: sed agros ⁊ vineas vēdere cōpulsi sunt: tandem etiā filios ⁊ filias. Tertio autē impedimētū fuit q principes trans flumē iudeis inuidētes: corrupuerunt munerib⁹ quosdā de senioribus vt Neemiam occiderent. Quod cū nequirēt variis cum terrebāt rumorib⁹ vt sic ab opere cessarēt. Tandē autē non preualuerūt aduersus eum: q2 man⁹ dñi erat cū eo. Postq3 autē edificatus est murus quia precepit neemias vt clauderētur porte ante solis occasum nec ante ortū aperirētur. Cum autē mēsis .vii. immineret: qui fere totus apud iudeos solēnis est: ⁊ cōuenerūt oēs iudei in hierusalē quasi vir vnus. Cumq3 accepisset neemias q nō haberent ignē de sublimi: ⁊ traditumq3 esset ei a seniorib⁹ q Hieremias propheta tpe captiuitatis hierusalem abscōdisset stipites altaris ⁊ prunas in inferiorib⁹ terre in valle Josaphat: iuit ad locū ⁊ eruderato puteo inuenerūt stipites ⁊ prunas atq3 aquam crassam: tollentesq3 ea sup struem lignorū ⁊ hostias q̄ erāt super altare proiecerūt ⁊ statim erupit ignis. Orabāt em̄ sacerdotes Jonatha incohoante: ceterisq3 respondentib⁹: neemias quoq3 specialē edidit oratione. Deinde neemias ⁊ Esdras cū populo processerūt ad dedicationem murorum. Quibus omnib⁹ rite peractis neemias reuersus est ad dñm suum regē persarum anno .xxij. regni eius. Et post longā etatē apud psides dormiuit in pace. Sepultus iuxta sepulchra regalia. Hec ex libro neemie ⁊ ij. Machab. ij. c. ⁊ ex alijs voluminibus quibus supra. Hic neemias q2 dies dormitiōis ei⁹ necubi reperit: Esdre ei⁹ cōtemporaneo merito copulat.

De sancto Sila discipulo. Ca. xciiij.

Silas di



Silas discipulus de.lxxij.vnus:vt plurimi asseuerant vnus fuit ex primis fratribus et vt d: Actuū.xv.ab apostolis dsū cum barnaba z iuda ad ecclesias gentiū destinatus. Cū autē Paulus a barnaba diuisus esset:ade silas ab apostolo in ministeriū assumptus:pdicationis officiū gratia dsū plenus inst.inter consummauit atq; in passionibus suis xpm glorificans:postmodū apud Macedoniā requieuit.iij.idus Juli. Hic cū eps corinthiorū ab apostolo cōstitutus fuit:qui z siluanus fuisse a quibusdā fertur:sed falsum est:quia ille Thessalonice:hic Macedonie quiescit.

¶De sancto Anacleto papa z martyre. Ca.xcv.



Anacletus papa z martyr:natione Grecus de Athenis ex patre antiocho Clementi primo Romano pōtifici in epatu successit: z sedit annos.ix.mēses.ij.dies.x.De isto tacet Eusebius in chronicis:et dicit q anacletus ipse est, qui et cletus. Sed damasus papa in chronicis Romanorū pōtificū quas scribit hieronymo: ponit eos diuersos z dicit quod cletus fuit natione roman⁹:Anacletus natione grecus.Hic memoriā beati petri apostoli cōposuit z cōstruxit:fecit z alia loca vbi epi recēderent sepulture.¶Hic a beato petro adhuc viuente presbyter ordinatus est.Hic cōstituit vt clericus nec comā nec barbā nutriat.Constituit etiā vt nō minus q a trib⁹ epis ordinaret eps:z vt ordinationes clericorum palam fierēt psente plebe:z vt inimici vel suspecti nō possint accusare presbyterū.Hic etiā pontifex oēs fideles monuit per epistolā.vt presbyteri pre ceteris honorentur:dicens q deo sacrificātes nō debent vexari s; portari:atq; ab omnibus honorari.z qd presbyteri qñ sacrificant secū testes habeant maxime epm:vt deo perfecte sacrificare probent.Hic fecit ordinationes duas per mensem decembriū:presbyteros quinq;:diacones tres:episcopos per diuersa loca numero.vj.Qui sub nerone imperatore martyrio coronatur.Et sepultus est iuxta corpus beati petri in vaticano tertio idus Julij.Et cessauit episcopatus dies.xiij.

¶De sancto Eugenio epo z socijs martyrib⁹. Ca.xcvj.



Eugenius episcopus carthaginiēsis.cū alijs pluribus.vt in secundo historie aphricane victor aphricanus dicit:sub hunerico.rege vādalorum arriano passus est. Hic huneric⁹ ad instantiā Zenonis imperatoris z placide auguste ecclesie carthaginiēsi.que p annos.xxiiij.epo vacauerat cōcessit vt sibi catholicū epm ordinaret:vnde z tūc eugeni⁹ electus est. Qui cū ecclesia pdica ret:z ab arrianis phiberi nō posset.Huneric⁹ rex in ecclesie forib⁹ viros statuit:qui oēs catholicos ad ecclīā accedētes palis in crinib⁹ iactatis z cōtortis cutē cū capillis abstrahebāt.Quorū aliq oculos amiserūt:aliq in ipso dolore defecerūt.Inde psecutiōe aggrauata:dirigūt catholici ad cāpū vticēsium:vt cespites messiū desiccarēt: quatin⁹ sub ardore solis deficerēt.Qui magis in xpo iocūdabant.Nā z qdā manū habēs aridā ibidē missus ad opa sanat⁹ est z cū alijs opabat.¶Post hec hunericus catholicos diuersis psequēs penis:nocētū eps cū plurib⁹ ci⁹ clericis flāmis cruciat:vxorē theodorici fris sui z gersericū nepotē suū occasiōe repta peremit.Inde oēs milites catholicos militia soluit:z domib⁹ eoz diruptis ac subitātijs psiscatis in insulis sardinie z sicilie eos relegauit.Episcopozū defunctozū bona fisco adiecit:nec aliquos ordinare permittebat nisi grauem sibi summam exoluerent:virgines sacras nudatas:et per plateas tractas diuersis penis ignis ferri z verberum attractabat.Episcopos psbyteros:z clericos.cccclxvj. ad exilium eremi desi.nauitanter quos erant senes et decrepiti:et felix episcopus abarranus habens in episcopatu annos.xliiij.paralysi percussus Eugenio autē in exilium constituto mandatum est:vt cum omni suo clero carthagine veniret de fide sua cum arrianis disputaturus vt inde contra eum occasionem haberent.Qui veniens cum nutu dei sapienter hereticos cōfutasset ecclesie catholice per omnem aphricam clauduntur:episcoporum catholicorum substantie arrianis traduntur: z oēs catholici nudi:z vibibus excluduntur:nudiq; sub aere iacere dimittuntur. Inde eqs velocissimis sine freno vel sella plures supmittūt:vt eqs discurrētib⁹ macerarētur:post hec iurare cōpulsi fidelitatē filio Hunerici:q iurare noluerunt corsicam relegāt ad ligna p naui bus incidenda:q vo iurauerūt redarguti q 3 textum euāgelij iurassent:ad diuersos agros colēdos deputati sunt. Sanctus autē Eugenius cū vniuerso clero suo q erāt ampli⁹ q.cccc.inter quos qplurimi erāt lectores infantuli cede z inedia macerati exilio depellūt:z ibidē in pace vitā martyrio cōsummātes.Regnauit autē sceleri⁹ Huneric⁹ annos.vij.mēses.x.z post hec ebullies vermib⁹ infeliciter expirauit.Festū aūt eugenij z sociorū recolitur tertio idus Julij.Hec aphricanus.

¶De sancto Henrico imperatore primo et confessore. Capitulum.xcvij.



Henricus imperator primus scds autem rex Romanorum:fuit primo dux Noricorum. Qui imperauit annis.xxij.et mensibus.v.et vacauit imperium annos ij.Hic vxorem cunigundem nunq cognouit:sed vna secum virgo pmāsit. Quodam vero tpe instigante diabolo de quodam milite ipsam suspectam habēs super candentes vomeres.xv.pedū via nudis plantis illam incedere cōpulit.Qui cum se dno cōmēdasset:vox de celo sonuit:q virgo maria ipsam virginē liberaret.Totā igitur cadentem massam illesa percurrit:z sic suspitio cessauit.Hic imperator cū adhuc esset dux visionē habuit q ad sepulchrū sancti Wolfgangi Ratisponēsis orare:z in pariete scriptū videret hoc solū verbū:post sex. Quod ex hoc cogitās se post dies.sex moriturum:ipsis trāsactis.vj.hebdomadas:deinde.vj.mēses.deinde.vj. annos cōputans mortē sibi infallibiliter expectabat. Sexto igit anno circa finē dum mortē prestolat imperator eligit:qui se totū diuino cultui dedicās:ecclesias reparat:nouas edificat z dotat:z precipue Bamburgēsi. ecclesiā cathedralem.Orationis gratia visitat monasteriū Cassinēse.dum vitio calculi laboraret.Cui sanct⁹ benedict⁹ apparēs ipsum a calculo liberauit:sed in signū miraculi charaterem manere permisit.¶Hic sanctus imperator sororē suā in cōiugiū tradidit stephano vngarie regi:z ex hoc ipsum z regnū ad fidē cōuertēs. Qui ad extrema deueniens:vxorē cunigūdem virginē parētibus resignauit.Et dormiuit in pace pridie idus Julij.anno regni sui.xxiij.vite vero sue.lij.anno autem gratie.xxiiij.Uxor autē ei⁹ in sctō pposito perseuerauit z ambo pariter in Bamburgēsi.ecclesia sepulti sunt miraculis clarentes.¶Fert quoq; q cū obijsset sctūs Henric⁹:multitudo demonū ante cellā cuiusdā eremite trāsibat:q aperta fenestra interrogauit vltimū quidnā esset. Cui ille rndit:q legio demonū erat:q ad mortē cesaris pperabāt:sī forte aliqd ppaū in eo inuenire pos-

sent adiuratur quoq; vt ad se redeat. Qui rediens dixit: q nihil profecerat: quia dum falsa vxoris suspitio et alia bona, et mala in libra fuissent posita gentilis ille Laurentius ollam auream immensi ponderis attulit: et cum demones superasse iam viderentur: alia iactata pars altera libre maxime ponderauit. Sicq; demon ille iratus: vnam aurem olle preruperat. Ollam calicem vocabat: quem dictus Cesar ecclesie Meulen. in honorem sancti Laurentij fieri fecerat: cui propter magnitudinem due aures inerant. Repertum est autem et tunc imperatorem migrasse: et aurem vnam calicis fractam esse.

De sancto Phoca epo et martyre.

Capitulum. xcviij.



Phocas episcop⁹ et martyr: passus est in ponto ciuitate sub traiano imperatore. Hic primus artem gubernatoriam exercuit: deinde diuina dispositione ad episcopatum sinopis ciuitatis peruenit. Cumq; traianus imperator in partibus Armenie christianos persequeretur. Aphricanus eius prefectus Phocam epm in vrbe ponto degentem detineri fecit: et sibi presentari. Quem cum multis exhortationibus ad deorum sacrificia inuitasset Phocas epus longa sermonis disceptatione Aphricanum confundebat: et deos gentium demones affirmabat. Cum autem prefectus ei supplicia diuersa comminaretur: orante sancto immensus imber effusus est: terraq; concussa: grando: fulgura: ac tonitrua terribiliter irruperunt. Aphricanus nimio terrore perterritus spiritum exhalans mortuus cecidit. Christiani autem assistentes ingentem lucem de celo fulgentem cernunt: et angelos tres igneos sancti epi later. assistentem: ipsumq; exhortantes et exinde celos aduolantes. Quibus miraculis Therentiana vxor prefecti cum filiis. v. Phoce pedib⁹ aduoluta veniam ac vitam viro exanimi supplicabat. Qui oratione premissa Aphricanum suscitauit: et cum omni familia ad xpm conuertit: que cum traianus imperator audisset. Phocam comprehensum exhortabatur: vt diis immolaret. Phocas autem petiit sibi ipsos deos ostendi. Sed cum imperator ipsum ad templum introduxisset. Sanctus martyr non solum rationibus: sed experimento ipsos non deos: sed simulacra insensibilia comprobauit: propter quod indignatus traianus ipsum in ligno suspendi fecit: et torqueri: atq; vngulis ferreis vsq; ad nudationem ossium lacerari: quem orantem vox celica confortauit. Imperator audita voce pertimuit: phocamq; in carcerem trudi fecit: et centurionem nomine crispinum cum mille militibus ad custodiam eius adhibuit. Orante vero sancto media nocte lux ingens de celo refulsit et ianue carceris patefacte sunt. Quod cum vidissent centurio et milites eius mille conuersi sunt ad xpm. Phocas vero ipsos extra muros ad littus maris adduxit: eosq; omnes baptizauit: et dehinc ad carcerem rediit. Die vero sequenti traianus ipsum eductum et neptuno deo marino sacrificare renuentem in caminum ignis ardentis immitti iussit: ibiq; per tres horas sine vlla lesione perdurauit: indeq; diuino iussu exiuit: quem imperator in thermas ante triduum accensis intromitti fecit: vbi cum orasset ad dominum spiritum emisit: corpus vero intactum a calore permansit: quod etiam nimio odore fragrabat. Balnea vero quasi glaciali rigore congelata sunt: quo cum traianus intrasset: huiusmodi miraculo vidit stupefactus admodum exiuit. Cum thermarum ianua sanctus Phocas lucidus apparuit: et predixit: quod post triduum moriturus esset et ad inferna descenderet. Statimq; traianus febrium calore vexatus: post triduum: vt phocas ei predixerat expirauit. Corpus autem sancti martyris in galiam ciuitatem armenie delatum ibidemq; sepultum est qui passus est pridie idus iulij.

De diuisione. xij. apostolorum. Cap. xcix.



Diuisio apostolorum ad predicandum idibus iulij celebratur: quia eo die duodecimo anno post ascensionem dni ad euangelizandum verbum dei per mundum diuisi asseruntur vt impleretur oraculum psalmiste dauid qui l omnem terram exiuit sonus eorum et c. Nam oriens cessit thome et Bartholomeo. Meridies Simoni et Mattheo: Aquilo Philippo et Thadeo. Medium mundi Mathie et Jacobo iusto. Mediterranei maris prouincie Joanni et Andree. Occidentis regna petro et Jacobo zebedei. Tot⁹ mundus paulo apostolo datus est: sicut quod in ei⁹ collecta ecclesia asserit dicens. De⁹ qui vniuersum mundum beati Pauli apostoli predicatione docuisti et c. Et cantatur in hoc festo in missa epistola. Corde enim creditur ad iustitiam. Ro. x. Et euangelium. Euntes in mundum vniuersum. Mat. vlti. cap. que solennitati maxime conueniunt.

De sanctis. lxxij. discipulis. Cap. c.



Septuagintaduo discipuli xpi ad instar. lxxij. linguarum ab ipso electi post ascensionem domini ad predicandum verbum dei et ipsi per singulas qualeq; orbis terre prouincias et ciuitates diuisi sunt et multarum vrbium episcopatus tenuerunt. Quorum nomina hec sunt. Lucas euangelista: de quo grecus expositor visibiliter inquit: verbotenus xpm viderit. Cumq; veritatem agnosceret verus efficitur christi discipulus plurimum cum magistro commoratus. Cleophas de quo Luce. xxiiij. fit mentio. Hi enim duo ibant in emaus: vt innuit Gregorius in prefatione moralium: ita dicit Theophil⁹. Ambrosius vero dicit alium fuisse. Barnabas cui⁹ paulus in plurimis meminit et legitur in actib⁹ aplorum in multis locis. Mathias qui pro Juda aplorum numero surrogatus est: vt dicitur Act. j. Thadeus qui ad Abagarum missus est. Non enim hic fuit ille qui et iudas dicitur frater Simonis apli sed alius. Hos quatuor ponit Eusebi⁹ primo lib. cap. xv. Sequentes vero ponit abbas dorotheus. Quorum nomina hec sunt. Ananias qui Paulum baptizauit Act. ix. et fuit postea epus damasci. Stephan⁹ prothomartyr qui prim⁹ fuit inter. vij. diacones. Philippus vn⁹ ex. vij. diaconib⁹ qui simonem et eunuchum baptizauit: et fuit epus in Thracia scribit. Procorus vnus ex. vij. epus Nicomedie Bithinie. Nicanor vnus ex. vij. qui eadem die cum aliis duobus mortuus est: qua et prothomartyr Stephanus. Parmenas vnus ex. vij. qui dormiit in Nisibi. Nicolaus vnus ex. vij. fuit epus Samarie: sed apostatauit hereticus factus: a quo et secta nicolaitarum quos Joannes apocalipsi redarguit. Simon vnus ex vij. qui fuit epus Tyri et Sidonis. De his omnib⁹ habetur Act. vj. Titus in creta epus fuit ibiq; predicans sepult⁹ est. De hoc sepius apls mentionem facit: et huic specialem epistolam dirigit. Syluanus cum Paulo predicauit: epus Thessalonice ibiq; dormiuit: de quo prima Thessal. j. cap. Charibes epus Calcedonie: qui incalifac⁹ est. Ephenetus de quo Ro. xvj. epus Cartagin. fact⁹ est. Andronic⁹ de quo Ro. xvj. epus Pannonie fact⁹ est. Amplias de quo vbi supra epus edesse fact⁹ est. Vrbanus de quo ibidem epus Macedonie fuit. Statius de quo ibidem quem Andreas apud pontum mare nauigans in argicapoli Thracie epm constituit. Apelles de quo Ro. xvj. epus Eraclie fact⁹ est. Phileet⁹ vel philegus epus ephesi fuit eumq; Simonis magi vestigia secutus: vt habetur. ij. Timothei. ij. Hermogenes epus Megare factus est similis precedentibus hic. ij. Timothei. ij. Demas de quo ibidem dicit: qui apostatauit et sacerdos idolorum in Thessalonica factus est. De his prime Joan-

lis primo. Ex nobis prodierūt: sed non erāt ex nobis. ¶ Ampliat⁹ ep̄s Smyrne fuit ante policarpū: cui apostolus memi nit in epistola ad Romanos. ¶ Aristobolus de quo Ro. xvj. Bethanie ep̄s fuit. ¶ Narcissus de quo ibidē qui et athenarū ep̄s fuit. ¶ Eracl⁹ qui ep̄s epatre fuit de quo vbi supra. ¶ Cicis qui apud Sallaz predicauit. ¶ Agabus de quo Actuum. xxi. qui prophetico charismate dignus fuit. ¶ Rufus vel ruf. rius de quo Romā. xvj. qui et Thebarū ep̄s fuit. ¶ Asyncrit⁹ de quo Ro. xvj. qui hyrcanie ep̄s fuit. ¶ Phlegontias de quo ibidē: qui et Marathonis ep̄s fuit. ¶ Patrobas de quo ibidē: qui ep̄s petonum fuit. ¶ Hermes de quo ibidē: qui Philopoleos ep̄s fuit. ¶ Linus qui fuit post beatum Petrum Rome ep̄s: de quo. ij. Timothe. iiij. ¶ Gaius q̄ ephesi ep̄s fuit: de quo Ro. xvj. ¶ Philologus qui ab Andrea ep̄s sinopis factus est: de quo Ro. xvj. ¶ Erphatus qui Rome simul cū Paulo vinctus: et post eius martyriū decollatus est. ¶ Lucius de quo vbi supra: qui ep̄s laodicie que est in syria fuit. ¶ Jason de quo ibidē: qui et ep̄s tarsi factus est. ¶ Sosi pater vt dicit dorothe⁹ ep̄s iconij fuit: sed origenes in prima glosa dicit: q̄ primus ep̄s Thessalonice fuit traditione maiorū: de quo Romā. xvj. ¶ Tertius qui scripsit epistolā ad Romanos dictante Paulo: de quo Ro. xvj. et secūde Timoth. iiij. et Actuū. xix. ep̄s meaidi fuit post Hierosolymorū dispersionē. ¶ Quartus de quo Ro. xvj. ep̄s fuit Beritiū. ¶ Apollo de quo prime Corin. primo qui ep̄s Cesaree fuit. ¶ Sosthenes de quo prime Corin. primo qui et Colophonie fuit ep̄s. epaphrodit⁹ Andriace ep̄s fuit de quo Phil. iiij. ¶ Titicus de quo Col. iiij. q̄ colophonie ep̄s fuit. ¶ Cesar de quo Phil. iiij. qui et dirrachij ep̄s fuit. ¶ Marcus bernabe cōsobrinus q̄ de duabus sororibus nati sunt: dicit gl. Col. iiij. et de hoc ibi in textu mentio fit: ep̄s fuit Apolinadis. ¶ Jesus qui dicebatur iustus: de quo. iij. libro ecclesiastice historie clētipoleos ep̄s fuit. ¶ Antonias de quo Timothe. iij. qui et Lisine ep̄s fuit. ¶ Clemens de quo Phil. iiij. primus ex gentibus credens: episcop⁹ sardicēh postmodū pōtifex Roman⁹. ¶ Onesimus de quo prime Timoth. j. qui et Coronis ep̄s fuit. ¶ Carpus de quo prime Timoth. iiij. q̄ et berrie que est in thracia episcopus fuit. ¶ Enodi⁹ qui post petrū apostolū antiochie episcop⁹ fuit. ¶ Aristarchus de quo Col. iiij. et Actuū. xx. qui apamie episcopus fuit. ¶ Marc⁹ q̄ et Joānes de quo Actuū. xiij. et ij. Timothe. iiij. et ad Philem. vnde: qui et biblij episcopus fuit. ¶ Zenas vel zena: de quo Timothe. iij. qui nomicus. i. legista vel legisperitus dict⁹ est et diospoleos episcop⁹ fuit. ¶ Philemō ad quē apostolus scripsit epistolā q̄ et gaze episcopus fuit. ¶ Aristarch⁹ alter de quo ad Philemonem. ¶ Pudens de quo ij. Timothe. iiij. ¶ Trophinus de quo ibidē. Hi tres in omnibus persecutionib⁹ apostoli cōpatientes: in fine rome post eum decollati sunt. ¶ Marcus euangelista qui in roma euangelium ex ore Petri scripsit. ¶ Candacis eunuchus regine ethiopū: de quo Actuū. viij. in arabia eudomie predicauit et in probani insula q̄ est in mari rubeo: testimonio habet q̄ ibi martyrizatus est. Hec beatus Dorotheus existens rome in monumentis descripsit: que in lingua romanorū translata sunt in grecum: vt essent omnibus manifesta. Verum frater vincentius dicit q̄ ex numero. lxxij. fuerūt sancti Saturn⁹. Potentian⁹. Altinian⁹. Maximin⁹ et Joānes senior: vt scribit policarp⁹. ¶ In martyrologio quoq̄ ponitur Andronicus festum agitur. viij. kalendas martij. ¶ Rufus et zosimus quorū festū agitur. xv. kalē. ianuarij. ¶ Prosecutus cuius festū agitur kal'ē septembris. ¶ Joseph qui cognominatus est iust⁹: cuius in vita sortitus est actuū primo cuius festū agitur. xij. kalēdas augusti. ¶ Jason antiquus xp̄i discipulus. iij. idus iulij. ¶ Silas ep̄s corinthi. iiij. idus iulij qui innuitur esse filius vniuers. sed falsum est: q̄ ille thessalonice hic macedonie q̄ fuit. ¶ Euphrates. xiij. kalen. augusti de quo colosē. iiij. et ad Philemō. ¶ Martialis Lemouicēn. et

Sidoni⁹ vel Cedonius qui fuit cecus natus: qui sepult⁹ est cū maximino. ¶ Et lazar⁹ q̄ fuit ep̄s massilie⁹ fuit de xp̄i discipulis. ¶ Et sctūs vrsin⁹: qui dr̄ fuisse nathanael: quē xp̄s cōmendat ioānis. j. qui missus est ad bituricas. ¶ Et sctūs iulian⁹ q̄ dr̄ fuisse simō leprosus: q̄ et cenomanis p̄dicauit. Sz vt scribit euāgelista vbi supra cap. xv. plures q̄. lxxij. discipulos xp̄i fuerūt: si obseruetur ea q̄ Paul⁹ scribit. Corinth. xv. dñm apparuisse plusq̄ quingentis fratrib⁹ simul etc.

¶ De sanctis Quirico et Julita ei⁹ matre martyribus. Capi. cj.



Quiric⁹ puer et Julita ei⁹ mater apud tarsuz cilicie passi sunt sub Alexandro imperatore. Fuit enim Julita illustris matrona de iconio ciuitate lycaonie: persecutores declinare cupiēs in tarsuz cilicie cū puero suo Quirico: q̄ triū erat annorum venit vbi detētā alexādro presentat filiū gestās in vlnis: quē due famule sue videtes fugerūt et eā p̄tin⁹ reliquerūt. Imperator ergo puerū in vlnis cepit: et matrē sacrificare nolentē crudis neruis flagellari precepit. Puer autē matrē flagellari conspiciēs amare flebat. Alexander vero puerum super genua tenens osculis et blanditiis demulcebat. Infans aūt ad matrē respiciebat: et imperatoris oscula abhorrebat: et caput cū indignatione auertens vultū eius vnguibus laniabat: seq̄ christiani eius voce qua poterat asserebat tandem diu reluctans principē in scapulis momordit: tunc ille indignat⁹ et dolore cruciatus Quiricū ab alto per grad⁹ precipitauit: vt etiam tribunali tenellū cerebrū adhereret. Julita vero filium suū ad regnū p̄cessisse videns: deo gratias egit que postmodū ab imperatore iussa est excoriari et bulliēti pice p̄fundi ac demū capite truncari. Quorū ambor corpora alexander mēbratim cedi fecit et mēbra dispergi mādauit ne a christianis sepelirent̄: sed tamē ab angelo sunt collecta: et nocte a xp̄ianis sepulta. Quorū exēplo. xliiij. gētiles ad xp̄m cōuersi et ab alexādro detēti post mētem, x martyrio coronati sunt de q̄b⁹ supra dictum est pridie non. iunij. Horū aūt martyrū vz pueri et matris corpora cū pax ecclie reddita eēt tempore cōstātini magni ab vna ancilla eorū que adhuc supererat: reuelant̄ et deuotione magna a populo reuerent̄. Qui passi sunt Idib⁹ Julij circa annos domini. cc. xx.

¶ De sancto Jacobo sapiente ep̄o et cōfessore. Ca. cij.



Jacob⁹ cognomēto sapiēs nisibine ciuitatis q̄ nobilis est vrbs persarū ep̄s vn⁹ fuit ex numero cōfessor⁹ sub maximiano: q̄ in nicena sinodo arrianā peruersitatē homousion apparuisse dānauerūt: de quo cassiodor⁹. x. libro historie tripartite ponit q̄ sapor rex persarū antiochiā alio nomine nisib⁹ dr̄ cū innumero exercitu obsedit: quā cū diuersis modis obtinere per se nō possent impetū fluminis migdonij per ciuitatē decurrentis a longe retinuerunt: et ripas excelsiores fecerūt vt aqua fluuij in se collecta cōcresceret. Implentisq̄ ripis subito quos fecerant aggeres irrumpentes dimiserunt impetum fluminis contra murum: vnde mur⁹ ciuitatis vehemens aque pond⁹ ferre non valens diruptus est. Cūq̄ sapor rex diē alterū expectaret: vt aluco siccato sine bello ciuitatem intraret: orante Jacobo vidit murum de nouo cōstructum et propugnacula fabricata: vidit etiam super murū quendam imperiali habitu decoratum quem primo quidam estimauit imperatorem romanorū: suos explorato res affligebat: q̄ ei⁹ aduētum ei nunciare nō cognouerant. Dum aūt eo



Tranquillinꝰ martyr tempore diocletiani rome passus est. Hic fuit pater sanctorū martyrū Marci ⁊ Marcelliani quos ex martia vxore genuit: qui ad predicationē beati Sebastiani martyris cū coniuge sua ad xp̄m conuersus: vt supra dictum est in passione eiꝰ. xiij. Kal. Februarij: ⁊ a sancto Policarpo presbytero vna secū sacri fontis vnda pfusus est. Et cū graui morbo ipse tranquillinus laboraret: mox vt baptizatꝰ est sanitatem pcepit. Postq̄ Marcus ⁊ Marcellianꝰ eius filij passi sunt: vt supra in eorū passione actum est xiiij. kal. iulij: ⁊ Martia mater illorum post dies modicos in pace migrauit ad christum. Post hec autem cū audisset tranquillinꝰ q̄ Zoe vxor Nicostrati p xp̄i nomine passa esset: vt dictū est supra de ea. iij. nonas iulij: ⁊ ipse in medium prorumpens conqueri cepit q̄ femine viros ad palmam precederent: ⁊ se christianum libere in fori medio proclamaret: ⁊ a paganis furentibus lapidatus martyrium consumauit pridie nonas iulij.

Cap. lxij. De sancto Boar confessore.




Boar monachus ⁊ confessor: sanctꝰ anno. xvij. maurici imperatoris veniēs ex aquitania claruit in gallia: vt ait Sigibertus cuius sctitatis famam Sigibertus rex Francorū audiēs ipsum p nuncios requisiuit: quē ad petitionē populi treuerēn. ep̄m constituere voluit: ille autē satis recusauit. Tandē dierū triginta inducias postulauit: vt ad cellā suā pergeret: ⁊ monasterij facta disponeret. Quo dum peruenisset: orauit ad dominum vt se ab huiusmodi iugo liberaret qui mox febre pcussus per sex annos continuos graui languore decumbens redire non valuit: ⁊ sic in senectute bona ibidem in pace quieuit pridie nonas iulij: cuius corpus ibidem tumulatum miraculis effulget.

Cap. lxiij. De sancto Nicostrato martyre.




Nicostratus martyr: maritꝰ sancte Zoes primiscriniꝰ imperatoris diocletiani fuit: cuius vxorem sanctus Sebastianus que pre grauedine longe infirmitatis diu dum loquelā amiserat: liberauit: et ipsum virū eiꝰ ac coniugem cū aliis multis ad christum conuertit: quos sanctꝰ Policarpus presbyter baptizauit: ⁊ vt dictum est supra in passione Sebastiani decimotertio kalen. Februarij. Postq̄ autē Zoe vxor eiusdē Nicostrati martyrium passa est vt supra in eiꝰ passiōe actū est tertio non. iulij. Et ipse Nicostratꝰ tentꝰ atq̄ Fabiano vrbis pfecto presentatꝰ cum in xp̄i nois cōfessione cōstanter persisteret: ab eodem prefecto est decollatus nona Julij.

Cap. lxiiij. De sanctis Nicostrato ⁊ socijs marty.



Nicostratus claudius: Castoriꝰ: Victoriꝰ: Simphorianꝰ: Seuerus: Seuerianus: Simplicius: et Carpophorus martyres rome passi sunt sub Diocletiano imperatore iudice Fabiano. Quos idē Fabianus per dies. x. detētos minis ⁊ blanditijs agēs vt sacrificarent: cū in nullo eos posset penitꝰ cōmouere: iussit eos tertio torqueri: ac demū mari precipitari. Qui passi sunt nonas Julij: vt dt Ado.

Cap. lxv. De sancto Panteno presbytero ⁊ cōfes.



Pantenꝰ presbyter stoice philosophie pfessor: Marci euangeliste apud alexandriā discipulꝰ fuit: ⁊ vetusto de more ibidē ecclesiastice schole pfuit clarissimi pbatissimiq̄ doctoris fungēs officio: tātē nāq̄ sciētie nō solū in diuinarū scripturarū eruditione: verū in seculari literatura fuit: tantoq̄ studio et amore verbi dei predicandi claruit vt in indiam requisitus per legatos ipsius gentis a Demetrio alexandrino ep̄o mitteretur: vbi verbum dei feruenter ⁊ feliciter predicauit omnibꝰ gentibus: que in orientis vltimis finibus reconduntur. Et denium ad indiam inferiorē rediit: reperitq̄ Bartholomeum apostolū aduentū dn̄i ⁊ fidei semina primum ibi fm Mattheū euāgeliū seminasse: qd̄ quidē inde hebreis scriptū literis regrediens alexandriā secū tulit: ⁊ vbi ⁊ ipsum in grecum transtulit. Multa viri huius doctrine ecclesiastice extare dicuntur apud alexandrinos monimēta: sed viue vocis oraculo plus ecclesie contulit. Docuitq̄ sub seuero principe ⁊ antonio cognomento caracalla imperatore. Et apud alexandriam quieuit in pace nonas iulij.

Cap. lxvj. De sanctis Cyliano ep̄o: Colonato ⁊ Romano martyribus.



Cylianus episcopus colonatꝰ presbyter et romanus diaconꝰ martyres apd̄ virczburch oppidum germanie passi sunt. Hic sanctus genere scotus nobilibꝰ parētibꝰ ortꝰ a pueritia sacris literis eruditꝰ adhuc iuuenis oibꝰ p xp̄o relictis monachꝰ factꝰ est: scītate ⁊ vite cōuersione cōspicuꝰ claruit: ⁊ ad presbyteratꝰ ordinē in monasterio ascēdit. Cūq̄ cōcursus secularium ad se ex fame opinione cōsuetū fugeret: inde discessit: ⁊ primo q̄dā britāniā deīde galliā: ac post germaniā venit. Et ad oppidū virczburch: qd̄ latine dr̄ viridorū castellū diuertit: vbi pplꝰ adhuc gētiliū credulitate tenebat. Quorū errori sctūs cōpatiēs romam accessit: ⁊ a summo pōtifice se gētis illius ep̄m cōsecrari obtenuit: atq̄ authoritate pape ad idē oppidū ad pdicandū rediit: adiūctis sibi colonato pbro ⁊ romano diacono. Ipse vero comites suos q̄ secū ex scotia egressi fuerāt: Columbanū vz in italia: gallū xo in alemania dimisit: ⁊ et ad virczburch castrū accessit: vbi pdicationi instat docē ciuitatis gothbertū noie ⁊ oēm pplm ad fidē conuertit: ⁊ cū pariis sibi socijs baptizauit. Cū aūt eū ē de xp̄i cultu diligēnꝰ instruxisset de illicito m̄rimonio ipsū corripuit: eo qd̄ ipse gerlanā cōiugē frīs vxorē duxerat: qd̄ fm fidei xp̄iane doctrinā pphanū erat. Sz cū ducē ad bellū pcedere oporteret: pmisit sancto ep̄o: qd̄ gerlanā dimitteret: postq̄ in pace redisset. Post cuiꝰ discessum mulier hoc cōpto ad scōs dei noctu in ecclia orātes iugulādos carnifices duos misit: cylianꝰ xo a deo p visionē de martyrio pmonitꝰ socios ad patientiā hortabat. Sicq̄ oēs ipsi pariter gladio tpalē vitā terminātes eternā adepti sunt. quorū corpa vestes ⁊ libros satellites de mādato mulieris humi cōdiderūt vt eos de finibus illis discessisse credibilr ostendi posset. Quedam aūt burgunda eorū discipula sanguinē eorū terre infusum collegit: ⁊ sibi p reliquijs cōseruauit. Gerlana aūt ne factū pderet: iussit in ipso eorū sepultura loco animalia stabulari. Sed tn̄ tumulꝰ vbi sctōrū corpa q̄escebāt ab eorū immūdicia illibatꝰ seruatꝰ est. rediens aūt dux de sanctis quesiuit: ⁊ gerlana eos occulte inde abisse simulauit. Statimq̄ vnus carnificum q̄ eos peremerāt

a diabolo arreptus seipsum ꝓprijs dētibus lacerauit. Alter vero in furorem versus semetipsum gladio per ventrem transfixit. Gerlana vero immūdo spiritu vexata. clamāte demone per os sceleris nequitiam propalauit. Dux quoq; a filio interfectus ꞇ filius ipsius de principatu eiectus est. ¶ Tēpe procedente atalogus presbyter in ipso sepulture loco scholas regebat. Die vero quadam pueri repente diuinitus aspirati: kylianū eis nunq̄ auditū clamare ceperūt ꞇ locum digitis ostenderūt. Presbyter vero mysteriū ignorans illos vt tacerent verbis ꞇ verberibus corripuit: ipsaq; nocte lumē oculorū amisit. Sꝫ per visum a quodā ei dr̄ quod nisi credas dictis puerorū nunq̄ illuminari merebit. Cū autem de hoc sancto ꞇ socijs ab antiquis diligenter inquisisset: et que fuerint didicisset: ad eorum tumulū orauit: ꞇ lumē perditum recuperauit. Exinde eo loco corpora martyrum kyliani colonati ꞇ totnani reperta leuauit ꞇ honorabiliter collocauit: que in oppido ipso virczburch .i. herbipolis quiescunt clarentia signis. Qui passi sunt anno .v. Constantini imperatoris .viij. idus Julij.

¶ De sancto Norberto archiepo ordinis premonstratēsi. Cap. lxvij.



Norbertus archiepūs fundator loci et ordinis premonstratēn. anno domini .M.cxx. de lothoringie partibus oriūdus claruit. qui relictis seculi diuitijs qb⁹ affluebat p̄sbyter ordinat⁹ est. Et cū quibusdā dei famulis qui vitā arctiorē ducere cupiebant ad gelasium papā scōm: tunc apud sanctū egidium in gallia synodum celebrātem accessit. A quo ꞇ ꝑdicandi verbi licētiā impetrauit. Ac deinde authoritatem pape calixti scōi gelasij successoris de nouo ordine inchoando ſm augustini regulam obtinuit. Et sub epo lugdunēsi. noīe bartholomeo in loco premonstrati cū locus ꝑdictis me nasterū ꞇ ordinem fundauit. Multis quoq; miraculis claruit. ¶ Apud nigellā demonē qui puellas obsederat: primo qdē virtute xp̄i vt latine et teutonice et gallice loqueret̄ cōpulit: deinde ab ea eiecit: veniētiq; coloniā ꝓ reliquijs scōꝝ acquirēdis vna de numero .xj. miliū virginū se ei reuelauit: ꞇ locū vbi corpus suū iacebat ostēdit. Qd̄ mane repertū ipse secū premonstratū tulit. Die sequēti apud scm̄ gerenē orans vidit ipm̄ scm̄ locū ipsi: vbi corpus ipsi⁹ diudū iacuerat oib⁹ incognitū demōstrante: quod mane ibidē repertū atq; inde leuatū est. Eius quoq; corporis partē norbertus quasi pro mercede suscepit: ꞇ ad monasteriū suū deportauit. Post obitū vero calixti .ij. ab honorio scōo successore summo pontifice confirmationē ordinis accepit. Et tūc se futurū epm̄ parthenopolis diuinit⁹ agnouit. Rediēs aūt ad locū suū in hermipoli oppido: in die pasche missa celebrata mulieri cu iusdā cece visum restituit. Deinde fact⁹ est epūs parthenopolis ciuitatis successore ipsi hugone in abbatiā ordinato. Qui potens opere ꞇ sermone annis .viij. epatu fideliter administrato: quieuit in xp̄o. Sepultus in ecclesia dei genitricis ipsius vrbis .viij. idus iulij.

¶ De scīs Aquilla ꞇ priscilla ei⁹ vxore discipulis. Cap. lxviij.



Aquilla ꞇ priscilla eius vxor discipuli apostolorū christi fuerūt: de quibus in actib⁹ aposto. c. xviij scribit. de quibus etiā paulus ad roma. c. vlt. mētionem facit. Qui in sanctorum ministerio quotidie fideliter laborātes apud asiam minorem pleni bonis operib⁹ in dn̄o decesserunt .viij. idus iulij. vt dicit Ado.

¶ De sancto Paulo marty. Cap. lxix.



Paulus martyr cōstantinopoli nobilis oriūdus passus est ibidem tpe cōstātini imperatoris heretici. Qui cū esset dux militie imperialis et vere miles xp̄i catholicus imperatorē de cōbustione sanctarum imaginū qua ꝑ ipm̄ in ecclesia apud blaquernas fi bat: constāter redarguebat: ꞇ reuerēdas imagines xp̄i et sanctorū venerādas efficaciter comprobat. Ob hoc ab impatore detentus ꞇ primo in carcerē missus duriscq; cōpedib⁹ vinct⁹ est. Inde iussu cōstātini post aliquot dies educitur: ꞇ dū pro catholica veritate ageret: naris ei p̄ciditur. Iteruq; custodie mācipatur. Dehinc post dies .viij. iterū productus pice ꞇ sulphure liquatis capite pfusus: ꞇ dū in tormētis gratias deo ageret: oculi ipsi eruti sunt. Nouissime pedibus legatis per mediū forū trahitur: ꞇ mēbris oībus corporis dissipatis: sicq; satis collisus excusso cerebro spm̄ exhalauit .viij. idus iulij. Tunc corpus ad partes asparis tractū: ibiq; dimissum ab hereticis vt a canib⁹ vorarēt: a catholicis viris ibidē sepultū est. Imperator aūt cōstātinus ꝓ tanto scelere ꞇ alijs cōmissis vindē diuina vermibus scaturiens vitā miserandā finiuit. Cui michael filius eius vir per oīa catholicus ei successit. ¶ Post annos vero .cxvj. xp̄iani et religiosi viri diuina reuelatione corpus sanctū inde sublatū ad monasteriū charmonā transtulerunt: miris refragans odoribus ꞇ miraculis coruscans. Qd̄ postmodū a venetis inde leuatū ꞇ venetias delatum in monasterio sancti Gregorij maioris quiescere dicitur ab incolis eiusdem ciuitatis.

¶ De sancto Procopio martyre. Cap. lxx.



Procopius martyr in palestina passus est: qui a scythopoli ductus cesarem ad primam eius confessionem et responsionis eius confidentiam a iudice fabiano capite cesus est .viij. idus Julij. vt ait Hierony. ꞇ colligit in martyrologio Adonis.

¶ De sancto Cyrillo episcopo ꞇ martyre. Cap. lxxj.



Cyrillus episcop⁹ ꞇ martyr: Rome passus est: qui flammis iniectus illesus euasit: ac stupore tanti miraculi a iudice dimissus est. Qui etiam postmodum: cum christū instanter ꞇ alacriter predicaret: ꞇ plurimos ad dominum conuertisset: iudex penitentia duct⁹ ipsum capite cedi fecit .vij. idus Julij.

¶ De scō Cyrillo martyre. Ca. lxxij.



Cyrillus diacon⁹ et martyr in heliopoli ciuitate: q̄ est circa montē libanū imperāte cōstantino passus est. Hic eni cū multa idola cōtriuisset et ignib⁹ cōbusisset: pagani ipm̄ tenuerūt: quē nō solū peremerunt gladijsq; ꞇ lāceis effoderūt: ꝫ etiā nimia ipietate ei⁹ vētrē execrātes intestina eduxerūt: ꞇ ex iecore ei⁹ comederūt. Vnde qui illos hui⁹ immanitatis principes extiterūt vltionē cōdignā ꝑsecuti sunt. Nā aliq subito dētes oēs amiserūt: aliquoꝝ lingue putredine cōsumpte sunt: alij qb⁹ oculi de capite cecciderūt. Hec cassiodor⁹ .vj. libro historie tripertite.

¶ De scīs Anatholia virgīe ꞇ Audace marty. Ca. lxxiij.



Anatholia virgo ⁊ audax martyres i ciuitate tyro italie passe sunt tempore decij cesaris sub Faustiniano preside. Postq̄ em̄ anatholia virgo victoriam virginez ad pudicitie obseruantiam cōuertisset: vt supra dictum est in passione victorine. x. Kalendas Januarij: et in piceno oppido multos infirmos curasset: ⁊ demoniacos liberasset: in prefata tyro ciuitate a Faustiniano preside detinetur: ⁊ diuersis plagarū ac tormentorū generibus cruciat: deinde cū serpente horribili in carcere per noctem includitur: sed ab eo minime leditur. Mane quoq; aperto carcere serpens audacem veneficum: qui ipsum ad virginem immiserat aggreditur: sed eius morsibus iussu anatholie liberat: et serpens ilico effugetur. Sicq; audax ad fidem conuertitur: et ipse quoq; in custodia durissima vinculatur. Uirgo autem christi cum in oratione persisteret iussu presidis gladio per latera transuerberatur: cuius corpus a christianis in tyro oppido sepelitur. Audax vero de carcere educitur: ⁊ christum confessus capitali sententia coronatur. Et q: de oriente fuerat corpus eius ab vxore ⁊ filijs eo translatū est: qui passi sunt. vij. idus iulij.

¶ De sancto Brithyo episcopo. Cap. lxxiiij.



Brithyus episcopus in ciuitate martula claruit: q̄ dum christum dominum predicaret: a iudice martiano comprehensus est: cuiq; iussit preses os eius lapide diu contundi: deinde in equuleo ipsum leuari: et crudeliter torqueri. Et cū in dei confessione perduraret: in carcerem trusus est. Nocte vero facta pre maximo terre motu ciuitas tota concutitur: ⁊ ruente pariete martianus opprimit. Brithyus autem ab angelo et a beato petro apostolo visitatus de carcere eductus est. Qui deinde multo tēpore christi euangelium circūquaq; predicans: magnasq; populorum multitudines omnipotenti deo lucrifaciēs vij. idus iulij quieuit in pace. Cuius animam astātes viderūt in specie colūbe niuee celos agiliter aduolantem.

¶ De sanctis Zenone et alijs marty. Cap. lxxv.



Zenon ⁊ alij decez milia ducenti et tres martyres christi rome ad guttam iugiter manentem martyrium passi sunt. Qui per diuersa supplicia trucidati christum dominū in suis corporibus glorificantes coronas triūphi celestes obtinere de manu domini meruerūt. vij. idus iulij. vt dicit Ado.

¶ De sancto Zenone abbate. Cap. lxxvj.



Zenō abbas i eremo thebaidis claruit: de quo scribit: q̄ de cella egressus dum per eremum oberraret: ⁊ iā triduo fatigatus fameq; defunctus quasi mortuus cecidit: cui repente puer speciosus astitit: panemq; ei ac vinū presentauit: ille autē fantasma dubitans oratione premissa: ⁊ sic securus manducauit. Eodēq; instante puero: ⁊ vt sequeret admonente: eidem ducatū vie prebuit: ⁊ ad cellā vsq; reduxit. Quo cum sanctus intrans orasset ille disparuit: ⁊ abbas ipsum angelū dei fuisse cognouit. Hec in vitis patrum.

¶ De sanctis septē fratrib' martyrib'. Cap. lxxvij.



Septē fratres filij sancte felicitatis martyris Rome sub Antonino principe passi sunt. Quorum nomina hec sunt. Januarius: Felix: philippus: syluan': Alexāder: vitalis: et martialis: horū mater in viduitate manēs suam domino vouerat castitatē. Quos omnes fratres simul cum matre ad suggestionem pōtificum idolorū Antoninus imperator detentos publio vrbis prefecto tradidit ad deorū sacrificia cōpellendos. Qui primo q̄dē matri suadebat vt sui ⁊ filiorū suorū misereri deberet. Cū aūt felicitas nec blanditijs allici: nec terroribus frangi posset: quin potius filios hortaret: vt in xpi cōfessione constantes persisterēt. Jussit eā p̄fect' alapis cedi: deinde in carcere recipi vbi multo tpe macerata est. Post hec cū publius omnes septē fratres sigillatim vocatos hortaret vt diis immolarēt: illiq; omnino ei' monitiones contēnerent. Jussit illos successiue flagellis cedi: deinde in custodiā recipi. Et cum hec oia imperatori suggessisset misit antoninus illos p varios iudices: vt varijs supplicijs punirent. Et q̄b' prim' iudex ianuariū tādiu plumbatis cedi fecit q̄diu ab eo spiritū excussit. Alter vero felicē ⁊ philippū fustib' mactauit. Alter syluanū precipitio interemit. Alter alexādrū: vitalē ⁊ martialem capitalem subire sententiam mādauit. Qui passi sunt. vj. idus iulij. Mr̄ vero felicitas post menses. iiij. passa est: vt in eius passione dicetur. ix. kalē. decembris circa annos domini. c. Quorū corpora Rome a fidelibus tumulata sunt.

¶ De sanctis Rufina et Secunda virginibus ⁊ martyribus. Cap. lxxviij.



Rufina et secunda sorores virgines Rome martyriū passe sunt sub persecutione Ualeriani et Galieni imperatorū. He nobiles ciues romane: patre asterio: matre aurelia claris orta natalib' ab infantia christiane armētario ⁊ verino gētilib' in spōsas tradite sunt. Quas cū sponsi earum xpianas cognouissent satagebāt eas ad deorū sacrificia perducere. Quorū persuasiones virgines christi declinare cupientes: ascenso vehiculo vrbem egresse ad p̄dium suū q̄d in partib' tuscie possidebant confugere cupiebant. Q̄d vbi armētarius ⁊ verinus cōparuissent accusauerūt eas archesilao comiti: qui eas cum suis militibus insecut' miliario ab vrbe. xiiij. in via flaminia ipsas cepit: ⁊ ad vrbē reuocās iunio donato p̄fecto p̄sentauit: et quod xpiane forēt denūciauit. Quas p̄fect' vsq; ad diē tertiū carceri tradidit: deīde rufinā sibi p̄sentari iussit: ⁊ vt diis immolaret p̄suadere cepit. Cū aūt illa xpm cōfiteret: et deos gentiū detestaret: mandauit eā acriter flagellari: ⁊ secūdā de carcere adduci: vt sororē cedi conspiceret: ⁊ sic eius animū deterreret. Secūda aūt exclamabat q̄d p̄fectus sororē suā glorificabat: ⁊ se multum inhonorabat. Stansq; secūda sororē in verberib' cōfortabat. Tūc iussit eas p̄fect' in tenebroso loco recludi: ⁊ fumū stercorū fieri. Fum' aūt ille vt tymiama exhalabat: ⁊ delectationē naribus virginū ministrabat. Tenebre aūt carceris luce quasi meridiana sup īfusa effugate sunt. Jtez iusse sunt in suis balneis includi: ⁊ nocte integra lignoz incēdia ministrari. Et ingressi ministri post tres horas diei subsequētis: vt eaz corpora īde eiicerēt exanimata: inuenerūt ie' balneū tepidū ⁊ vaporatū. Quas p̄fect' insimul fecit colligari: ⁊ ligato saxo ad collū ambaz i tyberī p̄cipitari. Cū quo saxo p dimidiā fere horā enerserunt ⁊ q̄

vnde misse fuerant in superioribus vndarum sericis in dute apparuerunt. Quod audiens prefectus et artibus hec magicis attribuens tradidit eas archesilao comiti puniendas. Qui iussit eas duci in syluam in via cornelia miliario .x. ab vrbe in fundo qui vocatur buxo: et illic rufinam ceruice cedi. Secundam vero gladio capite percutiet: et corpora lupis vorandu derelinqui. Sancte autem virgines per visionem matrone cuidam plantille apparentes gemmate: videlicet in thalamo sedentes eam admonuerunt: vt ipsarum corpora tumularet. Quod illa deuotius adimplere curauit: et in ipso suo predio virginum corpora recondidit. vj. idus iulii.

¶ De sancto Paterniano episcopo et confessore. Capitulum .lxxx.



Paternianus episcopus cum esset abbas in palestina: et congregationem monachorum in omni religione corrigiret: et tunc temporis christianorum persecutio deseuiret: orauit ad deum cum lachrymis vt sibi locum ostenderet: in quo se cum monachis suis saluare posset. Cui apparuit angelus raphael eumque monuit vt in egyptum pergeret: et ibi salutem animarum et corporum inueniret. Quod cum abbas fratribus retulisset maurentius prepositus fratres hortabatur: vt iuxta visionem ostensam cum abbate peregrinarentur. Igitur assumptis sarculis ad terram colendam: et seminibus ad seminandum profecti sunt: et angelo raphaele ducatum prebente ad egypti eremum deuenerunt: vbi et paruum sibi cenobium construxerunt. Ibique die ac nocte deo in ieiuniis et orationibus seruire curauerunt. Cum autem escas aliquas ad edendum non haberent: nec in loco ipso inuenire possent: et fratrum congregatio murmuraret: orauit paternianus ad dominum. Et ecce apparuit angelus domini in synogali ciuitate cuidam diuiti admonens eum vt famulis dei qui fame deficiebant ac frigore vestes et cibaria ministraret. Qui consulto quodam sapiente .lxx. camelos omnibus cibariis et monachorum cucullis onerauit. et ad collum primi squilinam appendit: vt viam ceteris exhiberet. Qui recto cursu angelo duce ad cellam paterniani peruenerunt. Quod monachi videntes deo gratias egerunt: et camelis exoneratis pedes lauerunt atque post dies tres eos oleribus onerantes ad eorum dominum remiserunt: qui dei nutu per viam quam venerant regressi sunt. ¶ Post hec tertia die apparuit diabolus in specie puelle viro dei dicens quod puella venalis in terram egypti venerat: quam dominus suus ad aquam hauriendam miserat: que domum redire volens in via errauerat: et ad locum ipsum deuenerat: que petit a sancto viro mansionem. Quam cum sanctus viro speciosam iuuenculam licentiaret: puella allegabat quod eius negligentia faciliter a feris deuorari posset: et abbas de eius anima deo rationem redditurus esset: quod audiens paternianus ipsam quasi ex conscientia intromisit: cuius allect⁹ pulchritudine tentari cepit: sentiens vero figmenta diaboli ignem accendit: et ipsum in faciē puelle excussit: moxque diabolus euanuit. ¶ Deinde venerunt ad eum ciues de oppido vrgin ipsum in suum episcopum constituerunt: qui in ipso episcopatu fuit annis .xlii. et multa miracula ostendit inter que saluiā ancillā dei: que annis .vij. ceca fuerat illuminauit: et claudū vnū erexit. Nouissime angel⁹ dn̄i ei apparuit: obitumque suū post dies .xxx. futurū predixit: et ad vicū frangitū in fundo babyrganio iussit: vt accederet vbi et pausatur⁹ esset: signūque vocationis sue sumpsit de vico exiturū predixit: et quod terra fulginabit. Qui mox ad locū constitutum properauit: et signis ab angelo datis apparentibus ipse in pace quieuit sexto idus iulii: sepultus in suo episcopatu.

¶ De sctis ianuario et sociis martiribus. Cap. lxxx.



Januari⁹: marin⁹ nabor: et felix apud aphricā passi sunt: que persecutione vigēte aduersus christianos cū sacrificare idolis recusarēt: a persecutoribus decollari triumphū meruerūt obtinere martyrii. vj. idus Julii: vt ait Ado in martyrologio.

¶ De trāslatione sancti Bndicti et Scholastice ei⁹ sororis. Ca. lxxxiii.



Trāslatio corporis sancti Bndicti abbatis: tpe pstātis imperatoris factā ē: vt ait Hugo de floriaco. Cū em̄ monasteriū mōtis cassini quod a beato Bndicto edificatū fuerat a lōgobardis destructū esset: corporaque beatorū Bndicti et scholastice ei⁹ sororis in eodē sepulchro tumulata ibidē sine vlla veneratione dimissa fuissent: Mumolin⁹ abbas floriacē. diuina relatiōe premonit⁹: misit aigulphū monachū suū ad pdictū monasteriū cassinēsi. vt inde corp⁹ scti Bndicti floriacū deferret. Quo tpe etiā ex vrbe cenomanēsi. qdā aduenerāt ad corp⁹ sancte scholastice trāsferēdū: qui aigulpho adheserūt donec Romā insimul puenerūt. Cū aūt aigulph⁹ cām aduēt⁹ illoꝝ didicisset. Ipse ꝓo eisdē cur venerat minime reuelasset: cogitauit vtrūque corpus hr̄e posse. Dimissis ergo sociis romē ipse mōtē cassinū festin⁹ accessit: vbi nocte orās sup sepulchrū sctōꝝ lucē maximā cōspexit. Mane aūt facto effracto tumulo ossa sctōꝝ Bndicti et scholastice i sporta collegit: et asportauit. Rediēs aūt in itinere socios dimissos inuenit: qui audito que vtrūque corpus haberet: corpus ab eo scholastice de grā petierūt. Aigulphus autem hoc facere nō posse respōdit: nisi abbati suo illud placeret. Sicque cenomanenses secū vsque floriacū venerūt: et a mumolino abbate corp⁹ scte scholastice de grā obtinuerūt. Cū aūt ossa bndicti ab ossib⁹ scholastice alr seccernere nescirēt: singula locula parauerūt: et ossa maiora i vno et minora i alio vti meli⁹ ei⁹ visuꝫ fuerit segregatim posuerūt: iudicātes ex arbitrio maiora maris minora eē mulieris. Quo scto ipsoꝝ iudiciū verū fuisse: tali experimēto pbauerūt. Nā corp⁹ defuncti viri sup ossa: que putabāt esse scholastice corp⁹ aūt defuncte femine sup ossa. que putabāt eē Bndicti posuerūt: Et neutrū corꝫ vitā recepit. Cū aūt econuerso: corp⁹ viri sup ossa maris: corpus que femine sup ossa mulieris collocassent: et orōnē pmisissent: vterque mortuoꝝ ptinuo viu⁹ surrexit. Quo miraculo ossa vtriusque vera cognita sunt: cenomanēses ergo secū ad ciuitatē suā tulerūt corp⁹ ꝟginis: et floriacēses monachi in loco suo sepelierūt corp⁹ abbatis. ¶ Sigibert⁹ ētiā Petronus ciuis nobilis et diues brixien. tpe Gregorij pape scdi cassinū monasteriū: quod ānis .cx. destructū fuerat: de pprio reparauit. Anno .x. Cōstantini iiij. vt pfat⁹ Hugo scribit. Cassinēs. monachi authore karolo magno rege Frācoꝝ a Zacharia papa ipetrarūt vt eis corp⁹ scti Bndicti a floriacēsib⁹ redderet. Qui venientes floriacū: dū corp⁹ leuare vellēt: tali cecitate pcussi sunt: que se inuicē videre nō poterāt: nec adeo vsque lumē restitutū est donec intelligētes corp⁹ sctm̄ ibi qesce re velle: id dimittere pposuerūt. Facta est aūt ei⁹ trāslatio .v. idus iulii.

¶ De sancto Pio papa et mar. Capitulum .lxxxij.



Pius papa et martyr: natiōe ital⁹ de ciuitate aqleia ex prē rufino: higino pape in cathedra romano successit: et sedit annos .ix. mēses .iiii. dies .xxj. Hic pstituit hereticū ex iudeoꝝ heresi venientē suscipi et

baptizari: et ostituñ de ecclesia fecit. Sub eius epatu hermes librũ cõposuit: in quo mandatũ continetur: quod ei precepit angelus domini: cũ ad eum venit in habitu pastoris: et precepit ei: vt sanctum pascha die dominico celebraret. Quod et ipse pius episcopus constituit. Hic fecit ordinationes .v. per mensem decẽbriũ presbyteros .x. diaconos .xxj. et episcopos per diuersa loca .xj. Sub eius etiã tẽpore Rome due sacratissime germane virgines claruerũt: scz potẽtiana et praxedis: q etiã sub persecutione Antonini et Marci martyrij gloriã adept⁹ est. Et sepult⁹ est cũ fratrib⁹ suis iuxta corp⁹ beati petri in vaticano .v. idus Julij. Et cessauit episcopatus dies .xiiij.

¶ De sanctis Eulogio et socijs martyribus. Capitulũ .lxxxiij.



Eulogius cũ alijs

tribus martyribus apud constãtinopolim passi sunt. Quorum dies triũphi recolitur .v. idus Julij: vt in martyrologio adonis scriptum habetur.

¶ De sancto Eulogio presbytero et cõfessore. Cap. lxxxiiij.



Eulogius presbyter

alexandrianus: vt ait Hieronymus: et Heraclides cogitatiões hominũ a deo ipsi reuelatas cognoscebat: quosdãq eucharistiã sumere volẽtes a cõmunione sacra remouebat: eisq peccata sua secret⁹ reuelabat: et sic illos ad penitẽtiã puocabat. Hic dei amore elephãtiosuz quẽdã ol tẽpore vite sue fouere pmisit. Quẽ cũ annis .xv. sedule cõfouisset ille diabolo pcurãte ingrat⁹ bñficij in eulogio contumeliã importabilia inferebat. Cũ autẽ eulogi⁹ hunc pp votũ emisisz: hic ppter infirmi importunitatẽ pplex⁹ maneret. Antoniũ abbatẽ vna cũ leproso adijt cõsulẽdũ. Qui cũ ad monasteriũ macarij deuenissent: eperut: et illuc antoniũ attigisset. Qui ab eo aduocat⁹ et sup patina ac pseuerãtia doct⁹: infirm⁹ quoq ab eodẽ antonio ad gratitudinẽ est puocat⁹: vñ ãbo ipsi sedato scãdalo adinuicẽ pseuerantes mãserũt et ad cellã suã redeũtes post dies qdragita. Eulogi⁹ idẽ post triduũ et leprosus spiritũ tradiderũt. Festus autem eulogij agitur quinto idus Julij. Hec heraclides et in vitis patrum.

¶ De sanctis Januario et Pelagia martyribus. Capitulum .lxxxv.



Januarius et Pe-

lagia martyres apud minorẽ armeniã in ciuitate nicopuli passi sũt. Qui tẽpore persecutionis pro cõfessione nominis christi sub licinio imperatore primo in equuleo leuati et diutius torti. Deinde vngulis crudeliter lacerati: ac demũ in carcere vincti testarumq fragminib⁹ dieb⁹ .iij. cruciati gloriosum martyrium impleuerunt .v. idus Julij. vt dicit Ado.

¶ De sanctis Hermacora epo et Fortunato martyrib⁹. Capitulum .lxxxvj.



Hermocoras eps

et Fortunatus archidiacon⁹ martyres apud vrbẽ aquileiã passi sunt imperante Nerone sub pside sebasto. cũq enim beatus marcus euãgelista apud eãdẽ vrbẽ a beato petro apostolo direct⁹ multo tẽpore predicasset: et ad magistrũ reuisendũ accedere vellet. Hermacorem ciuem aquileiēsẽ. eius discipulũ a populo in episcopum electum romam secum adduxit: quem beatus Petrus loco Marci aquileie episcopum consecrauit: et ad ipsum ecclesiam gubernandam destinauit. Marcum vero alexandriam misit: vt hec omnia dicta sunt supra in passione sancti marci .viij. kal. maij. Igitur beatus Hermacoras aquileiam veniens ecclesiam suaz feliciter gubernauit: et plures sacerdotes et leuitas ordinauit. Inter quas fortunatum quendam eius archidiaconem constituit. Ipse autem verbum domini iugiter predicabat: et miraculorum insignium gloria clarebat. Nam et cecos illuminabat: et egros quoscunq sanabat: et obsessos a demonibus liberabat: vnde et infinitum ex multis ciuitatibus ad se concurrentem populum conuertebat. ¶ Cum autem sebastus quidam preses ciuitatem aquileie ingressus esset: pontifices idolorum accusauerunt. Hermacoram episcopum quod templa deorum destrueret: et populum ab eorum cultura subtraheret. Quem preses comprehendi iussit et sibi presentari. Cui cum preses suaderet vt deos coleret et a christi predicatione cessaret. Respondit Hermacoras q ex iussione dei ordinatus episcopus non posset quiescere a predicatione xpi: vt a diabolo detentos reuocaret ad regnum domini. Cumq in cõfessione nominis xpi constanter persisteret: iussit illũ preses extẽdi et neruis crudis diutius cedi. Et cũ sanctus martyr in his gratias ageret: et psidis tormenta derideret: fecit eũ in equuleo suspẽdi: et pect⁹ eius vnguib⁹ radi: postea precepit laminas ferreas candentes eius pectori imprimi: et lãpades ardentes laterib⁹ applicari. Et cum ipse multo magis xpm laudaret: populusq vnanimiter exclamaret: quod sanct⁹ dei sine vlla cã tormẽta sustineret. Sebastus furorem populi metuẽs eũ carceri mãcipauit: vbi orante hermacora lumẽ ingens per noctẽ refulsit: et odor suauissim⁹ emanauit. Qd cernens pontianus custos carceris conuersus ad christum et ianua reserata ad pedes sancti martyris veniam postulabat. Quẽ sanctus hermacoras vocato fortunato diacono suo: post triduanũ ieiunium baptizauit. Qui egressus se xpianum cepit pclamare: et deos gentiũ demonia assereret: vnde et eius exemplo multitudo populi ad carcerem cõcurrentes cõuertebantur. Quidã vero vidẽtes lumẽ carceris inde nullatenus discedebãt. ¶ Hec audiens gregorius quidã nobilis ciuitatis filium suũ annorũ .xij. qui per triennium a demonio vexatus fuerat: ad sanctum martyrem adduxit: quem ille premissa oratione continuo liberauit: et ipsum vna cũ patre ad xpm cõuertit: veniẽsq media nocte ad domũ eius pmittẽte pontiano: Gregorium cum coniuge et duobus filijs atq cum familia baptizauit. Deinde ad carcerem sponte redijt: et instantibus presbyteris et clericis: vt si martyrium preelegisset vel saltem sibi pastorem concederet: fortunatum ei⁹ archidiaconum illis delegauit. ¶ Hec cum audisset illustris quedam vidua nomine alexandria que lumen dudum amiserat oculorum de cõsensu pontiani nocte ad sanctum hermacoram in carcerem ingreditur: et ab eo mox illuminatur atq conuertitur. Et intra domũ suam cum omni familia a fortunato diacono baptizatur. Qd cum preses audisset fortunatum detineri fecit: et cũ hermacora custodia mancipari. Cũq multa miracula per eos fierent in carcere consistentes. Sebastus preses ad suggestionẽ pontificũ timens populum qui per eos conuersus erat: misit nocte spiculatorẽ: et vtrosq in carcere decollari fecit: quorum corpora ac sanguinem collectum pontianus custos carceris recollegit et occulte reposuit. Deinde gregorius et alexandria memores beneficiorum susceptorum corpora martyrum sustulerunt: et iuxta muros aquileie in agro memorate Alexandrie cum aromatibus condiderunt. Qui passi sunt quarto idus Julij.

¶ De sanctis Nabore et Felice martyribus. Capitulum .lxxxvij.



Nabor et felix martyres passi sunt in ciuitate laudensi sub maximiano imperatore. Cum enim idem cesar mediolanum degeret: et predicti duo milites tanquam christiani eidem accusati fuissent. Imperator eos detineri fecit: et singulatim interrogatos cum eos christianos cognouisset: in carcere per dies .xii. affligi mandauit: ita vt nec panis nec aqua ministraretur eisdem: et die .xiii. eos educi fecit: et cepit illos ad sacrificia suadere: et cum nullatenus aliquos eorum inclinari posset: iterum eosdem in custodia recipi precepit. Post dies vero quatuor de custodia educi: et extensos fustibus cedi. deinde naborem in equuleo appendi et lampadibus aduri: ac vngulis laniari inspectante felice. Et cum hec omnia superasset: iussit eos ambos igne consumi: qui missi in ignem incolumes permanserunt. Pro quo iterum eos carceri mancipauit. Post aliquot vero dies cum imperator pergeret in ciuitatem Laudensi: iussit sanctos cathenis vinctos ad exemplum christianorum post se trahi: et post tertium diem ambos extra ciuitatem sibi presentari. Quos in christi confessione firmiter perseuerantes: fecit eos primo fustibus cedi: deinde capite puniri. Qui decollati sunt iuxta portam ciuitatis laudensis apud fluuium celeram: quorum corpora quedam matrona sabina noctu rapiens in eodem loco sepeliuit quarto idus iulii.



¶ De sancto Nasone discipulo. Capi. lxxxviii.

Nason discipulus christi ex antiquis et prioribus fuit: et ex lxxii. vnus. vt in martyrologio adonis ponitur: qui apud insulam cyprum christi euangelium predicauit: et plenus virtutibus ibidem sancto fine quieuit quarto idus iulii.

¶ De sancto Iohele propheta. Capi. lxxxix.



Iohel propheta de tribu ruben filius fatuel natus in agro bethoron eodem tempore et sub eisdem regibus: quibus et osee prophetauit vel in diebus ozie ioatham: achaz: et ezechie regum iuda. Et sicut ille sub nomine effraim ad decem tribus dirigit vaticinium suumque vel samariam vel israel sepe memorat: sic in hoc propheta omne quod est ad tribum iuda directum esse intelligere debemus. Descripsit in terra duas tribuum eruca: bruchorum locusta rubigineque vastandam. Et post euersionem prioris populi predixit spiritussancti effusionem futuram super seruos dei et ancillas: quod factum est die penthecostes in cenaculo montis syon. Et hic in bethoron in pace mortuus est et sepultus .iii. idus iulii. Hic propheta ex numero duodecim prophetarum colligitur: qui minores appellati in sanctorum patrum catalogo Ecclesiastici .xlix. c. conscribuntur. Hec Iosephus et Hieronymus et ex historia scholastica.



¶ De sancto zorobabel duce. Ca. xc.

Zorobabel filius salathiel dux et princeps iudeorum de tribu iuda: inter veteris legis patres Ecclesiastici .xlix. c. conscribitur. Hic tempore reedificationis templi domini et hierusalem fuit: et sub dario hydaspis rege persarum claruit. Cum enim vt habetur in libris Esdre et Neemie: cyrus rex persarum et medorum anno primo regni sui dedisset iudeis licentiam redeundi ad terram natiuitatis sue quinquaginta fere milia eorum duce zorobabel et iesu magno sacerdote: de quo infra proxime dicetur de chaldea vbi captiuati fuerant in iudeam reuersi sunt. Et afferentes secum vasa templi domini aurea et argentea .v.M.cccc. que reddiderat eis Cyrus rex persarum: ceperunt edificare templum domini in hierusalem verum impedientibus samaritis intermissum est opus vsque ad annum secundum darii hydaspis: igitur anno primo darii predicti: zorobabel filius salathiel vnus de nobilioribus iudeorum familiaris quondam ipsius darii: et cum audisset quod darius ipse regnaret in perside: fiducialiter aggressus est templum domini edificare in hierusalem: aggeo et zacharia prophetis ad hoc exhortantibus populum iudeorum. Principes vero regis persarum: qui erant trans flumen hoc agnoscentes: interdicebant reedificationem. Cumque respondissent seniores iuda quod deus suus hoc eis preceperat: placuit vtrisque vt res ad darium regem persarum deferretur. Et ascendit zorobabel cum nunciis principum ad regem qui honoratus est a deo vltra quam sperabat. Nam cum aliis duobus cubiculariis in regis cubiculo dormiebat. ¶ Porro darius rex cenam exhibuit satrapis et prefectis persarum et medorum ac magistratibus .cxxvii. prouinciarum. Eadem nocte expergefactus rex proposuit questionem tribus custodibus corporis sui quod de tribus fortius videretur. scilicet rex: vino et muliere: promittens munera et honorem ei qui sapientius responderet in crastino. Die vero sequenti coram satrapis et magistratibus accesserunt illi tres: et ait primus regem esse fortiorem ceteris. Cum enim homo presit cunctis animantibus rex preest hominibus et ad nutum eius omnia fiunt. Secundus autem protulit vini fortitudinem: quia cum homo presit ceteris in fortitudine: vinum superat omnem animi fortitudinem: zorobabel vero tertius mulierem fortiorem rege vinoque asseruit. Nam regibus et eis qui vites plantant: mulieres vinum conferunt et ad alimoniam et ad robur vsque producunt: et pro mulieribus animas ponere non timent homines. Super hec autem omnia veritatem dixit esse fortiorem: quia immutabilis est et sempiterna. Quod cum ab omnibus iuxta dictum huius approbatum esset: dixit rex ad zorobabel: vt peteret ab eo quicquid vellet. Et postulauit templi reedificationem: et vasa domus domini remitti in hierusalem. Et gauisus est rex. Nam idipsum meminit se vouisse antequam fieret rex si deus faceret ipsum regem. Et scripsit epistolam principibus suis trans flumen: vt nullatenus impedirent iudeos: sed de sumptibus regis iuuarent eos. Qui zorobabel reditum statim per chaldeam contribulibus suis regis mandata patefecit. Et ascenderunt multi tunc hierosolymam cum eo. Et sic laxata captiuitate iudei ceperunt reedificare templum domini in hierusalem: anno secundo darii hydaspis regis persarum: quasi anno .vi. ipsius consummatum est: qui erat quadragesimusextus a prima licentia quam dedit cyrus rex persarum reedificandi illud. Iuxta quod in euangelio legitur. Quadraginta et sex annis edificatum est templum hoc. Conuenerunt autem filii israel ad dedicationem templi: et dedicauerunt illud mense .xii. qui apud latinos martius dicitur .xiii. die mensis. Et celebrauerunt pascha secundum legem domini. De arca vero quomodo receperunt eam incertum est. Sed si verum est quod epiphanius dicit eam vsque ad iudicii diem non egressuram de latibulo petre: in qua eam hieremias abscondit: vt dictum est supra in legenda hieremie prophete. kalend. maii. Certum est quod iudei instar prioris edificauerunt alteram. Nam inter manubias quas tulerunt romani de iudea leguntur translata: et arca domini et candelabrum et mensa. Completo vero templi edificio zorobabel in hierusalem principatum tenuit iudeorum. Quo feliciter administrato cum patribus suis in pace dormiuit: et sepultus est in hierusalem iuxta sepulchra regalia. Hec ex dictis iosephi et hieronymi et ex historia scholastica: necnon ex chronicis guilelmi.

¶ De sancto Iesu sacerdote. Ca. xci.



Esus filius iose-
dech sacerdos iudeoꝝ de gñe Aarõ ex tribu leui tpe quo supra i iudea claruit. Hic eñi anno pmo cyri regis persarũ cũ zorobabel duce ⁊ iudeorũ populo de chaldea egressus in iudeã venit. Et reedificatiõi atqꝫ cõsummatiõi tẽpli dñi ꝓfuit: ⁊ pseuerauit vsqꝫ ad annũ .vi. darij. hydaspis regis ꝑsarũ. Tẽplũ ẽt renouatũ ipẽ vti summ⁹ sacerdos dedicauit. Et officiũ sacerdotale scḋm legis mãdata administrauit. Et hic in pace quiescens in hierusalẽ tumulatus fuit. Qui ⁊ ecclesiastici .xlix. c. vna cũ precedẽte sancto in catalogo sanctorũ patrũ cõnumeratus legitur: ⁊ zacharie .ii. c. multipliciter de sanctitate cõmẽdaṫ. Quos duos sctõs Esdre sacerdoti idcirco pmisi: qꝛ dies obitus ipsorũ certos reperire nõ valui. Nã ⁊ eṗm esdram modico tpe precesserũt: cui⁹ dies festiuitatis immediate subiiciṫ. Hec vnde supra.

¶ De sancto Esdra sacerdote. Cap. xcii.



Esdras sacerdos
Aaron de tribu leui tã a Josepho ꝙ a beato Hieronymo in sanctorũ patrũ prisci tpis numero colligiṫ. Cui⁹ insignia opera in ei⁹ libris recoluntṫ. Hic sub artaxerse rege ꝑsaꝝ claruit: qui in chaldea legẽ moysi a chaldeis succensam quã memoriter didicerat reparauit. Nouos quoqꝫ apices litterarũ q̃ faciliores ad scribendũ ⁊ pnũciãduꝫ fierẽt excogitauit. Et pp hoc scriba velox dict⁹ est. Addidit etiã quedã in veteri testamẽto de suo sicut titulos psalmorũ ⁊ plura que in pentateuco leguntur. Sic quoqꝫ intelligẽdũ est ipsuꝫ quedam sup ersua superasse. Tradũt etiã quidã modum scribẽdi a dextera in sinistrã cũ iudeis tradidisse: cum p⁹ ad modũ arantium scriptitarẽt: vnde ⁊ scriptura exaratio solet dici. Scribebãt eñi a sinistro cornu in dextrũ: ⁊ a dextro redeũdo scribebãt in sinistrũ. ¶ Esdras aũt inuenit gratiã in oculis Artaxersis regis persarum: ⁊ impetrauit ab eo licẽtiam ascendendi in hierusalem: vt in lege quã reparauerat populũ suũ erudiret. Tradidit ergo ei rex epistolã ad suos principes trans flumen vt traderẽt Esdre necessaria: ⁊ ministros ꝓ tẽpli ab omni vectigali ⁊ tributo absolui. Dedit autem Esdre potestatẽ amouẽdi ⁊ cõstituẽdi iudices trãs flumẽ ſm sapientiã suã: ⁊ puniẽdi cõtumaces ⁊ fuerũt cũ eo .clxx. viri ⁊ venerũt in hierusalẽ mẽse .v. Et sibi erũt trib⁹ diebus. Quarto vero die obtulerũt: q̃ secũ attulerãt in domo dñi. Et sic adiurauit Esdras sacerdotes principes ⁊ leuitas vt proiicerẽt vniuersas mulieres alienigenas: ⁊ eos q̃ de eis nati erãt: nã plures filiab⁹ alienigenarũ se copulauerãt. Fuit aũt Esdras eruditissim⁹ legis diuine ⁊ clarus magister oĩm iudeorũ qui de captiuitate regressi fuerãt vt dicit Josephus. ¶ Primo autẽ die scenopbegiarũ q̃ celebrantṫ mẽse septimo: legit Esdras coram oĩ pplo librũ legis dñi iuxta portã aquarũ de mane vsqꝫ ad mediũ diẽ. Scḋa vero die iuxta preceptũ legis tollẽtes arborũ frõdes celebrarũt festũ tabernaculorũ .vii. diebus. Die vero .viii. fecerunt collectã quo ad oleũ ⁊ panes propositos ⁊ ligna ad sacrificia. Post hec iuxta legẽ separauerũt alienigenas ab ecclesia ⁊ in crastinũ in emundationẽ ieiunarũt: iuxta qḋ Esdras illis mandauit. Conuenerunt in octies ad audiendam legẽ: quater vꝫ in die: ⁊ quater in nocte: ⁊ lectiõe terminata popul⁹ sternabaṫ ad orãdũ: ⁊ fiebãt preces super eũ: ⁊ tãdem benedictio sacerdotalis. ¶ Correxit autẽ Esdras populũ: ⁊ erudiuit in lege dñi oĩb⁹ dieb⁹ quoad vixit: ⁊ officiũ sacerdotale strenue ministrauit: eiqꝫ popul⁹ in cunctis obediẽs fuit. Et mortu⁹ Esdras in senectute veneranda: ⁊ sepult⁹ in hierusalẽ .iii. idus iulij. Hũc quidã iudeorũ autumãt fuisse malachiam sed male. Nam malachias post regressuꝫ captiuitatis natus est in iudea: vt dicit Hieronymus. Hec ex libro Esdre: ⁊ ex dictis iosephi: hieronymi ⁊ historie scholastice necnon ex chronica Guilelmi.

¶ De sancto Neemia propheta. Ca. xciii.



Neemias prophe-
ta fili⁹ Helchie qui etiã inter sanctos patres veteris legis ecclesiastici .xlix. connumeraṫ tpe regis artaxersis predictis iudea claruit ⁊ Esdre contemporaneus fuit. Cũ eñi esset pincerna regis i susis castro medorũ: ⁊ vidisset peregrinos hebraice loquẽtes: sciscitat⁹ est ab eis de statu iudee ⁊ hierusalem: ⁊ accepit ab eis vrbẽ esse sine muris ⁊ habitare in ea pplm dei in afflictione. Nã per diẽ sustinebãt impetũ hostiũ ⁊ noctibus intrabãt latrunculi: ⁊ plateas implebãt cadauerib⁹ occisorũ. Et fleuit Neemias: ⁊ cibũ non comedit. Cũ regi vinũ in mẽsa leuaret: apparuit quasi languid⁹ ante eũ. Et cũ ipsuꝫ rex tristicie interrogasset: ⁊ illeqꝫ sibi audita exposuisset: obtinuit a rege vt mitteretur Hierusalẽ ad muros edificãdos: cõstitutoqꝫ ei reuertendi tẽpore dedit ei rex epistolã ad principes trãs flumẽ: ⁊ q̃ mãdauit de honore Neemie exhibẽdo tãq̃ duci ⁊ legato de latere ⁊ de impendijs vrbis reedificande: ⁊ misit cũ eo principes ⁊ equites plures. ¶ Anno igiṫ .xx. artaxersis venit Neemias in Hierusalẽ cum magno comitatu: reducẽs secum multos de filijs captiuitatis dum trãsitũ facerẽt per Babyloniaꝫ. Et siluit Neemias tribus dieb⁹: quarta vero die cõuocata multitudine allocutus est eos: ⁊ exhortat⁹ ad opus. Et edificãtibus ipsis consummatum est op⁹ per annos duos ⁊ menses .iiii. lꝫ in magna angustia: ⁊ plurib⁹ impedimẽtis. Primo enim finitime nationes in manu forti aggrediebantṫ eos: Neemias vero mediam partẽ populi armatã statuit extra ciuitatẽ vt sustinerent impetus aggredientium: alia autem media pars edificabat. Scḋo etiã orta est fames i terra: ⁊ obligauit se popul⁹ tributis sub vsuris: sed agros ⁊ vineas vẽdere cõpulsi sunt: tandem etiã filios ⁊ filias. Tertio autẽ impedimẽtũ fuit ꝙ principes trans flumẽ iudeis inuidẽtes: corruperunt munerib⁹ quosdã de senioribus vt Neemiam occiderent. Quod cũ nequirẽt variis eum terrebãt rumorib⁹ vt sic ab opere cessarẽt. Tandẽ autẽ non preualuerũt aduersus eum: qꝛ man⁹ dñi erat cũ eo. Postq̃ autẽ edificatus est murus quia precepit neemias vt clauderẽtur porte ante solis occasuꝫ nec ante ortũ aperirẽtur. ¶ Cum autẽ mẽsis .vii. immineret: qui fere totus apud iudeos solẽnis est: ⁊ cõuenerunt oẽs iudei in hierusalẽ quasi vir vnus. Cumqꝫ accepisset neemias ꝙ nõ haberent ignẽ de sublimi: ⁊ traditumqꝫ esset ei a seniorib⁹ ꝙ Hieremias propheta tpe captiuitatis hierusalem abscẽdisset stipites altaris ⁊ prunas in inferiorib⁹ terre in valle Josaphat: iuit ad locũ ⁊ exuderato puteo inuenerũt stipites ⁊ prunas atqꝫ aquam crassaꝫ: tollentesqꝫ ea sup struem lignorũ ⁊ hostias q̃ erãt super altare proiecerũt ⁊ statim erupit ignis. Orabãt eñi sacerdotes Jonatha incboante: ceterisqꝫ rñdentib⁹: neemias quoqꝫ specialẽ edidit orationẽ. ¶ Deĩde neemias ⁊ Esdras cũ populo pcesserũt ad dedicationem murorum. Quibus omnib⁹ rite peractis neemias reuersus est ad dñm suum regẽ persarum anno .xxii. regni eius. Et post longã etatẽ apud psidꝫ dormiuit in pace. Sepultus iuxta sepulchra regalia. Hec ex libro neemie. ex ii. Machab. ij. c. ⁊ ex alijs voluminibus quibus supra. Hic neemias qꝛ dies dormitiõis ei⁹ necubi reperiṫ: Esdre ei⁹ cõtemporaneo merito copulaṫ.

¶ De sancto Sila discipulo. Ca. xciiii.

Silas di



Silas discipulus de.lxxij.vnus:vt plurimi asseuerant vnus fuit ex primis fratribus et vt dr Actuū.xv.ab apostolis dñi cum barnaba ⁊ iuda ad ecclesias gentiū destinatus. Cū autē Paulus a barnaba diuisus esset:idē silas ab apostolo in ministeriū assumptus:pdicationis officiū gratia dñi plenus instanter consummauit atq in passionibus suis xpm glorificans:postmodū apud Macedoniā requieuit.iij.idus Julij. Hic em̄ ep̄s corinthiorū ab apostolo cōstitutus fuit:qui ⁊ siluanus fuisse a quibusdā fertur:sed falsum est:quia ille Thessalonice:hic Macedonie quiescit.

¶ De sancto Anacleto papa ⁊ martyre. Ca.xcv.



Anacletus papa ⁊ martyr:natione Grecus de Athenis ex patre antiocho Clementi primo Romano pōtifici in ep̄atu successit: ⁊ sedit annos.ix.mēses.ij.dies.x. De isto tacet Eusebius in chronicis:et dicit q anacletus ipse est, qui et cletus. Sed damasus papa in chronicis Romanorū pōtificū quas scribit hieronymo:ponit eos diuersos. ⁊ dicit quod cletus fuit natione roman⁹:Anacletus natione grecus. Hic memoriā beati petri apostoli cōposuit ⁊ cōstruxit:fecit ⁊ alia loca vbi ep̄i recōderent̄ sepulture. ¶ Hic a beato petro adhuc viuente presbyter ordinatus est. Hic cōstituit vt clericus nec comā nec barbā nutriat. Constituit etiā vt nō minus q̄ a trib⁹ ep̄is ordinaret̄ ep̄s:⁊ vt ordinationes clericorum palam fierēt p̄sente plebe:⁊ vt inimici vel suspecti nō possint accusare presbyterū. Hic etiā pontifex oēs fideles monuit per epistolā.vt presbyteri pre ceteris honorentur:dicens q deo sacrificātes nō debent vexari sz portari:atq ab omnibus honorari.⁊ qd presbyteri qui sacrificant secū testes habeant maxime ep̄i:⁊ vt deo perfecte sacrificare probent̄. Hic fecit ordinationes duas per mensem decembriū:presbyteros quinq:diacones tres:episcopos per diuersa loca numero.vj. Qui sub nerone imperatore martyrio coronatur. Et sepultus est iuxta corpus beati Petri in vaticano tertio idus Julij. Et cessauit episcopatus dies.xiij.

¶ De sancto Eugenio ep̄o ⁊ socijs martyrib⁹. Ca.xcvj.



Eugenius episcopus carthaginiēsis.cū alijs pluribus vt in secundo historie aphricane victor aphricanus dicit sub hunerico rege vādalorum arriano passus est. Hic huneric⁹ ad instantiā Zenonis imperatoris ⁊ placide auguste ecclesie carthaginiēsis.que p annos.xxiiij. ep̄o vacauerat cōcessit vt sibi catholicū ep̄m ordinaret:vnde ⁊ tūc eugeni⁹ electus est. Qui cū in ecclesia p̄dicaret:⁊ ab arrianis p̄hiberi nō posset. Huneric⁹ rex in ecclesie forib⁹ viros statuit:qui oēs catholicos ad ecclesiā accedētes palis in crinib⁹ iactatis ⁊ cōtortis cutē cū capillis abstrahebāt. Quorū aliq oculos amiserūt:aliq in ipso dolore defecerūt. Inde p̄secutiōe aggrauata:dirigūt̄ catholici ad capiū vel cēsiū:vt cespites messiū desiccarēt: quen⁹ sub ardore solis deficerēt. Qui magis in xp̄o iocūdabant̄. Nā ⁊ qdā manū habēs aridā ibidē missus ad opa sanat⁹ est ⁊ cū alijs opabat̄. ¶ Post hec hunericus catholicos diuersis p̄sequēs penis:occīdit ep̄s cū plurib⁹ ci⁹ clericis flāmis cruciās:⁊ vxorē theodorici fris sui ⁊ gersericū nepotē suū occasiōe regni peremit. Inde oēs milites catholicos militia soluit:⁊ domib⁹ eoz diruptis ac substātijs p̄fiscatis in insulis sardinie ⁊ sicilie eos relegauit. Episcoporū defunctorū bona fisco adiecit:nec aliquos ordinare permittebat nisi grauem sibi summam exoluerent: virgines sacras nudatas:⁊ per plateas tractas diuersis penis ignis ferri ⁊ verberum attractabat. Episcopos p̄sbyteros ⁊ clericos.cccclxvij. ad exilium eremi desti.nauit:inter quos erant senes et decrepiti:⁊ felix episcopus abaritanus habens in episcopatu annos.xliiij.paralysi percussus. Eugenio autē in exilium constituto mandatum est:vt cum omni suo clero carthaginē veniret de fide sua cum arrianis disputaturus vt inde contra eum occasionem haberent. Qui veniens cum nutu dei sapienter hereticos cōfutasset ecclesie catholice per omnem aphricam clauduntur:episcoporum catholicorum substantie arrianis traduntur: ⁊ oēs catholici nudi:vrbibus excludunt̄:nudiq sub aere iacere dimittuntur. Inde eq̄s velocissimis sine freno vel sella plures supmittūt̄:vt eq̄s discurrētib⁹ mactarētur:post hec iurare cōpulsi fidelitatē filio Hunerici:q iurare noluerunt corsicam religāt̄ ad ligna p nauibus incidenda:q vo iurauerūt redarguti q ꝯ textum euāgelij iurassent:ad diuersos agros colēdos deputati sunt. Sanctus autē Eugenius cū vniuerso clero suo q erāt ampli⁹ q̄.ccccc.inter quos q̄plurimi erāt lectores infantili etate ⁊ inedia macerati exilio depellūt̄:ibidē in pace vitā martyrio cōsummātes. Regnauit autē sceleric⁹ Huneric⁹ annos.vij.mēses.x.⁊ post hec ebulliēs vermib⁹ infeliciter expirauit. Festū aūt eugenij ⁊ sociorū recolitur tertio idus Julij. Hec aphricanus.

¶ De sancto Henrico imperatore primo et confessore. Capitulum.xcvij.



Henricus imperator primus scōs autem rex Romanorum:fuit primo dux Noricorum. Qui imperauit annis.xxiij. et mensibus.v.et vacauit imperium annos ij. Hic vxorem cunigundem nunq̄ cognouit:sed vna secum virgo p̄māsit. Quodam vero tp̄e instigante diabolo de quodam milite ipsam suspectam habēs super candentes vomeres.xv.pedū via nudis plantis illam incedere cōpulit. Qui cum se dño cōmēdasset:vox de celo sonuit:q virgo maria ipsam virginē liberaret. Totā igitur cadentem massam illesa percurrit:⁊ sic suspitio cessauit. Hic imperator cū adhuc esset dux visionē habuit q ad sepulchrū sancti Wolfgangi Ratisponēsis oraret:⁊ in pariete scriptū videret hoc solū verbū:post sex. Quod ex hoc cogitās se post dies sex moriturum:ipsis trāsactis.vj.hebdomadas:deinde.vj.mēses.deinde.vj. annos cōputans mortē sibi infallibiliter expectabat. Sexto igit̄ anno circa finē dum mortē prestolat̄ imperator eligit̄:qui se totū diuino cultui dedicās:ecclias reparat:nouas edificat ⁊ dotat:⁊ precipue Bamburgēsē ecclesiā cathedralem. Orationis gratia visitat monasteriū Cassinēse.dum vitio calculi laboraret. Cui sanct⁹ benedict⁹ apparēs ipsum a calculo liberauit:sed in signū miraculi characterem manere permisit. ¶ Hic sanctus imperator sororē suā in cōiugiū tradidit stephano vngarie regi:⁊ ex hoc ipsum ⁊ regnū ad fidē cōuertēs. Qui ad extrema deueniens:vxorē cunegūdem virginē parētibus resignauit. Et dormiuit in pace pridie idus Julij.anno regni sui.xxiiij.vite vero sue.lij.anno autem gratie.mxxiiij. Uxor autē ei⁹ in scō p̄posito perseuerauit ⁊ ambo pariter in Bamburgeñ.ecclesia sepulti sunt miraculis clarentes. ¶ Fert̄ quoq q cū obijsset seruus Henric⁹:multitudo demonū ante cellā cuiusdā eremite trāsibat:q aperta fenestra interrogauit vltimū quidnā esset. Cui ille r̄ndit:q legio demonū erat:q ad mortē cesaris pperabāt:si forte aliqd p̄priū in eo inuenire pos-

sent adiuratur quoque vt ad se redeat. Qui rediens dixit. quod nihil profecerat: quia dum falsa vxoris suspitio et alia bona, et mala in libra suissent posita gcutitus ille Laurentius ollam auream immensi ponderis attulit: et cum demones superasse iam viderentur: illa iactata pars altera libre maxime ponderauit. Sicque demon ille iratus: vnam aurem olle preruperat. Ollam calicem vocabat: quem dictus Cesar ecclesie Mutinensi in honorem sancti Laurentii fieri fecerat: eam propter magnitudinem due aures inerant. Repertum est autem et tunc imperatorem migrasse: et aurem vnam calicis fractam esse.

¶ De sancto Phoca episcopo et martyre.
Capitulum. xcviij.



Phocas episcopus et martyr passus est in ponto ciuitate sub traiano imperatore. Hic primus artem gubernatoriam exercuit: deinde diuina dispositione ad episcopatum sinopis ciuitatis peruenit. Cumque traianus imperator in partibus Armenie christianos persequeretur. Aphricanus eius prefectus Phocam episcopum in vrbe ponto degentem detineri fecit: sibique presentari. Quem cum multis exhortationibus ad deorum sacrificia inuitasset Phocas episcopus longa sermonis disceptatione Aphricanum confundebat: et deos gentium demones affirmabat. Cum autem prefectus ei supplicia diuersa comminaretur: orante sancto immensus imber effusus est: terraque concussa: grando: fulgura: ac tonitrua terribiliter irruperunt. Aphricanus nimio terrore perterritus spiritum exhalans mortuus cecidit. Christiani autem assistentes ingentem lucem de celo fulgentem cernunt: et angelos tres igneos sancti episcopi lateri assistentes: ipsumque exhortantes et exinde celos aduolantes. Quibus miraculis Christiana vxor prefecti cum filiis. v. Phoce pedibus aduoluta veniam ac vitam viro exanimi supplicabat. Qui oratione premissa Aphricanum suscitauit: et cum omni familia ad christum conuertit: que cum traianus imperator audisset. Phocam comprehensum exhortabatur: vt diis immolaret. Phocas autem petiit sibi ipsos deos ostendi. Sed cum imperator ipsum ad templum introduxisset. Sanctus martyr non solum rationibus: sed experimento ipsos non deos: sed simulacra insensibilia comprobauit: propter quod indignatus traianus ipsum in ligno suspendi fecit: et torqueri: atque vngulis ferreis vsque ad nudationem ossium lacerari: quem orantem vox celica confortauit. Imperator audita voce pertimuit: phocamque in carcerem trudi fecit: et centurionem nomine crispinum cum mille militibus ad custodiam eius adhibuit. Orante vero sancto media nocte lux ingens de celo refulsit: et ianue carceris patefacte sunt. Quod cum vidissent centurio et milites multi conuersi sunt ad christum. Phocas vero ipsos extra muros ad littus maris adduxit: eosque omnes baptizauit: et huic ad carcerem redijt. Die vero sequenti traianus ipsum eductum et neptuno deo marino sacrificare renuentem in caminum ignis ardentis immitti iussit: qui animo per tres horas sine vlla lesione perdurauit: inde que omnino illesus exiuit quem imperator in thermis ante triduum accensis iactari iussit: omnium aspectu: et cum orasset ad dominum spiritum emisit: corpus vero intactum a calore permansit: quod etiam nimio odore fragrabat. Balnea vero quasi glaciali rigore congelata sunt: quo cum traianus intrasset: et huiusmodi miraculum vidisset: stupefactus admodum exiuit. Cum thermarum ianua sanctum Phocam lucidum apparuit: eique predixit: quod post triduum moriturus esset et ad inferna descenderet. Statimque traianus febrium calore vexatus: post triduum: vt phocas ei predixerat expirauit. Corpus autem sancti martyris in galliam ciuitatem armenie translatum ibidem est sepultum est qui passus est pridie idus iulii.

¶ De diuisione. xij. apostolorum. Cap. xcix.



Diuisio apostolorum ad predicandum idibus iulij celebratur: quia eo die duodecimo anno post ascensionem domini ad euangelizandum verbum dei per mundum diuisi asseruntur vt impleretur oraculum psalmiste dauid qui in omnem terram exiuit sonus eorum &c. ¶ Itaque oriens cessit Thome et Bartholomeo. Meridies Simoni et Mattheo: Aquilo Philippo et Thadeo. Medium mundi Mathie et Jacobo iusto. Mediterranei maris prouincie Joanni et Andree. Occidentis regna Petro et Jacobo zebedei. Totus mundus Paulo apostolo datur est: scilicet quod in eius collecta ecclesia asserit dicens. Deus qui vniuersum mundum beati Pauli apostoli predicatione docuisti &c. Et cantatur in hoc festo in missa epistola. Corde enim creditur ad iustitiam. Ro. x. Et euangelium. Euntes in mundum vniuersum. Mat. vlti. cap. que solennitati maxime conuenit.

¶ De sanctis. lxxij. discipulis. Capi. c.



Septuagintaduo discipuli christi ad instar. lxxij. linguarum ab ipso electi post ascensionem domini ad predicandum verbum dei et ipsi per singulas quasque orbis terre prouincias et ciuitates diuisi sunt et multarum vrbium episcopatus tenuerunt. Quorum nomina hec sunt. ¶ Lucas euangelista: de quo gregorius exponit: tot visibiliter inquirere verbotenus christum adiit. Cumque veritatem agnosceret verus efficitur christi discipulus plurimum cum magistro commoratus. ¶ Cleophas: de quo Luce. xxiiij. fit mentio. Hic cum duo ibant in emaus: vt innuit Gregorius in prefatione moralium: et ita dicit Theophilus. Ambrosius vero dicit alium fuisse. ¶ Barnabas cuius paulus in plurimis meminit et legitur in actibus apostolorum in multis locis. ¶ Mathias qui pro Juda apostolorum numero surrogatus est: vt dicitur Act. j. ¶ Thadeus qui ad Abagarum missus est. Non enim hic fuit ille qui et Judas dicitur frater Simonis apostoli sed alius. Hos quatuor ponit Eusebius primo lib. cap. xv. Sequentes vero ponit abbas dorotheus. Quorum nomina hec sunt. ¶ Ananias qui Paulum baptizauit Actuum. ix. et fuit postea episcopus damasci. ¶ Stephanus prothomartyr qui primus fuit inter vij diacones. ¶ Philippus vnus ex. vij. Diaconibus qui simonem et eunuchum baptizauit: et fuit episcopus in Thracia scitiae. ¶ Prochorus vnus ex. vij. episcopus Nicomedie Bithinie. ¶ Nicanor vnus ex. vij. qui eadem die cum aliis duobus mortuus est: qua et prothomartyr Stephanus. ¶ Parmenas vnus ex. vij. qui dormiit in Nisibe. ¶ Nicolaus vnus ex. vij. fuit episcopus Samarie: sed apostatauit hereticus factus a quo et secta nicolaitarum quos Joannes apocalypsi redarguit. ¶ Simeon vnus ex vij. qui fuit episcopus Tyri et Sidonis. De his omnibus habetur Act. vj. ¶ Titus in creta episcopus fuit ibique predicans sepultus est. De hoc sepius apostolus mentionem facit: et huic specialem epistolam dirigit. ¶ Syluanus cum Paulo predicauit: episcopus Thessalonice: ibique dormiit: de quo prima Thessal. j. cap. ¶ Crisces episcopus Calcedonie: qui in gallia factus est. ¶ Ephenetus de quo Ro. xvi. episcopus Cartaginis factus est. ¶ Andronicus de quo Ro. xvj. episcopus Pannonie factus est. ¶ Ampliatus de quo vbi supra episcopus edesse factus est. ¶ Urbanus de quo ibidem episcopus Macedonie fuit. ¶ Stacheus de quo ibidem quem Andreas apud pontum mare positus in argiropoli Thracie episcopum constituit. ¶ Apodiles de quo Ro. xvj. episcopus Eradie factus est. ¶ Philetus vel phigelus episcopus ephesi: qui postea cum Simone mago reliquit apostolos: vt habetur ij. Timothei. ij. ¶ Hermogenes episcopus Megare factus est similiter predecessoribus: ij. Timothei. iiij. ¶ Demas de quo ibidem dicitur qui postea statuit et sacerdos idolorum in Thessalonica factus est. De his primo Joan-

per singulas corporis partes inunxit: formasq; verborū
ad singulas vnctiones protulit: ac die tertia ipsum ple-
ne sanandū promisit: eiq; habitū predicatorū ordinis
demonstrauit. Quā visionē cū per omnia similiter vir
dei cōspexisset: mane ad Reginaldum accessit: et ipsum
sanatū reperit: nedum ab estu febris: sed etiam a concu
piscentia carnis. A quo seriem visionis audiuit: et habi-
tum a virgine demonstratum assumpsit. Nā antea fra-
tres superpelliceis vtebantur. Reginaldus ergo sanat⁹
ordinem introiuit: et missus Bononiam: officium predi
cationis feruenter peregit. ¶ Iuuenis quidam nepos
domini Stephani cardinalis de fossanoua cum equo
in fouea precipito lapsus: inde mortuus est educt⁹: quē
beatus Dominicus oratione facta cum lachrymis conti
nuo suscitauit. ¶ In ecclesia sancti Sixti: Architectus
quidam cecidit: diuq; sub cumulo cadentis macerie ia
cens expirauit. Cuius cadauer ad se delatum: vir domi
ni orationum suffragio a mortuis excitauit. ¶ In eadē
ecclesia: apud vrbem cum fratres quadraginta mane-
rent: et panis eis quadam vice deficeret: modicū panē
repertum per buccellas fratribus discūbentibus diui
sit. Et ecce duo iuuenes forma et habitu decori refecto-
rium intrauerunt: palliaq; plena panibus detulerunt:
quibus viro dei cunctis videntibus silenter oblatis: su
bito discesserunt. ¶ In itinere positus cum grauis plu
uie inundatio fieret: a se et socio imbrem adeo signo cru
cis repulit: vt circa eos ad spaciū trium cubitorū: nec
aqua vel vnica gutta descendit. ¶ Constitutus in itine
re cum quodam viro religioso cōuersationis domesti-
co: sed loquela alieno: dolens q̄ diuinis eloquiis se mu-
tuo refouere nō possent: impetrauit a dño vt alter alte-
rius lingua loqueretur: et sic per triū verba alterutri⁹
idiomate variantes mutuis se collationibus conforta-
runt. ¶ Hominem quendā pluribus vexatum demo-
nibus stollam collo ipsi⁹ imponens fugatis immundis
spiritibus liberauit. ¶ In partibus Tolosanis ex pluri
bus cōuictis hereticis incendio damnatis vnum reser
uari fecit: quē spiritu prophetico futurum fratrē et egre
gium predicatorē preuidit atq; predixit: et vt predixerat
sic euenit. Nam et spiritū prophetie ipsum habuisse multo-
rum q̄ predixit: euentus probauit. ¶ Apud sanctū sixtū
in vrbe fratribus ad capitolium conuocatis omnibus
pnunciauit quatuor ex fratrib⁹ in breui: duos videlicet
in corpore: et duos in anima morituros. ¶ Et post modi-
cū duo ad dñm migrauerūt: et duo ex ordine recesserūt.
¶ Existēs bononie in vigilia assumptionis dñe: priori
monasterii case marie ordinis cistercieñ. sibi amicissi-
mo exigente materia familiariter reuelauit: q̄ nunq̄ a
domino aliquid postulasset: quod iuxta votū non obti-
nuisset. Cui cum prior ille diceret: vt a domino impetra
ret: q̄ magister Conradus teutonicus ordinē assume-
ret: quod fratres summo desiderio affectabant. Finito
completorio ceterisq; discedētibus fratribus: solus ipse
in ecclesia mansit: et in orōne more solito pnoctauit. Cō
uenientibus ergo fratribus ad primam cum cātor hym
num. Iam lucis: incepisset: ecce noue lucis: nouum spo-
dus futurus magister Cōradus aduenit et ad pedes vi-
ri domini se prosternens habitum vt petiit perseueran
ter accepit. ¶ Frequenter dum corpus domini leuaret
in tanto mentis rapiebatur excessu ac si ibidem christū
incarnatū videret. Mira vero penitentia corpus afflı-
gebat: et noctibus orationi intentus dies predicationi-
bus impendebat. ¶ Tandē appropinquāte peregrina
tionis termino apud bononiā grauiter infirmat⁹: vidit
iuuenem pulcherrimum se ad celi gaudia inuitantem.
Conuocatis igitur duodecim ex fratribus conuentus
bononie testamentum condidit: et ea que posséderat eis
iure hereditatis dimisit: charitatem scilicet et humilita-
tem: ac voluntariam paupertatem: prohibēs omnino
ne quis in ordine suo possessiōes induceret temporales
maledictionem dei et suam imprecans ei qui ordinē il-
lum: quem paupertatis precipue decorat professio ter-
rarum diuitiarū puluere presumpserit maculare. Fra
tribus quoq; decessum suū egre ferentibus eos dulci-
ter consolatus est: promittens q̄ vtiliorem ipsum forēt
post obitū habituri. Sicq; ad extrema deueniēs anno
domini. M. ccxxi. nonis augusti obdormiuit in domi-
no: sepultus in terra et cōuētu bononieñ. ¶ Eadem ho-
ra frater Guale prior conuentus brixieñ. et postmodū
ipsius ciuitatis episcopus: vidit in somnis celum aper
tum: et duas scalas cādidas ad terram dimitti: quarum
summitatē xp̄s cū matre tenebat: et angeli p eas ascēde
bant: in medio autem frater ordinis in sede posita resi-
debat: quē iesus et mater sursum cū scalis trahebāt: do
nec ipsum in celū eleuato apertura celi clausa est. Qui
diē et horā notās veniēs bononiā inuenit sanctū eodem
tpe a corpore migrasse. Eadē hora frater rhao positus
apud typū cū missam celebraret: et i canone patrē dñicū
more solito commēdare vellet in extasi rapt⁹ vidit san-
ctū dñicum corona aurea et immēso lumine adornatū:
duobus reuerendis viris comitatum extra bononiam
procedentem: qui diem et horam similiter notauit: tunc
q; virum dei in pace quieuisse cognouit. ¶ Cum autē
corpus eius sub terra multo tempore iacuisset: miracu
lis crescentibus et fama a fratribus in eminētiorem lo-
cum translatum est: quod tam mira fragrantia redole
bat: vt totam quasi ciuitatē repleret: et cunctorum aro-
matū odorē superaret: que translatio facta est. ix. kalen.
iunii. Quiescitq; ibidem sanctum corpus insignib⁹ mi
raculis pollens.

¶ De sancto osualdo rege et mar-
tyre. Capi. cxiii.



Osualdus rex her-
niciorū et marty: vt scribit beda. iii. li
bro. i. capi. successit fratri suo canfri-
do: qui fuerat christian⁹ sed aposta-
tās a rege britonū cedualdo in bello
fuerat interfectus. Post cui⁹ occisio-
nem osuald⁹ cū paruo exercitu fide
xp̄i munit⁹ superuenit: et suos in xp̄i
noīe exhortās cruce lignea terre affi-
xit: et ante ipsam cū exercitu procidē-
tes: et christū in sui adiutoriū inuocan
tes de hostib⁹ viriliter triumphauerunt. In testimoniū
ergo miraculi et sanctitatis osualdi: de ipsa cruce lignea
frustra cōceduntur: et in aquā mittunt: cui⁹ aque potus
sanitatē cuiuscunq; egritudinis prestat hominib⁹ ac iu
mentis. ¶ Osualdus igit̄ percepta victoria regnoq; su-
scepto in fide xp̄i animatus ad gentem scotorū insule
misit: in qua dudū fuerat delegatus: vt sibi catholicum
aliquem episcopum mitterēt qui gentem suā fide xp̄ia-
na imbuerēt. Missusq; est episcopus adrianus cuius
predicatione regisq; fauore atq; suasu gens herniciorū
christi fidem suscepit. Rex enim episcopo linguā igno-
ranti semper astitit: eiusq; interpres ad populum fuit.
Tunc cepit rex ecclesias cōstruere: et pauperibus largi-
flue ministrare. ¶ Quodam die pasche posita mensa et
disco argenteo cum regalibus vasis: nunciatum est ei
infinitam pauperum multitudinem pre forib⁹ assiste-
re elemosynas postulantes: qui nedum oēs escas ad
prandiū paratas eis largiri fecit: verū etiā discū argen-
teū cū vasis omnibus p frustra cōcisa eisdē impartiri:

mandauit. Quo pietatis opere viso episcopus manum vtramqꝫ tangens dixit. Nunꝙ putrescat hec manꝰ: quod ⁊ euenit: nã ⁊ rege interfecto: vt dicetur: manus cũ brachijs a cetero corpore precise vsqꝫ in presens incorrupte permanẽt. Hic rex sanctꝰ inter berbenorũ ⁊ doricorum prouincias dudũ abinuicem discordes pacem procurauit: ⁊ ad finẽ optatum perduxit. Totumqꝫ regnũ britãnie primus acquisiuit ⁊ obtinuit: cuius partẽ solummodo eius decessores possederãt: ipsum autem felici regimine gubernauit. Postꝙ autẽ nouem annis regnasset contra paganorum exercitũ: gentilemqꝫ regem merciorum pro fide dimicãs: ac regni salute in bello martyr occisus est anno etatis sue. xxxviij. non. augusti. In quo loco omnes quorũcunqꝫ languentium hominũ vel animaliũ egritudines sanant. Puluis quoqꝫ de loco vbi interfectꝰ fuerat assumptꝰ quocunqꝫ deferꝰ ⁊ in potuꝫ languentibꝰ datus: eandeꝫ obtinet gratiã sanitatũ. Sepultusqꝫ est in ciuitate regia noie beda miraculis insignis. Manꝰ aũt cũ brachijs ꝑ se in vase argẽteo posite omnino incorrupte seruantur.

De sancto Emigdio epõ ⁊ martyre.

Capi. xxiiij.



Emigdius episcopus de prouincia francie australi: que dicit germania: cũ esset adhuc puer hyster inde egressus est cũ duodecim fratribꝰ suis tribusqꝫ discipulis: scꝫ cupio Germanio ⁊ Ualẽtino tempore quo rex polymnius gẽtilis in ciuitate esculana xpianos persequebatur: venitqꝫ romã multa miracula faciẽdo. Qd audiẽs cecꝰ quidã assumpto ductore venit cũ requirẽdo vt ab ipso illuminaretur: cui in via adiunctꝰ est miles habẽs filiã fluxũ sanguinis quinquennio patientẽ: qui cũ sanctũ emigdiũ inuenissent cecũ quidẽ presentes illuminauit: filiã vero militis absentem diũ pro illa orasset: a profluuio liberauit: ipsosqꝫ oẽs cũ centũ quinquaginta hominibꝰ promiscui sexus baptizauit. Sed postꝙ idolũ alciepii signo crucis comminuit: sacerdotẽ eiꝰ cõuertit cum. M. xx. viris ⁊ alijs paruulis ⁊ mulieribus multis. Qd audiens vrbis prefectꝰ querebat emigdiuꝫ occidendũ: veniens quoqꝫ ad marcellum papã ab eodẽ epũs esculan. ciuitatis ordinatur: ⁊ ad predicandum illuc destinaĩ. Ipse autẽ miracula multa ostendẽs venit esculũ: secutꝰ a multitudine fidelium: in cuꝰ ingressu demones se incendi clamabãt. Quapropter ad eũ venientes egri numero. cl. qui ab eorũ diis curari nõ poterãt: percepto ab eo sacro baptismate oẽs a diuersis languoribꝰ sanati sunt vñ ⁊ ꝓpter hec miracula populi templa. xij. euerterũt: idolaqꝫ igni tradiderũt: verũ cum sanctꝰ orationes ad deũ fudisset: mox facto terremotu cetera phana idolorũ numero. xxij. subito corruerunt: multiqꝫ ad christum visis tot miraculis cõuersi sunt: ⁊ in ipso oppido tres ecclesias cõstruxerunt. Cuꝫ autẽ a rege quereretur ꝑsecutionẽ fugiẽs ad vrbẽ picenã venit: susceptus a matrona christiana: vbi demerso in fluuium simulacro phanoqꝫ oratiõe destructo multos ad christũ cõuertit. Tandem rex polymnius ipsum detinuit: ⁊ hortabaĩ vt diis immolaret: ꝓmittens ei se filiã suã in coniugem daturum. Quamqꝫ ei tradidit vt ipsum ad sacrificia ꝓuocaret. Emigdiꝰ vero puellã se tentantẽ ad christũ sua predicatione conuertit: aquamqꝫ de saxo producẽs ipsam continuo baptizauit. Alios quoqꝫ plures quos a diuersis prauum languoribꝰ sanos effecerat: eadẽ vnda perfudit. Qd rex audiens ipsum in eodẽ loco iuxta flumen rheonti decollari precepit. Sed anteꝙ decollaretur dicitur orasse: vt in ciuitate esculo nullus aliquãdo esset leprosus vel demoniacus: ⁊ ꝙ nullus exercitus ipsam vrbem vltra. iij. dies obsidere posset aut ibi perseuerare. Decollatꝰ quoqꝫ caput suũ in brachio suscepit: ⁊ trecentis passibꝰ ambulauit vsqꝫ ad montẽ cenobitaruꝫ: ꝙ mõs se mirabiliter aperuit: ⁊ corpꝰ cum capite intra se recepit: seqꝫ continuo reclusit. vbi vsqꝫ in presens quiescit. Sanguis autem ipsius a christiana quadam collectus: Esculi reseruatur in ecclesia sua. Qui passus est non. augusti.

De sancto Menio epõ ⁊ cõfessore. Ca. xxv.



Meniꝰ catalanen. episcopꝰ nobilis romanꝰ a sancto petro apostolo in episcopũ cõsecratus: cũ sancto Dionysio ⁊ alijs episcopis ad gallias predicationis gratia directus est: adiuncto ipso subdiacono maximiano. Sed cum. xviij. miliari o ab vrbe elongati forent. subdiaconꝰ mortuꝰ est. Meniꝰ vero ad petrũ rediit: ⁊ sociũ defunctum nũciauit. Accepta quoqꝫ ab apostolo de fimbria vestimenti eiꝰ particula: reuersus cadauer adhuc inhumatũ tetigit: ⁊ continuo mortuꝰ resurrexit. Alia quoqꝫ signa plurima per illos diis ostẽdit. Cũ aũt ad vrbẽ catalanen. venisset: ⁊ populũ ad conuertẽdũ durũ reperisset. miliario vno a ciuitate in loco deserto cepit in spelũca cõtẽplationi vacare: multisqꝫ inibi miraculis clarescere. Nã puerũ nobilẽ qui cadẽs in fluuiolo qui maura dicitur ⁊ iuxta ciuitatẽ labitur necatus fuerat: suscitauit: multosqꝫ viso mirabili signo ad christũ cõuertit. Sicqꝫ a populo cum honore ad ciuitatẽ ducitur ⁊ in epm sublimatur. In ipso quoqꝫ vrbis ingressu tres leprosos mundauit ⁊ totidem cecos illuminauit: demonẽ quoqꝫ ab obsesso quodam eiecit. Gregẽ autẽ dñicum verbis ⁊ exemplis refouẽs annis. lxxx. sedẽ suã feliciter gubernauit. Et cõfectꝰ senio in pace quieuit non. august.

De sancto iusto epõ. Ca. xxvj.



Iustus episcopꝰ lugdunen. fuit. Qui cum epatu relicto aliquot annis in eremo angelicã vitã egisset: ibidẽ sancto fine migrauit ad dñm. Cuꝰ sanctũ corpꝰ lugdunẽses ciues solicite requisituꝫ: ac in eremo vastissima repertum a remotis terre ptibꝰ ad suã ciuitatẽ tulerũt: ⁊ ibidẽ in ecclia sui sacerdotij honorifice condiderũt non. augu.

De sctõ Cassiano epõ. Ca. xxvij.



Cassianꝰ episcopꝰ ex alexãdrinorũ nobili gñe ortꝰ a sancto zenone eiꝰ vrbis epõ diuinis literis eruditꝰ est. Qui oĩa ꝓ xpo relinquens in in borren. ciuitate ecclesiaꝫ cõstruxit. Ibiqꝫ degẽs sub romano imperatore xpianissimo a populo epũs cõstitutꝰ est. Et cũ ipsaꝫ sedẽ diudũ in sanctitate gubernasset: peregrinationis gratia inde discessit: ⁊ ꝑ mare massiliam nauigauit. Indeqꝫ augustuꝫ venit ⁊ sancto Simplicio epõ triennio adhesit. Quo defuncto omnis clerus ⁊ populus cassianuꝫ sibi in episcopum constituit. Qui vita ⁊ miraculis clarens anno. xx. sui episcopatꝰ in pace quieuit nonas augusti. De hoc frater Uincentius ait ꝙ dum sanctus Germanus antisiodoren. episcopus de Britannia rediens ad tumulum huius oraret. Interrogauit cassianuꝫ quomodo se haberet. Qui statim ex tumulo cunctis audiẽtibus respõdit se perfrui dulci quiete: ⁊ secundum saluatoris aduentum expectare: cuiꝰ se germanus orationibus cõmendauit vt in ipso secundo aduentu partẽ secum habere mereretur humiliter supplicauit.

De sancta Aphra martyre.

Capi. xxviij.



Aphra martyr apud

Cretam in ciuitate augustana marty
rium passa est. Hec cū esset pagana ⁊
meretrix matrem hilariam de lenoci
nio vitam exigentē habebat. Ipsa pro
cum tribus ancillis suis: vez digna:
eumenia: ⁊ eutropia se cunctis peten-
tibus constituebat. Sed per predica
tionē narcisci hierosolymorum epi-
scopi ad christum conuersa ⁊ cū om-
ni domo et matre baptizata: atq; a peccato reuocata
est. Que a iudice prehensa cum sacrificare nollet: sed di-
ceret sufficere sibi peccata sua: quibus de corpore suo
et ancillarum ludibrium faciens Deum offenderat:
qui tamen eam peccatricem ad penitentiam conuer-
teret: viua incendi iussa est: vnde iuxta syluam Zethei
fluminis adducta flammisq; tradita: sic spiritum emi-
sit: vt corpus omnino permaneret inustum. Ancille ve
ro que eam ad martyrium secute fuerant. puer cum na
uicula apparens continuo transuadauit. Que cum cor
pus incombustum inuenissent: nec ipsum sepelire pos-
sent nec nuncium per quem matri nunciarent paratū
haberent: puer qui eas transtulerat eis flumen natauit
et predicta hilarie matri nūciauit. Que veniens noctu
cum sacerdotibus ⁊ ancillis corpus abstulit: ⁊ secundo
miliario ab augusta ciuitate in monumento proprio se
peliuit nonas augusti.

¶ De trāsfiguratiōe dñi nostri Jesu christi. Capitulum. cxix.



Trāsfiguratio do
mini in quibusdam ecclesiis octauo
id' augusti celebratur: nō qd ea die:
vt quidā aiunt: transfiguratio ipa fa
cta fuerit: sz ea die per apostolos pu
blicata. Nā vt dicunt transfiguratio
facta est circa principiū veris. Uerū
discipuli propter prohibitionem eis
a domino factam ne visionem quaz
viderant: alicui dicerent: donec fili'
hominis a mortuis resurgeret: ipsam
tandiu celauerunt et in hac die manifestauerunt: ita le-
gitur in libro q̄ dicit mitralis. ¶ Circa hāc trāsfigura-
tionē quatuor sunt attēdēda. Primo quare dñs se trās-
figurare voluit. ¶ Secundo quomodo se transfigura-
tū ostēdit. Tertio quos sue glorie testes adhibuit. Quar
to qualiter ipsam visionem confirmauit. ¶ Circa pri-
mū sciendum quod christus coram discipulis trāsfigu
rari voluit propter tria. Primo ad confirmādā eorū fi-
dē: cū enī paulo ante dñs apostolos interrogasset: quem
esse homines esse dicerent illiq; varias hominum opi
niones responderent: petro vero in psona omniū apo-
stolorū ipsuz esse christū filiū dei viui protestante: ad cō
firmandā fidē ipsorum christus ei gloriā diuinitatis sue
ostendere voluit: vt tā ex visione vultus splendentis quā
ex auditione patris ipsuz esse dei filiū exclamātis: quod
ipsi primo de iesu credebāt: in eorū cordib' efficaciter ⁊
sine vlla hesitatione firmaretur: vt quia passurus erat:
cū apostoli eū tāquā hominē verū mortuum cernerent:
etiā tanq̄ verū dei filiū resurrecturū nō dubitarēt et qz
ipsa trāsfiguratio summe deitatis mysteriū representa
bat: ideo nō oībus discipulis tanquā secretū diuinū re-
uelanda fuit: sed eis solūmodo qui ceteris excellentio-
res erant ⁊ non vni tantum: quia testimoniuz vni' qua
si nullius reputatur: sed tribus discipulis eo qd in ore
duorum aut triū testiū stat omne verbuz. ¶ Secundo
ad augendum eoz spē: vt per talē visionem discipulorū
animos ad passionem firmaret. Oportet enim ad hoc
vt aliquis directe procedat in via quod finem aliquali-
ter precognoscat: sicut sagittator non recte iaciet sagit-
tam nisi signum prospiciat: vnde dicebat thomas Ioā-
nis. xiiij. Domine nescim' quo vadis: ⁊ quomodo pos-
sumus viā scire: Et christus per passionē nō solū glo-
riā anime obtinuit quam habuit a principio conceptio
nis: sed etiam corporis: ⁊ ideo conueniens fuit vt disci-
pulis gloriaz sue claritatis corporalis ostenderet: vt sic
spem future glorificationis in eorum corporibus demō
straret: secundum illud Philip. iij. Reconformabit cor-
pus humilitatis nostre configuratū corpori claritatis
sue. ¶ Tertio ad perficiendū charitatem. Apostoli enī
licet in christo diuinitatem crederent: solam tamē hu-
manitatem conspexerant: et ideo vix aliquid in christo
diuinum diligebant: quia difficile est amare quod non
videtur: ideoq; christus eis gloriam diuinitatis reuela-
uit: vt cū ipsum etiam deū ex tali visione conspicerent:
etiam in ipso diuinitatem manifeste cognoscerent: et p
consequens vt deum ipsum diligerent. ¶ Circa secun-
dum sciendum quod iuxta textum euangelij. Facies
eius resplenduit sicut sol: ⁊ vestimenta eius facta sunt
alba sicut nix. ¶ Et notanduz quod inter quatuor do-
tes corporis claritas est ipsius persone in seipsa. Alie
vero tres non percipiuntur nisi aliquo actu vel motu.
Christus autem licet aliis temporibus alias corporis
dotes in se ostenderit: videlicet: Agilitatem: quando su-
per mare ābulauit. Subtilitatē quādo clauso virginis
vtero in mūdū pdiit. Impassibilitatē: quādo iudeis eū
lapidare volentib' de manib' eorū exiuit: non tamē p-
pter illas dicit trāsfiguratus: sz p solā claritatē quā disci-
pulis in monte ostendit: q̄ sola ptinet ad aspectum. Fi-
gura enim circa extremitatem corporis consideratur.
Nam figura est que terminis continetur: et ideo sola
claritatis assumptio dicit transfiguratio ⁊ hec claritas
deriuatur ab anime claritate: quam christus semper
habuit: eo quod ipsius anima semper beata fuit: ideo ⁊
corpora nostra post resurrectionē sicut sol refulgebūt:
q̄ lux ex anime claritate que beata erit: originē habebit
Matthei. xiij. Fulgebūt iusti sicut sol in regno patris
eorum. Nec est dicendum quod christus ostenderit tā-
tā claritatem: quātā habuit: sed quantā oculis discipu
lorum percipiendā possibile fuit. Et sicut caro christi
ex claritate anime splendorem illum contraxit: sic etiā
vestes eius ex carnis splēdore cādorem niueum contra
xerunt: sicut verbi grā aqua ex solis radio percussa re-
splēdet: ⁊ paries ex aqua splendente repercussus reful-
get. Circa tertium est sciendum quod christus huius
sue gloriose visionis testes adhibere voluit ptes noui
ac veteris testamēti. De veteri autem testamēto duos:
de nouo autem tres assumpsit: q: videlicet vetus testa
mentum tāquā ex qualitate que est numerus diuisio-
nis: imperfectum fuerat: nouū autem ex trinitate per-
fectiorem in se gratiā continebat. Uerum per moysen
et heliā lex ⁊ prophetia designatur in quib' omnia ve-
teris testamēti mādata continentur: quod enim lex pri
mo mādauit: ⁊ prophetia postmodū confirmauit: per
moysen et heliā denotātur duo status antiqui tēporis.
Quorum vnus fuit coniugatorum designatus in moy-
se: alius continentium designatus in helia. Uel per moy
sen significātur omnes defuncti suscitādi: per heliā in
corpore viuentem omnes viui reperiendi ⁊ a domino
in nubibus rapiendi cū venerit in gloria sue maiestatis
ad iudicādum viuos ⁊ mortuos ⁊ seculum per ignem
quod iā per hāc trāsfigurationez denotatū est. ¶ Tres
autem discipuli: videlicet Petrus Jacobus ⁊ Joannes
significāt tres ordines ecclesie militātis: qbus aureola
datur: ad quos oēs ceteri reducuntur. Petrus enīz si-
gnificat doctores: q: ipse fuit ecclesie omnium primus
pastor. Joannes oēs virgines: q: virgo a domino elect'
est. Jacobus vero martyres: q: primus inter apostolos
martyrium pertulit. Primus autem ordo pugnat cōtra
diabolum. Secundus contra carnem. Tertius con-
tra mundum. Ad primum ordinem reducuntur con-
fessores: ad secundum continētes: ad tertium peniten-
tes. ¶ Uel per istos tres Apostolos significantur tres

virtutes theologice per quas ad gloriã eterne felicitatis puenire debemus. Petrus enim denotat fidem: quia ipse solus confessus est gloriam deitatis dicens. Tu es christus filius dei vivi. Jacobus denotat spem: quia primus omnium apostolorum passus fuit propter spem retributionis eterne. Joannes vero charitatem: quia ipsum christus speciali prerogativa super oẽs dilexit. ¶ Vel per ipsos tres apostolos significantur tres penitentie partes sine qua ad claritatem eternam nemo peruenit. ¶ Petrus enim qui interpretatur agnoscens denotat contritionem: que ex sola peccati notitia prouenit. Ps. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco. vnde et Petrus culpa sua cognita fleuit amare. ¶ Jacobus qui interpretatur supplantator denotat cõfessionem: quia diabolus supplantatus elliditur. Joannes qui interpretatur gratia dñi denotat satisfactionem: quia homo penitens ad gratiam reuocatur. Circa quartũ sciẽdũ est quod in baptismo christi: quod fuit mysterium prime regenerationis: et in transfiguratione: quod est mysteriũ secũde declarata est operatio trinitatis. Nam in christi baptismate apparuit pater in voce: filius in carne: spiritussanctus in columbe specie. Hic autem se reuelat pater eadem voce et eadem verborum prolatione filius eadem carne sed refulgente: spiritus autẽ sanctus in forma nubis perlucide. Nam sicuti in baptismo spiritussanctus dat innocentiam: que per colũbam designatur: sic in resurrectione dabit claritatem glorie et refrigerium ab omni malo: quod in nube ostenditur. Et quia christus venit gratiam actualiter dare in re: gloriam vero incredibiliter promittere in spe. Ideo in transfiguratione inducuntur homines vt ipsum audiant: non autem in baptismo. ¶ In hac die vinum nouum si inueniri potest in sanguinem christi conficitur: vel saltem de matura vua in calice aliquantulũ eliquatur. Racemi etiam benedicunt et populus cõmunicat. Cuius ratio est quia dñs discipulis in die cene dixit. Non bibã amodo de hoc genimine vitis donec illud bibam nouum in regno patris mei. Illa vero transfiguratio dñi: quod dixit nouũ vinũ representat gloriosam innouationẽ: quã christus post resurrectionem habuit. Et ideo in hac die transfigurationis que resurrectionẽ representat nouũ vinũ inquirit: in quo nouitas eterne dulcedinis ostẽditur que sanctis post resurrectionem in patria propinabitur. Hec ex libro mitrali.

¶ De sancto Sixto papa secundo et sociis martyribus. Capitulum. xxx.



Sixtus papa et martyr: huius nominis secundus felicissimus et agapitus diacones rome sub decio cesare passi sunt hic natione grecus ex parte in sophoro atheniensi. primus quidẽ philosophus: postea vero christi discipulus Stephano pape primo in põtificatu romano successit: seditque annos duos: menses vndecim: dies sex. Hic constituit vt missa celebraretur super altare quod antea non fiebat. Et vt sacerdote incipiẽte missarũ actionẽ: chorus decantaret hymnũ. Sãctus sanctus sanctus: dñs deus sabaoth. etc. Qui cum prefatis duobus diaconibus detentus: decio cesari et valeriano prefecto presentatus cũ nullis psuasionibus ad sacrificandum posset inclinari iussus est duci ad tẽplũ martis: vt aut sacrificaret aut in custodia mamertina reciperetur. Sed dũ sacrificare renuens in custodiã duceretur: beatus laurẽtius eius archidiaconus eidẽ obuius fuit: et quo ipse pater sine filio tenderet clamare cepit: atque ne se relinqueret instãter exorauit. Sed beatus sixtus eidẽ predixit: quod ipsum nõ deserebat sed ad martyriũ precedebat: cũ ipsi maiora certamina post triduũ deberẽtur. Mandans vt thesauros ecclesie quos ei commendauerat pauperibus dispensaret. Quod et laurentius fideliter adimpleuit: vt dicetur infra in eius passione quarto Idus augusti. ¶ Post duos dies beatus sixtus de custodia educitur cum duobus diaconibus felicissimo et agapito et presentatus decio et valeriano iubetur duci ad templum martis et ibi sacrificare. Quod si renuerent ibidem capite truncari. Ducti sunt ergo foras muros porte apie ad templũ martis. Et cum orasset sixtus cecidit aliqua pars templi et idola comminuta sunt. Cumque duceretur ad decollandum beatus Laurentius post eum clamare cepit: rogans ne se desereret: eo quod thesauros suos quos sibi tradiderat iam expendisset. Tunc milites audientes de thesauris Laurentium tenuerunt. Sixtum vero cum felicissimo et agapito ibidem decollauerunt. Christiani autem cum Justino presbytero corpus Sixti raptum sepelierunt in cimiterio calixti via apia. Felicissimi vero et agapiti posuerunt in cimiterio pretextati. viii. idus Augusti. Referuntur etiã passi cum beato Sixto. iiii. aliĩ diacones videlicet ianuarius: magnus: vincentius: et Stephanus: et seuerus presbyter: et claudius subdiaconus et crescentius lector et Romanus ostiarius. Hic fecit ordinationes duas per mensem decembris presbyteros quatuor diacones septem epos vero duos. Et cessauit epatus dies viginti.

¶ De sancto Sixto papa tertio Capitulum. xxxi.



Sixtus papa huius nois tertius natione Romanus ex patre prisco celestino primo pape in epatu Romano successit seditque annos viii. et dies. ix. Hic de regione celij montis constituit vt nullus clericus in parochia alterius ordinati psumat. Hic cõgregata synodo per crie sibi illato coram ãnquaginta septẽ epis se purgauit. Et cõdẽnat bassus: qui hoc ei apud augustũ crimẽ intulerat: ita tñ vt vltimo die eius viaticum ipsi non negaretur propter humanitatem pietatis ecclesie: qui bassus cum defunctus esset: corpus eius Sixtus epo manibus propriis sepeliuit. Hic edificauit ecclesiã sancte dei genitricis marie: que dr ad presepe: et hodie maior vocatur in mõte superagio iuxta macellum libye. Hic et in distribuendas pauperibus elemosynas studuit: et multas auro et argẽto basilicas decorauit: plenusque sctitate feliciter in xpo quieuit: et sepultus est in via Tyburtina in crypta iuxta corpus beati Laurẽtii: et cessauit epatus dies. xxii. Hic occidẽtaliũ eporum sententias nestorii damnantes errorem orientalibus scripsit epis: in insigni volumine contentas.

¶ De sanctis martyribus Justo et Pastore. Capitulum. xxxii.



Justus et pastor martyres apud vrbem complutum hispanie puincie sub Datiano preside passi sunt. Hi germani fratres christianis parentibus orti et ipsi christiani: cum adhuc pueri literis imbuerentur: ad passionẽ animati: proiectis in schola tabulis sponte ad martyrium cõcurrerunt: idola spernẽtes: qui a datiano preside tẽti nec audit: eo quod dubitaret ne ipsorũ vtpote infantium exemplo aliĩ prouectiores ad martyriũ incitarentur: verberibus diris afflicti sunt. Cũ autem presidi relatum esset quod se mutuis exhortationibus constãtius roborarent: eos extra ciuitatem adductos gladio cedi iussit: quorum aias etiam ipsi gentiles ab ipso xpo cõcinentibus angelis ad celum deferri viderunt: corpa vero a xpianis in eo quo passi fuerãt loco tumulata sunt multis clarentia signis: vbi et basilica desuper edificata est: passi sunt autem. viii. idus augusti.

¶ De sctõ Donato epo et martyre. Cap. xxxiii.



Donatus episcop⁹ et martyr apud aretiũ ciuitatẽ tuscie passus est tempore Juliani imperatoris. Hic cũ Juliano imperatore predicto nutrit⁹ ⁊ erudit⁹: atq; cũ eodẽ clericus effectus est a sancto pygmenio presbytero in vrbe roma: qui Julian⁹ ad subdiaconat⁹ ordinẽ ascendit: ipse vero donatus lectoris officiũ suscepit. Sꝫ cũ Julian⁹ apostatasset: ⁊ in imperium sublimat⁹ esset patrem ⁊ matrẽ donati occidit. Donat⁹ vero fugã aretiũ petijt: ⁊ cũ hilariano monacho habitauit: cuꝫ quo ⁊ multis claruit signis. Cũ enim mulier quedã nomine syrana gentilis ⁊ ceca ad eos venisset: petẽs in xp̄i virtute illuminari ab eisdẽ: primo mentis cecitate sanata vna cũ filio suo oia idola combussit: ⁊ ad satyrũ ep̄m aretinũ adducta ab eodem cũ filio baptizata est: ⁊ cũ sacro chrismate liniret: oculorũ mox lumẽ recepit. ¶ Deinde donat⁹ cũ hilariano ampronianũ p̄fecti ciuitatis filiũ demoniacum Asterium nomine ad se adductũ ab immundo spiritu liberauit: clamante demone quod donat⁹ ipsum de domo sua coartaret exire. ¶ Uir quidã eustasius nomine exactor fisci in tuscia publicã pecuniã euphrosine cõiugi in custodia dereliquit: ⁊ abijt. Que timore hostiũ superueniẽtiũ pecuniã abscõdit: ⁊ repẽtina morte preuenta sepulta est. Cumq; vir ei⁹ rediẽs pro exactiõe thesauri cũ filijs ad suppliciũ traheret: ad donatũ cõfugit: q̃ vna cum ad sepulchrũ vxoris p̄rexit: ⁊ oratiõe fusa euphrosinã de tumulo ex noie vocauit: ⁊ vbi esset pecunia interrogauit. Que respõdit quod in ingressu domus suffossa iacebat que ibidẽ reperta eustasi⁹ liberatus est. ¶ Post hec donatus a satyro ep̄o in presbyterũ ordinat: eoq; defuncto ab omni populo in ep̄m eligitur. ¶ Cumq; die quadã celebrãs populũ cõicaret: ⁊ diacon⁹ antimus sanguinẽ xp̄i in calice vitreo populo propinaret: subito paganorꝫ impulsu cecidit ⁊ calicem fregit. Cumq; ex hoc omnes tristarentur donat⁹ fragmẽtis calicis collectis oratione fusa ipsum ⁊ in formã pristinã restaurauit: vna autẽ particula a diabolo abscõsa defecit: que tamẽ ad testimoniũ miraculi p̄fecit. Quo signo viso. lxxix. gẽtiliũ ad xp̄m cõuersi sunt. ¶ Post dies aũt. xviij. quadracian⁹ augustalis preses tenuit beatũ hilarianũ ⁊ donatũ. Et primo quidẽ hilarianũ in ciuitate ostia detentũ fustib⁹ cesuꝫ martyrẽ xp̄i fecit vt supra in ei⁹ passione actũ est. xvj. kalẽ. augusti. Deinde donatũ in ciuitate aretina detentũ: ⁊ cũ sacrificare nollet ⁊ deos blasphemaret: iussit cũ lapidib⁹ ore contundi: ⁊ deinde in custodia retrudi vbi dum egrorũ multitudo ad eum accedẽs a diuersis languoribus sanaret: iussit illũ quadracianus in eadẽ custodia capite truncari: corp⁹ a xp̄ianis in eadẽ ciuitate tumulatũ est. vij. idus augusti.

¶ De sancto Donato ep̄o ⁊ cõfessore. Capi. xxxiiij.



Donat⁹ episcop⁹ apud ciuitatẽ Epiri veteris qui tpe theodosij imperatoris iunioris: multis ibidẽ miraculis clarebat. ¶ In quodã loco noie Eusauria erat fons aque adeo infect⁹: vt quicũq; de illo biberet protin⁹ moreret. Ad quẽ locũ sanct⁹ vir cũ clero ⁊ populo p̄cessionaliter accessit: vt oratiõe aquam sanaret. Et dũ vectus asinulo fonti appropinquaret: ⁊ celo nubibus tenebrato: ⁊ fulgurib⁹ ac tonitruis erumpẽtibus: draco terribilis inde erupit: ⁊ pedes asini cauda inuoluẽs cõtra donatũ se erexit: quẽ ille leui ictu baculi p̄ mutienꝰ: vel vt alibi legitur in os eius expuens continuo interfecit. Quem octo boum paria vix traxerunt ad ignem. Orauit autẽ vir sanctus ad dominũ: ⁊ omne venenũ a fonte fugauit. Misso quoq; puero cũ situla ad aquã hauriuꝫ bibit: ⁊ omnibus ad bibendũ saluberrimaꝫ ē inde cõcessit. ¶ Alias etiã dũ ipse cuꝫ socijs siti vexaretur: sua oratione fontẽ de terra p̄duxit. ¶ Cum filia ĩ theodosij imperatoris a demonio vexaretur: ⁊ patre adhuc gẽtile ad singula sacrificia deorum duceretur: ⁊ a nullo mõ liberari posset. Imperator audiẽs de virtutibus sancti ip̄m ad se accersiuit: ⁊ vt natam suã liberaret instanter rogauit. Qui demonẽ interrogauit vnde illuc venisset. Illeq; de eremo se venisse respondit quẽ sanct⁹ dei ad locuꝫ ip̄m redire cogit: deniq; vniuersam domũ concutiẽs exiuit. Sicq; impator cũ vxore ⁊ filia ⁊ vniuersa familia ad xp̄m cõuertit. ¶ Cũ quidã mortuus efferretur: adueniens creditor chirographũ protulit: dicẽs sibi deberi solidos ducentos: ⁊ iuxta legẽ imperialeꝫ nõ permittebat eũ sepeliri. Qd̄ cum vxor eius donato cum lachrymis indicasset: asserẽs q; homo ille pecuniã totaliter recepisset: assurgens homo dei ad locũ iuit: ⁊ manum defuncti tenens corã omnibus excitauit: atq; vt creditori satisfaceret iussit. Qui residẽs in pheretro ipsum de solutione debiti cõuicit: ⁊ chirographũ manu scidit: atq; iubẽte sancto iterũ obdormiuit. ¶ Cũ fere trib⁹ annis nõ pluisset ⁊ sterilitas magna esset: infideles ad imperatorẽ cõueniũt petẽtes sibi tradi donatũ: q̃ p arte magicam hoc fecisset. Ad imperatoris ergo instantiã sanct⁹ egressus dñm exorauit: ⁊ statim pluuia copiosa descendit: ceterisq; infusis ab imbre ipse leuib⁹ indut⁹ ⁊ siccis vestib⁹ domũ rediit. Et sic oẽm ciuitatẽ cõstãtinopolitanã ad fidẽ cõuertit. ¶ Post hec ab imperatore impetrauit immunitatẽ loci vbi ipse fontẽ sanauerat. Ibiq; iuxta ciuitatẽ lusiouiam ecclesiã cõstruxit: ⁊ clar⁹ virtutib⁹ in pace quieuit. vij. idus augusti. Corpusq; ei⁹ post multos annos a venetis inde sublatũ: positũ est in ecclesia beate Marie de muriano sub ep̄atu torcellẽsis vbi ⁊ signis mirabilibus fulget.

¶ De sanctis Cyriaco Largo ⁊ Smaragdo martyrib⁹. Cap. xxxv.



Cyriacus: Larg⁹: ⁊ Smaragd⁹ martyres Rome passi sunt sub maximiano imperatore. Hic cyriac⁹ a sancto marcello papa diaconus ordinat⁹ est. Cũ aũt maximian⁹ imperator thermas edificaret nomine diocletiani: et xp̄ianos plurimos dãnasset ad fodiẽdã arenã. Inter ceteros deducti sũt ad ministeriũ p̄dictũ sctĩ martyres Cyriac⁹ ⁊ sisinni⁹: q̃ non solũ suas: sed etiã alienas sarcinas dei auxilio portabãt. Nam cum ibi esset sanctus saturninus senex: qui ex senectute arenã ferre nõ poterat: sisinni⁹ ⁊ Cyriacus ipsum ad portandũ iuuabãt: vt dictũ est supra in passiõe marcelli pape decimoseptimo kalẽ. februarij. Qd̄ cũ audisset maximian⁹ imperator saturninũ ⁊ Sisinniũ ac Cyriacũ in carcere detineri fecit. Et sisinniũ quidẽ ac saturninũ per diuersa supplicia interemit: vt supra actuꝫ est in passiõe eorũ. iij. Kalen. decembris. Cyriacus vero cũ duob⁹ socijs Largo ⁊ Smaragdo in carcere detẽtus est p annos tres: donec edificatis thermis diocletianus rediit de partib⁹ aphrice. ¶ Post dies autẽ paucos filia diocletiani noie artemia cepit a demonio vexari: clamãte demone p os ei⁹ q; nisi Cyriac⁹ veniret: inde nunq̃ discederet. Qua de re cyriac⁹ cũ socijs de custodia educt⁹ est: ⁊ ad filiã imperatoris adduct⁹. Cui demõ dicebat: vt si ipsum ex puella exire vellet: vas aliqđ sibi daret in quo intraret. Et cũ Cyriacus seipsum offerret: demum dicebat: q; in vas suum intrare non poterat: quia vndiq; signatum erat. Addiditq; comminans: quod si inde ipsum eijceret in parsidem illum venire faceret. Et cum coactus ex puella exiret: artemia clamauit quod deum quem predicat Cyriacus videret. Quam san-

ctus Syriacus cū matre serena ad xp̄m cōuertit ꝛ baptizauit. Cui diocletian⁹ iuxta palatiū suū domū cōcessit: vt ibidē cū socijs secur⁹ in Christianitate maneret. ¶ Post modicū tempus venit legatio a sapore rege persarum ad diocletianū: vt Cyriacuz ad se mitteret: quia filia eius iobia noīe a diabolo vexabatur. Ad preces ergo diocletiani Cyriac⁹ cū socijs nauī impositis necessarijs, in Babyloniā lect⁹ iuit. Et cū ad puellā peruenisset in Christi nomine immundū spiritū ab ea eiecit: clamāte demone per os ei⁹ quod nomen Christi terribile ipsum coartabat exire. Et sic sanatā puellā cū parētibus ꝛ omni cognatiōe numero .cccc.xx. Cyriac⁹ baptizauit. Et cū multa sibi munera essent oblata recipere noluit: sz .xlv. dieb⁹ ibidem in pane ꝛ aqua ieiunās tādem Romam reuersus est: ꝛ a diocletiano gratanter exceptus. Quo post duos mēses defuncto Maximian⁹ ei⁹ filius successit. Qui iratus de sorore sua artemia cyriacū comprehendi: ꝛ nudum ac cathenis ligatum ante redā suā trahi fecit: ad exemplum christianorum. Deinde ipsum carpasio vicario cum socijs tradidit puniendū. Qui picem reliquatam super capita ipsorum iussit perfundi: deinde diebus .iiij. in carcere fame macerari. Post hec cyriacum eductū ꝛ sacrificare nolentem iussit in catasta extendi ꝛ attrahi: neruis ac fustibus cedi. Et cū in his omnib⁹ gratias ageret: iussu maximiani duct⁹ est via salaria intra thermas Salustij: ꝛ ibidem decollatus est cū socijs suis Largo ꝛ Smaragdo: ꝛ alijs christianis promiscui sexus numero .xxj. Quorū omnium corpora ioānes presbyter in eodē loco sepeliuit. Sanctū vero cyriacum cū largo ꝛ smaragdo per se posuit. sub die .xvij. kalen. aprilis post aliquot menses corpora ipsorū sanctorum a sancto marcello papa ꝛ lucina matronā inde leuata sunt ꝛ trāslata in via ostiensi miliario ab vrbe octano .vj. idus augusti: quo die prefatus pōtifex ipsorū festum recolendū ordinauit. ¶ Carpasius autē cum domum cyriaci impetrasset: ꝛ ad derisionem christianorū in loco vbi baptizabat: se balnearet: ꝛ ludis scenicis ac epulis cū .xix. socijs sepi⁹ vacaret: oēs subito die quadā mortui sunt. Et extūc clauso balneo gētiles xp̄ianos venerari ceperunt.

¶ De sancto Seuero ep̄o Viennen.
Capi. xxxvj.



Seuerus episcopus viennen. natione induo: in fide christi feruentissimus: causa predicationis laboriosissime ad prefatam vrbem veniens: in gentem paganoruz multitudinem verbo ꝛ miraculis ad fidem christi conuertit: vbi episcop⁹ a populo constitut⁹: post laudabiliter vitā inibi in pace quieuit .vj. idus augusti cōdit⁹ in basilica sancti stephani signis clarus.

¶ De sctō Hormisda papa ꝛ cōfessore.
Capit. xxxvij.



Hormisda papa natiōe campanus de ciuitate fresīlō ex patre iusto symmalcha: pape in pōtificatu romano successit: ꝛ sedit annos .ix. dies .xvij. Hic clerū cōposuit: ꝛ psalmos canēdos ordinauit. ¶ Cuz autem anastasius imperator in heresim eutichianam corruisset: duas in christo naturas denegās. Hormisda papa direxit enodium ep̄m ticinen. Aliosq; cū eo cōstātinopoliz legatos quaten⁹ anastasiū imperatorē ꝛ acaciū patriarchā ei cōplicē si r esipiscerēt ad ecclie gremiū reducerēt: sin autem anathemate ligarēt: qui non solū eorū salubria monita spreuit: sed etiā graui cōtumelia illos expulit nauiq; fragili impositos mādauit: ne quispiā ad aliquā grecie ciuitatem accederēt. Quā ei⁹ impiā temeritatē vitio diuina secuta est. Nā .xxvij. ei⁹ imperij anno fulminis ictu percussus interijt: moxq; omnes grecos ad catholicā veritatem redeūtes hormisda papa recōciliauit. ¶ Hic postq̄ multas elemosynas pauperib⁹ erogasset: necnō pluribus basilicis diuersa ornamēta contulisset apud sanctum petrum trabem argenteā mille ꝛ .xl. librarū relinquens ibidem sepultus requiescit: dormiuit autē in domino .vj. idus augusti.

¶ De sancto Hormisda martyre.
Capi. xxxviij.



Hormisda martyr apud psas passus est sub rege ipsi⁹ prouincie sapore: q̄ nobilissim⁹ fuit ex patre prefecto psaruz quē dū rex sapor xp̄ianū agnosceret iussit vt nudus camelos exercit⁹ traheret. Qd̄ dū multis dieb⁹ patiēter fecisset: ille cū ex alto sole adustū cōspiciens: veste linea pietate mot⁹ ipsum operuit: ꝛ deide ei: vt negaret christū blandiri cepit. At sanct⁹ ilico cōcisam vestem deposuit: moxq; ip̄m rex indignat⁹ gladio necari mandauit.

¶ De trāslatiōe sancti Quirici ep̄i.
Capi. xxxix.



Translatio corporis q̄rici ep̄i ꝛ martyris apud anconā .vj. idus augusti celebrat: quo vez die ipsi⁹ btī martyris corp⁹ sanctissimū de hierosolyma ad hāz ciuitatē delatū multis clarēs signis atq; miraculis digna veneratiōe reconditū est vt habet in martyrologio.

¶ De sctō Romano martyre.
Capi. xl.



Romanus martyr rome passus est sub decio cesare. Cuz cū beat⁹ laurenti⁹ in catasta extēsus scorpionib⁹ cederet: vt dicē infra in ei⁹ passiōe .iiij. idus august. Roman⁹ miles iter alios ibidē astās cepit clamare: q̄ videbat añ martyrē iuuenē pulcherrimū assistēte: ꝛ vulnera eius linteo extergentē. Et cū hoc audiētes deci⁹ cesar ꝛ valerian⁹ pfect⁹ magicis artib⁹ ascriberēt ꝛ laurentiū de catasta solutū in custodiā hippolyti recipi iussissent. Illuc roman⁹ ad pedes ei⁹ afferēs vrceū cū aqua: ꝛ se baptisari instāter exorans quē beat⁹ laurenti⁹ credētem baptizauit. Qd̄ cū deci⁹ audiuisset: iussit eū cū fustib⁹ exhiberi ꝛ cū non interrogatus se christianū proclamaret: iussu decij foras muros porte salarie educt⁹: ꝛ ibidē capitali sñia punit⁹ est cui⁹ corp⁹ a iustino pbr̄o collectū: sepultū est in crypta in agro verano .v. idus augusti.

¶ De sctīs Secūdiano Veriano ꝛ Marcelliano martyribus.
Capi. xlj.



Secūdianus Valerian⁹ ꝛ Marcellian⁹ rome passi sunt sub decio cesare. Secūdian⁹ cū rogat⁹ cuz Veriano pictore in xp̄ianos scribebat: q̄ dū die q̄dā cū Marcelliano eloquentissimo ꝛ sapientissimo oratore gētili de sententijs disputarēt: venientes ad Vergilianū tractātes q̄ de xp̄o i suis bucol. scripserat. Magn⁹ ab integro seculorū nascit ordo. Jam redit et virgo redeunt

virgo redeunt saturnia regna. Et noua progenies celo demittit alto. Et infra tu mō nascēti puero quo ferrea primū. Desinet: ac toto surget gens aurea mūdo ꝛc. Et hec ad inuicē cōferētes: ea q̄ de xp̄o dicta esse intelligē-tes conuersi sunt: ꝛ a timotheo p̄sbytero baptizati atq̄ a sctō sixto papa cōfirmati. Quod audiēs Ualerianus p̄fectus nūciauit decio: qui eos tentos missosq̄ centū cellis tradidit eos ꝓmotu consulari tusciae puniendos. A quo primū fustibus cesi sunt. Et cū in idolum conspuētes ipsum cōminuissent: in equuleo suspensi: ꝛ vnguib' abrasi: atq̄ flammis lateribus appositis diuti' cruciati sunt: qd̄ dum fieret vnus ex ministris subito expirauit: ceteri vero a diabolis obsessi sunt. ¶ Qd̄ cernens promotus illos decollari iussit et corpora eorum in mari iactari. Sed diuina prouidentia ad litus eiecta a quodam deodato tumulata fuerunt in loco vbi erant decollati. Qui passi sunt quinto idus Augusti.

¶ De sanctis Firmo ꝛ Rustico martyribus.
Capitulum. xiij.



Firmus et Rusticus martyres apud Ueronam passi sunt sub anolino proconsule temporibus maximiani imperatoris. Hi ciues bergomenses ex eadem parentela orti sunt. Sed firmus erat notissimus maximiano īperatori. Qui audiens eum christianum misit ad ipsum detinendum. Quem milites in villa eius inuenientes euāgelium legentem: vinctum adducunt mediolanum. Cui occurrit ei rusticus seq̄ christianū p̄fitēs tētus ac simul ductus est. Imperator autem ipsos sacrificare nolentes a binis tornionibus fustibus cedi iussit. Et iterum inclusos in cippo pedib' arctari. Deinde eos anolino presidi tradidit puniendos. Qui eos secum vinctos veronam ducēs dedit in custodia militi caucario nomine: vicario ciuitatis triduo inedia macerandos. Cum autem ille eos media nocte canentes audisset: ꝛ lucem celitus effusam ac ipsos diuinis refectos cibis vidisset: ad christū ꝯuersus est. Post dies sex iussu anolini educunt̄ Dumq̄ proculus episcopus veronen. eos insequeret̄: dicēs se christianum: ꝛ ipse vinctus p̄sidi presentat̄. Quē ille vt decrepitum arbitrans insanire in facie eius dimisit: vt supra dictū est in gestis proculi episcopi. v. idus decembris. Sanctos vero martyres sup testas accēsas diutius volutatos in ignē misit. Sed flamma in quatuor partes diuisa plures incendit: ipsi vero illesi permāserunt. Quos preses demū extra ciuitatem eductos ꝛ fustibus maceratos decollari mandauit: corporibus bestiis derelictis. Sed caucario nocte iuxta corpa vigilante. vij. viri se negociatores asserentes corpora abstulerunt nauigio imposita ꝛ vltra nō comparuerunt. Corpora autē ipsa diuino nutu transuecta sunt ad carthaginem: ꝓuinciam in ciuitatē que dicitur predonensis: ibiq̄ ab angelis sepulta multo tēpore iacuerunt. Processu vero temporis dum terentius quidē de Hystria ciuitate capris: haberet filium nomine gaudentium: cum eo mercationis gratia per mare discurrebat. Filius autem eius repente a demone opprimitur clamante per os eius diabolo quod nemo inde ipsum eiiceret: nisi firmus et rusticus martyres. Pater autem dum sanctorum corpora dudum nauigans requisisset: tandem dei prouidentia ad locū vbi iacebant applicuit: puerq̄ liberatus est: vbi sepulchrū tetigit. Pater autem sanctorū corpora inde surripuit: ꝛ ad ciuitatem suam perducta tumulauit: vbi quieuerūt donec a sancta maria veronen. dicta consolatrice veronam reportata sunt: vt supra in eius legenda habetur kalen. augusti. Passi sunt autem sancti martyres quinto idus augusti.

¶ De sancto Laurentio archidiacono ꝛ martyre.
Capitulum. xiiij.



Laurentius archidiacon' ecclesie Romane sub decio cesare et Ualeriano prefecto rome gloriosum martyrium passus est. Hic genere hispanus ꝛ beati sixti pape secundi discipulus fuit. A quo leuita rome ordinatus vna secum predicatione insistebat. Eodem tp̄e Philippus imperator primus ex imꝑatoribus: ꝛ fili' ei' noīe Philippus fidē xp̄i perceperunt conuersi a sancto pontio martyre. Qui Philippus regnauit anno millesimo ab vrbe condita. ¶ Uerum ipso imperatore Philippo decio occiso vt dicet̄ infra in eius passione libro xj. Philippus iunior timens fugam arripuit ꝛ thesaurū patris ac suū beato sixto pape commēdauit: vt si ipsum a decio interfici contingeret: ipsum thesaurū pauperibus erogaret. Cum autem decius in imperatorē electus esset a militibus: licet nunquam a senatu confirmatus: propter quod nō imperator: sed cesar dictus est xp̄ianorū persecutionē exercere cepit: ꝛ multa milia martyrū ꝑ diuersas mūdi partes īterfecit. Inter quos etiā Philippus Philippi imperatoris filius martyrio coronat' est. ¶ Post hec deci' de thesauro Philippi inquisitionem faciens oblatus est ei beatus sixtus tanquā qui xp̄m coleret: ꝛ imperatoris thesauros haberet. Quem deci' in carcerem recipi iussit. Cui cū laurētius obuiasset clamare cepit: quo ipse pater sine filio ꝑgeret: ꝛ ne se ministrum suum vllo modo desereret. Beatus aūt sixtus per sp̄m eidē r̄ndit q̄ eū nō deserebat: sed ad martyrium precedebat cū ipsi maiora post triduū certamina deberētur: mandās vt thesauros sibi cōmissos pauperibus dispensaret: prout hec oīa acta sunt supra in passione sixti. viij. idus Augusti. Beat' ergo Laurentius xp̄ianos die ac nocte diligēter inquisiuit ꝛ vnicuiq̄ ꝓut opus fuerat ministrauit: veniensq̄ in celio mōte ad domum cyriace vidue que multos christianos in domo sua absconsos habebat: ipsam viduam imposita ei manu a longo dolore capitis liberauit: ꝛ pauperum pedes lauans eisdem eleemosynas cōtulit. Eadēq̄ nocte in domum cuiusdam christiani veniens: cecū quendam nomine Crescētium signo crucis facto illuminauit. Deinde venit ad vicum patrich in crypta neporiana: vbi inuenit iustinum presbyterum a sixto papa ordinatum: cum quo videlicet pauperū christianorum ibidem latentium pedes lauit: eisq̄ largissimas eleemosynas cōcessit. ¶ Post hec autē cum beatus Sixtus ad decollandū duceretur: beatus Laurētius post eum clamare cepit rogās ne se derelinqueret: eo qd̄ thesauros eius sibi traditos expendisset. Tunc milites audientes de thesauris Laurentium tenuerūt: ꝛ parthemio tribuno tradiderūt: deinde Sixtum episcopū decollauerūt. Parthemius autem Laurentium decio presentauit: q̄ ipsum vbi essent thesauri ecclesie interrogauit: q̄ cum verbum ei nō responderet: tradidit eum decius Ualeriano prefecto: vt aut thesauros ꝓdat ꝛ sacrificet diis: diuersis eū faciat interire tormentis. Ualerianus autē laurētiū hippolyto vicario in custodiam tradidit: qui ille cum multis aliis in carcere reclusit. Erat autē ibi quidā gentilis Lucillus nomine multo tp̄e detētus: q̄ plorādo lumen oculorum amiserat. Cui cū Laurētius lumen se restaurare promitteret: si in christum crederet: ꝛ se baptizari ꝓmitteret: ille se baptizari instantius postulauit. Accepta ergo aqua ipm̄ Laurētius de fidei articulis interrogatum baptizauit: statimq̄ Lucillus lumē oculorū accepit. Quapropter multi ceci ad eū veniebāt: ꝛ ab eo manu eius īposita illuminati redibant. ¶ Cū aūt hippolyt' Laurētiū de thesauris interrogaret: illeq̄ ei r̄ndere: q̄ si in xp̄m crederet ꝛ thesauros ei ostēderet: ꝛ vitā eternā ꝓmitteret: cōuersus est hippoly

tus: cū omni familia promiscui sexus numero .xix. sacrū baptismā suscepit. Baptizatusq̄ alias innocentiū letas gaudere se vidisse perhibuit. Deinde de mādato decij Hippolytus valeriano Laurētiū p̄sentauit: sitq̄ iterū ab illo inquisitio de thesauris. Laurenti⁹ aūt biduo inducias petijt: quas valerian⁹ eidē sub hippolyti policitatione concessit. In hoc ergo biduo Laurētius pauperes cecos ⁊ claudos ac debiles collegit: eosq̄ in palatio salustiano corā decio ⁊ valeriano obtulit: dicēs hos fore thesauros eternos qui nūꝗ̄ minuūtur sed crescūt: quorū manus in celū thesauros ecclesie deportarunt. Cūq̄ decius ⁊ valerian⁹ se delusos putarent: ⁊ Laurentio suaderēt: vt artē magicā deponeret: ⁊ deos immolationes deferret: ipseq̄ deos gentium demonia esse viua voce r̄ndisset: iussit eum decius spoliatū scorpionib⁹ cedi: deinde omne gen⁹ tormentorū in cōspectu ei⁹ afferri. Qui cū tales epulas se semꝑ optasse diceret: fecit eū Decius vinctū cathenis in palatiū Tyberianū adduci: sibiq̄ in tēplo Iouis tribunal parari: ⁊ cū ipm iterū de thesauris requisisset: ac vt oēs prophanos sibi similes declararet. R̄ndit Laurētius ꝙ vere in eternis thesauris cōfidebat: nomina aūt eorū quos Decius interrogauerat in celis scripta fuerāt: quorū aspectib⁹ ille indignus erat. ¶ Tūc iubente Decio nudus fustibus ceditur: deinde a terra leuat: ⁊ lamine ardentes ad latera eius apponunt. Et cū in his oībus martyr christi gaudens gratias ageret. Deciusq̄ magicis artibus ei⁹ constantiam ascriberet: iussit eū plumbatis diutissime cedi. Orauit autem ad dominum vt acciperet spiritum eius: voxq̄ ei de celo facta est audientib⁹ cunctis ꝙ adhuc ei multa certamina deberentur. Cum autē Cesar astantibus diceret ꝙ ipsum per magias demones confortarent: iussit eum in catasta extendi: ⁊ et iterū scorpionibus verberari. Tunc romanus miles inter ceteros assistens ibidē vidit ante Laurentiū iuuenem pulcherrimum: ⁊ eius vulnera lintheo extergentem. Et cū iussu Decij et Valeriani de catasta solutus Hippolyto reddi tus esset custodiendus: affuit romanus ad pedes eius: ⁊ vrceū aque attulit: seq̄ baptizari instāter postulauit: quem beatus Laurenti⁹ credentē baptizauit: propter quod a Decio detentus ⁊ fustib⁹ cesus ac decollat⁹ est: vt dictum est supra in ei⁹ passione quinto idus augusti. ¶ Eadē nocte iussit sibi Decius Cesar cū Valeriano prefecto parari tribunal in thermis olympiadis sibiq̄ Laurentiū p̄sentari. Cū aūt Hippolytus fleret: ⁊ se christianū clamare vellet: dixit ad eū Laurēti⁹: vt in interiori homine Christū absconderet: paululūq̄ sustineret: ⁊ dū ipsum Christus vocaret ad eū veniret. Oīa ergo tormētorum genera deferunt. Dixit aūt Deci⁹ Laurentio: vt aut sacrificaret: aut ipsam noctem in eū cum supplicijs expēderet. Cui Laurenti⁹ r̄ndit: ꝙ nox eius nihil obscurū habet: ⁊ q̄d oīa sibi in lucem clarebāt: tūc iussit vt os eius cū lapidibus tunderet. Et cum in hoc ridēret: ⁊ Christo gratias ageret: iussit Cesar vt afferretur lectus ferreus in quo requiesceret contumax Laurenti⁹. Allatus aūt est lectus cū costis ferreis trib⁹ in modū craticule. Ministri ergo Laurentiū exuunt: ⁊ super crucem ferream extēdunt: ⁊ allatas prunas subterponunt: atq̄ ipsum desuper furcis ferreis compresserunt: ⁊ continue carbones magis accensos sub crate ministrabāt. Cūq̄ martyr chri ad Deciū diceret ꝙ carbones isti sibi refrigeriū prestabant: Cesari autē eternum supplicium ministrabant. Valerianus perfectus illum iterum ad deorū sacrificia suadebat. At martyr Christi inter incendia constanter perseuerauit: ⁊ iam morti proximus ad Deciū irridens dixit: vt quia ipsum vna parte satis assasset: aliam regirādo coctam māducaret: ⁊ grās agens deo: q: ianuas celi ingredi meruisset: emisit spiritū. Confusus Decius cum Valeriano ambulauit in palatiū Tyberianū: relicto corpore sup ignem: quod Hippolytus summo diluculo rapuit: ⁊ in predio Cyriace vidue quod est via Tyburtina occultauit: atq̄ Iustino presbytero nunciauit: q̄ ambo hora vespertina corpus tulerunt: ⁊ ibi iuxta in agro Verano in Crypta ibi positum sepelierunt quarto idus augusti. Christiani autem ieiunantes triduo super corpus vigilias celebrarunt: mugitus dātes ⁊ lachrymas effundentes: passus est circa annum domini .cclx.

¶ De sanctis centum ⁊ sexaginta quinq̄ martyribus. Cap. xliiij.



Centuz ⁊ sexagintaquinq̄ martyres milites rome passi sunt sub aureliano īpatore. Quos oēs xp̄ianos repertos idem imperator extra vrbē via salaria duci precepit: ⁊ ibidem oēs simul capite truncari. Quorū ibidē corpora a christianis recondita sunt. Qui passi sunt .iiij. idus augusti: vt ex martyrologio adonis habetur.

¶ De translatione sancte corone domini. Cap. xlv.




Trāslatio sancte spinee corone dn̄i facta est tempore Karoli magni imperatoris: vt Helinandus scribatur. Cū enī patriarcha Hierolymitanus a paganis de sede sua fuisset expulsus ciuitasq̄ vastata: veniens ad constantinopolim ad imperatorē cōquestus est sibi de p̄secutione p gētiles in xp̄ianos illata. Qui super hoc missis literis karolū magnū in subsidiū requisiuit. Ipse vero congregato exercitu mare trāsiuit: ⁊ ciuitatē sanctā a paganis redemit: ⁊ illos expugnatis patriarchā in sede sua reposuit. ¶ Cūq̄ post victoriam constantinopolim redijsset: imperator constantinopolitanus obtulit sibi quicquid petijsset. Qui reliquias passionis dn̄ice p p̄mio petijt ⁊ accepit. Nā post triduanū ieiunium oī pplo indictū: cūctis ad ecclesiā cōuenientib⁹: aperta est theca in qua corona xp̄i spinea seruabat. Statim mira odorib⁹ respersa fragrantia p totam ciuitatem trecēti egroti a diuersis languorib⁹ sunt sanati. Educta aūt corona lignū ei⁹ reuirescere cepit ⁊ flores pducere. Cūq̄ daniel ep̄s neapolitan⁹ coronā secaret: vt pars eius Karolo cōcederet: magis adhuc florescere p̄seuerabat. Et dū karol⁹ de florib⁹ collectis chirothecā vnā ex suis impleuisset: ⁊ eā tenēdā helbonio archiep̄o tribuisset: vt aliā silr impleret: atq̄ vterq̄ ipsorū ex deuotione nimia lachrymis profusus esset: putauit Karol⁹ chirothecam in manu archiep̄i posuisse: ipseq̄ putauit eā accepisse: sed ex inundātib⁹ lachrymis acie oculorū obtusa neq̄ Karolus chirothecā in manu archiep̄i posuit: nec ipse eā accepit. Sicq̄ chirotheca plena florib⁹ in aere pepēdit: donec aliā rex florib⁹ impleuit: ⁊ cōuersus primum pendere cōspexit. Ex quib⁹ postmodū exiusi flores ꝓdicti in māna cōuersi sunt quod vsq̄ hodie in monasterio sancti Dionysii seruat. ¶ Quidā vero existens cec⁹ surdus ⁊ mutus: qui ipsas infirmitates p annos .xxxij. passus fuerat: in eductione corone visum recepit: in ipsius sectione auditū: in florū emissione loquelā. Obtinuitq̄ rex partē corone ⁊ clauū dn̄icū: cuius tact⁹ virtute puer habēs manū aridam cum dextero latere sanatus est. Obtinuit etiam frustū magnū dominice crucis: sudarium domini: camisiam virginis: et faciē pueri iesu: ac brachiū symeonis ꝓphete. Rediēsq̄ domū dū esset in castro ligmedo: ipsarū reliquiarū virtute ⁊ contactu mortuus vnus resurrexit. Deinde veniens aquisgrani sanati sunt egri: quasi innumeri a diuersis languoribus. Sicq̄ partem dominice corone cum alijs sacris reliquijs premissis parisius detulit: ⁊ ibidem honorifice collocauit .iij. idus Augusti.

De sctō Tyburtio martyre. Cap.xlvj.



Tyburtius mar- tyr Rome passus est sub diocletiano et Maximiano imperatorib' agēte prefecto vrbis fabiano. Cui' pater chromatius prefect' cū morbo grauissimo laboraret:ꝛ audisset quoniā Trāquillinus ei' attinēs pater sanctorū Marci et Marcelliani graui infirmitate detētus:a sancto Sebastiano cōuersus ꝛ baptizatus sanitatem recepisset:vt supra dictum est in passione sancti Sebastiani.xiij.kal.Februarij.rogauit trāquillinū vt ad se adduceret illū qui sibi dederat sanitatē. Cūq; ad eum venissent Sebastian' ꝛ presbyter Policarp':ꝛ ipse p sui salute exoraret:dixit ei Sebastianus vt pri' oia idola abnegaret:et cōfringendi ea sibi potestatē concederet:ꝛ sic sanitatē acciperet. Qd cū ille licet multū renitens tandē annuisset:policarpus et Sebastianus accincti plusq; ducēta idola cōfregerūt. Et cū sic nec chromatius liberat' esset dixerūt:q; ex quo salutem nō perceperat certū erat q aliqua idola reseruauerat. Tunc indicauit habere thalamū in quo erat ois disciplina stellarū p quo pater suus ducēta auri pōdera expēderat ꝛ p hoc futura omnia preuidebat. Et cū suadētibus sanctis:vt ipm opus destrui cōsentiret:ꝛ filius eius Tyburtius iuuenis opus tam preclarū dissolui cōtradiceret:tandē ad hoc deuenit:vt duo clibani accenderētur:vt si destructo opere pater suus sanitatē nō perciperet:ambo sancti viui cōcremarent. Opere ergo destructo angelus prefecto apparuit:ꝛ ipm de lecto sanū eleuauit:sicq; Chromatius cū filio suo Tyburtio ꝛ omni familia sua numero.M.cccc.pmiscui sexus fidē perceperūt:omnesq; baptizati sunt. Post hec dū feruēte persecutione Diocletiani et Maximiani:Chromatius a prefectura depositus:cū multis christianis in campaniā exilio actus esset. Filius ei' Tyburtius amore martyrij fragrans in vrbe recedit cum sancto papa Caio cōtinue ieiunijs ꝛ orationibus vacans. Qui die quodam transiens occurrit homini qui de alto lapsus adeo caput ꝛ omnia mēbra quassauerat:vt iam de sola sepultura eius ageretur. Et conuocatis seorsum parentib' indicauit eis virtutē nominis xpi. Atq; dum sup corpus hominis leniter dixisset oratione dnicam ꝛ symbolū apostolorū:sanū ꝛ consolidatū parentibus restituit. Quos cōuersos vna cū iuuene ad papam caium adduxit:q eos oēs baptizauit. Interea seuiente psecutione torquatus quidē xpianus qui apostatauerat sancto caio pape se callide sociauit:ꝛ simulata xpianitate arte egit vt ipse vna cū sctō tyburtio orātes ab infidelib' cōprehenderētur:qui ꝛ fabiano prefecto psentati sunt. Et dū cōtestim torquat' xpm negasset:ꝛ hoc idē tyburtio suaderet:ipse q magis xpm cōfiteret. Iussit fabian' carbones accēdi:vt tyburti' aut thura sup eos dijs imponeret:aut nudis pedib' desup ambularet. Qui inuocato xpi noie nuda plāta super carbones incedens illesus permāsit:quē fabianus via lauicana extra vrbem eductum decollari precepit vbi ꝛ sepultus est.iij.idus Augusti.

De sctō Chromatio ꝛ socijs mar. Cap.xlvij.



Chromatius martyr cū socijs suis martyriū passi sunt apud cāpaniā tēporib' diocletiani et maximiani imperatorū:qui chromatius prius fuit vrbis prefect':ꝛ pater sancti Tyburtij supradicti:qui graui lāguore diu dū pressus a sctis sebastiano martyre ꝛ Policarpo pbytero sanatus:ꝛ ad xpm cōuersus atq; baptizatus est vt supra prime actum est in passione Tyburtij. Cū aūt xpianoꝝ psecutio sub psatis imperatorib' ebulliret Chromatius de cōsilio pape Caij cū multitudine xpianorum:ꝛ cū omni familia.M.cccc.numero pmiscui sexus:vt psecutionē declinarēt in campaniam pexerunt:ibiq; degentes a diocletiano proscripti sunt in exilium ꝛ multa inopia afflicti in confessione xpi post longum tempus in pace quieuerūt martyrio coronati. Quorum dies dormitionis ignoti sunt vnde et sancti Tyburtij passioni subdūtur:quorū principalior chromati' pater ipsi' tyburtij fuit.

De sancto Chromatio epō. Cap.xlviij.



Chromati' episcopus aquileien.fuit ꝛ claruit tempore theodosij imperatoris:damasi pape sub cuius metropoli floruit heliodorus epūs altinen. de quo supra actum est in ei' gestis.v.idus iulij. Ipse enim heliodorus hunc sanctū Chromatiū visitauit:ꝛ ab eodē ordinatus altinēsis epūs diu secū permansit:sacrarum literarum studijs intēdētes. Hi duo epi beato hieronymo presbytero familiari dilectione cōiuncti:plures eidem epistolas direxerunt:et ab eodem receperunt. Ad quorum etiam libros plurimos sacre pagine idem hieronymus in latinū transtulit:ꝛ martyrologiū sanctorum compilauit. Chromatius vo epūs post laudabilem vitā ꝛ multarum virtutū opa quibus gregē dnicū vbo ꝛ exemplo pauit:plen' sanctitate aquileie i pace quieuit ibidē tumulat'.

De sancta Susanna virgine ꝛ mar. Cap.xlix.



Susanna virgo rome passa est sub Diocletiano imperatore que fuit filia Gabini presbyteri fratris caij pape:de quo supra dictum est in passione Gabini.xj.kal.Martij. Hec patri suo vnica ꝛ dilecta a cunabulis xpiana sacris literis erudita est. Qr vero erat de genere diocletiani imperatoris idē imperator misso ad patrē eius claudio ipsi' consanguineo ꝛ Susanne auunculo puellā filio suo in cōiugem requisiuit. Pater autem Gabinus inducias petijt vt filie voluntatē requireret: quā cum requisisset:illa se xpo desponsatam rndit:denegās omnino cōiugium potissime q: xpianam non decebat cultori demonū copulari. Post dies tres reuersus claudius:vt eius rnsionē audiret:a Susanna cōuersus est ad xpm. Reuersusq; domū suā oia per ordinē vxori sue retulisset:ipsa etiam ad xpm cōuertitur. Et sic ipse claudius cū cōiuge ꝛ filio Alexādro:atq; filia Cutia nocte a sctō Caio papa baptizant:ꝛ sacra eucharistia cōicātur. Claudi' igit oib' suis vēditis ministrare cepit egētib' xpianis. Post dies autē.xlvj. Susanna iterū requirit in coniugiū filij imperatoris p maximū comitē rei puate eo qd ipsam vt sponsam iuuenis nimiū adamaret:venitq; comes ad claudiū vt secū de matrimonio tractaret:ab eodē ad fidē cōuersus ē:ꝛ post qnq; dies a caio papa baptizat':q et ipse cepit xpianis ministrare. Qd audiēs diocletianus serene Auguste vxori sue suasit:vt Susannā accersitā de cōiugio filij hortaret. Augusta vero cū esset occulte xpiana:puellā ad se vocauit:et vna secū per dies plures orationi vacauit. Hoc aūt imperator comperiēs claudiū cū vxore ꝛ filio:ꝛ maximo fratre suo iussit apud ostiā in mare iactari:de quibus supra in eorum passione dictū est.xij.kalē.martij. Gabinū vero in carcere detineri fecit. Susannā vo remisit ad ipsi' domū:vt eā ibidē fili' iu' vel violēter pollueret:nolēs ad palatiū suū cōtaminari. Ingressus aūt iuuenis ad eā noctu vidēsq; angelū splēdidū iuxta eā timuit:ꝛ fugit:assumptoq; curt o iterū ad eā redijt:q ambo angelica visiōe exterriti fugerūt. Quod imperator audiēs ꝛ maleficijs depu

tans misit Susanne statunculā iouis: vt eam aut ado
raret: aut gladio periret. Quā insufflans in puluerem
redegit. Tunc imperator misso macedonio tribuno:
iussit eā primo fustibus cesam intra domū ipsius decol
lari: cuius corpus a serena imperatrice in crypta sepul
tū est: ⁊ sanguis in lyntheo collectus. iij. idus Augusti.

¶ De sancto Taurino epō. Cap. l.



Taurinus episco-
pus fuit filiꝰ Tarquinij nobilissimi
Romani: ⁊ matris eutychie grece in
ciuitate Aurelianēsi. ad quē venien-
tes duo magi: cambyses ⁊ zari q̄ fue-
rant sacerdotes diane cū. xx. discipu-
lis suis: vt eū occiderēt: opposito si-
bi signo crucis substiterūt: nec vltra
ꝓcedere valuerūt. Qḋ vidētes magi
seipsos pre dolore ceciderūt. Illi autē
xx. a sancto sunt conuersi ⁊ baptizati. Hoc audiens lici-
nius prefectus ipm̄ cōprehēdit: ⁊ sacrificare nolētē vir-
gis cedi iussit. Statim manus carnificū aruerūt ⁊ leo-
nilla vxor licinij cōuersa est tanto miraculo conspecto.
Inter hec nunciaṫ licinio filiū eiꝰ marinū cū paschasio
armigero: qui venatione instabāt ex equis ꝑcipites in-
teresse. Cūq̄ illos sctūs taurinꝰ suscitasset ⁊ illi q̄ in eter
nis penis viderāt enarrassent: cōuersus est licinius cū fi
lio ⁊ armigero ⁊ aliis. M. cc. Post hec dū zabulus prin-
ceps cū exercitu orientaliū gallos inuaderet: reuelatur
taurino animas suorū ciuium ab hostibus saluandas:
locū vero penitꝰ desolandū: ipsum vero ad dominū die
viij. migraturū. Qui hec omnia pplo nunciauit: ⁊ ipsos
in christo cōfortauit. Igitur dominica die subsequente
celebrata missa: ⁊ facto sermone populo apparuit mul-
titudo candidatorum circa altare cum ad celos inuitā
tium: nubesq̄ odore fragrans ecclesiā adimpleuit. Qua
post horam recedēte inuentus est in sede sua manibus
expansis ⁊ oculis in celum erectis ad dn̄m conuolasse.
Dubitantibus autem ciuibus ne corpus sctī ab hosti
bus raperetur sepultū apparuit senior quidā: eosq̄ vt se
sequerētur admonuit. Qui corpus inde tollentes quasi
tertia miliarij parte extra vrbem seniorē sequūtur. Qui
ibidem substitit ⁊ ipm̄ ibi sepeliri mandauit. Quibus
adhuc hesitantibus corpus se erexit ⁊ factum est. Post
hec a seniore: vt inde velociter fugerent admonentē: ipso
post nusq̄ vlterius comparente illisq̄ accedētibus ho-
stes subito in ciuitatē irruerūt: ⁊ eam vt sctūs ꝑdixerat
euerterūt. Quieuit autē in dn̄o tertio idus Augusti.

¶ De sanctis septem dormientibus
martyribus. Cap. lj.



Septē dormiētes
in ciuitate ephesi orti sunt. Quorum
nomina sunt hec. Maximianus: mal
chus: martianus: dionysius: ioānes:
serapion et constantinus. Et apud
ipsam ciuitatem in monte celio dor-
mientes requiescunt sine vlla corpo
rum aut vestium corruptione. Cum
enim decius imperator persequens
christianos venisset ephesum: et cunctos ad idolorum
sacrificia cōpelleret: prefati septem christiani in ipsa vr
be nobilissimi: in domo sua secreto se celantes: accusati
apud decium ꝙ christum colerent: ante ipsum statuun
tur: ⁊ dato eis spacio resipiscendi vsq̄ ad redditum de
cij: qui alio pergebat dimittūtur. At illi interim patri-
monia sua pauperibus erogātes: inito consilio in mon-
te celio secesserunt: ⁊ ibidem secretius esse decreuerunt.
Quibus malchus continue ministrabat: et quoties vr-
bem intrabat vt cibos emeret se mendici habitu vestie
bat. Cum ergo decius Ephesium redisset: ⁊ eos ad sa-
crificandum perquiri iussisset. Malchus minister eo-
rum ad socios territus rediit: ⁊ eis furorem cesaris in-
dicauit. Eis tamen panes allatos apposuit: ⁊ in domi-
no ꝯfortauit. Qui nimio timore pauefacti cū lachrymis
sero comederunt: ⁊ se mutuis exhortationibus cōfor-
tes sicut deus voluit obdormierūt. Taliq̄ somno diui-
na dispensatione soporati in eodē loco iacuerūt vsq̄ ad
annum trigesimū theodosij iunioris ꝑ annos videlicet
ccclxxij. Mane aūt facto cū quesiti inueniri non possent: ⁊
decius tales se viros perdidisse doleret: accusati sunt ꝙ
oīa sua pauperibus dispēsassent: ⁊ hucusq̄ in monte ce-
lio latuissent in xp̄ianitatis ꝓposito permanētes. Iussit
ergo decius parētes suos adesse ⁊ minis ac terroribus
ab eis extorsit: ꝙ in ipso monte laterent sicut ei fuerat ꝑ
alios suggestum. Tunc cogitans quid de ipsis faceret
nutu dei iussit os spelunce lapidibus obstrui vt ibi defi
cerent fame ⁊ inopia circūclusi. Quod cum fieret duo ex
ministris xp̄iani theodorus ⁊ rufinus eorum martyriū
describētes in tabulis ⁊ sigillantes caute inter lapides
posuerūt. ¶ Mortuo igitur decio ⁊ tota illa generatio-
ne: post annos. ccclxxij. anno videlicet. xxx. imperij Theo-
dosij iunioris pululauit heresis eoꝝ qui negabant resur
rectionem mortuorum: vnde contristatus xp̄ianissimꝰ
imperator: quia fidem tam impie agitari videbat: in ci-
nere ⁊ cilicio cum lachrymis in oratione quotidie persi-
stebat. Quod vidēs misericors deus confirmare spem
de resurrectione mortuoꝝ voluit: ⁊ ita predictos mar
tyres suscitauit. Misit siquidem in cor cuiusdam burgē
sis ephesi: vt in illo loco edificaret stabula pastorbꝰ suis.
Cementariis ergo speluncā aperiētibus surrexerūt sanc
ti: ⁊ se inuicem salutantes putabant se vna tantum no-
cte dormisse et pristinam tristitiam recordantes se mu-
tuo ad martyrium exhortabant. Iusseruntq̄ malcho vt
ad vrbem descēderet: ⁊ plures panes ꝙ heri afferret: ⁊ at-
q̄ quid iussisset decius nunciaret. Qui absumpto me-
dici habitu iuxta morem quinq̄ solidos accepit ⁊ de spe
lunca exiuit: vidensq̄ lapides admiratꝰ est: sed aliud co-
gitans de lapidibꝰ parum curauit veniens ergo timidꝰ
ad portam ciuitatis vltra modū stupefactus est: vidēs
signum crucis superpositum et mutatam in omnibus
ciuitatem. Et ad singulas accedēs portas sūta per oīa re
perit: signūq̄ se ad p̄mā portā redūt se existimans som-
niare. Ingressus tādē cū tremore nimio hoīes de xp̄o
loquētes audiuit: ⁊ maiorem stuporem incurrit nec pu
tabat illā esse ephesiorū ciuitatē ⁊ cū interrogās ipsam
esse ephesum intellexisset vere se errasse putauit ⁊ ad so-
cios redire cogitauit. Accessit tamen ad eos qui panem
vendebant ⁊ cum argenteos protulisset: mirati vēdito-
res monetam incognitam: dicebāt abinuicē: ꝙ ille iu-
uenis thesaurū antiquum inuenisset. Ille vero eos adin
uicem colloquentes vidēs putabat ꝙ ipsum ad impe-
ratorem trahere vellēt: ⁊ territus rogabat vt panes et
nūmos retinerēt ⁊ se dimitterēt. Qui cum tenētes in-
terrogabāt: vbi thesauros imperatorum antiquorū in-
uenisset: qui non inueniebat quid eis diceret pre timo-
re. Misso igitur fune collo eius per vicos ad medium
ciuitatis trahitur: ⁊ exiit rumor qḋ iuuenis thesauros
inuenisset. Cōgregatisq̄ omnibus ad eū: ipse a nemine
cog nosci poterat: sed nec ipse circunspiciens aliquē de
sua cognatiōe videbat quos veraciter viuere putabat:
⁊ nullum inueniens quasi insanus stabat in medio. Qḋ
audientes Marinus episcopus et antipater proconsul:
eum ad se duci iusserunt: ⁊ cum ad ecclesiam duceretur
ad Decium se trahi existimabat. Episcopus igitur et
proconsul mirantes eum interrogāt: vbi thesauros an
tiquos inuenisset. Qui rūdit se nihil inuenisse sed de sac
culo parentū suoꝝ nūmos illos habuisse. Et interroga
tus cuiꝰ ciuitatis esset: respōdit ꝙ erat ipsius ciuitatis:
si tū illa esset ciuitas ephesina. Et interrogatus de nomi
ne parentū suorum: vt pro ipso testarentur: cum ipsos no-
minasset: ⁊ nullus eos cognosceret: dicebant eū fingere
vt aliquo modo euadere posset. Dicentesq̄ proconsule ꝙ
pecunia illa parentū suoꝝ esse non poterat: ⁊ eo ꝙ super
scriptio fere ducentoꝝ annorum erat: quo tp̄e parentes

fui fuisse nō poterāt: ꝙ tali mō sapiētes ⁊ senes ephesū volebat deludere. Iussitq; eū i tormēta tradi donec ṽitatē cōfiteret. Tunc malch⁹ ꝓcidens eos ꝓ deo adiurauit vt ei dicerēt vbi imperator esset. Ephs vero rñdit ꝙ tūc non erat in terra qui decius nominaretur: sed ante longum tpˢ fuerat imperator. Malchus vero stupefactus stabat: narrauitq; eis ꝙ furorem decij in monte celio cum socijs aufugerat: ⁊ qꝫo in sero precedenti decius ipsam ciuitatem intrauerat: vt xp̄ianos persequeretur: ⁊ tñ ipsa esset ciuitas ephesiorum in cuius testimonium rogabat: vt secū irēt: ⁊ socios suos eis ostenderet. Tūc ephs cogitās ꝙ hec esset diuina visio cū proconsule ⁊ vniuerso pplo ducente eos malcho perrexit ad montē celiū: ⁊ ingrediente prius malcho ad socios inuenit ephs inter lapides literas sigillatas duob⁹ sigillis argenteis sanctorū passionē cōtinentes: quas corā oī populo legit: mirātibus cunctis viderūt sctōs in spelunca sedentes: ⁊ facies eorū quasi rosas florentes: ꝯ̄ēsq; glorificabant deū cernētes corpora ipsorū ⁊ vestes incorruptas ac si sola vna nocte dormissent. Statimq; hec oīa theodosio impatori ꝑ literas significare curarūt. Qui surgens de loco in quo orabat glorificans deū cōcitus venit ephesum: veniens quoq; ad speluncā vidit sanctorū facies sicut sol refulgētes: ⁊ procidēs añ ipsos ac singulos eorū amplectās fleuit cū gaudio dicens ꝙ sic eos videbat: quasi si videret xp̄m lazarū de monumēto vocantē. Qui rñdebāt ꝙ ad hoc deus ipsos suscitauerat: vt crederet indubitāter resurrectio mortuorum. Sicut eñi infans est in matris vtero nō sentiēs lesionē ⁊ viuit: sic fuerāt viuentes ⁊ dormientes ⁊ nihil sentiētes: ⁊ his dictis inclinantes capita sua iterū obdormierunt: quos imperator deosculās sup eos fleuit. Et cū iussisset fieri loculos aureos: in quib⁹ mitterētur in ipsa nocte apparuerūt imperatori dicentes: vt sicut hactenus in terra iacuerāt: sic eos dimitteret: donec eos dñs iterū in vltima resurrectione suscitaret. Iussit ergo īpator locū illū in auratis lapidib⁹ adornari: ⁊ oēs eps̄os negātes resurrectionē ab eṗatu deponi. Dormierunt ergo sancti martyres prima dormitione .vj. kalendas augusti. Surrexerūt vero .iiij. idus ipsius mensis: quo die festum ipsorum solennius recolitur: anno dñi .cccc.xviij.

De sancta Clara virgine. Cap.ij.



Clara virgo ordinis dominarū pauperū sancti Damiani de ciuitate assisij nobilib⁹ orta parentibus ab annis puerilibus xp̄i seruitio mancipata virginitatē suā dño dedicauit: q̄ a btō francisco ordinis minorū fundatore edocta: monitis ipsi⁹ relicto seculo: die dñico palmarū adhuc iuuencula ad ecclesiā in oī vestimētorū suorꝫ ornatu ꝓcedens: a summo pōtifice innocentio tertio palme ramum accepit. Die quoq; sequēti ad beatū frāciscū accessit ⁊ apud sanctā mariā de portiuncula ab ipso habitū monachalē cū humilitate petijt et assumpsit. Deducta ergo ad ecclesiā sancti pauli graui ꝑsecutione cōsanguineorū sibi excitata: ipa in sctō proposito ꝑseuerās bella oia triumphauit: deinde a sancto frācisco apud ecclesiā sancti damiani inclusa sororum pauperū ordinē inchoauit: ⁊ quadragintaduob⁹ annis in sctitate ⁊ ꝑfectione vite ꝑseuerauit. Ieiunijs quoq; ⁊ orationibus semꝑ intenta paternā omnē hereditatem monasterijs ecclesijs ⁊ pauperib⁹ dispensauit. Cuiusq; regulam prefatus papa innocentius confirmauit. Miraculis etiam pluribus ⁊ insignibus claruit. Nā semel panē vnicū in domo repertū cū fratrib⁹ elemosynā petētib⁹ dimidiasset: reliquāq; medietatē inter quadraginta sorores diuidi fecit oībusq; saturatis plenius abūdauit. Vas etiā olei vacuū ei⁹ orōne repletū inuētū est. Cū tpe f. derici īperatoris italiā deuastātes saraceni ab eo cōducti vallē spoletanā depopularēt et sent: ibi quoq; assisiū inuasissent: ⁊ ī ipsa lāgueret: se in ianua claustri hostib⁹ irruētib⁹ opponi fecit: ⁊ ꝓpe puerulo sibi apparēte: ⁊ liberationē loci ac ciuitatis ꝓmittente: orans infideles illos dimisit: q̄ solū a monasterio effugauit: sed etiā ciuitatē ab eorū euersiōe: saracenis mox ꝑ altā portā quasi in fugā exeuntib⁹ liberauit. Alias etiā vitalē quēdā de aduersa ciuitate candē obsidentē sua oratiōe adeo ꝯturbauit: vt dissoluto exercitu: mane sequenti recederet: q̄ post dies modicos iugulatus est. Sancta aūt virgo in principio sue conuersiōis agnetē germanā postulauit a deo sibi in eodē ꝓposito sociari: q̄ ⁊ obtinuit. Nā ⁊ ipsa post dies .xvj. relinquēs mūdū religionis habitū suscepit: ⁊ in eodē monasterio vna secū virgo ꝑmāsit: totidēq; dieb⁹ post eius trāsitū clarā ad celestia secuta est. Cū aliqñ in natale dñi infirma lecto decūberet: matutinali officio in spū rapta ꝑfis fuit: ⁊ xp̄mq; puerū aspexit: oiaq; diuina corporaliter audiuit: ⁊ q̄ gesta fuerāt retulit: ⁊ cū tñ tāto longe posita esset ꝙ voces cātātiū humanitas audire nō potuisset. A sero q̄z cene dñice vsq; in sabbato serō de mane in extasi assumpta passionē dñicā in spū ꝯtēplata ⁊ ad se rediēs vni⁹ tñ̄ hore spacio putauerat se dormisse. Sicq; signis ⁊ virtutib⁹ clarens ꝑ annos viginti octo longo castigata lāguore assistēte sibi dño Gregorio papa .ix. sibi deuotissimo cū cardinalib⁹ meritis virtutibus predicta feliciter migrauit ad xp̄m pridie idus augusti. Ab eodem pontifice in ecclesia sancti gregorij canonizata: vbi ⁊ quiescit miraculis clarens.

De sancto Euplo martyre. Cap.iij.



Euplus martyr in ciuitate cataniensium tpib⁹ diocletiani ⁊ maximiani impatorū passus est sub caluisiano consulari. Dū eñ idē caluisian⁹ i tēplo idolorꝫ sacrificaret: ⁊ eupl⁹ se xp̄ianū publice ꝓclamaret tētus est: ⁊ q̄situs quē deum coleret. Qui cū q̄tuor euangeliorꝫ codicē quē secū haberet apposuisset: corā eo legisset xp̄m cōfitendo ab eodē iudice diutius tortus: deinde ꝯ cū dictata snīa decollatus est pridie idus augusti. Sepultusq; est in ipsa ciuitate.

De sctā Hilaria ⁊ sociab⁹ martyrib⁹. Cap.iiij.



Hilaria Martyr mater sancte Aphre fuit. De qua supra dictū est nonis augusti. Que cū ancillis filie sue digna: Eunomia et Eutropia apud cretā in ciuitate augusta passa est. Hec cū corp⁹ predicte Aphre martyris sepelisset: die sequēti ad tumulū ei⁹ orātes repte sūt: ⁊ ꝓ hē scitatq; iudici ꝑstare. que dū sacrificare ꝯ̄ rēt in monumēto de lignis sctō icta se sunt ⁊ cathenis vincte: ipsoq; tumulo feno ⁊ spinis repleto: igne supposito: martyriū ꝯpleuerūt pridie id⁹ augu. Quarū corpa iuxta Aphrā martyrē cōdita sunt.

De sanctis Quiriaco ⁊ socijs martyrib⁹. Cap.v.



Quiriac⁹: largus Crescentianus. Memmia. Iuliana. Leonides: eutychianus Diomeda. Chariton. Philadelphus. Agapes et petrus cū alijs tredecim apud candē ciuitatē augustā in creta passi sunt. Qui oēs pro cōfessione nominis christi decollati martyrium consumauerūt pridie idus augusti. Hec ado ex martyrologio Hieronymi.

De sctis Hippolyto ⁊ socijs martyrib⁹. Cap.vj.



Hippolytus et omnis ciꝰ familia vtriusq; sexus numero .xix. rome passi sunt sub decio cesare et valeriano prefecto. Cũ enĩ hippolytus beatũ laurentium in custodia haberet sibi a prefecto valeriano commendatũ: et vidisset eũ manus sup oculos cecorũ imponentẽ: et eos illuminantẽ cõuersus est et cũ omni domo sua baptizatus: vt dictũ est supra in passiõe laurẽtij. quarto idus augusti. Postq̃ aũt corpus btĩ laurẽtij cũ iustino presbytero sepelisset et venit domũ: et dãs pacẽ oĩbus seruis et ancillis suis: et oẽs sacramẽto altaris: qd iustinꝰ presbyter obtulerat cõicauit et posita mẽsa prius q̃ cibũ sumeret: venientes milites eũ rapuerũt: et ad deciũ adduxerũt. Quẽ decius interrogauit: an magus effectus esset: eo qd corpus laurẽtij abstulisset: illeq; rñdit se nõ esse magũ: sed xpianũ. Tũc decius fecit eũ expoliari habitu xpiano: et os eius lapidibꝰ tundi aiens vt sacrificaret ne p tormenta sicut laurentius periret. Cũ aũt diceret se velle exemplũ btĩ laurẽtij martyris imitari: iussit eũ decius fustibꝰ cedi: et cardis ferreis laniari: et cũ tormenta huiõi derideret: fecit ipm vestiri veste militari: qua ante vtebat: hortãs vt amicitiã et militiã pristinã obtineret: cui hippolytus se xpo militare dicebat: quẽ tradidit Deciꝰ valeriano prefecto: vt oẽs eius facultates acciperet: et tormẽtis afficeret. Valerianꝰ aũt inuenta oĩ ciꝰ familia xpiana oẽs sibi exhiberi precepit: et cũ ad sacrificia cogerent: cõcordia nutrix hippolyti pro oĩbus rñdit: et optabãt cum dño suo magis pudice mori q̃ impudice viuere. Valerianꝰ autẽ dicens: qd genus seruorum: nisi per supplicia non emendat: iussit eã presente sancto Hippolyto tã plumbatis cedi: quousq; spm emitteret: deinde extra portam tyburtinã sanctũ Hippolytum cũ omni ciꝰ familia duci fecit: quos cũ ipse ad martyriũ hortaret: iussit Valerianus eos oẽs in conspectu sancti hippolyti decollari ipsum vero pedibus ad colla indomitorũ equorũ ligari fecit: qui p cardos et tribulos tractus emisit spm. Quorum corpora iustinꝰ presbyter rapuit: et iuxta corpus btĩ laurentij in agro verano sepeliuit. Corpus vero concordie inueniri nõ poterat: qz fuerat in cloacã proiectum. Miles autẽ quidã noĩe porphyrius credẽs cõcordiam aurum et margaritas in vestibus habere: quendã cloacariũ noĩe hyreneũ: qui erat occulte xpianꝰ aduocauit: et ei secretius vbi corpus esset intimauit: promissione sibi facta q aurũ vel gẽmas repertas eidẽ concederet: ipse vero corpus haberet. Cũq; ei locũ indicasset: et extracto corpore nihil inuenisset: porphyrius fugit: et hyreneus vocato alio xpiano noĩe Abũdio corpus ad iustinum presbyterũ detulit: qui illud iuxta corpora Hippolyti et aliorum sepeliuit. passi sunt autẽ idibus augusti.

De sancto Hippolyto epõ. Cap. lvij.



Hippolytꝰ episcopus aphricanus claruit tpe Alexandri imperatoris: qui vite sanctitate plenus et doctrine suauitate mellifluus plurima in dei ecclesia opuscula condidit: videlicet librũ de pascha cõposuit. Itẽ in exameron. Itẽ cõtra martionem. Itẽ in cantica canticorũ. Itẽ in genesim. In zachariã prophetã. In librũ psalmorum. In esaia. In daniele. In apocalipsi. In prouerbiis. In ecclesiastice commẽtario edidit. Librũ composuit de Saule et phythonissa. De antichristo. De resurrectione. De laude dñi saluatoris: et prosphomelion: et plenus virtutibꝰ in pace quieuit: vt dicit germanus libro de viris illustribus.

De sancto Cassiano epõ et martyre. Cap. lviij.



Cassianus episcopus passus est apd ciuitatẽ forũ sylle siue cornelij: a sylla cornelio duce romanorũ dicta: q nũc imola nũcupat. Hic gñe põtifex fuit ciuitatis brixinensis: q ciuitas est in finibꝰ allemanie posita: q pegrinationis grã venit ad imolen. ciuitatẽ: vbi dũ scholas puerorũ regeret: et xpm dñm pdicaret tpe psecutiõis a paganis retus: q̃situ est qd artis: aut qd haberet officiũ. Rñsumq; est: q pueros literis erudiret. Statimq; a psecutore quẽ spreuerat: p sniam addictũ est: vt ipsiꝰ discipuli in magistri sanguinẽ quo vellet: cũ corporis laceratione seuirẽt. Statuit ergo in mediũ spoliatꝰ: et post terga ligatis manibꝰ. Armati itaq; stilis pueri circũstantes: ac tabulis illudebãt magistro et in capite ipsius fractis tabellis acutissimis stilis mẽbra eiꝰ nõ cessabãt effodere. Multis itaq; vulneribus dei martyr pfossus: vix retrahẽs suspiria humili eos hortabat voce vt essent viribus fortiores et eos nos virtute trãscẽderẽt. Sicq; per venas totius corporis sanguis effusus piam animam cõditori suo cum gloria tradidit et coronã: et sepultus iacet in ipsa ciuitate: qui passus est idibus augusti.

De sctõ Cassiano presbytero et cõfessore. Cap. lix.



Cassianus presbyter de q frater vincẽtiꝰ et gẽnadiꝰ scribit: claruit tpe honorij iperatoris: vir illustris et facũdus. Alio noĩe dicitꝰ Joannes eremita. Qui de ecclia cõstãtinopolitana p hereticos eiectꝰ in massilia Gallie pñ byter ordinatꝰ duo cõdidit monasteria virorũ et mulierũ: q hodie extãt. Scripsit multa opuscula ad fidei nr̃e exhortationẽ. Scripsit enĩ vitas patrũ in egypto degentiũ et regulas: q multarũ aiarũ edificationẽ cõtinent et luculẽto sermone nitescũt. Scripsit et res oĩm monachorũ necessarias. i. debitũ et de canonica orone atq; psalmodia q in egypti mõasterijs die noctuq; tenẽt: libros iiij. Institutionũ lib.) De virgine et qualitate ac remedijs. viij. pricipaliũ vitiorũ. lib. viij. singula singulis explicãs. Digessit et collatiões eũ pñb⁹ egypti habitã: vt de destinatiõe monachi ac fide. De districtiõe. De tribꝰ ad seruiẽdũ deo vocationibꝰ De pugna carnis aduersus spm et spũs aduersus carnẽ. De natura oĩm vitiorũ. De nece sctõrum. De nobilitate aie. De pricipibꝰ. De qualitate oronis. De pfectis. De castitate. De ptectiõe dei. De scia spũali. De diuinis charismatibꝰ. De amicitia. De diffiniẽdo vel nõ diffiniẽdo. De tribꝰ antiq̃s gñibꝰ monachorũ: et quarto nup exorto. De fide cenobite et eremite. De satisfactione pnie. De remissione quinquagesime. De nocturnis illusiõibꝰ. De eo qd dicit aplũ. Non enĩ qd volo facio bonũ: sed qd nolo malũ hoc ego. De mortificatione: ad extremũ rogatꝰ a leone archidiacono postmodũ romano epõ: aduersꝰ nestoriũ de icarnatiõe dñi. vij. ↄdidit libros i qbꝰ apd massiliã scribẽdi: et vite terminũ dedit Impantibꝰ Theodosio et valẽtiano.

De sancta Radegunde regina. Capitulum. lx.



Redagũdis regina nitigorũ nobilissima Clotharij regis Francorũ vxor claruit anno. xx. iustini imperatoris: vt ait Sigibertꝰ. Hec natione barbara patre rege berengario nomine progenita: dum regio sua a francis esset depopulata: de patria sua in Galliam in predam adducta: veniẽs in sortẽ Clotharij ob nimiã speciositatẽ

ab eo in coniugem ducta est. Que tamen deo pot⁹ ꝙ̄ re gi seruiebat ieiuniis vez elemosynis ⁊ orationibus vacans: carnē cilicio domans desuper regalib⁹ induebat. ¶ Adhuc in palatio regis consistens: dū in priuata villa per pomerium ambularet: ⁊ audisset voces cōpeditoꝝ eius misericordiā implorātium: pro ipsis in orationē in se dedit: ⁊ contritis compedibus illico omnes absoluit. Dum autē frater regis in bello occisus esset: ille ex hoc motus vxori dudū postulatā ⁊ optatā petitionē cōcessit: vt sez deo libere seruire posset. Que veniēs ad sctm̄ medardū nouiomen. episcopū ab eo consecratur in xp̄i sponsam: ⁊ pictauis monasterio cōstructo: ordināte rege clothario ibidem se inclusit: oīb⁹ suis pauperib⁹ traditis: multisq; inibi sororib⁹ cōgregatis: earū abbatissa facta cū eisdē ancillis xp̄i in sctitate vite pollēs solis diuinis insistebat: pauperes quotidie recreās: ⁊ carnē pnia dura castigās. Multis quoq; miraculis claruit. ¶ Nā mulierem a diabolo obsessam solo imperio in xp̄i noīe liberauit: qui cū fluxu vētris ea in ecclesie pauimēto distenta egressus est. ¶ Arborē lauri de aliquo loco euulsam et in horto suo p solatio trāsplantatā dū aruisset oīno ad vitam ⁊ viriditatem reuocauit. Infantulam vnā ex monachabus nuper defunctā in cellula sua reclusam dudū super corpus orans cū lachrymis a mortuis suscitauit. ¶ Cū imperator iustinus eidē per nūcios suos partē ligni crucis dñice auro cōtectam destinasset: illiq; redeuntes in mari naufragiū paterētur: sanctā inuocantes reginā: columbā tertio circa nauem volantē conspiciūt. Cui dū vnus ex cauda tres pennas auellerent: ⁊ in mare misissent: trāquillitas mox subsecuta est. ¶ Tribun⁹ quidā noīe domebenus gutturis psfocationē patiens: die qua sancta migrauit a carne: vidit in extasi reginā radegundem ad se venientem ⁊ eadē hora se de corpore exisse nunciantem: sibiq; admonentē: vt ecclesiam sancti martini in loco sibi ostēso edificet ⁊ detentos relaxet: ⁊ sic sanitatē recipiet. Qui postꝙ̄ hec pmisit ad se rediēs: seq; sanatū reperiens: diē horāq; notauit: ⁊ inuenit sanctam a seculo tunc migrasse: vñ mox dimissis. lxxiij. detentis in vinculis ecclesiā sancti martini in loco vbi nūc est de proprio edificauit. Quieuit in pace sancta radegundis idibus augusti in suo cenobio pictauis tumulata.

¶ De sancto Helia propheta. Cap. ix.



Helias propheta de galaad originē trahens cuius tamen nomen patris in scriptura non habet: nō solū ecclesiastici xlviij. c. inter patres antiqui tpis gloriosus cōmēdatur: sed etiam ab ipso saluatore in aliqua euāgelii parte magnificatur. Qui tpe achab regis israel ⁊ iozā filij ei⁹ in israel claruit: nō solū in signis pphetie gratia: sed etiā excellēti miraculoꝝ gloria: que a. xvij. c. tertij libri regū: vsq; ad fin quarti cōmemorant. ¶ Cū enī achab rex israel ad instantiam impie coniugis iezabelis omnē israel adeo preuaricare et baal adorare fecisset ad preces helie pphete in vltionē tāti sceleris dñs clausit celū: nec dedit pluuiā super terrā annis trib⁹ ⁊ mēsibus sex: ppterq; fames ⁊ sterilitas magna fuit per vniuersum regnum israel. Helias aūt ex precepto dñi latuit in torrēte carith iuxta iordanē: vbi corui deferebant ei panes et carnes mane ⁊ vespere ⁊ bibebat de torrente donec siccaretur. Postea vero veniēs in sareptam sidonioꝝ qui est inter tyrū ⁊ sidonē vrbs modica: vidit mulierem viduā colligentē ligna. Ad quā cū petiisset modicū aque ad bibendū: ⁊ illa pergeret vt afferret: petiit ⁊ buccellam panis ad edendū. Cūq; illa diceret se nō habere nisi modicū farine in hydria quantū est pugillus ⁊ parū olei in lechito. Jussit helias sibi fieri subcinericiū panē de ipsa farina: promittēs per nomen dñi: q: nec farina nec oleū deficeret: vsq; ad tps fertilitatis. Et sicut ipse predixerat sic factum est. ¶ Deinde cū filius vidue ipsius apud quā helias cōmanebat defunctus esset. Helias puerū mortuū super lectulum suū posuit: ⁊ oratione facta eū a mortuis suscitauit. Hunc tradunt hebrei fuisse ionā pphetam: sicut dictum est supra in gestis Jone prophete. vj. kalen. februarij. Tunc iezabel regina omnes prophetas dñi quos inuenire potuit occidi mādauit. Abdias vero procurator domus achab abscōdit in spelunca centū viros pphetas ⁊ pauit eos pane ⁊ aqua: ppter qd postmodū spiritu prophetico dotatus est. De quo supra actū est in gestis eius nono Kal. ianuarij. Post tres annos ⁊ dimidiū sterilitatis ⁊ famis helias propheta qui vsq; tunc latuerat: achab regi israel se ostendit: dum ipse rex propter sterilitatem quereret pabula equis suis ⁊ nō inueniret: increpauitq; eum ppheta ꝙ dñm reliquisset: ⁊ deos gentiū sequeretur ⁊ coleret. Dein de hortatu eius ad imperiū regis ꝯgregatis multitudine populi ⁊ octingētis ⁊ quinquaginta prophetis Baal in monte carmeli. Helias ad populū ait: ne in duas partes claudicarent: sed aut dñm deū patrū suoꝝ: aut Baal sequerentur: dedit q; eis optionē talem: vt duo boues educerētur: quoꝝ vnus daretur pphet. Baal: ⁊ alius sibi soli: ⁊ vnaqueq; pars bouē suū in frustra concisum super ligna poneret igne non supposito: ⁊ inuocaret deum suum: ⁊ qui exaudiretur igne dato de sublimi: apte esset verus deus: placuitq; ppositū populo. Cūq; sacerdotes Baal fecissent qd dixerat helyas: ⁊ inuocātes Baal a mane vsq; ad meridie trāsiliebant altare quod fecerant: ⁊ incidebant se iuxta ritum ipsoꝝ lanceolis: vt sanguine perfunderentur. Demones enim plurimum delectantur perfusione sanguinis humani. Tūc helias presente populo altare ipsoꝝ destruxit: ⁊ nouo in honorem dñi constructo ligna ⁊ frusta bouis superposuit: ⁊ aquā abundāter desuper iactare fecit: donec aqueduct⁹ impleret: ne putaret arte magica ipm̄ de visceribus terre ignem suscitasse. Factaq; oratione ignis de celo descēdit: qui holocaustū ligna ⁊ lapides ac puluerē: ⁊ etiā ipam aquā cōsumpsit. Quo viso miraculo populus cōuersus est: ⁊ iussu Helie omnes prophetas Baal occidit iuxta torrente cison. ¶ Deinde dixit Achab vt comederet: ⁊ festināter descenderet: ne ipm̄ pluuia superuētura occuparet: qui comedēte Helias iclinato capite orauit: ⁊ misso puero septies ad videndū contra mare: septima vice vidit nubeculam ascendētem: que vsq; tunc non apparuerat. Fit. nāteq; achab domum facta est pluuia grādis: ⁊ omnem terrā irrigauit. Jezabel aūt audito qd helias fecerat de pphetis Baal querebat vt occideret eū: qui timens fugit in bersabee iuda: ⁊ dimisit ibi puerum suū: ⁊ perrexit in desertū via vni⁹ diei: sedensq; subter iuniperū petiuit anime sue: vt moreretur: post modū vero dormitauit: ⁊ excitatus ab angelo ⁊ confortatus: atq; pane celico ei delato refectus ambulauit in fortitudine cibi illius xl. dieb⁹ ⁊ vsq; ad montē dei oreb: vbi preceptū accepit a deo de vngēdo azael regē super syriā in damascum: ⁊ iesu filiū namsi regē super israel: ⁊ heliseum filiū saphat de abela in pphetā p se: vt isti tres interficerēt idolatras israel. Que oīa helias adimpleuit iuxta mandatū dñi. ¶ Mortuo vero achab rege israel: regnauit pro eo fili⁹ ei⁹ ochozias qui ambulauit in viis malis patris sui ⁊ matris sue impie iezabelis: propter quod deus puniuit eum: vt cadēs de cancellis cenaculi sui ad mortem egrotaret in samaria ciuitate. Misitq; nuncios ad consulandum beelzebub deū acharon: an liberari posset de infirmitate sua: quibus ex precepto dei occurrens Helias eos redarguit: dicens quod ochozias de ipsa egritudine moreretur. Cumq; redissent nuncii ad regem: ⁊ et verba narrassent: quesito ab eis de habitu viri: intellexit ipsum esse heliam: misitq; ad eum principem quinquagenarium et quinquaginta qui erant sub eo: vt vocarent Heliam vel inuitum traherent. Et ad mandatum Helie descendit ignis de celo et deuorauit eos. Rex quoq; misit alium quinquagenarium ⁊ suos quinquaginta: qui

similia passi sunt. Destinatus pro tertio quinquagenario abdias fuisse dicitur curuauit genua contra heliam: et eius misericordiam implorauit. Et propheta domini cum eo iubente angelo de monte descendit: et ingressus ad ochoziam ipsum de idolatria redarguit: mortemque ei imminere prophetauit qui et mortuus est iuxta verbum helie. Pro quo ioram frater eius regnauit: eo quod ochozias filium non haberet. ¶ Anno vero primo ioram regis israel cum helie reuelatum esset quod deus ipsum tollere vellet: exierunt helias et heliseus de galgalis in bethel: deinde in hiericho: ac demum deuenerunt ad iordanem sequentibus eos quinquaginta ex filiis prophetarum: qui diuino spiritu raptum helie prenouerant. Cumque helias stans iuxta ripam iordanis: tulit pallium suum et percussit aquas que diuise sunt in duas partes: et transierunt ambo per siccum helias vero et heliseus. Dixitque helias ad heliseum: vt peteret quod vellet ab eo antequam ab ipso tolleretur. Qui petiit vt duplex spiritus eius in eo requiesceret: scilicet ad prophetandum et miracula faciendum. Cumque pergentes adinuicem loquerentur. Helias curru igneo et equis igneis raptus est ab heliseo et per turbinem in celum: hoc est in superiora aeris ascendit: translatusque est in paradisum terrestrem: vt creditur: vbi cum Enoch corporaliter viuit rediturus in fine seculi: et contra antichristum confliceturus habiturus: quos ipse demum occidet: sed eos dominus suscitabit: vbi habetur Apocalypsis .xj. c. Leuauit autem heliseus pallium helie quod ceciderat ei: et percussit aquis iordanis secunda vice diuise sunt: et transiuit heliseus per siccum ad aliam ripam vbi erant filii prophetarum. Qui viso miraculo diuisionis aquarum intellexerunt spiritum helie in heliseo quieuisse. Celebratur autem dies raptus helie prophete ab hebreis .xx. kalen. septembris: quo die tradunt eum in paradisum fuisse translatum. Hec ex libris .iij. et .iiij. regum capitulis quibus supra: et ex dictis Josephi et hieronymi: et ex historia scholastica: atque ex chronica Guilielmi.

¶ De sancto Eusebio presbytero. Cap. lxij.



Eusebius presbyter Rome claruit tempore Constantii Augusti et Liberii pape hereticorum: qui vir catholicus et doctrina preclarus: dum fidem catholicam constanter defensaret: et Constantium Augustum atque Liberium vrbis Rome episcopum hereticos predicaret: eo quod arriane fidei consensissent. Ab eodem Constantio rogatu liberii detentus est: et in quodam cubiculo domus sue inclusus, habente in latitudine pedes quatuor: et ibi multis mensibus in oratione perseuerauit. Inclusus tamen adhuc post menses septem dormitionem accepit .xix. kalen. septembris. Cuius corpus gregorius et orosius presbyteri sepelierunt via apia in cimiterio calixti: iuxta corpus beati sixti pape et martyris in cripta. Quod audiens constantius augustus gregorium presbyterum cepit: et viuum in eadem cripta sepeliuit: vbi post dies tres in pace quieuit.

¶ De sancto Eusebio episcopo emesseno. Cap. lxiij.



Eusebius episcopus emessenus tempore constantii imperatoris claruit: qui vir elegantis rhetoricique ingenii innumerabiles composuit libros magis secutus historiam: et qui ad plausum pertinet ab his qui declamare volunt maxime leguntur. Quorum precipui sunt aduersus iudeos et gentiles atque nouationes. Ad galathas quoque scripsit libros .x. Et in euangelia homelias plurimas breues. Quieuit autem in Christo apud antiochiam. Ibidem sepultus in pace. Hec hieronymus libro de viris illustribus.

¶ De sancto Eusebio abbate.
Capitulum. lxiiij.



Eusebius abbas discipulus beati hieronymi fuit. Hic natione cremonensis nobili prosapia ortus, cum ad terram sanctam visitandam processisset beatum hieronymum ibidem reperit: qui apud bethleem paruum monachorum construxerat de nouo cenobium. Cuius sapientia et moribus accensus relicto seculo ei adhesit: et monachus factus in sancte conuersationis ordine vitam laudabilem duxit. Quem et hieronymus decedens eidem congregationi in abbatem prefecit: et eidem bibliothecam suam commendauit. ¶ Cum post obitum beati hieronymi grecorum quedam heresis pullulasset: asserens quod anime beatorum vsque ad corporum resumptionem eterna non percipiunt gloria: nec alie damnatorum sentiunt gehenne penam: multique fidelibus tali errore inuoluti cum talis opinio in partibus hierosolymitanis reconualuisset: per cyrillum episcopum hierosolymitanum indictum est triduanum ieiunium cum assidua oratione cunctis fidelibus vt deus sue fidei catholice subueniret. Expletis autem tribus diebus nocte precedente apparuit beatus hieronymus Eusebio in oratione cum lachrymis posituto dicens quod deus fideles suos respexerat: et quod interuentu ipsius ecclesie sue subuenire decreuerat. Mandauit ergo vt trium iuuenum in ipsa nocte in bethleem defunctorum corpora ante fossam in qua corpus ipsius doctoris quiescebat deferri faceret: et sacco cilicino quo viuus induebatur tangeret: qui continuo resurgerent: et predictam heresim vti testes veridici confutarent. Qui iterum post dies .xx. in christo quiescerent: cum quibus et ipse Eusebius migrare deberet. Mane autem facto: cyrillo episcopo visio per eusebium narratur: omnisque clerus et populus in ecclesia bethleem congregati: trium iuuenum ipsa nocte defunctorum cadauera ad tumbam hieronymi deferunt: et per cilicium ipsius sacco cilicino tangunt. Mox quoque iuuenes quasi de somno euigilantes surrexerunt: et que viderant in alio seculo in gloria et in gehenna cunctis populis narrauerunt: et sic grecorum heresim confuderunt: per triduum vero ante dies illos .xx. quibus hieronymus predixerat: eusebius egrotare cepit: et per dies .iij. ecclesiasticis sacramentis cunctis apparente sibi beato hieronymo et ipsum ad celestia vocante in domino feliciter pausauit. Eadem hora prefati tres iuuenes iterum a corpore migrauerunt. Corpus autem eusebii iuxta corpus hieronymi sepultum fuit. In cuius sepultura monachus qui lumen oculorum dudum amiserat cadauer deosculatus visum recepit.

¶ De assumptione beate marie virginis. Cap. lxv.



Assumptio gloriose virginis marie in alia facta est .xviij. kal. septembris vt sancta tradit ecclesia. In alia dum que ipsa et in corpore assumpta est: vt infra pluribus rationibus probatur. Assumptio autem ipsius facta est in corpore secundum quod in eius historia infra scripta traditur: facta est tertio die post eius dissolutionem: aic a corpore quo vero die anime corpori eius reunita: et ipsa corporaliter est assumpta: scilicet .xv. kalendas septembris. In visione autem sancte helisabeth de sconaugia habetur quod beata virgo .xl. die ab obitu eius fuit in corpore assumpta vero .ix. kal. octobris: sicut eidem sancte fuit diuinitus reuelatum. Sed quicquid veritatis sit de corporali assumptione: explanum est quod tenet ecclesia de anime sue glorificatione. Qualiter autem ipsa assumptio facta sit: quodam libello licet apocrypho: qui ioanni euangeliste ascribitur edocet. ¶ Apostolis namque predicationis gratia diuersas mundi partes subeuntibus virgo beata in domo iuxta montem syon posita dicitur remansisse: omniaque loca filii sui: scilicet natiuitatis: baptismi: passionis: sepulture: resurrectionis: et ascensionis quoad vixit: deuotione sedula visitabat. Et se

Philibertus abbas apud Rothomagū claruit t̄pe Clodouei regis Frācorū. Qui adhuc iuuenis a Dagoberto rege Frācorū in palatio suo aduocatus: cū eēt annorū vigītī elegit xp̄i fieri discipulus et in Robacēsi monasterio sub agilo abbate monachus factus ē: vbi operibus penitētie vacās multa diaboli tētamina pertulit: quas oēs xp̄o adiutus superauit. Successitq̄ agilo in abbatie regimine: domum sibi creditā strenue gubernādo et miraculis coruscādo.

Dū autē quidā eū ex fratrib⁹ liuore inuidi ex cenobio abiecissent: vnus eorū ictu fulminis interiit: alius in secessum ola interiora deposuit. Reliq̄ timore percussi penitentiā agētes: ipsumq̄ reuocātes eidē humiliter obedierūt. Postmodum aūt a rege clodoueo τ bathylde regina frācorū in pago rothomagensi locū appellatū gemmeticū obtinuit: vbi egregiū monasterium construxit. ¶ Monachū quendā quem ad regē pro causa cenobij mittere disponebat febre detentum imperans febri sanauit τ misit. ¶ Existente eo Parisius latro chirothecas eius furatus est. Mox aūt se ardere eiulās τ loqui nō valēs: signū cū furto abscōdito patefecit. ¶ Cū nocte quadā in basilica sancti petri oraret visi sunt oculi ei⁹ quasi due lampades fulgētes. Monacho qui languēs ad extrema venerat: τ loqui nō valebat: peccatūq̄ vnū in cōfessione sciēter omiserat oratione sua loquelā restituit: illeq̄ peccatū confessus mox expirauit. Cū fratres messem succiderēt τ manipuli per agros iacerēt: tempestatē subitā ingruentē a messe sedauit τ cōtinuo serenitatem adduxit. ¶ In villa quoq̄ pinenio hospitatus a muliere q̄dā paupe i domo suscept⁹ vas vini qd habebat bñdixit: τ multis ide potātib⁹ cūctisq̄ satiatis ipso abeūte plenū repertū est. Quieuit in pace vir dñi. xiij. kal. septēbris. Sepult⁹ in monasterio suo p̄dicto.

¶ De sctis Christophoro τ Leonigildo martyribus. Capi. lxxxvj.



Christophorus et Leonigild⁹ martyres apud ciuitatē hispanie cordubā passi sunt q̄ tpe psecutiōis ab infidelib⁹ cōprehēsi cū xp̄m cōfessi cēnt: gladio cedēte martyriū cōsumauerūt quorū corpa post abscisionē capitū igni tradita sunt. Qui passi sūt. xiij. kalēdas septēbris: vt Ado: addit in sctōrum martyrologio ex dictis Hieronymi sumpto.

¶ De sanctis mar. Leōtio τ Carpophoro. Ca. lxxxvij.



Leōti⁹ τ Carpophor⁹ martyres i ciuitate aquileia passi sunt tpib⁹ diocletiani τ maximiani impatorū sub lysia preside. Qui cū eēnt arte medici: pissimos quoscūq̄ ab oī lāguore sanabāt nō tā naturalib⁹ medicaminibus artis sue: quā xp̄i noīe inuocato: erant eñi fidelissimi xp̄iani. Audiēs aūt lysias p̄ses famā illorū cū essent ei ab ei⁹ officialib⁹ accusati: τ q̄ cultum deorū suorū destruerēt: eos ad se accersiri fecit: τ q̄ essent eorū noīa: que patria: q̄ cōditio: q̄ fortuna q̄siuit. Illi v̄o ad singula rñderūt: q̄ scʒ noīa eorū erāt Leonti⁹ τ Carpophor⁹: patria v̄o eorū erat arabia cōditio xp̄iana fortunā aūt xp̄ianos nescire dixerūt. Tūc p̄ses cepit eis psuadere vt dijs sacrificarēt: pmittēs illos eē inde honorib⁹ sublimādos: aut si renuerēt diuersis puniēdos supplicijs. Cūq̄ illi sacrificia demōib⁹ exhibere nullaten⁹ velle rñderēt τ xp̄m sibi adiutorē in oīb⁹ dicerent: atq̄ illi⁹ cōminata tormēta cōtēnerēt p̄cepit eos p̄ses i manib⁹ τ pedib⁹ grauiter torqueri. Et dū illi cōstātes hoc suppliciū deriderēt: iussit eos preses cathenis vinctos in mare p̄cipitari. Statimq̄ angelus dñi affuit: τ diruptis vinculis illos e pelago ad litt⁹ incolumes eduxit. Et cū hoc miraculū p̄ses artib⁹ magicis ascriberet τ eā illi ei xp̄i virtutē p̄dicarēt. Illicq̄ eos in noīe dei sui Adriani scʒ velle dicerēt: cōtinuo duo demones affuerūt: τ p̄sidē in faciē alapis ceciderūt grauib⁹ p hora vnā. Sʒ orantib⁹ p eo sctis statim demones abierūt. Tunc p̄ses dicere cepit q̄ dij ꝯ se indignati q: illos velle relīq̄re dixerat talē in eū vindictā exercuerāt. Iussitq̄ sctōs in carcerē trudi: donec q̄lr ipos pderet cogitaret. ¶ Talem illos eductos τ dijs imolare ꝯstāt⁹ recusantes in ignē copiosū accēsum iactari mādauit. Sʒ tñ ignis illos in nullo lesit sʒ facto terre motu nimio: erūpēs flāma plurimos paganorū circūstātes exussit. Illi v̄o sancti de ignis educti medio nedū in corpib⁹ sʒ et in capillis τ vestib⁹ penit⁹ apparuerūt itacti. Iubent̄ q̄ in equuleo suspēdi τ vngulis radi: sʒ angelo illos custodiēte fatigatis ad modū carnificib⁹ añ p̄sidē deponunt. Et cū iterū ac iterū a p̄side psuasi cultū dijs suis exhibere renuerēt: fecit illos lysias p̄ses in crucib⁹ leuari: τ a circūstāte pplo lapidari: verū lapides in iacientes redibāt et plurimos vulnerabāt. Tūc mādauit illos a quatuor ex militib⁹ sagittis ꝯfigi. Sagitte vero martyres nō ledebāt: sed retrouerse sagittarios cōfigebāt. Et nō solū illos: sʒ alios plures astātes occiderūt. ¶ Lysias āt se cōfusum in oīb⁹ cernēs sctōs dei gladio cedi iussit. Et sic accedētes spiculatores eoꝝ capita gladio absciderunt. Quoꝝ corpa xp̄iani rapiētes iuxta muros ciuitatis aq̄leie sepelierūt. Passi sunt aūt scti martyres Leontius τ Carpophor⁹. xiij. kal. septēbris.

¶ De sctō Anastasio martyre. Cap. lxxxviij.



Anastasi⁹ siue Attal⁹ martyr passus est sub Aureliano augusto τ p̄side Antiocho romе. Qui cū eēt cornicular⁹: agapitū martyrē i custodia habuit mādato p̄sidis. Et andiēs ab eo verba vite fere ꝯuersus est. Cū aūt Agapit⁹ v̄sis pedib⁹ super⁹ esset suspēsus τ fumo de subter facto sic q̄tuor dieb⁹ eēt dimissus vt supra dictū est i passiōe ei⁹ decimo q̄nto Kalen. septēbris: τ post dies q̄tuor Anastasi⁹ illuc vadēs fuenisset eū solutū ambulātem et psallētē: τ fidē xp̄i oīno suscepit τ bapti at⁹ est. Et dū hec oīa q̄ viderat p̄sidi nūciasset τ xp̄m ꝯstāter ꝯfessus esset. Iussu Aureliani decollat⁹ est. xij. kal. septēbris.

¶ De sctō Priuato epō τ mar. Ca. lxxxix.




Priuat⁹ eps τ martyr passus est in territorio gaualitane ciuitatis. Qui sub ꝑsecutiōe imperatorū Valeriani τ Galieni cū xp̄m dominum predicaret: τ deos paganorū adorare recusaret: iudicio sententia decollatus: τ palma martyrij corona tus est: duodecimo kalendas septembris: vt dicit Ado.

¶ De sancto Quadrato epō. Capitu. xc.



Quadrat⁹ eps tpe Adriani impatoris claruit: q̄ multa vtilia opa ecclesie digessit. Nā eidē p̄ncipi apologeticū scripsit τ obtulit. Librū rōnis τ fidei plenū: apostolicaq̄ doctrina dignū: τ religiōi xp̄iane vtilē. Scripsit τ parthicū bellū sub seuero p̄ncipe gestū: Auidij cassij vitaʒ τ gesta scriptiōi tradidit. Et in partibus macedonie i pace q̄euit. xj. Kal. septēbris. Hec Hieronym⁹ de viris illustribus.

¶ De sctō Timotheo pbr̄o τ martyre. Capi. xcj.



Timothe⁹ presbyter τ martyr rome passus est sub Valeriano imperatore: τ Tarq̄nio vrbis p̄fecto. Qui ab antiochia veniens tpe Melchiadis pape a sancto siluestro tūc p̄sbytero postea romano pōtifice futuro

et futuro: hospitio deuote susceptus est. Qui timotheus cum per unum annum et tres menses docens christi veritatem multos populorum gentium conuertisset tentus a Tarquinio vrbis prefecto: et plagarum tormentis afflictus: longaq; carceris custodia maceratus cum sacrificare idolis noluisset: ter etiam terq; grauissimis supplicijs attrectatus. Nouissime sententiam accipiens capitalem inter homicidas decollatus est. Cuius corpus Siluester presbyter clam rapiens in domo sua occultauit: et melchiadi pape nunciauit. Qui veniens nocte cum presbyteris et diaconibus corpus tulerunt: et in horto cuiusdam mulieris nomine Theone iuxta sepulturam beati Pauli apostoli sepelierunt. Passus est autem .xi. Kalen. septembris.

¶ De sanctis Timotheo et Proterio marty. Capitulum .xcij.



Timotheus Alexandrinus episcopus et Proterius eius presbyter facti catholice pugiles extiterunt tempore leonis imperatoris contra dioscorum episcopum Alexandrinum et timotianos hereticos intrusum viriliter resistentes. Propter quod heretici cum dioscoro armata manu in cena domini Alexandriam inuadentes proterium capiunt: et in ecclesia occidunt: corpusq; illius crudeliter laniatum igne consumunt: puluerem in ventum dispergunt. Dioscorum vero violenter in episcopatum mittit. Timotheus vero episcopus catholicus vix aufugiens liberatus est. Qui post dies modicos multis oppressus angustiis quieuit in christo.

¶ De sancto Simphoriano martyre. Cap. xciij.



Siphorianus martyr tempore aureliani imperatoris passus est in ciuitate edue. sub consulari heraclio. Qui ex augustudunensi vrbe patre fausto nobile christiano progenitus cum adhuc esset adolescens tanta morum grauitate pollebat: vt seniorum vitam anticipare videretur. Cum ergo pagani in ciuitate edua festum veneris celebrarent et statuam eius ante heraclium presidem deferrent. Simphorianus affuit: et nolens eam adorare diu cedit: et cesus carceri mancipat. Et cum educeretur de carcere ad sacrificium cogeretur: multa ei donaria promitterent: respicq; omnia tanq; lutum abominaret. Iratus iudex data sententia precepit vt decollaretur. Qui cum ad locum duceretur: mater eius de muro aspiciebat: et ipsum ad passionem viriliter confortabat: dicens q; ei vita non tolleretur: sed in melius commutaretur. Mox igitur decollatus est: et corpus eius a christianis sepultum ad fontem: qui est extra publicum campum foris muros eduensis ciuitatis. passus est autem .xi. Kalend. septembris circa annum domini .cclxx.

¶ De sancto Antonio marty. Cap. xciiij.



Antonius martyr passus est rome tempore Commodi imperatoris sub vitellio prefecto. Qui cum esset carnifex: et sanctos martyres eusebium: pontianum: peregrinum: vincentium in equuleo leuatos mandato presidis laniaret: vidit iuuenem stantem et cum spongia sanctorum vulnera tergentem: de quibus infra dicetur .viij. Kalen. Septem. Qui mox conuersus: et a Rufino presbytero baptizatus: deum christum confitetur: iussu presidis capitali sententia damnatur: et in via aurelia iuxta forum traiani sepultus .xj. kalen. Septembris.

¶ De sanctis Timotheo et Apollinare mar. Cap. xcv.



Timotheus et Apollinaris martyres passi sunt apud remensium vrbem sub nerone imperatore: preside autem lampadio: cui primum Timotheus presentatus cum sacrificare nollet: et grauiter tortus fuisset: ac laniatus et aceto et calce viua eius vulnera conspergerentur. Apollinaris vero gentilis assistens: vidit duos angelos Timotheo astantes: et ipsum hortantes: ac vt in celum aspiceret admonentes: q; aspiciens vidit celum apertum: et ipsum coronam gemmatam tenentem: eamq; ei dare promittentem: post q; angeli ad celos euolarunt. Que omnia cum Apollinaris vidisset: conuersus est. Et dum a preside tertio fuisset: in os eius plumbum liquefactum faceret infundi: id q; glacies repente refriguit. Quo viso miraculo multi pagani in domino crediderunt et nocte a sancto Mauro presbytero baptizati sunt. Sancti vero Timotheus et Apollinaris in carcerem missi sunt: et ibi et Apollinaris: eisq; noui christi tyro ab angelo confortat. ¶ Die vero sequenti omnes qui conuersi fuerant iubente preside decollant. Timotheus vero et Apollinaris iterum diuersis attrectati suppliciis in constantia perseuerantes eadem capitali sententia puniti sunt. Statimq; iaculum ignitum de celo cadens lampadium ferit: et ferit ut fidei percussit: et prius a demonio arreptus infeliciter expirauit. Sanctorum vero martyrum corpora a christianis in eadem vrbe honorifice condita sunt .x. kal. Septembris circa annum domini .lvij.

¶ De sancto Zacheo epo hierosolymorum. Cap. xcvi.



Zacheus episcopus quintus a beato Iacobo hierosolymorum ecclesiam clarissime rexit. Nam vt ait Eusebius in lib. c.v. hierosolymis episcopi .xv. fuerunt vsq; ad tempora Adriani imperatoris omnes ex hebreis christianis assumpti. Inter eos iudeis a Romanis deuictis episcopi et circumcisione cepit. ¶ Horum autem primus fuit Iacobus frater domini: secundus symeon: tertius iustus: quartus Zacheus: quintus Thobias: sextus Beniamin: septimus Ioannes: octauus Mattheus: nonus Philippus: decimus Seneca: vndecimus Iustus: duodecimus Iulianus: decimustertius Effrem: decimusquartus Ioseph: decimusquintus Iudas. Hec eusebius. Beatus vero Zacheus in omni sanctitate commissum sibi gregem exemplis ac doctrinis reficiens quieuit in pace .x. Kal. septembris.

¶ De sancto Zacheo epo Antiocheno. Cap. xcvij.



Zacheus episcopus Antiochenus primus post petrum apostolum constitutus fuit. De quo in itinerario clementis dicitur q; cum petrus in disputatione quam habuit cum Simone mago victoriam obtinuisset: simonq; romam a facie petri fugisset: petrus post eum pergens zacheum sibi successorem constituit: et presbyteros ac diacones ordinans: illud in populo commendauit: ipsosq; de officiis instruens: profectus: profectus autem Zacheus aliis episcopo postq; ecclesias sibi commissas feliciter gubernasset: plenus sanctitate bono fine quieuit ibidemq; sepultus in pace.

¶ De sancto Theona epo. Cap. xcviij.



Theonas episcopus alexandrinus venerabilis fuit: tole: virtute clarus: q; beati petri eiusdem vrbis episcopi et martyris enutriuit: et in idem beatus petrus in episcopatu successit: prout sibi a domino per visum fuerat reuelatum. Hic ecclesias suas ab infestatione ar-

riana tūc vigente viriliter defensauit: q̄ et virtutibus laudabilib⁹ preclarus in pace quieuit. x. kalen. septembris. Alexandrie quoq̧ tumulatus iacet.

¶ De sancto Theona abbate. Cap. xcix.



Theonas abbas

pr fuit triū miliū monachorū eremo scythicę: vt dicit sozomen⁹. fuit scietiis lr̄arū grecarū latinarū et egyptiarū: q̄ triginta ānis ī minime vi- sus irasci: aut turbari: aut mētiri: aut vinū vel aspersū vl' liquorē potuisse fmonē. Hic abbatē quēdā adhuc in uenē q̄tidie pāmachiū furantē et ec- clesie mādūcantē: sermo de cōtinētia sētō cōuertit ad pniam: eoq̧ peccātū suū publice cōfitente velut lāpas ignis de sinu ei⁹ egressa est: totāq̧ domū fetore cōpleuit. Hic etiā dicebat nihil esse tā noxiū mōachis q̄ cogitationes suas patrib⁹ suis spūalib⁹ celare. Quieuit in pace in eremo de scythi: decimo kal. septēbris. Hec sozomen⁹ in historia tripartita.

¶ De sanctis Donato et Restituto et socijs martyribus. Cap. c.



Donatus et restitu

tus: valerian⁹ et fructuosa cū aliis. xl. apud antiochiā passi sunt. qui p̄clarissimo cōfessionis honore p diuersa gña tormentorū glorioso martyrio coronati sunt. x. kalen. septembris. Hec Ado in martyrologio suo.

¶ De sanctis Claudio Asterio et Nenone martyribus. Cap. ci.



Claudi⁹: asteri⁹: et

nenon apud lyciam in ciuitate egea martyrium passi sunt. Qui tempore persecutiōis ab infidelib⁹ tēti: cū xp̄m dn̄m cōfiterent: post acerba et diuersa supplicia cruci affixi sunt. In qua deo spiritum reddiderunt. x. kalē. septembris. Hec Ado.

¶ De scō porphyrio martyre. Capitulum. cii.



Porphyrius mar-

tyr: passus est tpe Juliani imperatoris sub Antiocho preside in vrbe Roma. Hic vir dei sanctum martyrem agapitum enutriuit: et ad martyriū sua doctrina animauit. De quo supra dictum est. xv. kalendas Septēbris: propter quod ab Antiocho pro fide detēt⁹: post multa sibi illata tormēta emisit spm̄ x. kalē. Septēbris.

¶ De sancto Bartholomeo aplo. Cap. ciii.



Bartholome⁹ a-

pls natiōe syr⁹ et nepos fuit regis syrorū ex pte solis: et oib⁹ aplis scōrū carnē nobilitate decorat⁹: vn̄ et xp̄s ip̄m in cena dn̄i facta est cōtētio inter discipulos q̄s eorū videref esse maior. Cū eñ xp̄s aplis dixisset q̄ vn⁹ ex eis ip̄m traditur⁹ esset: apli suspicati sūt q̄ pditor ille hoc facere vellet: quaten⁹ regnū israel quē sperabāt carnalr̄ xp̄m obtentū sibi vsurpare cuperet. Et cū null⁹ inter eos esset: q̄ ad talē dignitatē aspirare putaref nisi Bartholome⁹ pter nobilitatē regiā. Jō habuerūt eū de tali pditiōe suspectum: et q̄nē de maioritate fecerūt. Hec damascen⁹. Vñ in quibusdā ecclesijs euāgeliū in hoc festo de dicta ptentione inter discipulos facta legit. Legit aūt in quadā historia lz apocrypha: q̄ dū puenisset ad Bartholomeū regis syrie filio carēns nepotē adhuc iuuenē de doctrina et miraculis xp̄i apud iudeā p̄dicātē misit: ad cū nūtiū q̄ libēter ei⁹ discipulū se face: et ille iesus grās vnā illi cōcederet. Audierat eñ q̄ discipuli ei⁹ paupes in abiecto habitu incedebāt. Si ergo pter honorē dignitatis sibi cōcederet vt purpura indut⁹ vireret ip̄m ppetuo seq̄ret. Cui xp̄s optata libere cōcessit: dixit tñ nūcio vt ex pte sua diceret Bartholomeo q̄ q̄ materialē eblaudē deponere recusaret: adhuc p ei⁹ amore naturalē v. Nē h est corpis cutē dimitteret. Et sic xp̄s Bartholomeū in aplm suū recepit: ille semp purpure vsum retinuit. Cū ergo post passionē dn̄i apli p diuersas mūdi ptes ad p̄dicādū diuisi essent. Bartholome⁹ p̄mo i Lycaonia p̄dicauit: deinde ad Jndiā inferiorē accessit. Et ingressus tēplū in quo erat idolū Astaroth ōsi pegrinus ibi mane recepit. Jn hoc idolo q̄dā demō habitabat qui se lāguētes curare dicebat: q̄s nō subueniebat sanādo: sed ledes prio ledēdo: deinde a lesiōe cessando. Cū eñ esset tēplū lāguētib⁹ plenū: et nullū ab idolo rñsum habe posset: perrexerūt ad aliā ciuitatē: vbi aliud idolū noie Berith colebat. Et interrogātib⁹ cur sibi de⁹ in⁹ Astaroth rñsum nō daret. Berith rñdit q̄ de⁹ eorū cathenis cōstrict⁹ esset: vt nec respirare nec loq̄ posset: ex illa hora qua aplus dei Bartholome⁹ illuc ingressus fuisset. Jllis vō q̄rentib⁹ q̄s esset ille Bartholome⁹. Rñdit q̄ erat amic⁹ dei oipotētis: et iō illuc venerat vt oēs deos Jndie euacuaret. Dixitq̧ eis Berith oia signa ei⁹: q̄ rex capillos nigros et crispos habebat: oculos grādes: aures equales: barbā prolixā paucis canis respsam: statura mediocrē. Collobio albo et pallio purpureo induebat: annis viginti quinq̧ erāt ex quo vestes ei⁹ et sandalia nec veterascūt nec sordidātur. Cēties in die et totidē i nocte genu flectebat. Angeli dei cū eo semp ābulabāt: nō pmittentes eū fatigari nec esurire. Oia preuidebat: oia nouerat: et oim gentiū linguas sciebat. Et q̄ secū lo q̄ref ipse iā nouerat: et si vellet se eis ostenderet: sin autem ip̄m nūq̄ inuenire possent. Rogauit q̄ eos vt cū ipsum inuenirēt: eū exorarēt ne illuc accederet: ne angeli dn̄i sibi facerēt: put collegē suo Astaroth fecerant ip̄m cathenis igneis religātes. ¶ Reuertētes autē illi p duos dies oim pegrinorū vultus et habit⁹ sollicite q̄sierūt: et ip̄m minime inuenerūt. ¶ Tertio vō die quidā plenitius q̄ p plures annos a demonio fuerat vexat⁹: cepit clamare ad aplm dei Bartholomeū q̄ ip̄m ei⁹ orōnes incēdebāt. Quē cōfestim aplus silere fecit: et a demonio pcussū liberauit. ¶ Hec audiēs rex regionis illi⁹ noie Polemi⁹ qui hr̄et filiā lunaticā misit ad aplm rogans: vt ad filiā suā liberādā accederet: ad quā cū ille venisset: et cathenis vinctā vidisset: q̄ accedētes morsib⁹ lacerabat: iussit eā exolui: et dicēs q̄ iā demoniū q̄d in ea erat: ligatū tenebat: et statim soluta et liberata est. Tūc rex camellos auro et argēto ac gēmis onerauit: et aplm inq̄rens faciē nullaten⁹ inuenire potuit. Mane aūt sequēti aplus cū solo rege in cubiculo ianuis clausis assistit: et q̄ dixit q̄ munera ista a te palis nō q̄rebat: sed aiarū salutē desiderabat: et incipiēs aplus predicauit illi xp̄m: addēs q̄ si baptizari vellet deū suū cathenis igneis ligatū ostēderet. Sequenti igitur die iuxta regis mandatum: dum pontifices idolo sacrificarent: cepit clamare demon: et dessisterent: ne deterius eis q̄ sibi cōtingeret: qui cathenis igneis ligatus tenebat ab angelis iesu xp̄i iussu apostoli eius Bartholomei. Tunc iussu apli demon confiteri cepit qualiter ad aiarū pditionē ppl'm ludificabat: et q̄ eis illudens nō subueniebat sanādo: sz a lesione cessando: vt sic ip̄m vt deū adorarēt: et verū deū celi negarent. Statimq̧ oēs iussu regis miserūt funes et trocleas: vt simulacrū euerterēt: et nō potuerūt. Aplus autem demoni precepit: vt inde exiens idolū ipsum cōminueret: qui statim exiens oia idola cōminuit: et q̄ oia

picturā omnem deluisset. Apostolus vero tēplum deo dicauit: et demonē in desertū abire precepit. Et ecce angelus dñi apparuit: et tēplū circūuolās in quatuor angulis signū crucis digito suo sculpsit: admonēs ipsos vt idem signū frōtib⁹ suis imprimerēt: et demonē nō timerent. Tunc ostendit eis ethiopē nigerrimū: facie acuta: barba prolixa: crinib⁹ vsq ad pedes ptētis: oculis igneis scintillas emittentib⁹ flāmas sulphuris ex ore spirantē ac narib⁹: cathenis quoq igneis retro vinctū manib⁹: dicens populo qd ille deus eorū esset: quem hactenus coluissent. Quem exoluēs in desertum locum iussit abire: et ibidem vsq ad diem iudicii cōmanere. Ille autem solutus cū magno strepitu et vlulatu discessit. Angelus autem dñi cunctis videntib⁹ ad celos euolauit. Tunc rex cum vxore et filiis et omni populo baptizatur: et relicto regno apostoli discipulus efficitur. ¶ Hoc videntes templorū pontifices ꝯgregati ad regem Astiagem fratrem eius maiorem cōuenerunt: cōquerētes de deorum suorum amissione: et regis ꝑ artē magicā deceptione. Astyages igitur rex idignatus misit mille viros armatos ad apostolū capiēdum: quem corā se adductum interrogauit: cur fratrem suum peruertisset. Apostolus vero se illū non peruertisse sed cōuertisse respōdit. Et cum rex eidem cōminaretur qd faceret cum deū suum relinquere: et deos suos adorare. Ecce subito regi nunciatur q deus suus balach cecidisset: et comminutus fuisset: qd rex audiēs purpuram qua indutus erat scidit: et apostolū fustibus cedi iussit: deinde in cruce ipm extētum viuum excoriari mandauit: qui excoriatus est. ix. kalendas septēbris. Cūq pelle nudat⁹ adhuc viuus permāsisset: et excoriat⁹ dñm predicaret: et multos tantum cernentes miraculū conuertisset: iussu regis decollatus est die sequenti vel viii. kalen. predicti mēsis. ¶ Propter hoc quidā eius festum celebrāt die ꝑcedenti: agentes memoriā martyrii excoriationis: quidā die sequenti agentes memoriā decollationis. Uenientes autē innumerabiles populi. xii. ciuitatū que ꝑ eum crediderant: vna cū rege Polemio. corp⁹ ei⁹ cum gloria sepelierūt: et ecclesiā mire magnitudinis in eius noīe cōstruxerunt. Die vero. xxx. ei⁹ passionis rex Astyages cum pontificib⁹ a demonio vexati venientes ad tumulum eius et apostolatum eius cōfitentes mortui sunt. ¶ Cū autē ꝑpter signorum multitudinem pagani viderent corpus ei⁹ populi frequentia visitari: indignati ipm exhumulantes: et loculo plumbeo impositū in mare iactauerunt. Qd diuino nutu vndis supernatās ad insulā liparis delatum: ibiq a fidelib⁹ collectū digna veneratione cōditum est: vbi multo tempore quieuit. ¶ Anno autē dom. d. ccc. xxxi saraceni siciliā inuadentes liparitanam insulam vastauerunt: ac eius sepulchrum cōfringentes: ossa apostoli dispergerūt. Illis ergo recedētibus apparuit apostolus cuidā monacho: mandans vt ossa sua que dispersa fuerant colligere curaret. Et cū monach⁹ interrogasset quomodo inter tot aliorum ossa eius cognoscere posset: ait vt nocte ad ea colligenda iret: et ea que vt ignem splendidissima videret: protinus leuaret. Que omnia vt dixerat: monach⁹ inueniēs ossa leuauit: et nauem conscendens beneuentū q metropolis est apulie trāstulit. Que inde processu temporis rome dicuntur fuisse trāslata.

¶ De sancto Polemio episcopo. Cap. iiii.



Polemius episcopus discipulus fuit beati Bartholomei apostoli: qui rex fuerat in india interiori: cuius filiam lunaticā idem apostolus a demonis obsessione liberauit: et ipsum regē cū omni familia et regno ad christum cōuertit. Qui relicto regno discipulus christi effect⁹ est: et post passionē apl' ab ol clero et populo in epm ordinatur: et in christi nomine apostoli Bartholomei etiam miraculorū signa faciebat. Fuit quoq in epatu annis. xx. Et in perfectione multa fidē xpi in ipsis partib⁹ ampliās: ac laudabiliter viuens plenus virtutibus ad deū migrauit: et sepultus ad pedes eius magistri.

¶ De sanctis trecentis martyribus qui dicuntur: massa candida. Cap. cv.



Martyres sancti q dicūtur massa cādida fuerūt trecenti martyres apud cartaginē ꝑ xpo passi tpe Ualeriani et Galieni imperatorum. Fert eñ inter alia supplicia tūc a preside clibanum calcis accēsum: et in ore ei⁹ prunas cū thure exhibuisse: et preside in sanctis dedisse optionē alterius ex duobus: aut thura super ipsos carbones offerre: aut iniici in calcem demergi. Tūc trecenti viri fide armati ictu rapidissimo: xpm filium dei filium fatentes se in ignem iniecerūt: et inter vapores calcis puluere ignitos demersi extincti sunt. Et qsi ille candidatus beatorum exercitus: massa cādida meruit appellari: massa ꝑpter numerū: cādida ꝑpter meritū. Qui passi sunt. ix. kalen. Septembris. Hec ado ex Hieronymi martyrologio. Fuerunt et alii innumerabiles martyres qui similiter appellant massa cādida de quibus infra suo loco videlicet. iii. nonas Nouembris.

¶ De sanctis Gregorio Theodoro et Leone confessoribus. Cap. cvi.



Gregorius: Theodorus: et Leo confessores tpe cōstantii imperatoris apud insulam samū claruerunt. Qui ex ptibus orientalibus oriūdi: quo ad seculū milites imperiales: corde vo deo militātes ꝑ fide xpi martyriū desiderabāt pati. Gregori⁹ enim senex veneranda canicie et sapiētia decoratus: Theodorum fere. xxx. Annorū: et leonē adolescētē edocebat: rex dū heresi arrianorū sub pstātio vigēte edictū effecit: vt eos ꝑ vniuersum orbē eiusdem secte ferent: ipsiq sancti milites catholici: quibus erat cor vnum et anima vna in domino cum aliis suis commilitonibus apud siciliam degerent: multis circunquaq dispersis fidelibus ob persecutionē ipsi sancti Cephaloniam deuenerūt. Et decreto habito ab aliis discedere: et soli que xpo militaret: ad samū insulā ibi iuxta positas abierūt: vbi rubetū densissimū inuenientes: ibi sancti locum solitariū elegerūt. Sed pro tūc cōmilitonib⁹ discedere nō valētes vna cū eis ad italiā nauigarūt. Inde q discedētes occulte: reuersi sancti intrauerūt rubetum parteq tēpli vetustate dirupti ibidem repertam habitare ceperūt penitētie operib⁹ ac contēplationi vacātes: vbi post ipsū aliquod oratione facta: in eo eodē die feliciter obdormierunt: et. ix. Kalen. Septembris. ¶ Michael vero ipsius insule nobilis et ditissimus elephātia lepra laborās: cūm a medicis liberari non posset: ad diuinū auxiliū oratiōe cōfugit. Cui ꝑ visum apparuerunt tres viri in specie angelica eidē mandantes vt corpora eorū que dudū inhumata iacuerāt a porcis sterco: rizabant tumulare deberet: et sic sanitatē perciperet. Qui euigilans et nomina sanctorum et locum ignorans: mane bubulcū reperit: qui eidē michaeli retulit: q dum iuxta rubem quendam porcos pasceret et vnū ex grege fugientē insequeretur: mirum fragrantiam sensit. Ingressusq rubetum tria corpora sanctorum inhumata et omnino incorrupta vidit: a quib⁹ odor ille mirabilis exhalabat. Ille vero ipsa esse sanctorum corpora: qui sibi nocte apparuerant: intelligēs: eo q ascēdēs: sub nisco duce loci cōcitus adiit: et corpa fulgētia reperit: q deosculās mūdationē recepit. ¶ In q loco monasterium de proprio construxit: et ipsa corpora honorifice cōdidit.

postq̄ q̄dē sancti sibi apparuerūt in habitu vero quo in mūdo fuerāt cōuersati:viuā ɫ noīa sua ac dié obitus eidē p ordinē enarrantes. Que oīa michael scripture mādauit. ¶ Processu vero temporis duo ex ipsis corporibus a venetis dicuntur fuisse inde leuata:ɫ venetias ad monasterium sancti zacharie delata sancti gregorii:theodori:vbi in eadem ecclesia post altare maius requiescunt: vna cū corpore sancti zacharie prophete patris ioannis baptiste. ¶ Leonis autē corp⁹ apud iam dictū adhuc habet.

¶ De sancto Sidonio episcopo. Ca.cviii.



Sidoni⁹ apollinaris

episcopus aluernensis floruit tēpore childeberti regis. Hic ex prefecto antistes:vir scdm̄ seculi dignitatē nō infimus literarum sapientia ac disciplina peritissim⁹ fuit:qui multa opuscula perutilia digessit. Epistolarum enim grande volumē ad diuersos:ea bro sed erudito sermone cōdidit. Itē panegyrica metra antonio augusto:ɫ maioriano augusto ɫ adiuto imperatori socero suo scripsit ɫ cantarum librū vnū Itē librū excusatoriū ad iam clarū felicem. Epithalamium rurico et hibernie. Epigrāma ad virū clarū karolinū. Epigramma ad imperatorē maiorianum. Epithalamia missi polemio ɫ arancole. Encharistion ad faustū rhe. Epigrammata .v. ad diuersos. Propenticon ad librum suum. Librum pōtif leotii. Laudem narbonensis vrbis cōciuis. Qui tēpore iustini tempore debitum soluit humanitati in christo quiescens .ix. kalendas septembris.

¶ De sancto Tito discipulo. Ca.cviii.



Titus discipulus

beati pauli apostoli fuit:cui idē apostolus specialem epistolā dirigit. Huius vitam scripsit zena legis peritus: cuius idē apostol⁹ eadē epistola .iii. cap. mentionem facit. Qui a minore rege crete generis duxit originem: in eadem insula nobilibus parentibus ortus. Desiderans aūt homeri ɫ aliorū philosophorū poemata:vacans circa illa:cum esset annorum .xx. audiuit de celo sibi vocē illapsam q̄ oportebat eum inde recedere:ɫ animam suam saluare. Post hec nouem annis elapsis:iussum est sibi q̄ librum esaie legeret. vbi dicit. Renouamini a me insule multe: israel seruabitur ɫ domino eterna salute. Missus est itaq̄ ab auunculo suo proconsule crete hierosolimā audire ɫ videre de miraculis iesu christi. Qui abiēs vidit passionem ehi resurrectionē:atq̄ ascensionem ɫ spiritussancti aduentum in apostolos. Sicq̄ perfectam certitudinē de christo assumens credidit:ɫ annumeratus est cū .cxx. discipulis i quos spūsanct⁹ corporaliter descēdit. ¶ Postq̄ aūt ab apostolis eps consecratus est missus est cū paulo ad gētes predicādas. Qui nauigātes ad cretā insulā xpm̄ predicabant. Quos rutilius tititi cognatus deridebat. Interea vero rutili filius moritur a paulo suscitat. Sicq̄ rutilius credens cū oī domo sua baptizat. Paulus vero titum cretē. epm̄ ordinauit:ipsumq̄ ī crete dimittens abiit. Post duos autē annos titus ad paulū romā accessit:cū quo et fuit vsq̄ ad interfectionē eius a nerone:corpusq̄ ipsius vna cū luca euangelista sepeliuit. ¶ Post hec titus ad cretam deuenit:vbi grauiose de fide xhi disputans tandē cum incredulī psisterēt orauit ad dūm statimq̄ idolū diane qd colebāt cecidit:ɫ in puluerē redactū est:ɫ mox crediderūt ale q̄ngēte in xpō ɫ baptizate sunt. Cōsecrauit aūt titus presbyteros ɫ diaconos:ipse vero metropoli presidebat. Cū die quadā trāsiret ante palatium:qd secūdus iussu imperatoris in ionis noīe edificabat:maledixit illud:ɫ statim opus funditus dissipatum est. Tunc secūdus venit ad titum cū lachrymis rogans se indēnē ab opere deruarent:cui titus imposuit:vt opus in nomine vnius dei xpianorū inciperet:ɫ sic opus perficere posset:qd ɫ factū est. Cōpleto vero opere scōs cū filio suo baptizatus est. ¶ Dñi igitur btūs tit⁹ morti appropinquaret:vidit angelos ad se missos:ɫ recipiendum faciem eius sicut ioāq̄ ipm̄ suū ɫ plebem sibi cōmissam dño cōmendās in pace quieuit etatis sue anno .xciiii. viii. kal. septēbris:sepultusq̄ est in metropoli crete:vbi ɫ q̄eiuit miraculis coruscans.

¶ De sancto Tito episcopo. Cap.cix.



Titus eps postre

mēsis claruit sub iuliani ɫ iouiniani imperatorū tēpibus. Qui sanctitate cōspicu⁹:aduersus manicheos fortissimos scripsit libros ɫ doctrina luculēta in populo suo claruit. Et sub valēns imperio in pace quieuit:vt tradit hieronym⁹ libro de viris illustrib⁹.

¶ De sancto Genesio martyre. Cap.cx.



Genesius martyr

apud relatensi vrbē passus est sub diocletiano imperatore. q̄ ex eadē ciuitate ortus:ludus artē minostelā exercens xpianos ptinaciter irridebat ɫ dum vellet diocletiano p artis sue peritiā placere:cepit scrutari xpianorū gesta curiose:vt eadē postmodū mimatice simulādo cesari in eadē ciuitate degēti solatiū exhiberet. Cūq̄ baptizari vidisset infantes et gesta christianorum q̄ sā sacramento fiunt mēti cōmendasset:cū imperatore ad theatrum perrexit:vt baptisma ludibrio simulās astātes prouocaret ad risum. Conuocatis ergo aliis mimis ɫ ioculatoribus imperatore spectante:lecto se deferri faciens ɫ egrotū fingens dixit ad suos:vt q: grauem se sentiret:leuem fieri volebat. Responderunt quod ipsum leuem facere nesciebant:q: nec ipsi fabri:nec ipse ferreus erat:et e bibuerūt his dictis pplo gētilium risum. Genesius autē irridēdo dicebat:q: xpian⁹ mori desiderabat:vt in illa die vel fugitiuus in ueniret. Ad hec vba diocletianus risus ptinere nō potuit. Cui vr arte sua iocādo magis placeret. exorcistā ɫ pbr̄m intrare faciūt:ɫ eos iuxta lectū genesii sistūt:ipsis interrogātib⁹ ad qd eos vocasset. ipe iā diuinit⁹ tact⁹ nō simulate sed ex puro corde fidit q̄ baptismū petebat. Imperator vō ac ppl̄s eū adhuc simulare credētes accurrūt:aquā exhibētes:ita vt ipatori ei munera pberet ɫ cū baptizat⁹ esset ɫ albis indut⁹:dū in lectulo psederet ɫ face dos cū exorcista abiisset:venirēt ad eū quasi ab imperatore missi:qd eū tenerent ɫ eū ad sacrā passionē adducerēt. Sic in albis vestibus ad imperatorē accedēs ad locū vbi status veneris erat ascēdit:ɫ corā oīb⁹ ipz ptēs actionam cepit:asserens se xpianos sēp exosos habuisse:ɫ eorū fidē derisisse:baptismū aūt xpianorū delusione requisisse:ɫ vbi aq̄ ips nudū tetigerat:vidit angelū dei splēdidū iuxta se stantē:ɫ et oīa pctā sua q̄ ab infantia fecerat recitātē:ɫ hec oīa sibi dimissa in ibi⁹ aq̄ lotionē ꝑmittēt:ɫ asserēs se pe ɫ nō sicte in christum crederet:ɫ pro ipso mori paratū esse. Cū autem diocletianus hec audiens a principio quidem ipsum fingere credens:sed postmodū ipsius animi veritatē cōperiens indignatus acriter genesiū fustibus grauissime cedi fecit deinde in carcerem trudi. Altera vero die tradidit eum plutiano prefecto:vt aut eum sacrificare compelleret:aut diuersis penis interimeret. qui genesium sacrificare nolentem iussit in equuleo leuari et lampades ad latera eius applicari:ipse vero xpm̄ cōstantius inuocabat. Que cū prefectus diocle

stiano retulisset iussit eum capite cedi. Qui decollatus est et in ciuitate sepultus arciatē. viij. Kal. septẽbris.

¶ De sctis Eusebio Uincẽtio et socijs mar. Cap. xj.



Eusebius vincen

tiꝰ: peregrinus et romanꝰ martyres rome passi sunt tpe cõmodi imparatoris sub vitellio vrbis pfecto. Cũ enĩ pfatus imparator die natalis sui indutꝰ pelle leonis cũ oĩ pplo romano herculi sacrificaret: et sancti martyres in vico cãnario cõmorarentur: hec audiẽtes abhorrerẽt: oĩaqꝫ sua paupibꝰ erogassẽt: corpusqꝫ iulij senatoris et martyris sepelissẽt: de q̃ supra dctũ est in eiꝰ passiõe. xiij. kal. septẽbris a vitellio pfecto tẽti sunt: et ad sacrificia deorũ inuitati. Qui cũ xpm cõfiterent: et deos gẽtiũ execrarent: primo qdẽ in equuleo appẽsi: et neruis ac fustibus durissime cesi sunt. Et cũ his tormẽtis in xpo exultarẽt: flãmas ad latera eorũ pfectꝰ iussit apponi. Et tũc astiterũt ãgeli eorũ vulnera tergẽtes. Qḋ cernẽs antoniꝰ carnifex: puer sus est: vt supra in eiꝰ passiõe dictũ est. xj. kal. septẽbris. Deinde sancti in teterrimo carcere reclusi: egrotos ad se veniẽtes curabãt: et multos puertebãt. Post triduũ xpo apparuit ei sanctꝰ iuliꝰ martyr: eosqꝫ admonuit vt custodẽ carceris saluare deberẽt eosqꝫ in dño cõfortauit. Ad q̃s accedẽs sacerdos capitolij lupulꝰ quadriẽnio cecꝰ ab eisdẽ cõuersus: et a rufino presbytero baptizatus lumẽ oculorũ recepit. Qḋ vidẽs custos carceris: et ipse siliꝰ ad xpm cõuersus est. Post dies quatuor educti de carcere vitellio pñtant. Qui eusebio linguã pcidi fecit ne xpm ãplꝰ nolaret. Et cũ nihilominus loquerent: iussit eos oẽs tãdiu fustibꝰ cedi donec spm emiserunt. Quoꝝ corpa a xpianis sepulta sunt. viij. kal. septẽbris.

¶ De sancto Dionysio martyre. Cap. xij.



Dionysiꝰ martyr

Rome passus est tpe diocletiani augusti. Qui primo fustibꝰ crudelissime cesus est deinde in equuleo suspẽsus et virgularũ diutissime laceratione vexatꝰ: lãpadibꝰ etiã inflãmatꝰ: cũ in fide xpi psisteret: dicẽs nõ eẽ regẽ pter xpm: p quo si mileo occiderent: ipm sibi de ore auferre non possent: martyrij coronã capitis obtruncatione pmeruit. Passus est autem. viij. kalend. septembris: vt dicit Ado.

¶ De sancto Seuero abbate. Cap. xiij.



Seuerus abbas

apud ciuitatẽ agathen. claruit: q̃ ex regali stirpe gñe ortus adhuc iuuenis parẽtibꝰ defunctis: cũ diuitiis abũdaret: post pbie studium magnos thesauros assumpsit: et cũ seruis suis nauẽ ascendẽs in septimaniã regionẽ deuenit vbi a sctõ berico epo agath. edoctꝰ oĩbus p xpo erogatis: seruisqꝫ manumissis i fauce arraricasque ab vrbe agathense duobꝰ fere miliaribꝰ distat iuxꝰ naufragiũ petiit: et sibi tuguriũ ex arũdinibꝰ faciẽs arctissime vite se dedit. Quẽ cũ serui quondã sui regressi: et cũ inuẽtũ a sctõ pposito distrahere satagebãt: sed nullatenꝰ pualebãt. Ipse aũt diebꝰ dñicis singulis post pceptã eucharistiã panẽ vnicũ sumẽs: sic ebdomada integra sine cibo alio pdurabat. Cui sanctꝰ bericꝰ panem cũ cruce impssa singulis diebꝰ dñicis destinabat. Sꝫ cũ a multis visitaret ecclia ei cõstruit et cenobiũ ampliat: in quo ad se veniẽtes hospitabat. Factũqꝫ est vt iuuꝰ post breue tpus. cccl. pater fieret monachorũ. Qui etiã humanitatẽ suã auiculis ostendebat. Nã et passerẽ ad se solitũ aduolare et eiꝰ dextere insideret dũ auceps quidã in tibia sagittasset: ad se venientẽ ligno crucis sanauit et abire pmisit. ¶ Cuidã senatoris ciuitatis agathen. scꝫ salustio noĩe sepulchrũ sibi fabricanti pdixit: nõ ipsi sed filio eiꝰ dictũ tumulũ pparari: et vt pdixerat euenit. Iuuene illo post modicos dies defuncto: et in paterno tumulo sepulto. ¶ In monasterio quoqꝫ suo dũ panes defecissent: solos tres panes inuẽtos in aqua p frustra cõcisos adeo multiplicauit qꝫ ex eis triduo trecentũ sexaginta suos fi es refecit: die vero quarta trecentũ tritici modios sibi apportãdos esse pnũciauit. Et sic deo largiente euenit. Sicqꝫ post multa oĩa miracula cõfectꝰ senio in pace quieuit. viij. kalẽ. septẽbris in basilica scti marci sepultꝰ.

¶ De sctõ Zepherino papa et martyre. Cap. xiiij.



Zepherinꝰ papa

et martyr natione romanꝰ ex patre abundio p ͛lo pontifici romano victori in epatu successit et sedit ãnos nouẽ mẽses septẽ: dies decẽ. Hic cõstituit in pñtia oĩm clericorũ et laicorũ fideliũ: vt oẽs xpiani duodecĩ annorũ eucharistiã in die sctõ pasche accipere deberẽt. Et fecit statutũ in ecclia: vt oĩa vasa altaris essent vitrea vel stãnea. Nã antea erant lignea. Cõstituit etiã vt patriarcha: vel primas: vel metropolitanꝰ ptra accusatũ epꝫ nõ pferat sniam: nisi prꝰ fultꝰ authoritate aplica. Et vt ordinatiões presbyteroꝝ ac leuitarũ tpe statuto et multis corã astãtibꝰ solẽniter fierẽt de approbatis et doctis viris. Et hic sub persecutione antonini imparatoris martyrio coronat: et sepultꝰ est apd collegas suos i cimiterio calixti: via apia. vij. kal. septẽbris. ¶ Hic fecit ordinatiões septẽ p mẽses decẽbris pbros. xiij. diacones septẽ: epos. xiij. Et cessauit epatu dies. vj.

¶ De sctõ Ludouico rege et cõfessore. Cap. xv.



Ludouicus quin-

tus francorũ rex sanctissimus patrẽ habuit xpianissimũ ludouicũ quartũ q̃ multum hereticos debellauit. Post cuius obitũ sub matris tutela scꝫ dñe Blanche quõdam filie regis castelle pie educatꝰ i oĩ sanctitate pfecit: q̃ etiã nũqꝫ mortaliter peccasse in sua vltima cõfessione cõptus est. Sub cura magistri et fratrũ pdicatorũ et minorũ sacris literis fuit imbutus. Deinde vxorẽ ducens filiũ ex ea suscaptũ religiose nutriuit. Ipse xpo viẽs cilicio clandestine opibꝰ pnie insudebat pauperibꝰ ducẽtis quotidie aut cibũ psonaliter ministrabat. In mensaqꝫ semp tres paupes iuxta se discũbẽtes habebat. ¶ Post hoc ardore fidei assumpta cruce ad terrã sanctã acqrendã cũ exercitu copioso trãsiuit. Et post multas occupatiões terrarũ: apie vt pbaret eiꝰ patientia: ab infidelibꝰ captus est. Sed modico postea redẽptus pcio: quinqꝫ annis cõtinuis mãsit in syria castra plurima cõstruẽs: captiuos redimẽs: et multos saracenorũ sua religione ad fidẽ cõuertẽs. Audito xpo matris obitu in franciã rediit: et dũ reuei terret maris tẽpestatẽ sua oratione sedauit. Reuersus aũt ad domũ suã in virtutibꝰ semp pficiẽs: capellã egregiã in proprio palatio edificauit vbi et coronã dñi et crucis dominice partem atqꝫ lanceam collocauit. ¶ Tãdẽ post plurima annoꝝ curricula cũ fratribꝰ suis copioso exercitu congregato iterũ mare transiuit: et thunissam applicans adiacentem regionem faciliter occupauit: vbi sitis tentorijs febre corripitur: et pluribus diebus decumbens sacra sumpta cõione christum iugiter inuocãs super stratum cinereum in modum crucis extẽ-

ssimi post laudabilia virtutum opera suum domino spiritū tradidit. vij. Kal. septēbris anno dñi. M.cclxx. Corpus vero eius delatū in franciā apud sanctum Dionysium parisiēsi. sepultū est mirabilibus signis coruscās.

¶ De sctis hireneo et abūdio martyribus. Capitulum. cxvj.



Hirencus et abundius martyres passi sunt rome sub decio cesare et valeriano pfecto. Cum cū valerian⁹ corp⁹ sancte cōcordie martyris p xpo passe in cloacā iactari fecisset: qdā miles: noie porphirius hireneo cloacario occulte xpiano illud indicasset: sperās in vestimētis eius gēmas vel aurū inuenire: vt supra dictū est in passione hippolyti et sociorū idib⁹ augusti: hirene⁹ pdictus effosso loco vna cū porphyrio corpus cōcordie de cloaca leuauit: et in vestimētis ei⁹ nihil inuenit: vnde porphyri⁹ aufugit. Hireneus xpo xpianū quendā noie abūdiū secū vocauit: qui corp⁹ martyris ad pībyterū iustinū tulerūt: et ipm vna secū sepulture tradiderunt. Hoc audiēs valerian⁹ hireneū et abundiū teneri fecit: deinde post dies. vij. iussit: et ābo viui in ipsa cloaca necarentur: q necati sunt. vij. kal. septēbris quorū corpa iustinus presbyter inde leuauit: et iuxta corpa sanctorū laurentij et ceterorū in crypta in agro verano sepeliuit.

¶ De sancto Secundo martyre. Cap. cxvij.



Secūdus martyr apud castrum vigintimiliarum italie tēpore maximiani imperatoris passus est: qui vir spectabilis et dux ex sacra thebeorum legione ante beatum mauricium et ceteros pro confessione nominis christi post vincula et carceres martyrium capitis abscissione compleuit. vij. kalen. septēbris: vt ait Ado.

¶ De sancto Alexandro martyre. Capitulum. cxviij.



Alexāder martyr apud bergomum italie ciuitatē passus est sub maximiano imperatore. Qui cum esset miles eiusdē cesaris: et a legione sanctorum thebeorū fidē percepisset. Cū imperator venisset mediolanum: et posita idolorū mēsa ipsum sacrificare cōpelleret. Alexander mensam calce pcussit: et euertit. Quē iperator vni ex militibus decapitandū tradidit. Cūq ille diuino terrore percussus ipsum ferire nō auderet: traditur alijs militib⁹ occidendus. Alexāder pro diuina pmissione man⁹ eorū aufugiēs bergomū venit: vbi xpm annūciās aliquos cōuertit. Ad quē tandē milites veniētes ipm detentū et sacrificare nolentē gladio pcusserūt. vij. kal. septēbris cui⁹ corp⁹ a grata matrona in pdio suo iuxta murum ciuitatis bergomensis sepultum est.



¶ De sctō Rufo martyre. Ca. cxix.

Rufus martyr apud capuā passus est. Hic patricie dignitatis insignis: cū esset ex psule dux rauēne: btūs apollinaris cūs et martyr filiā ei⁹ a mortuis suscitauit: ipmq i fide docuit et baptizauit vna cum filia ei⁹ et vxore ac familia promiscui sex⁹ numero. cccxxxiij. vt supra actū est i passiōe apollinaris. x. kal. augusti. Unde et deinceps rufus sancto apollinari occulte ministrabat. Filiaq eius virgo sacra pmāsit. Quod nero cesar audiēs: ipm a ducatu absoluit: et eidē successorē delegauit. Dū aūt rufus venisset capuā tentus a vicario prefecti pretorio metellino: noletq sacrificare decollat⁹ est sexto Kalen. septembris.

¶ De sancto Pelagio martyre. Cap. cxx.



Pelagius Martyr passus est in ciuitate emonia puincie acarnanie tpe numeriani imperatoris: cui⁹ pater pelosius et mater claria nobiles ac ditissimi xpiani ipsum puerulū in fide xpi docuerunt: et cū esset annorū. vij. vranio pībytero tradiderūt sacris literis imbuēdū. Et cū esset annorū. xij. pater eius migrauit ad dñm oēsq facultates suas filio suo ad ministeriū paupez dereliquit. Cū vero annos. xvij. ipleuisset mater eius ex hac luce subtracta est. Qui cōtinuo omnē eius familiā manumisit: et vna cū vranio pībytero oēs facultates suas pauperib⁹ et ecclesijs distribuit verū cū esset annorū. xx. facta est psecutio xpianorū sub numeriano augusto. Qui et eulasiū presidē ad dictā puinciā destinauit: vt oēs xpianos ad sacrificia deorū cōpelleret. Cū aūt multi xpianorū metu tormentorū immolarēt. Pelagius oratione ad dñm effusa: voce sibi de celo lapsa ad martyrium alatus est. Et sequenti die se sponte presidi presentauit et xpianissimum asseruit. Qui missis cathenis in collo et manibus eius in obscurissimo carcere cum reclusit: vbi lux celica et diuinitus effulsit. Altera die corā preside statuitur: et sacrificare contēnēs virgis diutius flagellat. Deinde fustibus cedi iubetur: sed dei nutu fustes quasi papyri mollerūt. Qd cernēs preses iussit eū in equuleo suspēdi: et vngulis radi. Deinde ipm deponi: et oleū feruens vteri ipsius perfundi. Et cum manus carnificum oleo succenderent sanctus martyr ipsum calens oleum: ac si aquā frigidā sentiebat: quo viso miraculo multi paganorū in domino crediderunt. Post hec iterum cum dñis immolare nollet mandauit iudex fragmenta testarum per pauimēta viarum effundi: et ligatis manibus ac pedibus eū pertrahi: vt sic spiritū exhalaret. Et cum in his omnibus constans psisteret. Iussit eum preses capitalem subire sniam. Qui ductus extra muros vrbis capite cesus est. Cuius corpus colligens vranius presbyter ipsum ibidē sepeliuit. Passus est autem. vj. Kalen. septembris.

¶ De sancto Pelagio papa primo. Cap. cxxi.



Pelagi⁹ papa huius nominis primus natione romanus ex patre ioanne vigilio pape in episcopatu romano successit: et sedit annos. iiij. menses. x. dies. xix. Hic constituit vt heretici et scismatici episcopi per seculares potestates comprimerentur ac punirētur: valde namq catholice fidei extinsor et pugil. Qui ob inuidiam a quibusdam emulantibus sibi clericis de morte vigilij predecessoris eius culpatus est: sed coram populo tangendo crucem et euangelium se purgauit. Multe namq sanctitatis vir fuit: ac in pontificatu laudabiliter se gerens plenus bonis operibus in pace quieuit. kalen. septembris. Et in ecclesia sancti petri sepultus est. Cuius tempore ossa pthomartyris stephani romam sunt delata: et in eadem tumba cū corpore sancti laurentij collocata. Et cessauit episcopatus eo defuncto menses iiij. dies. xxv.

¶ De sancto Pelagio papa. ij. Capitulum. cxxij.




Pelagi⁹ papa hu⸗ius nominis scōs natiōe roman⁹ ex patre Vuinigeldo: benedicto primo pape in pōtificatu romano successit et sedit annos.x.menses.vi.z dies.xxv. Hic absq; iussione principis ordinatus est eo quod lōgobardi Romam obsiderent: nec posset quisq; a roma discedere. Hic nouē prefationes tradidit ecclesie ante canonem cantandas videlicet natalis: epiphanie: quadragesime: crucis resurrectiōis: ascēsionis: pētecostes: trinitatis: et apostolorū prefatio autē de beata virgine postmodum a Gregorio papa addita est. Hic vir sanctissimus z circa pauperū necessitates intētissim⁹ fuit. Eo aūt tpe tante pluuiarum inundationes fuerūt qd omnes esse diluuiū dubitarent: taliscp clades fuit qualem a seculo nullus meminit audiuisse. Cū vero tyberis ex tantarū pluuiarū abūdantia intantū inundauit vt super muros vrbem ingrediens magnā partē regionis occuparet secum trahēs innumerā multitudinem serpentiū z draconē ingentissimū que bestie putrefacte post diluuiū ex aeris corruptione maximā mortalitatē hominū induxerūt. De qua dictū est supra i gestis Gregorii pape.iiii.idus Martii. Ita qd multe dom⁹ vacue remāserūt in vrbe. Hec aūt clades primū a pelagio papa incepit ipm subito de medio subtulit deinde ad populum vrbis descēdit. Pelagius itaq; defunctus in ecclesia sancti Petri sepultus est. In cuius locum beatus Gregorius papa z doctor ab omni populo electus est.

¶ De scīs Georgio: Aureliano: et socijs mar. Ca.cxxiii.



Georgius diaco⸗nus: Aureli⁹: Felix: Natalia: et Liliosa apud cordubam hispanie ciuitatē passi sunt. Quorū primus mire abstinentie monachus ab hier. cordubam veniens cum reliquis ex eadē vrbe claro germine ortis: diu optatū sibiq; domino premonstratū meruit consequi martyrium. Qui passi sunt.vi.kalendas Septembris. Hec Ado.in martyrologio.

¶ De sancto Anastasio martyre. Cap.cxxiiii.



Anastasi⁹ martyr passus est i salone dalmatie ciuitate sub persecutione diocletiani īperatoris. Hic ex aquileia ortus: ciuitate cū artē fullonis exerceret quicquid ex ipsa psequi poterat pter parcū quotidianū victū pauperib⁹ erogabat. Tādē amore animat⁹ martyrij ad solenitarū ciuitatem deuenit. Et cū in hospitio in quo mansur⁹ erat signū crucis i locis plurib⁹ depinxisset: et ob hoc a gentilib⁹ cōprehensus et iudici psitatus est. Qui cū sanctū cogitasset diuersis laniare supplicijs ab imperatore subita iussione cōpulsus est ad ipsā i qua august⁹ degebat cōcitus ire ciuitatē. Ob hanc causam expeditam in christi martyrē sentētiā protulit: vt suspēso ad collū eius ingēti lapide in mari precipitatio daret. Matrona vero qdā christiana noīe Asclepia corpus martyris habere cupiēs: seruis suis libertatē z munera pmisit: si corp⁹ sancti martyris inuenirēt. Qui diebus plurimis p littora discurrētes tandē aplros quosdā inuenerunt: q corp⁹ ipsum iam leuarent: vt vero corpus territi dimitterēt: calumniā homicidij in illos fingebant: vtpote qui haberent in manibus corpus exanime. Ipsi tamen animosi viri ex aphrica orti caput martyris in patriā suam portauerunt: et ecclesiam in nomine ipsius fecerunt in qua virtutes fiunt mirabiles in malignis spiritib⁹ effugādis. Corpus vero sine capite sibi delatū a seruis matrona illa deuote excepit q donec cessaret psecutio in pdio suo celauit: deinde ecclesiā cōstruxit: et corpus martyris in salonitano territorio collocauit. Passus est aūt christi martyr anastasius sexto kalendas septembris.

¶ De sancto Cesario episcopo. Cap.cxxv.



Cesari⁹ episcop⁹ arelatēs. floruit tēpore anastasij imperatoris secundi: qui sancte z ptinētissime vite vir beat⁹ homelias plurimas morales z vtiles ad monachos edidisse reperitur. Et post felicē ecclesie sue gubernationem sanctitate z doctrina in signis migrauit ad christum.vi. Kalendas septembris.

¶ De sancto Daniele propheta. Cap.cxxvi.



Daniel propheta: cuius laus in plerisq; diuine scripture libris z locis describitur z.ii. Machabeo.ii.cap. inter patres sanctos prisci temporis cōnumeratur de regione iudeorum z semine regio natus est. Cum aūt nabuchodonosor rex chaldeorum hierusa em prima obsidione cepisset. Joachim regem iuda vinctum secū trahebat in babylonem: et nobiles iudeorum cum eo: in itinere vero remisit cū imposito ei tributo: et obsides pueros de semine regio secū traxit. s. danielē: ananiā: misaelē z azariā: et alios plures z abinde fuit daniel in babylone donec regnū defecit. Ipsum vero danielē z socios eius pulchriores z doctiores castrauit rex: vt ait Joseph⁹: et tradidit eos pposito eunuchorum asphanā: z fecit eos erudiri prouincialibus litteris z lingua chaldeorum: mutatis eorū nominibus. danielē enim vocauit balthasar: ananiā sidrach: azariā misaach: et misaelē abdenago. His quarto: prepositus eunuchorum specialē procuratorē prefecit malasar: Qui proposuerunt non cōtaminari cibis gentilium: et a proposito eorū obtinuerūt decē diebus leguminibus z aqua tentari: et cum ex hoc eos probans in nullo ceteris macriores vidisset accipiebat cibaria z vina regia: et dabat eis legumina z aquam. Trāsactis vero tribus annis steterūt coram rege: prout ipse decreuerat: et nec sunt inuēti ei similes in regno in omni sapientia z disciplina. Ex quib⁹ pre ceteris daniel gratiā a deo obtinuit: visiones z somnia interpretandi. Hec omnia superi⁹ acta sunt in gestis triū puerorum.xvii. kal.ianuarij. ¶ Anno vero scdo regni nabuchodonosor vidit rex somnium mirabile: cuius postq; euigilasset memoriā amisit: et conuocatis cōiectoribus caldeorū petebat ab eis vt somniū sibi dicerent: et interpretationē ei⁹ etiā indicarēt. Qui cum hoc se posse facere nullo mō dicerent: eo q ol homini impossibile esset: sed si rex somniū narraret ipsi coniecturā ei⁹ exponerēt. Iratus rex mādauit vt oēs sapiētes babylonis perirēt. Querebant q daniel z socij: vt cum ceteris occiderent. Qd cū daniel ab arioch pncipe militie didicisset. Ingressus rogauit regē vt daret sibi tps ad solutionē p vnā noctem. Tū: vt dt iosephus: et pnoctāti in oratiōe cū socijs mysterium ei reuelatum est. Et ingressus mane ad regē dixit eiq; nemo viuētium posset petitionē suam implere: sed deus celi reuelās mysteria eidē indicauerat: q nouissimis tēporib⁹ futura erāt. Narrauitq; ei q p somniū vidisset statuā quatuor metallorum: cuius caput aureum significabat primū regnū assyriorū ceteris nobilius z ditius: et ius vero z brachia argētea significabant regnū persarū z medorum secundo venturum: et q min⁹ primo esset nobilitate et diuitijs decoratum: venter vero erea

regnum esset grecorū tertio loco futurū suorum sapiētia sonorosum. Tibias vero ⁊ crura ferreas regnū romanoꝝ quarto venturū: ꝙ sua fortitudine oīa domaret. Lapidē vero sine manibus de mōte abscissum ꝙ percussit statuā ⁊ eā in puluerē cōminuit qui ⁊ factus est mons magnus ⁊ impleuit vniuersam terrā: dixit esse regnū celi: qḋ est regnum xp̄i: qui oīa regna comminuet: ⁊ ipsum stabit in eternum. Quod rex audiens danielē ⁊ deū eius adorauit: ⁊ ipm̄ ꝑfecit cūctis sapientib⁹ babylonis. Socios vero eius p̄fecit sup opera totius ꝓuincie babylonis. ¶ Circa dictū tp̄s daniel sanctā susannam de falso adulterij crimine ei imposito liberauit cū adhuc iuuenis esset vt dicet̄ infra in historia proxima de susanna. Post hec autem cū nabuchodonosor rex statuam aureā erexisset: ⁊ eam tres pueri adorare noluissent: in fornacē missi: inde miraculose erepti sunt: vt supra dictum est in gestis ipsorum triū pueroꝝ: propter qḋ nabuchodonosor deū hebreorū magis reuereri cepit. ¶ Deinde post lapsum tēporis nabuchodonosor vidit ꝑ somniū arborē excelsam que totā terrā occupabat: ⁊ bestie ac volucres sub ramis eius habitabant: quā deus celi succidēdam mandauit donec septem tp̄a mutarētur super eā. Que visio ſm̄ qḋ daniel regi interp̄tatus est ei de facto contigit. Ipse enim nabuchodonosor ꝓpter nimiā superbiā suā in bestiā trāsformatus ab hominibus eiectus est: non ꝙ corporis mutationem: sed mentis alienationem pateretur: vt dicit epiphanius. Ablatus est enim ei vsus lingue ad loquendum: ⁊ herba ei in cibum data est: vt ⁊ videbatur ei ꝙ bos esset in anterioribus: ⁊ et posterioribus leo. Daniel vero toto alienationis eius tēpore ꝓ ipso orationi vacabat: ⁊ ad preces eius annis septē quos totidē vixerat tp̄a in septem mēses versi sunt: in quibus quadraginta diebus insaniam patiebatur: ⁊ per alios quadraginta ad cor hominis reuersus flebat: donec septem menses complerent̄: post quos reuocatus est: nec tamē regnauit: sed statuti sunt pro eo septem iudices: ⁊ de cōsilio danielis vsq̄ ad septē annos penitentiam egit: ꝓut hec omnia iosephus tradit. ¶ Mortuo vero nabuchodonosor maiore regnauit ꝓ eo filius eius maior: q̄ ⁊ ipse nabuchodonosor nolatur. Qui danielē compellebat vt adoraret idolū bel: dicens ipsum esse deū viuentē: eo ꝙ quotidie comederet duodecim mensuras farine ⁊ quadraginta oues: ac vini amphoras sex sibi oblatas. Daniel vero econtra illum deum fusilem ex metallo ⁊ mortuū asserebat: venit aūt rex cū daniele ad templū: ⁊ positis omnibus escis ante mensam: egressi sunt omnes: ⁊ rex clausit ostia: ⁊ anulo suo signauit. Daniel autē cribrauerat cinerem in pauimento coram rege. Sacerdotes autem bel qui erant sexaginta cum paruulis suis ⁊ mulieribus iuxta cōsuetudinē suā nocte ingressi sunt per cuniculos subterraneos quos fecerāt sibi: ⁊ cōsumpserunt oīa. Venit ergo diluculo rex cum daniele ad tēplū: ⁊ inuētis solutis sigillis ianue impressis aperuerūt ostia. Rex aūt intuit⁹ mensam vacuā: magnū deum bel exclamauit. Daniel aūt ostēdit regi vestigia ꝑ pauimētum cineri impressa: q̄ erāt viroꝝ ⁊ mulieꝝ ⁊ infantiū. Et deinde ostēdit ei occultos adit⁹: ⁊ et occultū introitū sub mēsa. Et iratus rex apprehendit sacerdotes: qui et deceptionē suā ei confessi sunt. Quos oēs occidit rex: ⁊ et dedit bel in manu danielis: qui subuertit eum et tēplū. ¶ Erat etiā in eodē loco draco latens in fouea ⁊ adorabant eū babylonij. Sacerdotes eīn eius habebāt vasa plena aqua facta de cornis vitulorum: ⁊ ea virgis percutiebāt vt facerent sonitum terribilē quasi tonitrui. Ad quem etiam draco quādoq̄ emittebat ignem: ⁊ quādoq̄ fumū: quandoq̄ visibiliter apparebat. Cūq̄ rex danielē cogeret vt illi sacrificaret: ⁊ petijt Daniel ipm̄ sibi dari in potestate: ⁊ interficeret eū sine ferro ⁊ fuste. Et tulit daniel picem ⁊ adipem ⁊ pilos: ⁊ coxit pariter ⁊ fecit massas: ⁊ deditq̄ in os draconis: qui suffocatus crepuit. Et indignati babylonij petierūt a rege danielē sibi dari: qui duos eorum deos destruxisset cōminantes ꝙ nisi daret eum ipsi regem cum omni domo sua interficerēt vnde rex timore compulsus tradidit eis danielē: qui miserūt eum in lacū: in quo erāt leones septem: quibus quotidie ad escam dabātur duo corpora damnatorum ⁊ due oues et tunc non data sunt eis vt deuorarent danielem. Dominus autem misericors nō solum danielem de ore leonum sex diebus illesum ꝯseruauit: sed etiā ei de prandio prouidit. Cum enim Abacuch propheta in iudea prandium messoribus suis deferret: tulit eum angelus domini: ⁊ per verticem apprehēsum posuit eū in babylone super lacum in impetu spirit⁹ sui. Qui prandium danieli obtulit illeq̄ comedit: ⁊ deo gratias egit: ipsumq̄ angelus domini in locum suum in momento restituit: vt dictum est supra in historia Abacuch ꝓphete decimooctauo kalēdas februarij: venit ergo rex die septimo ad lacum: ⁊ cū vidisset danielem sedētē in medio leonum: exclamauit magnum deū danielis. Et eduxit eū de lacu: ⁊ eius emulos intromisit: qui deuorati sunt a leonib⁹ corā rege. Extunc rex danielem ⁊ deum eius in omni tp̄e vite sue permaxime reueritus fuit. ¶ Prophetauit autem daniel in tempore illo: videlicet a dieb⁹ Nabuchodonosor iunioris: quib⁹ prophetauit in chaldea vsq̄ ad tp̄s darij primi regis persarum: quo tp̄e prophetauit in perside siue in media illuc ab ipso translat⁹ multasq̄ mirabiles visiones habuit de tempore futuro ⁊ de fine seculi: que in eius libro spiritualius explicant̄: quarumq̄ expositio spiritualē requirunt librū. Mortuis autē nabuchodonosor iuniore ⁊ euilmerodach fratre eius: qui ambo successiue regnauerunt: ⁊ post Nabuchodonosor primum regnauit balthasar filius euilmerodach annis trib⁹. Qui cū obsessus esset in babylone a dario primo rege medoꝝ: ⁊ cyro rege ꝑsarū: q̄ cū eo venerat: ꝓpter incredibilē fortitudinē ciuitatis de obsidione parū curabat. Fecitq̄ optimatib⁹ suis grande conuiuium: ⁊ vasa que nabuchodonosor auus eius de tēplo domini in hierusalē abstulerat principibus ⁊ vxoribus suis atq̄ concubinis tradidit ad bibendum. Intellexerat enim balthasar: vt dicunt hebrei septuaginta annos captiuitatis hebreorū qḋ hieremias predixerat fuisse ⁊ tamen iudei nō erant liberati: vnde iudeorū deo insultabat: ⁊ deos suos collaudabat. Tunc apparuit manus scribentis in pariete: mane: thechel: phares. q̄ sonāt: numerus appēsio diuisio. Et cū rex hoc videns danielē turbatus consuluisset. Interpretatus est scripturam dicens ꝙ deus regnum balthasar numerasset: idē compleuisset: ⁊ ipsum in statera appendisset: qui ⁊ minus viueret quam putabat: ⁊ diuisum esset regnum suum ⁊ datū medis ⁊ ꝑsis. Eadem nocte capta est babylon. Nam cyrus fecerat diuidi longe a ciuitate fluuiū euphratem ꝑ plures riuulos: ita vt alueum qui fluebat in ciuitatē vadabilem faceret. Et tunc gentes darij ⁊ cyri per alueū ingresse balthasar interemerunt: ⁊ ciuitatem fortissimā ⁊ munitissimam destruxerunt que sicut humano opere potuisse construi: sic humano opere potuisse capi minime homines opinabantur. ¶ Darius autem secum duxit danielem in mediā faciēs eum vnū de satrapis: qui centū ⁊ viginti preerant: ipsumq̄ admodū honorans: ꝓpter qḋ inuidentes ei principes accusatione facta cōtra eum: fecerunt eum mitti in aliū lacū leonum: sed sicut alias ita ⁊ tunc a dn̄o adiuuante inde liberatus est: ⁊ accusatores eius in lacū missi a leonibus deuorati sunt. ¶ Hic daniel dedit signa in montib⁹ super babyloniā: dicēs qḋ qn̄ pars montiū a borea fumigabit: veniet finis babylonie: quando vero veniet ignis ardens finis erit vniuerse terre: qn̄ a parte noti aque decurrāt: reuertet̄ popul⁹ ad terā suā qḋ sanguine fluxerint erūt homicidia bella in vniuersa terra. Defunct⁹ est aūt daniel in media. v. Kal. septēbris. ⁊ sepultus in spelunca regali solus cū gl'ia. Hec ex lib. danielis ꝑ totū ex dictis iosephī ⁊ hieronymi ⁊ comestoris atq̄ ex chronica Guilelmi.

¶ De sancta Susanna vxore Joachim.

Cap. cxxv ii.



Susanna sctã cuius pudicitiam ⁊ sanctitatez ipse textus libri danielis commendat: ideirco gestis danielis subiicitur: quia cõtemporanea dies dormitionis eius certus nõ inuenit. Hec erat filia helchie ⁊ vxor Joachim: qui erat de nobilioribus iudee inter omnes filios israel in babylonem trãsmigratos. Et cũ esset susanna nimiuz speciosa: exarserũt in eam duo seniores iudices illius anni. De quib⁹ tradũt hebrei ꝙ mulieres decipiebant: dicentes se esse de semine dauid ⁊ christũ de semine eius nasciturũ. Hi statuerũt in cõmune tẽpus quo susannã possent inuenire solam. Et latuerũt post meridiem in pomerio helchie. Ingressa autez susanna volens lauari ⁊ vngi iuxta morem patrie: misit puellas ad offerendũ oleum ⁊ vnguẽta. Tunc accurrẽtes senes ad eam: requiescerũt eam cõminantes ꝙ si consentire nollet contra ipsam adulterij testimonium dicerẽt. Et elegit susanna potius incidere in manus eorum: ꝙ̃ peccare in dominũ. Exclamauit. Et accurrentes famuli erubuerũt: cũ audissent senes contra susannam testificari. ¶ Altera die statuta est susanna in medio populi: ⁊ ponentes senes man⁹ super caput eius cõtestati sunt ipsam vidisse cũ iuuene commisceri ⁊ condẽnata est ad mortẽ: ⁊ cũ orasset ad dominũ: suscitauit deus spiritũ pueri cui nomen daniel: ad est manifestauit spiritũ dei in eo esse: qui latens ꝗ̃escebat: ⁊ cũ adhuc daniel esset adolescẽs: ⁊ exclamauit se mundũ a sanguine illius. Et cũ reuersi essent omnes populi ad iudiciũ: daniel separari iussit senes ab inuicem: ⁊ singulos eorũ per se examinãs interrogauit: sub qua arbore vidisset adulteriũ cõmitti: quorũ vnus ait sub cino: alter sub pruno. Et acclamauit in eos populus ꝓpter dissonantiã cõuictosqꝫ de falso testimonio secundum legem dei lapidauerũt. Susanna autem post hec ab omni populo in reuerentia habita est propter eius pudicissimam castitatem: que ⁊ vitam suam a sanctis operibus pie consummauit.

¶ De sancto Augustino ep̃o ac doctore.
Cap. xxviij.



Augustin⁹ episcopus ⁊ doctor egregi⁹ prouincia aphricana ciuitate tagastrẽsis honestis parentibus ⁊ christianis ortus scilicet patre patricio matre monica a puerilib⁹ annis liberales disciplinas sufficienter edoctus fuit: adeo vt etate iuuenili summus philosoph⁹: ⁊ rhetor luculentissimus haberetur. Nã libros aristotelis ⁊ liberalium artiũ quotquot legere potuit per se didicit: ⁊ nemine tradẽte intellexit sicut ipse de se libro cõfessionũ testat. Veruz q: sciẽtia sine charitate nõ edificat: sed inflat in errorẽ incidit manicheorũ: q xp̃m fantasticũ affirmant: ⁊ carnis resurrectionem negant in quo adhuc adolescens p annos ix. ꝑmansit. Ad has etiam nugas adductus est: vt arborem fici flere diceret: cũ ab ea fic⁹ vel folium tolleretur. Mater vero eius plurimũ flebat ⁊ cũ esset christiana ipsum ad fidei veritatem reducere satagebat. Que die quadaz vidit se stare in quadã linea licet tristem. cui quidã iuuenis astitit: ⁊ causam tristitie requisiuit: que cũ perditionẽ filij sui deplorare diceret: ille confortauit eã dicẽs: ne timeret: q: vbi ipsa: ibi ille esset. Rogabat ergo sedula mater quasi importuna quẽdã ep̃m: sicut in eodẽ libro confessionũ testatur: vt ꝓ filio suo orare dignaret: ⁊ cui ille importunitate deuictus prophetica voce respõdit: vt secura staret: quia impossibile esset: vt filius tantarũ lachrymaz periret. ¶ Cum autẽ ciuitate sua grãmaticã: ⁊ apud carthaginez multis annis rhetoricã docuisset: occulte matre nesciẽte romã venit: ⁊ ibidẽ multos discipulos congregauit. His temporib⁹ mediolanensibus sibi petẽtib⁹ doctorem in roma in rhetorica destinauit. Quo tẽpore beatus ambrosius mediolani episcop⁹ erat. Mater vero eius cũ multa difficultate ad eum venit: ⁊ ipsuz iam nec vere catholicũ: nec vere manicheũ reperit. ¶ Augustinus aũt predicationẽ ambrosij frequenter audiebat sollicit⁹ valde: ne vel ꝓ errore manicheoꝝ vel ꝯtra ipsum aliq̃d ꝓferret. Quadã tamen die ambrosius ꝓdicãs errorem illũ apertissime ꝯfutauit: ⁊ corde augustini opinionẽ diu ꝯhabitã penit⁹ depulit. Cum autẽ sicut ipse libro supradicto refert via dei sibi plurimum placeret: ꝫ ad ipsaz accedere pigeret. Ad quẽdã simplicianũ seruũ dei perrexit: ⁊ cũ quo ⁊ estus suos cõtulit: qui ⁊ ipsum in via dei exẽplo multorũ puerorũ ⁊ puellarũ hortari cepit. Interim ab aphrica amicus q̃dã augustini venit: qui magni antonij in egypto defuncti miracula recitauit. Quorũ exemplo augustinus vehementer exarsit: ⁊ socium alloquens seipsum redarguit dicens ꝙ indocti celum rapiebant: ⁊ sapientes cum doctrinis suis in infernũ demergebantur. Et accurrẽs in quẽdã hortũ sedens sub ficu amarissime fleuit: ⁊ audiuitqꝫ vocem dicẽtẽ: tolle: tolle lege. Aperuitqꝫ codicem apostolicũ: ⁊ coniectis oculis ad primum capitulum legit. Induimini dominũ iesuz xp̃m. Et statim ab eo omnes dubietatis tenebre diffugerunt. Cũqꝫ beato ambrosio per literas votum suum insinuasset: vt moueret quid sibi de libris sanctis legẽdũ esset: ille mandauit vt legeret Esaiã prophetam: ⁊ tanquã euangelij ⁊ vocationis gẽtiũ apertissimũ ꝓnunciatorem. ¶ Adueniente ergo paschali tempore augustin⁹ annorum xxx. cum filio suo deodato puero ingenioso: ⁊ cum alipio amico suo meritis m̃ris ⁊ predicatione ambrosij conuersus: sacrum baptisma a sancto Ambrosio suscepit. Tũc ambrosi⁹. Te deum laudam⁹ inquit: ⁊ Augustinus. Te dominũ confitemur: respondit. Et sic alternatim ip̃m hymnũ ꝯposuerunt: sicut in speculo ecclesie tradit: protinusqꝫ in fide catholica cõfirmatus: spem oẽm quã habebat in seculo dereliquit: ⁊ scholis quas regebat abrenũciauit. ¶ Post hec cũ matre ⁊ filio duob⁹ amicis nebridio ⁊ eutio remeabat ad aphricã: sed cũ esset apud ostia tyberina mater ei⁹ defuncta est. Post cui⁹ mortẽ regressus ad patriã cũ sibi adherẽtibus deo seruiens: ieiunijs ⁊ orationib⁹ vacabat: ⁊ libros scribebat ac docebat: fama quoqꝫ ei⁹ vbiqꝫ spargebat: ⁊ in suis doctrinis admirabilis habebat. Cũ autẽ ad preces cuiusdam magnatis q̃ se seculo renunciare ꝓmiserat: si verbũ dñi ab eo audiret ad ciuitatẽ hipponẽ cõcitus aduenisset. Valeri⁹ hipponesi. ep̃s cũ ad se accersiuit: ⁊ is plurimũ renitentẽ ꝑsbyterũ in sua ecclesia ordinauit. Qui statim monasteriũ clericorũ instituit: ⁊ cepit viuere ſm regulã a sctis ap̃lis constitutam: quã regulã moribus ⁊ sanctitate referẽtã ipse spiritu diuino dictauit. De cui⁹ monasterio eo viuente decẽ ep̃i electi sunt. Et q: ep̃s valerius grecus erat: ⁊ latinas literas ignorabat. Augustino ep̃o libertatẽ concessit vt cõtra morẽ orientalis ecclesie corã se in ecclesia ꝓdicaret. Eodẽ tp̃e fortunat⁹ q̃dã presbyter manicheorum multos catholicos seducebat: quẽ augustin⁹ in conuẽtu oim disputãs publice superauit. Donatistas etiã et manicheos quosdã de ipsa ciuitate conuictos fugauit. Valerius autẽ ep̃s timens ne augustinus sibi ab alia ciuitate ep̃m elect⁹ tolleret impetrauit ab archiep̃o cartaginẽsis vt ipse ep̃atui cederet: ⁊ ille augustinũ hipponensi ecclesie in episcopum promoueret. Sed cum hoc augustinus recusaret: compulsus tandem acquieuit: ⁊ episcopatus curam suscepit: quod in se postea fieri nõ debuisset ⁊ dixit ⁊ scripsit: ⁊ de sui ordinatiõe admodũ penituit. Vixit autẽ in clericatu ⁊ ep̃atu annis fere xl. semꝑ dño seruiens semꝑ studẽs: semꝑ docens ⁊ libros continue scribens. Cura quoqꝫ rei secularis cuidam preposito suo ex toto cõmissa: contemplationi ⁊ studio

iugiter vacabat:paupertatem in omnibus amauit tē perātiam in victu seruauit:pauperū operib⁹ semper intentus extitit:pudiciciā ⁊ honestatē non solum dilo xit:sed etiā exemplariter pretendere voluit omnibusq; virtutibus adornat⁹ deo seruire ⁊ omnib⁹ sanctitatis exempla prebere studuit. hereticos autem validissime confutabat ita vt ipsi inter se publice predicarēt:nō esse peccatum interficere augustinum quem tanq̄ lupū occidendum esse dicebant. Multasq; insidias ab eis pertulit:quas tamen dei prouidentia omnes euasit:a multis etiā ecclesiis inuitabat:vt ibi verbum dñi p̄dicaret:ad quas libenter accedebat:⁊ multos ab eorū erroribus conuertebat. ¶ Fertur de eo q̄ cū librū de trinitate compilare cogitasset:trāsiens iuxta littus vidit puerū qui foueā in littore fecerat ⁊ coclea aquam de mari haustā in foueā mittebat. Et cū augustin⁹ puerū interrogasset q̄d faceret. Respondit puer quod mare disposuerat coclea exsiccare:⁊ in foueā illam mittere. Cumq; hoc augustinus impossibile esse diceret:⁊ simplicitatē pueri redargueret:puer ille dicit quod possibilius sibi esset hoc perficere q̄ augustino minimam partem mysteriorum trinitatis in libro suo explicare: assimilans foueam codici:mare trinitati:cocleā intellectui Augustini. Quo dicto puer disparuit. Augustinus autem ex hoc se humiliauit:⁊ librū de trinitate oratione premissa vt cumq; potuit compillauit. ¶ Mulier quedā afflicta ad augustinū accessit vt eius cōsiliū imploraret:quē studētē inueniens salutauit:nec ille ei quicq; respondit:que p̄prius accedens negociū suū ei explicauit:sed nec ille se conuertit:nec verbū protulit:vnde mulier amplius cōtristata discessit. Sequenti die dū mulier augustino celebrāti assisteret:cū corp⁹ dominicū eleuasset ipsa ante tribunal trinitatis in spiritu rapit:vbi vidit augustinū de trinitatis gloria attentissime disputātē: dictūq; est ei quod cū ad augustinum accesserat:ille sic attentissime de trinitate disputabat. Ideoq; q̄ ibi fuisset non aduerterat:sed ad ip̄z secure rediret:⁊ salubrem consiliatorē inueniret. Quod illa ad se rediens fecit:⁊ augustinum clementissimum inuenit. ¶ Miraculoꝝ quoq; gloria claruit. Nam in libro.xxii. de ciuitate dei duo miracula de se quasi de alio loquēs recitat. Quorū primū est: q: cum virginē quādam demonicā oleo perunxisset:⁊ pro ea orasset:ipsam ab immundo spiritu liberauit. ¶ Pro alio etiā adolescente quem non vidit orauit: ⁊ ille cōtinuo demonio q̄ eū obsidebat caruit. ¶ Cū quidā fistulam patiens incidi deberet. Augustinus vna cū ipso infirmo ⁊ pro eo orauit:⁊ mane sine incisione aliqua sanus repertus fuit. ¶ Anno igit̄ dñi.cccc.xliiii. dū vandali totam aphricam occupassent:oēsq; ciuitates deuastassent:ad hyponensē ciuitatem venerunt:⁊ ipsam manu valida obsederunt. Augustinus autē̄ orauit ad dñm: vt aut ciuitatē a periculo liberaret:aut ipsū ex hac vita susciperet. Qui tertio obsidionis mense febribus laborans lecto decubuit:intelligensq; dissolutionem sui corporis eminere:psalmos penitentiales sibi scribi fecit: ⁊ cōtra lectū in pariete poni:quos lecto decumbens legebat:⁊ lachrymas iuges fundebat. Et vt deo liberi⁹ vacare posset:an̄ decē dies sui exitus nullum ad se ingredi precepit:nisi solū medicum ⁊ cibum ei deferentem. ¶ Egrum autem quēdā ad ipsum venientē ⁊ eius auxiliū implorantē manu sua tetigit:⁊ continuo sanitatem recepit. Energuminos etiā plures in ipsa sua infirmitate curauit:⁊ plura alia miracula fecit. Nullū quoq; quācunq; meriti docuit sine cōfessione ⁊ eucharistia debere trāsire:quod ipse suo exemplo firmauit. Sicq; ad extremam horam veniens in pace migrauit.v.kalēd.septembris anno etatis sue.lxxvi. episcopat⁹ vero sui anno quadragesimo circa annos domini.cccc. Sepultusq; est in ecclesia ipsa ciuitatis hipponensis: donec corpus suum inde translatum est:vt habetur supra in eius translatione pridie. kalend.martii. ¶ Eadem hora in quodam monasterio quidā monachus in spiritu raptus vidit augustinū in nube sedentē pontificalib⁹ insignitum:cuius oculi quasi solis radii totā ecclesiā illuminabāt:⁊ odor de eo nimi⁹ exalabat. ¶ Alio etiā tempore dum ei⁹ sermones ad matutinum in ecclesia legerentur. Beatus bernardus vidit augustinum episcopū de cuius ore tātus impetus aquarū exibat q̄ totam ecclesiā inundabat. ¶ Opuscula vero ipsius doctoris gloriosi omnia nullus aut vidisse:aut legisse:aut se gloriet habere:cum non inueniri queāt:vltra em̄ millenarium numerum excessisse creduntur:de quib⁹ pauca attingā: curiosis cetera derelinquēs. De gratia ⁊ libero arbitrio librū vnū. De predestinatione gratie librū vnū. De trinitate libros q̄ndecim. De confessionibus libros.xiii. De ciuitate dei libros.xxii. De baptismo libros septem. Soliloquiorum librum vnum. De sermone domini in monte libros duos. Cōtra faustum manicheum libros xxxiii. De fide ad petrum libros.iii. De concordia euangelistaꝝ libros quatuor. De musica libros sex. Sup genesim ad literā libros.xii. De achademicis librum vnū Cōtra paganos libros tres. De ordine libros duos. De anime immortalitate librū vnū. De veteri testamēto libros vigintitres. De origine anime ad hieronymum librū vnū. De natura boni libros tres. De doctrina xp̄iana libros quatuor. De vtilitate credendi librū vnū. De vera religione librum vnum. De decem chordis librum vnum. De anima ⁊ spiritu librum vnū. Vtrū aīa a seipsa sit librū vnū. De aīe quātitate librū vnū. Contra donatū libros duos. Cōtra arrianos libros octo. Contra parmenianū libros tres. De verbis dñi libros duos. De penitētia librū vnum. De agone christiano librum vnum. De diuinatione demonū librū vnum. De opere monachorū librum vnū. Enchiridion libros vndecim. De gratia noui testamenti librū vnū. De nuptiis ⁊ cōcupiscētia libros duos. Retractationū librū vnū. De baptismo paruuloꝝ librū vnū. De rudib⁹ cathechizandis librū vnū. De.viii. principalib⁹ vitiis libros.viii. Super psalteriū volumē ingēs in quo singuli cl. p̄s. exponuntur. De sancta viduitate librum vnum. De sancta virginitate lib.iii. De cura p̄ mortuis librū vnū. De vita beata libros.iiii. Si quē vero huī⁹ almi p̄sulis noscēdi operū suoꝝ titulos maior sitis exagitat gennadiū querat:qui voluminū ei⁹ vltra.cccccc. noīa cōmemorat.

¶ De sancto Hermete martyre. Cap̄.cxxx.



Hermes martyr sub aureliano imperatore comite rome passus est. Hunc illustrissimū ⁊ romane vrbis prefectum beatus alexander romanus pontifex ⁊ martyr baptizauit cum sorore theodora ⁊ filio eius cum.M.ccl. seruis suis: cum vxoribus quoq; eorum ac filiis quos omnes die sabbati pasche manumissos sacrifontis vnda perfudit vt dictum est supra in passione alexandri pape.v.non. maii. Cum autem traianus imperator hec audiens de selentia hisaurie aurelianum comitem ad vrbem misisset ad christianorū persecutionem agendam. Aurelianus hermetem prefectum apud quirinum tribunum carcerauit. Alexandrum vero in alia custodia in vinculis p̄ se posuit. Qui tā̄ vt supra dictū est in passione quirini.iii. kalendas aprilis:p̄ puerū qui faculam ferebat de carcere noctu per fenestram eductus ad domum quirini tribuni:vbi hermes in custodia tenebatur veniens ipsum quirinum conuertit:filiamq; eius sibi ad carcerem suum delatam a strumate liberauit:⁊ quirinum cum filia ⁊ omnibus in ipsa detentis custodia baptisauit. Cum autem hec aurelianus percepisset Quirinum in carcerem tradi mandauit. Hermetem vero decollari iussit. Qui decollatus a beata theodora sorore collectus:⁊ in via salaria vetere non longe ab vrbe sepultus est quinto kalendas septembris.

¶ De sancto Alexandro epo. Cap. cxx.



Alexander episcopus cōstātinopolitanꝰ claruit temporibꝰ cōstātini magni ꝛ cōstātij eiꝰ filij: de quo refert sozomenꝰ in scdo historie tripartite: ꝙ dum constantinus imperator venisset bizantium que postmodū appellata ex noīe suo constātinopolis dicta est: a philosophis redarguebat ꝙ xp̄m coleret: et ꝙ nouā legē ī republica introduxisset. Cūqꝫ imperator disputationē ordinasset: ꝛ alexādrū ep̄m ad hoc cōuocasset: ille munus philosophie peritꝰ cū philosophis congredi dubitauit: tn̄ in deo cōfisus añ oīa philosopho loqui volenti: in xp̄i noīe silētiū impetrauit. Illoqꝫ nullatenꝰ loq̄ valēte: alexander victor efficit: ꝛ philosophi cū plurimis cōuertū tur. ¶ Sꝫ ꝛ tp̄e cōstantij dū diutiꝰ cū arrio heretico disputasset: et contentio maxima inter catholicos et arrianos esset orāte alexandro: arrius subito vētris dolore ꝑcussus iuxta forū cōstātini ad secreta nature secessit: ibiqꝫ dei iudicio oīa interiora ꝛ vitā emisit: propter quod fides catholica ab omnibꝰ est exaltata. Beatꝰ vero alexāder gloriosus senex post laudabilē vitā annorū. xcix. episcopatꝰ autē sui anno. xxiij. ꝗeuit in pace quinto kalendas septembris.

¶ De sancto Juliano martyre de Aluernia. Capitu. cxxj.



Julianus martyr apud aluerniā passus est sub crispino cōsulari. Hic ex aluernia natus ex nobilibus parentibꝰ ꝛ christianis: xp̄ianus ꝛ ipse ferreoli tribuni martyris comes erat: ꝛ vterqꝫ deo ī militari habitu seruiebat: q̄ ambo apd̄ viennam degebāt. Cū aūt furor gētiliū in christianos viēne seuiret: iulianꝰ martyrium affectabat. Sꝫ ferreoli coactus precibus ex viēnensi vrbe clādestine discessit: ꝛ aluerniā fugit: ibiqꝫ aliquādiu latitauit. Quē crispinꝰ cōsularis ibi esse audiēs: misso carnifice ꝑcepit inuētū occidi. Ille vero sponte ꝓsiliēs: ꝛ se xp̄ianū ꝓfitēs decollat. Cuiꝰ caput leuātes milites ad sctm̄ ferreolū portauerunt: vt nisi sacrificaret similē sentētiam exciperet: qd̄ ꝛ factum est: vt dicetur infra in passione ferreoli martyris. xiiij. kalen. octobris. Sicqꝫ factū est vt caput sancti Juliani cū corpore ferreoli in eodem sepulchro vienne locaret: corpꝰ vero iuliani sine capite aluernie recōderet. Qui passus est. v. kal. septembris.

¶ De decollatiōe sancti Joānis baptiste. Capitu. cxxij.




Decollatio sancti Joannis baptiste quatuor ex causis instituta fuisse videt: vt dicit in libro mitrali. Primo ꝑpter ipsiꝰ decollationē. Scdo ꝑpter ossium ipsiꝰ concremationē ꝛ collectionē. Tertio ꝑpter capitis ipsiꝰ inuentionē. Quarto ꝑpter digiti eius trāslationē ꝛ ecclesie dedicationē. ¶ Primo celebratur hoc festū ꝑpter ipsiꝰ decollationē q̄ hoc modo facta est: vt in historia scholastica legit. Herodes em̄ antipas filius magni herodis ascalonite: romā proficiscens: ꝑ fratrē suum philippū trāsitū faciēs: cū herodiade vxore philippi cōcubuit: ꝛ secreto pepigit: ꝙ in reditu suo vxorē repudiaret: ꝛ ipsā assumeret. Quod vxor sua filia regis arethe damascenorū cōperiēs nō expectato viri reditu: ad patrē festinauit. Rediēs autē herodes herodiadē philippo abstulit: ꝛ sibi in cōiugē accepit. Cūqꝫ de hoc a ioāne baptista argueret: ipsū in carcere vinculauit: vxori quoqꝫ placere cupiens eum occidere voluit: sed ꝑplm̄ timuit: vt tamē occasionē inueniret secreto cū vxore cōdidit: vt herodes die natalis sui celebrato cōuiuio: puelle saltanti filie ipsius herodiadis quicquid peteret se ei daturū iuramēto firmaret: ꝛ ipsa caput ioānis peteret: qd̄ ei propter iuramentū tribuere oporteret: ꝫ de iuramento facto: cōtristari se simularet. Ordinato igit cunctis principibꝰ suis cōuiuio puella corā omnibꝰ saltat: cūctis placet: ꝫ ei quicq̄d peteret datur rex iurat: a matre monita caput ioannis expostulat. Versipellis herodes se ꝑpter iusiurandū tristē simulat: spiculatorē mittit: ꝛ ioānē in carcere decollari fecit: caput ī disco puelle dat: ꝛ a puella matri adultere presentat. In hac autem die ioānes decollatꝰ nō est: sed circa dies azimorū eodē die passionis xp̄i: anno vero precedente: ꝫ oportuit: vt ꝑpter dominica sacramēta minor cederet maiori. ¶ Herodes autem impunitꝰ nō abijt sed ꝑ hoc scelere in exiliū a cesare lugdunū missus miserabiliter vitā finiuit. Habebat em̄ ipsum caius cesar suspectum ꝙ romano vellet imperio rebellare. In cuiꝰ argumentū cōperuit ꝙ in ciuitatibꝰ suis haberet arma ꝑ septuaginta milia armatorū. De herodiade aūt dicitur ꝙ dum caput ioānis in manibꝰ teneret: ꝛ eidē gaudēs plurimū insultaret diuino iudicio caput in eā insufflauit: ꝛ illa protinus expirauit. Filia vero eiꝰ cum super glaciem ludēs deambularet sub ea glacies resoluit: ꝛ ipsa in aquis cōtinuo prefocat. ¶ Secūdo celebratur hoc festum propter ipsius ossium cōcremationē ꝛ collectionē: que ipsa die sꝫ. iiij. kalē. septembris secūdū quosdā fuerūt cōcremata ꝛ a fidelibus ex parte collecta: vnde quasi secūdū martyriū patit: cū in suis ossibꝰ cōcremat. Et ideo ecclia hoc festū quasi secūdū eiꝰ martyriū celebrat. Nam sicut legit ex. iij. libro historie ecclesiastice: cum discipuli ioānis corpꝰ eiꝰ apud sebasten vrbē palestine: inter heliseum ꝛ abdiā ꝑphetas sepelissent: ꝛ ad eiꝰ tumulum miracula crebra fierēt: iubēte iuliano apostata gētiles ossa eiꝰ sparserūt: ꝛ miraculis adhuc nō cessantibꝰ collecta igne cremauerūt: ꝛ puluerē ꝑ agros vētilarūt. Dū aūt die ad cremādū colligerent: q̄dā monachi ex hierosolymis veniētes: colligētibꝰ se latēter miscuerūt: ꝛ magnā eorū partē tollētes ad philippū ep̄m hierosolymitanū detulerūt: q̄ ea postmodū athanasio alexādrino ep̄o misit. Postmodū vero theophilꝰ eiusdē vrbis ep̄s ea in templo serapis a sordibꝰ purgato reposuit: ꝛ ecclesiam in honorē ioānis baptiste dedicauit. Nūc aūt eadē ossa apud ianuā esse dicuntur: ꝛ ibidem deuote coluntur: sicut alexander tertius ꝛ innocentius quartus pape suis priuilegijs approbarunt. Tertio celebratur ꝑpter capitis ipsius inuentionē: que hoc die scilicet. iiij. kalen. septembris facta est. Sicut enim dicitur in. xj. libro historie ecclesiastice. Joannes in castello arabie dicto macheronta fuit vinctus ꝛ capite truncatus. Herodes autem caput ioannis in hierusalem fecit deferri: ꝛ iuxta habitaculum suū caute sepeliri: timēs ne ꝑpheta resurgeret: si corpus cum capite sepultum esset. ¶ Tēpore vero marciani principis: qui cepit anno domini. cccclij. Joannes caput suum duobus monachis reuelauit: qui illud iuxta dictū palatiū inuenerunt saccis ciliciis inuolutum. Qui dū ad ꝑpria cū dicto capite remearent: quidā edissene ciuitatis figulꝰ paupertatem fugiēs se comitē eisdem exhibuit. Et dū perā sibi creditam cū sacro capite portaret: admonitꝰ in somnis a sancto ioāne exo fugiēs ad issenā vrbem cum sancto capite ingressus est vbi q̄diu vixit sanctum caput in quodā specu venerans prosperitatem maximam assecutus est. Moriens autem illud sorori sue sub fide reuelauit. ꝛ eodem modo inuicē successores. ¶ Post multum vero temporis marcello monacho in eodē specu degenti hoc modo reuelat. Nā ꝑma nocte dormiēti sibi vise sunt ꝙ turbe psallētes incederent: post quos ioānes baptista duobꝰ angelis co-

militatus veniret qui omnibus astantibus benedixit: et marcellū per mentum apprehendens: osculum pacis ei dedit. Qui cū vnde venisset illuc quesiuit: ille qȝ se de sebaste venisse respondit. Sequēti vero nocte cū de tali visione admiratus iterum dormiret quidā cum subito excitauit: et euigilans vidit in ostio celle stellam fulgentem: quam dū palpare vellet in aliā partē se trāstulit: et sic in pluribꝰ locis post eā iuit. Tādem in loco vbi erat scīm caput requieuit vbi fodiens reperit vrnam: et in ea scīm thesaurū. Sȝ dū quidā hoc non credens manū in hydriā misisset: statiȝ manus exaruit: et hydrie adhesit. Orantibus autem sociis manum abstraxit: sed inualida remansit: cui ioannes apparuit dicens: vt cū caput eiꝰ in ecclesia poneretur: hydriam contingeret et sanitatem integram perciperet. Quod et factum est. Cum autem marcellus hec omnia iuliano ipsiꝰ vrbis episcopo indicasset: caput de spelunca ab eis est eleuatum: et in ipsam vrbem delatum. Et ex eadem die cepit in ipsa ciuitate decollatio ioannis celebrari: qua caput eiꝰ inuentū est scilicet .iiij. kalendas septembris. ¶ Ipsum autem caput postmodum cōstantinopolim translatuȝ est. Nā vt in tripartita habetur cum valerius imperator caput scīm vehiculo impositū cōstātinopoli trāsferri iussisset: cū circa calcedoniā venissent vehiculum nullatenꝰ vlterius trahi potuit: ideoqȝ ipsuȝ ibidē dimittere coacti sūt. Sȝ cū postmodū theodosiꝰ ipm inde auferri vellet: virginē quādā custodie capitis deputatam rogauit vt sibi illō inde portare dimitteret. Illa aūt cōsensit credēs q sicut alias ita et tūc nō permitteret se auferri: qd imperator purpura sua opertū cōstātinopolim trāstulit: et ibidē locato ecclesiā edificauit. Inde quoqȝ ad gallias apud pictauiā a pipino rege trāslatū est: vbi eiꝰ meritis mortui plures suscitati sūt. Quarto propter digiti trāslationē et ecclesie dedicationē. Digitꝰ enī ille vt dicitur quo dūs ostēdit nū q̄ cōburi potuit q̄ a predictis monachis reptꝰ est: ipsum qȝ sctā thecla inter alpes trāstulit: et in ecclīa sancti martini collocauit vt in scholastica habet. Ioānes beleth et dicit q predicta sancta thecla ipsum digitū de vltra marinis partibꝰ attulit: et in romanā portauit. Ibidemqȝ ecclesiā in honorē baptiste fabricauit: quā ecclesiaȝ hac die quidā dedicatā asserūt: et idcirco tale festū .iiij. kalē. septembris celebrare ceperūt.

¶ De sancta Sabina martyre. Cap. cxxxiij.



Sabina martyr rome passa est tpe adriani imperatoris sub prefecto vrbis elpidio. Hec fuit vxor cuiusdā preclarissimi valētini: et filia herodis metallarij. Que a sctā seraphia virgine conuersa est ad dn̄ȝ. Cuiꝰ et corpꝰ sepeliuit ipsa sabina: vt dicetur infra in passiōe seraphie .iij. non. septēbris. Et post martyriū eiꝰ btā sabina anno fere integro elemosynis et refectionibꝰ pauperū insudauit. Demuȝ a prefecto vrbis elpidio cōprehensa compellebatur vt xp̄m negaret et idolis immolaret. Que cū se soli xp̄o deo vero et non demoniis sacrificaturam diceret. Iussu nequissimi prefecti decollat: et facultates eiꝰ omnes fisco applicant. Cuiꝰ corpꝰ a xp̄ianis sepultuȝ est in oppido vēdiēsi ad arcū faustini quarto kalē. septēbris vbi ipsa corpus seraphie virginis posuerat.



¶ De sanctis Sauiniano martyre et sauina virgine. Capi. cxxxiiij.

Sauinianus martyr et Sauina virgo in ciuitate trechas venerant. Hi nobilissimi viri sauini sez gētilis filij fuerūt q̄ de prima vxore sauinianū genuit: de scda cōiuge sauinā pcreauit. Sauinianus autē legēs versum illū. Aspergēs me dn̄e ysopo et cetera. Et intelligere nō valēs in cinere et cilicio prostratꝰ iacebat: dicēs se male mori q nō intelligere sensum verbi. Cui apparuit angelus domini eiqȝ dicit q si baptisari vellet: nunc cādidior fieret et tunc q querebat intelligeret. Exinde igitur idola contemnens de ciuitate aufugit: et ad vrbē trecbasinam deuenit. Et cū ad fluuium sequane venisset a presbytero christiano baptizatus est: et voce celica confortatus: q tunc quod dudum quesiuerat inuenisset. Statimqȝ baculum suum in terra fixit et confestim frondes ac flores produxit. Quo viso miraculo .MC.viij. viri in domino crediderunt. Audiens hec Aurelianꝰ imperator ad ipsum capiēdum milites misit. Qui cum orantē inuenientes ad eum accedere timuerunt. Misit iteruȝ plures prioribus: qui cum orante orauerunt et vt secum ad augustum accederet solis precibꝰ impetrarūt. Qui cum venisset et sacrificare nollet imperator: cum manibus ac pedibus vinctuȝ iussit virgis ferreis cedi. Deinde super scamnum eneum ligari: et ligna ac oleum supponi: et incendio cremari. Et cum in medio flamme illesus oraret: et hec aurelianus magis attribueret: in crastino fecit eum ad stipitem ligari: et a militibus sagittari sagitte vero a lateribus eius in aere suspendebantur: et a nulla ipsarum martyr domini ledebat. Et cum imperator ad spectaculum istud accederet vna ex sagittis regem in oculo percussit: et penitus excecauit: vnde iratus imperator iussit eum in carcere recipi et in crastino decollari. Sauinianum autem orās vt ad locum vbi baptizatus fuerat transferretur: confractis cathenis et apertis ostiis per mediū militum illuc venit. Et videns milites se insequētes super aquam vsqȝ ad locuȝ baptismi sui ambulauit. Et cum milites transuadentes eū percutere formidarent: eos vt se ferirent confortauit: ac vt de sanguine suo regis oculum linirent: et statim visum recuperaret. Percussus ergo caput suum leuauit et passibus .xlix. illud portauit. De cuius sibi delato sanguine imperator oculum tetigit et confestim visum recepit. Quod audiens quidem qui antea per annos quadraginta lumen amiserat ad locum se portari fecit: et protinus lumen recuperauit. Cuius corpus a christianis ibidem sepultum est iuxta flumen. ¶ Sauina autem cum fratrem suum quotidie fleret et pro eo diis immolaret: tandem sibi in somnis angelus domini apparuit: et eidem iussit vt domum suam relinqueret et fratrem suuȝ honoratissime inueniret. Qui euigilans collectaneam suam eandem vidisse visionem audiuit. Latenter ergo ambe in crastino recesserunt: que romam veniens fidē christi suscepit et ab eusebio papa baptizata: in virginitate permansit. In vrbe quoqȝ duos cecos illuminauit: et duos contractos sanauit: deinde post annos quinqȝ angelica admonitione cum comite sua inde recessit et ad trecbasinam ciuitatem deuenit. Et cum in vrbe rauenna ad domum cuiusdam diuitis quasi peregrine hospitium quererent: cuius filia quasi mortua plangebatur: pedissequa se excusare cepit: q eas recipere non poterat quia sua domina in extremis laborabat. Sauina autem in christo confisa intrauit: et puellam per manuȝ apprehensam sanam erexit. Cum ergo iuxta trecbas vt ei angelus dixerat ad miliare venissent et ambe pre labore quiescerent virum quendam nomine licerium nobilē de ciuitate venienteȝ sauina interrogauit: vbinā fratrē suū sauinianum diu amissum inuenire posset. Qui ei eundem pro xp̄o passum fuisse respondit et locum sepulture demonstrauit. Ipsa vero ante tumulum fratris prostrata orauit ad dn̄m vt susciperet in pace spiritū eius: et continuo in xp̄o obdormiuit. Ad instātiā ergo prefati nobilis omnes ciues ad eā cōcurrerunt et corpus sancte iuxta corpus germani honorifice condiderūt: iuxta quos et postmodū predicta collectanea eius sepulta est quorū festū agitur .iiij. kal. septembris.

¶ De sanctis felice pbr̄o: et Adaucto martyribꝰ. Capitu. cxxxv.

Felix presbyter



Felix presbyter et adauct⁹ martyres passi sunt in vrbe sub diocletiano ꝛ maximiano imperatoribus prefecto ꝛ iudice draco: q̄ p̄fectus dum felicem presbyterum tenere fecisset ad deorum sacrificia inuitasset: illeq; sacrificare nullaten⁹ acquieuisset: iussit illum in equuleo leuari: ꝛ diu torqueri: deinde extra ciuitatem via ostien. duci: ꝛ ibidem gladio capite truncari: corp⁹ quoq; eius inhumatū lupis ꝛ canib⁹ derelinqui. Data sententia obuius fuit ei quidā christianus homib⁹ q̄dē incognitus: deo vero manifestus. Hic cū vidisset q̄d beat⁹ p̄sbyter iniuste funerē duceretur ex eadē lege et christianum esse publice p̄clamauit. Mox ꝛ ipse ab officio cōp̄rehensus pariter dato sibi paruo pacis osculo cū b̄tō felice decollat⁹ est. Hui⁹ nomē q2 christiani nō inuenerūt adauctū eū postmodū appellauerūt eo q̄ sancto martyri felici auctus sit ad coronā ipsiq; pro confessione corona sit martyrij: passi sunt autem tertio kalendas septembris.

¶ De sanctis Terentiano ep̄o ꝛ Flacco martyrib⁹. Capitulum. cxxxvj.



Terētianus episcopus ꝛ flaccus martyres passi sūt tēpore adriani imperatoris apud ciuitatē tudertū sub letiano p̄consule: iussit eū terētianū cōp̄hendi: ꝛ sacrificare nolentē: eoq; demonia affirmātē: lapidib⁹ ore cōtūdi fecit: ꝛ cū idola ei oblata cōminuisset: ꝛ sacerdos idolor̄ in faciē suā conspuisset: iussit p̄cōsul sanctū in equuleo leuari: ꝛ scorpionib⁹ grauiter cedi: ignesq; ad latera eius apponi. Qui cū oīa patienter tolerasset: fecit linguā eius p̄cidi ꝛ pedib⁹ conculcari: ille vero nihilomin⁹ christū diserta voce cōfiteretur: p̄cōsul mutus efficitur: ac si eius non sancti lingua precisa fuisset: ꝛ annuēs manibus q̄ loquelam amiserat: post modicū expirauit. Lucius vero famulus eius assessores terentianum carceri mancipauerunt. Altera vero die cum duceretur ad forum occurrit ei flaccus idolorum sacerdos: qui cecus effectus fuerat: sed diuina reuelatione monitus erat vt ad sanctum pro lumine recuperando recursum haberet quem sanctus ad christū conuersum baptizauit ꝛ illuminauit. Ambo igitur a militibus tenti sunt: ꝛ iuxta flumen secus murū ciuitatis decollati. iij. kalen. septembris. Quorum corpora exuperantius presbyter ꝛ laurētia in somnio diuinit⁹ admonita sepelierūt octauo miliario a ciuitate tudertina in loco q̄ d̄r petroso.

¶ De sancto Firmino episcopo. Cap. cxxxvij.




Firminus episcopus ambianensis que ab ambitu fluminis ambianum dicitur: ipsius ciuitatis oriundus filius fuit Faustiani nobilissimi viri qui in honorem sancti firmini martyris filium suum firminū vocauit: de quo firmino martyre habetur infra. vij. kalē. octobris. Hic bone indolis puer etate procedēte per incrementa virtutum crescēs factus est episcopus ciuitatis: qui populum verbo ꝛ exemplo in viam salutis direxit: ꝛ ab omni gentilitatis errore vrbem purgauit atq; supra sepulchrum sancti firmini martyris ecclesiam dei genitricis construxit ꝛ consecrauit: in qua dum in die sancto pasche celebraret: celis apertis palmas sibi de superius illapsam aspexit: ꝛ ab eo die ab omni carnis inquinamento ꝛ morū mundus permansit. Quieuit in pace. iij. kalē. septembris: sepultus in ecclesia supradicta: cui successerunt sancti honoratus: de quo. xvij. kalē. februarij: ꝛ salutius de quo tertio idus augusti.

¶ De sancto Felice presbytero ꝛ confessore. Capitulum. cxxxviij.



Felix presbyter et cōfessor apud nolam ciuitatem campanie claruit: cui⁹ pater hermias duos filios habens felicē ꝛ hermiā substantiā suā soli felici dereliquit: hermiam vero exheredauit. Felix v̄o oēs facultates suas dimisit: ꝛ ipsis libris disciplinis se dedit q̄ sub sctō maximo nolano ep̄o officiū lectoris deinde exorciste gradū accepit: ac demū p̄ alios ordines ad sacerdotii honorem puenit. Cū aūt christianorū p̄secutio deseuiret: maxim⁹ ep̄o iā senex ecclesiā suā felici p̄sbytero cōmēdauit: ꝛ ad montiū deserta secessit. Cūq; felix predicationi insisteret: a paganis detentus in carcerē nudus vinculatur: atq; testarum ei fragmina substernunt. Nocte vero ipsi diuinit⁹ lux effulsit: angelusq; ei astitit: ꝛ de custodia ruptis cathenis eduxit: atq; ad requirendū ei⁹ ep̄m ad montana trāsmisit. Quē diu requisitū felix tādē fame deficientē inuenit: ꝛ ex dolore tristis ingemuit: q2 nec vnde calefaceret senē algentē habebat nec vnde aleret fame deficientē videbat. Cui xp̄s mox orāti subuenit: qui de spinosis sentib⁹ media hyeme vuā p̄duxit. Cui⁹ liquorē fug os senis expressit: moxq; ille resumptis sanctib⁹ respirauit. Et postq̄ alter in alterius amplex⁹ ruit: felix seniorē in humeris suis tulit: ꝛ ad cellulā suā perduxit atq; refecit. ¶ Et cū iterū p̄gressus xp̄m p̄dicaret: ꝛ gregē in dn̄i cōfortaret gentiles armati vt eū caperēt domū eius circūdederūt. Qui egressus p̄ mediū illorū trāsiuit: ita vt cū viderēt nō agnoscerēt: ipsumq; q̄si aliū de felice interrogarent. Ad macerie ergo deserte locum declinauit: statimq; aditū tela ita aranea texit: vt null⁹ hominū illuc ingredi potuisse quis putaret: q̄si vni⁹ musce impetum tremulus sinus aranee tele ferre non posset. Sed post abscessum ostium felix egressus ad domū cuiusdā vidue secreto peruenit: ꝛ apud ipsas aliquo tpe latitauit. Et cū ex nimia siccitate estiuo tempore in cisterna puteo aqua defecisset: orante sancto pluuia larga descēdit: ꝛ puteum abundanter repleuit. Sicq; in eo ardorem fidei duplicauit: verum postq̄ ecclesie pax reddita est: confessor domini de latebris prodijt: ꝛ populum suum predicationis eloquio in domino confortauit. Qui deo gratias agebant q̄ ipsum quem extinctum putabant in persecutione cōseruasset. ¶ Cum autem maximus episcopus ad dominum migrasset: populusq; omnis felicem in episcopum elegisset: ille omnino episcopari recusauit: ꝛ quintum presb. p̄terū elegi fecit. Sub quo et ipse presbyter meritis ꝛ vita laudabiliter viuens post longos agones in domino feliciter requieuit pridie kalē. septembris. Cuius corpus apud Nolam tumulatū iacet: ꝛ signis irradiat.

¶ De sctō paulino ep̄o ꝛ martyre. Cap. cxxxix.



Paulin⁹ episcop⁹ treuereū. et martyr claruit tempore Constantij imperatoris. Qui tēpore arriane infestationis a Constantio prefato ob fidem catholicā exilio relegatus est: vsq; ad mortem propter christi nomē hincinde mutando exilia fatigatus tandē apud phrygiam defunctus beate passionis coronā percepit a domino pridie kalen. septembris. Hec Ado in martyrologio suo.

¶ De sancto Aristide confessore. Cap. cxl.



Aristides confessor

claruit apud athenas sub adriano imperatore. Qui probus eloquentissim9 fuit fide sapientiaq; clarissimus: et christiane religionis pietate imbut9. Hic adriano principi librum apologeticum pro fidei nostre ratione conscripsit et obtulit: et quod christus iesus solus esset deus coram ipso imperatore luculentissime perorauit: eo vero tempore quo quadrat9 vir insignis libellum similiter eidem cesari presentauit. Qui et in eadem ciuitate diem extremum in pace conclusit pridie kal. septembris. Hec hieronymus in libro de viris illustribus.

¶ De sancto Optato episcopo. Capitulum. cxlj.



Optatus episcop9

mileuitan9 natione apher claruit temporibus valentiniano et valente augustis. Qui fidei pugil et doctor egregi9 aduersus donatiane partis calumniam libros sex edidit: in quib9 donatistarum crimen falso in nos retorqueri asseruit. Qui et sanctitate et vita non infim9 apud antiochorum in pace quieuit pridie kal. septembris. Hec hieronym9 vbi supra.

¶ Explicit liber septimus.

Incipit prolog9 libri octaui.



Octauus liber presentis catalogi continet gesta et passiones illorum sanctorum quorum festiuitates occurrunt infra tempus quo representat ecclesia propagationem filiorum qui fuerunt ipsi9 ecclesie conseruatores: consiliarii fuerunt sancti confessores. Hoc autem tempus est a kal. septembris vsq; ad kal. octob. Et hoc sub figura sanctorum Job: Tobie: Esdre: et Judith: Hester: quorum tunc gesta recoluntur: confessorum patientiam et securitatem denotantia qui in tribulationibus positi mundum: carnem et diabolum triumphauerunt. Ad ipsi9 igitur temporis festa pertractanda transcendum est. Et notandum quod quamuis omnes iudices israel qui fuerunt post moysen ante reges generaliter in catalogo sanctorum veteris testamenti in diuina scriptura connumerantur: et duorum ex ipsis solummodo: vz Josue filii Nun et Gedeonis: festum in kal. septembris recolitur: quamuis dies ipsi ambo diuersis temporibus decesserunt: vt hieronym9 scribit: reliquorum autem predictorum sanctorum dies dormitionis necubi reperitur: idcirco cum festo duorum predictorum gesta etiam reliquorum iudicum qui omnes sancti fuerunt in kal. septembris conscribere volui: vt gesta eorum quorum dies incert9 habetur: historiis consociorum quorum dies hic agitur: merito copulentur. Acta etiam quorundam aliorum eisdem iudicibus contemporaneorum: quorum sub festiuitates certos dies non habent: vt Raab: Caleph et Ruth prefatis iudicum historiis inserendo.

¶ Finis prologi.

Incipit liber octauus a kalendis septembris vsq; ad kalendas octobris.

¶ De sancto Josue propheta et duce. Capitulum primum.



luntati subiiceret: predixeruntq̧ ei ꝙ post mortem dicti
regis non ventanensis ecclesie episcopus sed cantuarien.
archiepiscopus futurus esset. Quod ꝛ factum est. Mor-
tuo enim edredo rege ꝛ succedente ei edgaro: de manda
to ipsius dunstanus archiepiscopus cantuarie est ele-
ctus. Cui⁹ ecclesie regimini adeo laudabiliter prefuit:
ꝙ cunctis populis admirabilis reuerentie fuit. Cum
autem clericorum quorundam mores ꝛ actus reforma
ret: ꝛ quosdam rebelles beneficiis spoliasset: ad eorum
suggestionem rex concilium celebrari fecit in quo archi-
episcopus se de multis sibi obiectis purgauit. Et dum
rex peteret: vt priuatos ad ecclesias reuocaret audita est
vox crucifixi depicti de cruce: hoc fieri prohibentis.
¶ Post aliquod tempus iterum dunstanus de predi-
ctis causatur et ad palatium vocatur. Cumq̧ ipse se deo
diiudicandum committeret: pars solarii domus vbi
eius emuli stabant subito corruit: ꝛ ipsos simul ruen-
tes sub machina oppressit: alia vero parte firmiter per-
manente archiepiscopus ꝛ ceteri remanserunt illesi. Tā
dem post multos labores vir domini iam senex anno-
rum. lxix. in domino feliciter obdormiuit. vij. idus se-
ptembris. sepultus in ecclesia sua miraculis clarus.

¶ De sancto Clodoaldo presbytero. Cap. i.



Clodoaldus pres
byter floruit apud perusium ciuita-
tem tempore iustini senioris. Hic fi
lius regis colodomiris fratribus
suis a patruo lothario extinctis an
no prefati imperatoris quarti mun
dum deseruit: ꝛ in clericali gradu ꝑ
mouit: vt ait sigibertus. Qui omni
suo patrimonio pauperibus eroga
to: vilibus indut⁹ ꝛ carnem cilicio
domās: nudeq̧ terre decubās penitētie operam dabat.
Relicta igitur patria ciuitateq̧ venit ad aliam prouinciā
ignot⁹ deo cupiens liberi⁹ deseruire. Miraculorumq̧
gloria claruit. Nam ꝛ demones effugabat: mutis loq̄la:
cecis visum: surdis auditū: claudis gressum tribuebat.
Cū cuidā pauperi ab eo elemosynā petēti qd daret nō
haberet cucullā eidē ꝑbuit: pauper vero nocte in domo
cuiusdā viri hospitatus est: cucullā vestitus. In ipsa no
cte vidit vir ille pauperē quasi clara luce indutū: qđ et
cōiugi sue ostendit. Factoq̧ mane cucullā ei datam a
sancto clodoaldo didicit: ꝛ lucem quam viderat ipsius
charitati attribuit. Sicq̧ viri dei fama percbuit. Re-
uersus tandem parisius: ab eusebio episcopo presbyter
ordinatus: monasterium in loco qui dicitur nouige-
nium construxit: in quo in pace quieuit septimo idus se
ptembris ibiq̧ sepultus miraculis viuit.

¶ De natiuitate sancte Marie virginis. Cap. ij.



Natiuitas glorio
se virginis Marie ex tribu iuda et
regia stirpe dauid duxit originem.
Mattheus tamen ꝛ lucas nō gene
rationē marie: sȝ ioseph describunt
qui tamen a conceptione christi pe-
nitus alienus fuit quia consuetudo
scripturarum erat: vt non mulierū
sȝ virorū generationis series texeretur:
verissime tamē virgo maria ex ꝓge
nie dauid descēdit qđ ex hoc ꝑspicue
patet: qm̄ vt sepe scriptura testat christ⁹ ex semine dauid
duxit originē. Cū ergo xp̄s ex sola virgine nat⁹ sit: mani
festū est ꝛ ipsā ex dauid natā esse: ꝛ hoc ex catena nathā.
¶ Dauid enim inter ceteros habuit duos filios nathā
scilicet ꝛ salomonē. Ex catena igitur nathā: vt ait dama
scenus leui genuit melchi ꝛ pātherā: pāthera genuit bar
pātherā: barpanthera genuit ioachim: ioachim virgi-
nē mariā. Ex cathena aūt salomonis mathā habuit
vxorē ex qua genuit iacob. Defūcto autē mathā: melchi
ex tribu nathā q̄ fuit fili⁹ leui: frater āt pāthere accepit
vxorē relictā nathā matrē aūt iacob: ꝛ genuit ex ea heli.
Et sic sunt facti fratres vterini iacob ex stirpe salomo-
nis: heli autē tribu nathā. Defūct⁹ est aūt heli sine libe
ris: ꝛ accepit iacob fr̄ ei⁹ vterin⁹ vxorē ei⁹ ꝛ genuit io-
seph q̄ natura fili⁹ iacob ex desceñdē salomonis: scđȝ le
gē autem fuit filius heli ex nathā descendentis. Nam fi
lius q̄ nascebat taliter sm naturā: sm legē defuncti sine
liberis fili⁹ reputabatur. Hec damascen⁹. ¶ Historiā
autem natiuitatis beate virginis hieronymus vt in ꝓ
logo dicit: adolescentulus in quodam libello legit: sed
post multū tēporis vt se ibidem legisse meminerat: ro-
gatus chromatio et heliodoro episcopis transcripsit.
¶ Joachim namq̧ ex galilea de ciuitate nazareth de tri-
bu iuda sanctā annā filiā garizi de bethleem eiusdē tri-
bus duxit vxorē. Ambo aūt iusti ante deum erāt omneq̧
substantiā suā trifarie diuidebāt vnā partē tēplo ꝛ eius
seruitoribus: aliā peregrinis ꝛ pauperib⁹ erogabāt: ter-
tiā sibi ꝛ familie vsib⁹ reseruabant. Et ita per annos
viginti ꝓole carētes: vouerūt dño: ꝙ si eis sobolē cōce
deret: eā seruitio dñi mācipèrent. Cui⁹ rei causa: cū in
tribus festis precipuis hierusalē frequētarent: in festo
encenniorū ioachim cum contribulib⁹ suis hierusalem
ascendit: ꝛ cū ceteris ad templū accedēs: oblationē suā
ad altare dñi offerre voluit. Quē ysachar sacerdos cū
indignatione repulit: ꝛ cur ad altare domini accedere
presumeret increpauit: asserens esse indignum male-
dictio legis obnoxium: oblationem deo legis offerre:
nec inter fecundos in fecundum: qui populum dei non
auxisset astare. Joachim ergo confusus domum redi-
re voluit ne a contribulibus qui hec audierāt: idē oppro
briū sustineret: sed tristis ad pastores suos discessit: vbi
post dies aliquot cōmoranti: die quandam angelus do
mini cum immenso lumine astitit: qui cum ad eius vi
sionem turbaretur timorem eius angelus compescuit;
dicens se esse angelū dñi ad eum missum: vt annuncia-
ret ei ꝑces suas exauditas a deo eē: ꝛ elemosynas tuas
in cōspectu altissimi ascendisse. Viderat eñi deus pudo
rem eius ꝛ sterilitatis opprobrium nō recte ei obiectū.
Et quia deus peccati vltor est non nature: cum alicui⁹
vterum claudebat: ad hoc faciebat vt mirabilius de-
nuo aperiret: ꝛ non libidinis esse: sed diuini muneris:
quod nasceret ostenderet. Quod quidem angelus per
exempla plura suasit. Primo per saram gentis hebreo
rum primā: que vsq̧ ad nonaginta annos sterilitatis
opprobriū pertulit: ꝛ tamen Jsaac cui repromissa fuit
omnium gentium benedictio generauit. Secundo per
rachel que dudum sterilis fuit: ꝛ tamen Joseph genuit;
qui dominus egypti ꝛ saluator multorum fame perito
rū extitit. ¶ Deinde per sampsonem quo null⁹ fortior:
ꝛ Samuelem quo nullus sanctior: qui vtriq̧ matres

steriles habuerint. Sicqꝫ probauit cōcept⁹ diu dilatos: ꝛ sterilium part⁹ mirabiliores esse solere. Nunciauitqꝫ ei angel⁹ ꝙ anna vxor sua filiā pareret: q̄ vocaretur maria: q̄ iuxta votū parētū esset ab infantia domino cōsecranda: ꝛ adhuc ex vtero matris spiritusancto plena: semperqꝫ in templo domini moratura. Et sicut ipsa nascitura erat mirabiliter ex sterili matre sic ipsa altissimi filium ex se incōparabiliter generaret: qui iesus vocatus omnibus gētib⁹ saluator foret futurus. Deditqꝫ ei angelus signum vt cum perueniret auream hierosolymie portā vxorem suā annā obuiā haberet q̄ de sua retardatione solicita: tunc in cōspectu eius gauderet. ¶ His qꝫ dictis angel⁹ ab eo discessit. Anna autē cū amare fleret: ꝛ quonam loco vir ei⁹ fuisset ignoraret: ꝛ quasi ad remedium pomerium suū intrasset: idez angelus ei apparuit: ꝛ eadē verba que Joachim nunciauerat indicauit: addens vt ꝓ signo ad auream portam hierusalez pergeret: ꝛ viro suo redeunti obuiaret. Ambo ergo sibi ibidē occurrentes: ꝛ de mutua visione letati: ꝛ de prole ꝓmissa securi: adorato domino domū redierunt diuinum promissuz certi ꝛ hilares expectātes. ¶ Cōcepit igitur anna et peperit filiam ꝛ vocauit nomē eius mariam. Completo igitur triēnio ablactationis tempore ad templum domini virginem cū oblationibus adduxerunt. Erāt autem circa templum iuxta quindecim graduū psalmos quindecim ascēsionis gradus. In quorum infimo virgo cōstituta cunctos sine ducentis ꝛ leuantis manu ita per se gradus conscēdit: ac si iā perfecte etatis fuisset. Perfectaqꝫ oblatione filiam suam parentes cū aliis virginibus in templo dimittentes ad propria reuersi sunt. Uirgo autem quotidie in omni sanctitate ꝓficiens ab angelis sepius visitabatur: ꝛ visione diuina continue fruebatur a mane vsqꝫ ad horam tertiam orationi insistebat: a tertia vsqꝫ ad nonā operi manuū permanebat in nona vero ab angelo celesti cibo reficiebatur: et ꝙ ei dabatur in templo pauperibus largiebatur: a nona autē vsqꝫ ad solis occasum in lege domini ꝛ psalmis meditabatur. Crescente etate crescebat ꝛ sapiētia ꝛ gratia apud deum ꝛ homines. ¶ Quartodecimo autem etatis sue anno pontifex publice denunciauit: vt omnes virgines que in templo nutrite fuerant domum reuerse viris ſꝫ legem coniungerentur. Cui mandato cū cetere paruissent: sola virgo maria hoc facere non posse respondit: tū quia parentes sui eā domini seruitio mancipassent: tum quia ipsa virginitatem suam deo vouisset. Anxiatus pontifex quia neqꝫ scripturam de voto soluēdo infringendam putaret: nec morem in israel inductum introducere auderet: conuocatis senioribus iudeorū dominum super hac re consulendum decreuerunt. Quibus orantibus vox de loco oratorum cunctis audientibus insonuit: dicens vt q̄cūqꝫ de domo dauid nubiles coniugati nō essent: singuli virgas suas ad altare deferrent: ꝛ cuius virgula germinaret: ac in eius cacumine spiritussanctus iuxta esaie prophetiam in columbe specie descendisset: illi procul dubio virgo maria desponsari deberet. Erat inter ceteros Joseph de domo Dauid qui senex iā erat: ꝛ vxore premortua filios ac nepotes ex filiis iā pronepotes habebat. Cui cū incongruū videretur ꝙ vir mature etatis tenerā virginē duceret in vxorē: ceteris virgas suas afferentibus: solus ipse virgulā suam subtraxit. Unde cū nihil miraculi appareret: pōtifex iterato dominum consulendū putauit. Qui respōdit ꝙ solus ille virgā suā nō attulit: cui virgo despōsari debebat. ¶ Product⁹ itaqꝫ Joseph cū virgā attulisset: ꝛ ipsa ilico germinasset: ꝛ in eius cacumine columba de celo aduolans cōsedisset. Liquido omnibus patuit ei fore virginem desponsandam. Desponsata autem virgine ipse quidē in ciuitatem suā bethleem rediit: domum suā dispositurus. Uirgo autem maria cū quinqꝫ virginibus coeuis suis: quas ob ostensionem miraculi a sacerdote acceperat in socias ad domuz parētū in nazareth reuersa est. Nomina virginū erant hec: rachel: sephora: susanna: abigea ꝛ zabel: quarū omniū maria etate minor erat: quibus data sunt ad operandū pro vestib⁹ templi sericū: hyacinthus: coccinus: byssus: linum ꝛ purpura: vt queuis ex vno horum vestem contexeret. Cuius ergo iactatis sortibus que ipsarum quid horum operari deberet: ꝛ maria sorte purpuram ad velum tepli domini accepisset: alie virgines ei dixerūt admirantes: ꝙ cum ipsa minor omnibus esset: purpuram que ad reginas operari pertinet accepisset. Ideoqꝫ congruum erat ꝙ ipsa regina virginum vocaretur. Et exinde quasi diuino instinctu ceperunt illam reginam virginum appellare. In diebus autem illis eidem gabriel angelus oranti apparuit: et de ea nasciturum dei filium nunciauit: vt dictum est supra in eius annunciatione octauo kalend. aprilis. Hec hieronymus. ¶ Dies autem natiuitatis beate marie aliquanto tempore fideles latuit. Contigit autem vt refert Joannes beleth ꝙ quidam sanctus vir contemplationi sedule vacans: singulis annis. vj. Idus septembris iocundissimos angelorum cātus audiret. Qui dominum instāter orauit vt sibi reuelaret: cur ea die tantum et non alia hec audiret. Demūqꝫ responsum accepit ꝙ virgo maria. vj. Idus septembris nata fuit: de cuius natiuitate celestis curia solennitatem facit: mandans vt hec filiis ecclesie manifestaret: vt concordes fierent in tali festo celesti curie. Qui cum hec summo pontifici et aliis intimasset: ꝛ illi scripturis ꝛ antiquitatum testimoniis natiuitatem virginis extūc ipsa die celebrandam vniuersaliter statuerunt: videlicet. vj. Idus septembris.

¶ De sancto Adriano ꝛ sociis martyribus. Ca. cxx.



Adrian⁹ martyr cum. xxiij. aliis apud nicomediā passus est sub imperatore Maximiano. Qui cum in prefata ciuitate degeret. Iussit omnes xp̄ianos cōprehendi: inter quos. xxiij. sunt detenti: ꝛ ad ipm adducti. Quos imperator neruis crudis iussit cedi: ꝛ lapidibus ora eorum contundi: ꝛ ānotato vniuscuiusqꝫ noīe ferro vinctos in carcerē recludi fecit. Quorū cōstantiā ꝛ fidē vidēs Adrianus prior officii militaris: cōuersus ad xp̄m cū eorū nola scriberent̄ fecit ꝛ se cū ipsis ānotari: dicēs se xp̄ianū esse. Qd̄ audiēs imꝑator ipsum sacrificare nolētē cū ceteris similiter ferreo vinctū i carcerē poni mādauit. Natalia ꝟo vxor eius q̄ xp̄iana erat audiēs virū carceratū ꝛ cām ignorās: primū quidē dolens flere cepit: sed cū didicisset ꝙ ꝓpter xp̄i fidē hoc pateret̄ gauisa ad carcerē cucurrit: ꝛ vincula viri sui ꝛ aliorū osculari cepit: ꝛ viri suū multis sermonib⁹ exhortari admonēs vt terrena sperneret: ꝛ oīa attinētes cōtēneret: ꝛ ad celestia temp intenderet. Adrian⁹ ꝟo eidē promisit vt secura iret: ꝙ eā accerseret vt finē suum ꝑ martyriū videret. Illa quoqꝫ virum suum aliis sanctis recommendans: ꝛ vt eum hortarentur ad domum suam rediit. Postmodum audiens Adrianus diem sue passionis adesse: dans munera custodibus et sanctos qui cum eo erant prebens fideiussores: exiuit domum vocare nataliam vt ei promiserat vt eorum passionibus presens esset illa vero audiens per nuncium quod vir suus veniret non credebat: donec famulus domus dominū ei adesse nunciauit. Ad ipsa putans ꝙ martyrium refugisset: ꝛ idcirco solutus esset amarissime flere cepit: ꝛ ostium dom⁹ cōtra eum clausit diris sermonib⁹ exprobrans ei ꝙ christum dominū abnegasset. Quod audiēs Adrianus admirabatur ꝛ gaudebat: ꝛ ex hoc ad martyriū ardentior effectus est. Et cū instaret foribus vt ei ianuā aperiret: enarrās ei qualiter sanctos martyres pro se obsides dederat: et qualiter ad eam reuisendā venerat. Natalia eūdem cum gaudio suscepit: ꝛ se inuicem osculātes ad carcerem ꝑ-

mul abierunt: vbi natalia per. vij. dies sanctorum vlce-
ra extergebat. Statuta autē die Maximian⁹ eos sibi
presentari fecit: qui resoluti penis: quia ambulare nō
poterāt: velut animalia portabant. Adrian⁹ vero retro
vinctis manibus sequebatur: ⁊ natalia cum eo deam-
bulans ipsum portabatur. Et cum sacrificare nollet
iussit imperator a quatuor validissimis viris ipsū gra
uissime ⁊ diutius cedi: ita vt eius viscera effunderent.
Deinde ipsum vna cū alijs in carcerē trudi. Ad quem
accedens natalia ipsum iacentem ⁊ pene exulceratam
dulciter refouebat: cuius exemplo ⁊ alie matrone chri-
stiane ceteris sanctis intra carcerē ministrabāt. Et cū
hoc imperator cōperisset ⁊ mulieres carcerē ingredi p
hibuisset: oēs se totonderunt: ⁊ mutato habitu vilibus
vestibus indute sanctos visitare non destiterūt. Quod
audiēs Maximianus precepit vt omnes martyres fra
ctis cruribus interirent. Timens vero natalia ne vir
suus aliorū supplicijs expauesceret: rogauit ministros vt
ab eo inciperent: abscisis ergo ab eo pedib⁹ cruribusq;
cōfractis: cum adhuc superuiueret rogatu natalie ma
num ei preciderunt vt alijs que plura passi fuerāt com
par esset. Quo facto spiritum deo reddidit. Ceteri vero
pedes vltro protendētes: sic crurifragio ad dominū mi
grauerunt: rex autem corpora eorum cremari manda-
uit sed natalia manum Adriani in sinu abscondit: verū
subito imbre vehemētissimo erūpente: ⁊ igneq; extincto
corpa martyrū illesa seruata sunt q̄ a xp̄ianis rapta cō
stantinopolim sunt delata: ibiq; digno honore tumula-
ta: q̄ passi sunt. vj. Idus septembris circa annum domi
ni. cclxx. Qualiter aūt natalia inde processit: supra in ei⁹
historia actum est kalen. decembris.

De sancto Adriano papa ⁊ confessore. Cap. liij.



Adrian⁹ papa hu-
ius nominis primus natione roma-
nus ex patre theodoro de regione via
lata Stephano tertio pōtifici roma-
no in episcopatū successit. ⁊ sedit an-
nos. xxiij. mēses decē: dies. xviij. Hic
sanctissim⁹ pontifex restaurauit mo
nasterium sancti Anastasij ad aquas
salinas post incēdium. Edificauitq;
turres ⁊ muros vrbis rome propter
hostes longobardorum quotidie ir-
ruentes. Hic portas circas maiores dedit sancto petro
apostolo. Ipsos quoq; muros vrbis qui in plerisq; lo-
cis vsq; ad fundamēta dirupti fuerāt renouauit. Mul-
tas etiam ecclesias tā intra vrbē q̄ extra suis sumpti-
bus restaurauit. Hic etiā in monasterio sancti Stepha
ni: q̄d circa ecclesiam sancti Petri situ est congregatio
nē monachoꝝ instituit: vt in eccl'ia sancti Petri cū tri-
bus monasterijs quos Gregori⁹ terti⁹ instituerat: lau-
des sedulas psoluerēt. Fuit enī in reparādis ecclesijs ⁊
diuino cultu celebrādo admodū solicit⁹. Huius t̄p̄ib⁹
karol⁹ magn⁹ rex Frācorū: pipini fili⁹: veniēs ad Italiā
cū exercitu vt ab infestatiōe lōgobardorū ecclesiā defen
saret: obsedit lōgobardos in papia vbi cepit desideriū
regē ⁊ vxorē ei⁹ q̄s captiuos duxit ī Frāciā: ⁊ veniēs Ro
mā reddidit oīa pape q̄ pater su⁹ Pipin⁹ btō petro cō-
cesserat: adiuncto quoq; ei ducatu spoletano: ⁊ bñuen-
tano. Ob hoc ipse Patrici⁹ rome effect⁹ est. Hui⁹ t̄p̄e ce
lebrata est septima synod⁹ trecētorū ep̄orum apud con
stantinopolim. Aliam vero synodum ipse Adrianus
papa presente rege karolo rome celebrauit: in qua fue-
runt centum quinquaginta quatuor episcopi religiosi:
in qua Adrianus papa ⁊ synodus dedit Karolo ius eli-
gendi romanum pontificem: ⁊ sedē apostolicam ordi-
nandi. Item archiepiscopos ab ipso inuestituras acci-
pere per puincias singulas. Anathematizauitq; om-
nes huic decreto rebelles: ⁊ bona eorū publicari iussit.
Tuncq; cessauit regnū lōgobardoꝝ karolo ī italia do-
minātē. Adrian⁹ vero papa post multa laudabilia opera
quieuit in pace. Sepultusq; est in ecclesia sancti Pe-
tri in vaticano: ⁊ cessauit episcopat⁹ dies tres.

De sancto Corbiniano episcopo.
Capitulum. liiij.



Corbinianus epi-
scopus Frisich. a papa Gregorio pri
mo fact⁹ fuit tempore Pipini grossi
regis: qui vir sanctissime vite fuit et
miraculis claruit. Die quodā dum
apud ecclesiā scti Germani oraret: ⁊
pater multi fortitudinē spūs a vale
refectā sensisset: ne silētiū frāgeret cō
ticuit: totaq; nocte ī orōne pseuerās
vinū adeo cōpescuit: vt nec de vasio: vl'
vnica gutta manaret. Cū q̄dā fur
mulā ei⁹ abstulisset totaq; nocte itinerādo vagas esset
mane dorso animalis vinct⁹ ad sanctū adductus furtū
restituit: ⁊ penitētiā egit. Adalpertum quendā iupē
dio dānatum se inuocantē triduo illesum conseruauit:
qui post liberat⁹ deo deuote seruiuit. Ursum quen-
dam qui eius asinū deuorauerat: dum romā pergeret
diuina virtute coegit: vt sarcinam vsq; romā animalis
loco deferret. Huinsgus comes tridentin⁹ ad missa-
riū scti furto auferri fecerat ad equas operiendas: ⁊ in-
fra dies modicos. xliiij. equos morbo elephantino ami
sit. Unde ⁊ dei iudicium cognoscēs equos duos cū ad-
missario: atq; . cc. solidos sancto restituit. Quadā. vj.
feria dum piscibus careret predixit p aquilam pisces
sibi diuinitus ministrādos. Et ecce aquila rostro a ma
ri piscem detulit: qui tota die ad esum familie satisfecit.
Sequēti quoq;. vj. feria ministrū suū natantē iussit:
vt in xp̄i noīe piscē caperet: qui mersus piscē magnum
manib⁹ cepit: ⁊ ad litt⁹ vsq; pduxit. Apud oratorium
sancti Stephani: vbi aliquādo orās lucem de celo fusam
viderat ⁊ voces audiuerat angelorū: cellā sibi cōstruxit:
vbi fontē ex humo baculo percussa perduxit. Deuot⁹
virginis gloriose die natiuitatis eius in pace quieuit:
videlicet. vj. Idus septembris. Et in eiusdem dei geni-
tricis ecclesia sepultus est: miraculis clarens. Nam san
guis qui die. xl. ante obitum eius de ipsi⁹ narib⁹ distil
lauit: terre susosus post annos. xl. recens adeo inuent⁹
est: ac si ea die fuisset effusus. Corpus vero ei⁹ tunc t̄p̄is
trāslatum est fasingā: ⁊ vna cū dicto sanguine in ecclesia
sua sepultum est marmoreo mausoleo.

De sanctis Dorotheo ⁊ Gorgonio mar-
tyribus. Capitu. lv.



Dorotheus ⁊ Gor
goni⁹ martyres passi sunt apud Ni-
comediam ciuitatē sub Diocletiano
imperatore. Qui cū essent primi in
palatio eiusdē militie renunciantes:
christianos se libera voce cōfitebant
q̄d Cesar audiēs moleste tulit anxie-
ba urq; pdere tales viros: quos in
tra palatiū suū nutritos mores ⁊ ge
neris nobilitas decorabāt. Cū ergo
nec minis nec blandimentis mouerētur in equuleo af
fendunt: flagris ⁊ vngulis toto corpore laniant: ⁊ dein-
de aceto ⁊ sale nudatis pene eorū viscerib⁹ perfundun-
tur. Et cū hec alacrius tolerarent in craticula assant:
vbi quasi in lecto florū iacere videbantur. Ad vltimum
laqueo suspendi iubent: ⁊ corpora eorum canibus expo
nuntur: sed tamen intacta a fidelibusq; collecta hono-
rifice reconduntur. Passi sunt autē. v. Idus septēbris.
circa annos domini. cclxx. Interiecto autem tempo-
re corpus sancti Gorgonij inde leuatum ⁊ romam trās
latum est. Anno autem domini. dcclxiiij. episcopus
metēn. nepos Pipini regis ipsum ad gallias trāstulit: ⁊
in Gorgonicēn. monasterio collocauit.

De sancto Dorotheo abbate. Cap. lvj.



Dorothe⁹ abbas

in egypti ptib⁹ claruit. Hic gene thebe⁹ inter partes egypti seritate non minim⁹ quotidie a mari lapides colligēs et ānis singulis habitaculū vnū cū incisanbus edificare sibi cellas nō volētib⁹ preedebat. Noctib⁹ vero ipos tulas operabat vt vēderet ppter cibū pauperib⁹ ministrādū. Cib⁹ vero ei⁹ erat panis vncie ses. et oleū minutorū fasciculus modic⁹ aqua vero exigua in potu recipiebat. Nūq̄ visus est i lectulo soporat⁹ vel pedes p requie tetendisse. vel p volūtate dormisse. Quieuit aūt i pace. v. Idus septēbris. Hec in vitis patrū.

Ⅽ De sancto Sergio papa et cōfessore. Cap. lvij.



Sergius papa na

tiōe Syrus de ciuitate antiochie ex patre tiberio canoni pontifici i epatu romano successit. Et sedit ānos. ix. menses. viij. dies. xxiij. Hic romā veniēs sub deodato pōtifice iter clerum romane eccl'ie connumerat⁹: quia studiosus erat in offō cātilene acolit⁹ fact⁹ est. Qui p ordines ascēdēs a leone pōtifice secūdi titulo sctē susanne psbyter ordinat⁹ est q̄ impigre p cimiteria martyrū celebrabat. Defuncto vero conone papa popul⁹ vrbis rome in duas partes diuisus est. Et vna q̄dē pars elegit theodorū archipresbyterū: alia vero paschalē archidiaconū. Cūq3 vn⁹ alio locum nō cederet: sz vterq3 inmaniter p maneret: vt vn⁹ aliū superaret: plurimaq3 pars cleri et ppli ad sacrū palatiū perrexisset: vt tractarēt: q̄d fieri deberet deo annuēte in psonā denominati Sergij venerabilis tūc pbri cōcordātes se cōtulerūt. Cūq3 in lateranēsis epatum deducētes elegerūt. Sicq3 in sede beati petri pontifex ordinat⁹ est tēpore Iustini iunioris. Ⅽ Hic pōtifex ecclesiā lateranēsē reparauit. Et vt agn⁹ dei ter cātaret intra missarū solēnia cōstituit. Ⅽ Hic etiam diuina ad eum reuelatione facta in sacrario sancti Petri inuenit capsam argenteam in loco obscurissimo multe annositatis. Ita vt iā nō argētea videret in qua sigillū erat expositum quo ablato inuenit crucē gēmis ornatā: et ineffabilē portionē crucis dñice int⁹ inclusam: que in die sancte crucis adorat. Corpus quoq3 primi sancti leonis pape transtulit ipso reuelāte. Qui etiā ppter defensionē ecclastice libertatis a iustino imperatore in exiliū relegatus: ac demum ab eo reuocatus est. Et post laudabilē vitā in pace quieuit. Et sepult⁹ est apud sanctū petrū. Et cessauit epat⁹ mensem vnum et dies viginti.

Ⅽ De sancto Andomaro epo. Ca. lviij.



Andomar⁹ episco

pus claruit apud tarnanceñ. ciuitatē. Hic ex aurea a valle non longe a constantia ciuitate: patre friulfo religioso et nobili viro ortus est. Et vna cū eodem patre suo omnib⁹ pro christo relictis ad cenobiū luxouieñ. quod a sancto colūbano abbate i burgūdia cōstructū fuerat: pergētes ambo sub abbate eustasio monachi facti sunt: vbi Friulf⁹ i sctitate pspicua vsq3 ad finē vite pseuerauit. Andomar⁹ vero in epm tarnanceñ. electus per annos plusq̄ triginta ecclesiam suam feliciter gubernauit. Ciues quoq3 suos q̄ post doctrinam quā a sctis fusciano et victorico pceperāt ad idolorū culturas reuersi erāt ad xp̄m redire fecit. Ⅽ Cū aūt semel grandi temptatione carnis vexaretur exēplo beati bñdicti inter vepres et vrticas se nudum volutans: ignem illum libidinis extinxit. Ⅽ Dum apud villam tornacum sub arbore quercu: sertas cruces domini de lignis factā ai borē affixisset: sequēti nocte lux desuper celica radiauit: multorumq3 ex ipsa cruce egritudines curabat. Ⅽ Per annos plurimos ante obitū lumen oculorum amisit: ad eius lumen sanctitatis augēdū: nec tamē vnq̄ inde turbari visus fuit. Sed cum translationi corporis sancti vedasti epi apud atrebateñ. vrbem facte ab autberto epo interesset: lumen sibi oculorum redditū est finita vero corporis translatione orauit ad dñm et iterum vt petijt ad votū suū rursum excecatus est. Quieuit in pace. v. idus septēbris. In cui⁹ transitu mira fragrantia in domo ei⁹ respersa est lāpades quoq3 ad ei⁹ tumulum dependentes oleū distillarūt: quo egri peruncti a languoribus sanabantur. Cuius corpus in eius ecclesia tumulatum a sancto bertino abbate translatū sepultū est in monasterio sancti bertini.

Ⅽ De sctō Hilario papa et cōfes. Ca. lix.



Hilarius papa na

tione sardus ex patre crispino leoni primo pontifici in episcopatu romano successit. Et sedit annos. vj. menses tres: dies. x. Hic constituit vt nullus pontifex successorem sibi constitueret. Qui non solum in elemosynis dandis pauperib⁹ quotidie studuit: verū etiā pleraſq3 basilicas auro argētoq3 insigniter decorauit. Et fecit ad sctm̄ laurentiū balneū et monasteriū. Et hic plen⁹ sctitate et virtutib⁹ q̄euit i pace. iij. id⁹ septēbris: et sepult⁹ est ad sctm̄ laurētiū in crypta iuxta corp⁹ beati sixti epi. et cessauit epat⁹ dies. xj.

Ⅽ De sanctis nemesiano et Felice et socijs martyribus. Capi. lx.



Nemesian⁹ felix

lucius: alius felix: litheus: polian⁹ victor: iader: dati⁹ epi: multiq3 psbyteri et diacones apud aphricam martyrium passi sunt sub psecutione valeriani et galliani imperatorū: qui exurgēte persecutionis rabie ad prima cōfessionis xpi constantiā grauiter fustib⁹ cesi: deinde cōpedibus vincti: et ad fodiēda metalla deputati: gloriose cōfessionis agonem cōsumauerūt: quorū etiā exēplū secuta multiplex plebis eorū portio cum eis pariter coronata est. Extat epistola beati cypriani ad ipsos et de ipsis scripta. Qui passi sunt. iiij. idus septembris.

Ⅽ De sanctis Sosthene et Victore marty. Capi. lxj.



Sosthenes et vi

ctor martyres apud calcedoniā passi sunt sub procōsule prisco: q̄ cū beatā euphemiā virginē sub eodē pconsule decertantē vidissent immenso luminē circūdatā: et angelorum et virginum chorus constipatam cōuersi sunt ad xp̄m vt dicetur infra in passiōe euphemie. xvj. kalē. octobris. vnde ipsi ambo a pconsule detenti: primoq3 in carcerē truſi: indeq3 pducti ad stipites ligati sunt vbi quoq3 ipsis ac leo ferocissimi laxati fuerunt. Sed cū ab eis in nullo lesi fuissent quin pot⁹ omni deposita feritate pedes sanctorū lingerent. Procōsul illos in cuppa cremari mādauit: q̄ dato sibi īuicē pacis osculo spiritum emiserunt. iiij. idus septembris.

Ⅽ De sctis Protho et Hiacyntho marty. Ca. lxij.



Prothus et hiacynthus martyres rome passi sunt sub galieno imperatore. Hi ambo fuerunt eunuchi domicelli: et in studio philosophie socii eugenie virginis filie philippi nobilissimi romanorum: et alexādrie p̄fecti: qui et ab ipsa virgine vna cū patre et claudia eius matre ad xp̄m cōuersi sunt: vt supra in eius passione actū est octauo kalē. ianuarii. ¶ Sz post quā beata virgo eugenia passa est prothus et hiacynthus iussu imperatoris tēti sunt: et ad templū iouis adducti vt sacrificarent: q̄ oratione sua simulacrū cōminuerūt: et cū sacrificare noluissent primo quidē fustibus diutissime cesi sunt deinde capitis obtruncatione martyrium cōpleuerunt tertio idus septembris circa annū dn̄i ducentesimū quinquagesimū sextū: et sepulti sunt via salaria vetere in cimiterio passille.

¶ De sancto Helia abbate. Cap. lxiii.



Helias abbas in deserto egypti in regione thebaide claruit. Qui deuotarū virginū curā habēs in grandi monasterio trecentas feminas collegerat: earūq̄ vitā et cōuersationē regulabat: qd̄ cū biennio fecisset graue tentationis carnē sentiens adhuc iuuenis annorū triginta existens p̄ solitudinem fugit: iugi biduano ieiunio ac triduano carnem domans. Cui in somni tres angeli apparuerūt interrogantes cur deo dilectas virgines reliquisset. Quib' r̄ndit q̄ vitiū carnis incurrere formidabat. Moxq̄ ab vno eorum visum est ei genitalia nouacula p̄cidi. Sicq̄ securus redire moneť. Expgefact' vir dn̄i genitalia q̄dē reperit: sed tētationē abscissam oīno p̄sensit. Sicq̄ ad cenobiū reuersus q̄draginta annis ibidē vixit: assecuratus q̄ nūq̄ deceterio in cor ei' talis cogitatio ascendit. Fenestre q̄z ibidē cōstructe sedebat: sororesq̄ erudiens: cū nec ad eū ipse ascēdere nec ipse ad illas descēdere posset. Quieuit aūt i dn̄o tertio idus septēbris: cui successit scūs dorothe' qui in superiori monasterii cella consenuit. Hec heraclides.

¶ De sancto Helia alio abbate. Cap. lxiiii.



Helias alius abbas fuit in finib' antinoe ciuitatis q̄ metropolis est thebaidis senex in eremo annorum .cx. quorum .lxx. annos in solitudine trāsegit: fuitq̄ discipul' antonii q̄ ope manuū et orōnib' the cre gerat. ¶ Hō cū hospitalitati intēderet: et ad eū multitudo fratrū venisset: q: public' illac trāsit' erat: et deficiēte sibi pane tristis esset. Ingressus speluncā ex insperato tres panes grādes et recētes subito reperit: ex quibus duos assumens vigintiquinq̄ fratres ex eis satiauit. Tertius vero qui superfuit diebus .xxv. eidem postmodum ad victū satis fuit. Hec in vitis patrum.

¶ De sctō Venerio abbate. Ca. lxv.



Venerius abbas et presbyter apud insulā palmariam claruit tp̄ibus phoce imperatoris: et Gregorii pape primi. Qui ex nobilibus ortus parētib' p̄uincie lunēsis sacrisq̄ literis edoct': relicto seculo dictā insulā petiit terre vicinā distantē a lunēsi ciuitate circa miliarib' .viii. in loco qui dr̄ tyr' maior ubi asperrime p̄nie operā dabat: herbis agrestib' et pomis multo tp̄e vescēs. Ad quē accedēs q̄dam agricola noie reuelatione diuina p̄monitus ab eo salutis mādata suscepit et rogatus ab eo sarculū ad terrā colendā et hordeū ad seminādū viro dei detulit. ¶ Cū aūt veneri' tp̄e quo iā hordea mēti ceperāt semen dilatū seminasset hordeū subito natū et maturatū est: qd̄ ipse eadē messuit tepestate. ¶ Eius fama ipsi' diuulsa inter multos illū visitātes: paup quidā domicellus ad eū venisset: et puer in naui iuxta litus reliquisset: illeq̄ dormitans latratu canis subito expauēs et cingulās in mare lapsus necatus fuisset: nautisq̄ p̄ equora vagaret audiēs. Ec venerius et homini misertus orōne sua ex lachrymis et nauē ad litus: et puer reduxit ad vitā: vnde ob ei' sanctitatem nimiā: tam phoca imperator: q̄ gregori' papa primus ipsum plurimū reuerebantur. Draco ingēs p̄pe ciuitatē lunēsi. habitabat: qui carinas in mari icpi' submergebat. Ad instantiam ergo lunēsi. ep̄i virum sup hoc p̄cib' tertio pulsantis: post orationem et ieiunium triduanum cū archidiacono et plurib' descēdēs ad rupē vbi draco latebat vestigia sua in saxo ac si in cera impressa reliqt. Et dū draconi ex parte ep̄i de recessu mādasset: illeq̄ nullaten' moueret: deinde mādauit in noie trinitatis: vt se in abyssum demergeret: draco se statim i mare p̄cipitās nūq̄ cōparuit. Post hec veneri' vt gloriā hominū fugeret nauigauit ad insulā cyrneā: ibiq̄ dieb' .xl. cū bestiis demorat' est coruo ei quotidie dimidiū panis candidi et frustum carnis bubule diuinit' deferente. Qui etiā deambulās iuxta litt' corp' hois in mari necati illucq̄ ab vndis eiecti inuenit: et orās p̄ eo angelis apparētib' hominē suscitauit. Cū aūt admonitione diuina ad locū suū redire vellet: et nautas q̄ illuc appulerant et ad sardiniam ire volebāt instāter rogasset vt ipsū ad suā insulā deferrēt: illiq̄ recusarēt: orta in mari tempestate nō pri' inde se mouere potuerūt donec sancti petitionē adimplere volētes: facta subito serenitate eū illuc detulerūt. Et eū ante recessum suū ipsi naute in litto re lapidib' luderēt: vnusq̄ illorū a socio casu in pectore percussus expirasset oratiōe scti suscitat' est: reuersus igitur ad locū pristinū q̄uit in pace .iii. idus septēbris: manibus angelicis sepultus in quo loco oleū emanās egritudines omnes sanabat. ¶ Post hec lucius episcopus lunensis deo admonitus ad insulā cum populo veniens: oleum manās repperit: et corpus eius sediens illud queq̄ integrū inueniens miro fragās odore honorabiliter tumulauit: ecclesiāq̄ desuper edificauit: vbi ad refectionē custodum sacri corporis de terra fons scaturiit vsq̄ in p̄sens ibidem manās. Tp̄e vero ludouici pii imperatoris: cū saraceni insulas illas deuastarent: apollinaris ep̄s lunensis diuino per visum admonitus: corpus eius inde trāstulit: et regnum detulit: ac in ecclesia scti prosperi .iii. nonas nouēbris deposuit.

¶ De sancto Venerio alio abbate. Cap. lxvi.



Venerius ali' abbas tyburtine ciuitatis floruit tēpore othonis .iii. imperatoris. Qui primo in monasterio sancti benedicti apud ipsum oppidū degens: inde solitudinem petēs sine abbatis licentia discessit. Quo tp̄e contigit sctū̄ rōualdum abbatē ad ciuitatem illā ab othone obsessā accedere: gratia pacis interponēde. Qui audiens derelicto solitario ad eum abiit: et vita ipsius cōperta ipsum de inobedientia increpauit: et q̄ sine abbatis sui licentia q̄cquid faceret inaniter laboraret astruxit. Ille aūt cōpūctus ad monasteriūq̄ reuersus: licētiā a suo abbate de vita solitaria ducēda petiit: et vt petiit impetrauit. Deinde saxum hominibus inaccessibile conscendit: vbi .iiii. annis sine humano cibo

permansit exceptis tribus panibus quos secu͂ pu⁹ a monasterio detulit. Solaq͂ poma insuetria ꝛ radices ede battaq͂ vero quã estate bibebat: in concano lapidis hyeme ꝛ ex niuib⁹ colligebat. Ad quos plurimi viram ei⁹ reuerẽtes accedebãt: ꝛ vite hominis necessaria deferebant: que tamen omnia ipsa pastoribus pecorum et aliis indigentibus erogabat. Ibidẽ quoq͂ exhortante episcopo basilica fieri ꝛ consecrari p̄mitt. In qua post aliquod tẽpus discessit: ꝛ a quibusdam eũ querentib⁹ inuẽtus est mortu⁹: in cubito ꝛ genibus quasi ad orationem incumbẽs: vbi ꝛ sepultus est per quem deus plurima miracula ostendit.

¶ De trãslatione corporis sancti hermacore epi. Capitu. lxvii.



Translatio corporis sancti hermacore episcopi facta est post tempus quo attila flagellũ dei italiam deuastans: aquileiã funditus euertit. Cumq͂ secudo candẽ p̄uinciam gothorũ rabies depopulata esset: ꝛ iã quoq͂ lõgobardorũ impetis: paul⁹ tũc patriarcha aquileieñ. ferre nõ posset ad gradẽse castrũ supra mare se trãstulit: ꝛ corpora quorũdam sanctorũ: ac thesauros ecclesie secũ tulit: cui successit in patriarchatu probinus: ꝛ ꝑbi no helias qui in gradẽsi ecclesia synodum xx. ep̄orum celebrauit: ꝛ de mãdato tũc pelagii pape ipsam ecclesiã totius venetie ꝛ dalmatie metropolim esse cõstituit: eo ꝙ aquileia tũc funditus esset euersa. Post heliã successit cyprianus quo mortuo fortunat⁹ hereticus sedẽ inuasit: fult⁹ audacia longobardorum: ꝙ spoliatis ecclesiis sedẽ tenebat in castro glemone in confinio longobardorũ sito. Eodem aũt tempore primogenitus a papa missus est patriarcha ad instãtiã episcoporũ catholicorũ p̄uincie Venetorũ vt dictã sedem catholice gubernaret. Qui a populo gratãter excep⁹ ꝛ diuina dispositione cathedrat⁹: adeoq͂ p visum premonitus cũ omni sua plebe aquileiã perrexit: vt corpora hermacore: ꝛ fortunati adhuc in agro sancte matrone alexãdrie tumulata: inde ad castrũ gradẽse trãsferrent. Quib⁹ in sarco mausoleo repertis dũ ipsa inde asportare nõ possent: inquirẽtes ne forte ꝗc̄ꝗ de reliquiis eorũ deficeret. Reuersi ad arcã reperiũt vnũ ex calceis scti hermacore ex errore dimissum: quo suscepto corpora cũ omni facilitate mouẽtes: naui imposita gradũ tulerũt: eaq͂ ibidẽ honorifice deposuerũt p̄dic idus septẽb. vbi ꝛ tumulata q̄escũt. Loc⁹ vero susceptiõis nauis ꝗ corpora tulit vsq͂ hodie dicit̃ celsus. Recessus sancti hermacore: qui semp virẽti germine decoratur.

¶ De sancto Hiuentio episcopo. Capitu. lxviii.



Hiuentius episcopus discipul⁹ beati hermacore fuit. Cũ idẽ beatus hermacoras sanctũ syrũ episcopum ordinatũ ad ciuitatem papiã misisset: vt verbum domini predicaret: hiuentium condiscipulum eidem associauit: vt dictũ est supra in legẽda syri. v. idus decembris. Hic cũ beato syro ep̄o in predicationis officio iugiter laborauit: quẽ ꝛ ipsum diaconum idẽ ep̄s ordinauit: ac successorẽ dimisit. Dũ aũt mortuo syro hiuẽti⁹ ad sacerdotiũ peteret: diudiũ latuit: sed tandẽ p̄duct⁹ licet satis renitentis pontificatum accepit: ꝗ grauissim⁹ clero et populo magistri vestigia sequens gregem domini cũ exemplis ꝛ sermonib⁹ pauit: ꝛ miraculis pollẽs in pace quieuit p̄dic idus septembris.

¶ De sancto Hiuẽtio presbytero. Capi. lxix.



Hiuẽtius presbyter in hyspania claruit sub tempore cõstantini imperatoris. Qui vir sanctitate insignis ꝛ sapiẽtia clarus rhetorico stylo copiosus: genere nobilissim⁹: quatuor euangelia heroico metro. iiii. libris pene ad verbũ trãstulit: ꝛ apud hispanos claro fine in pace quieuit.

¶ De sancto Niceta mar. Cap. lxx.



Niceta martyr qui interpretat̃ victor apud nicomediã ciuitatẽ passus est sub Maximiano rege ipsi⁹ martyris parẽte. Hic ipsi⁹ ciuitatis orũd⁹ fili⁹ ꝑfati maximiani regis gẽtilis: ꝛ adolescẽtia bonis moribus imbutus p reuelationẽ ad xp̄m conuersus est: apparuit enim in somnio xp̄s cum virgine in oratorio sancte mariꝛ: tenẽs signũ crucis in manu sua: ꝛ docuit eũ vt crederet in eum: qui euigilans ꝛ de visione territus perquirebat quis esset qui ei apparuisset: cui quedam christiana nomine iuliana occulte imagines christi ac matris ei⁹ ꝛ signũ crucis ostẽdit: quas ille ipsas esse figuras eorũ: quos viderat recognouit. Ductus igit̃ a iuliana ad oratoriũ virginis a quodã pb̄ro xp̄iano in fide doct⁹ ꝛ baptizat⁹ est: indutusq͂ habitu despicabili a gabriele archangelo ei apparente in fide xp̄i confirmatus est. ¶ Cũ aũt puer quidã iulianus nicetã orantẽ in ecclesia reperisset: patri denũciauit. Qui missis apparitorib⁹ fecit eũ detineri in ecclesia serẽ dei genetricis orantẽ. Ductusq͂ ad patrem ab eodẽ ad sacrificia inuitat̃. Ille aũt sibi dari deos petiit vt eis thura offerret: statuasq͂ idolorũ argẽteas in domũ suã adductas cõtriuit ꝛ paupib⁹ p frusta distribuit: ꝙ cũ pr̃ sensisset postmod retulisset: iussit eum cathenis ligari ꝛ vinctis suspẽdit a. xxx. viris sibi vicissim succedẽtib⁹ neruis taurinis aceto ꝛ felle linctis crudelit̃ flagellari: cui apparẽs ãgel⁹ michael ipm dulcit̃ cõfortauit: viditq͂ niceta manũ de celo ei porrigẽtẽ coronã gẽmatã ꝛ colũnã igneã ad celũ vsq͂ ptẽsam. ¶ Cũ aũt hec oia patiẽter tolerasset fecit eũ pr̃ manib⁹ ꝛ pedib⁹ vinctis sup stratũ poni: ꝛ puellã speciosã adduci: vt ipm osculis ꝛ amplexib⁹ alliciẽs ad deoꝝ sacrificia p̄uocaret. Qui dũ se ab ea impudice tractari sentiret: ꝛ aliter illã repellere nõ posset: linguã dẽtib⁹ ꝑcussam in faciẽ ei⁹ sputauit: illaq͂ cõfusa discessit. Tunc fecit eũ rex deponi sup lectũ gladiis acutissimis circũseptũ: ꝙ quatuor rotis agitabat: ꝛ ꝗs orante serõ gladii sicut feniũ facti sunt: ꝛ ipse illesus p̄mansit. Quo viso miraculo quingẽti gẽtiliũ crediderũt. Quibus quoq͂ serõ martyre christiana ꝛ aqua de petra p̄siliẽt ipse eos baptizauit. Statimq͂ ad regẽ intrauit: quẽ ille vidẽs incolumẽ quẽ mẽbratim cõcisum putabat: iussit eũ hamo p labia suspẽdi ꝛ ferrũ ignitũ acutũ auricule ipsi⁹ infigi: vt a dextera in sinistram pertransiret: aliud quoq͂ ferrũ cordi eius immitti ꝛ tertiũ capiti imponi: ꝙ inde ipm vsq͂ ad latus sinistrũ transfoderet. Et dũ hec cõstãter sustinet fili⁹ suspasset iussit eũ versis pedib⁹ suspendi: ꝛ fumo subterfacto fumigari: deinde capta pice ꝛ palmitib⁹ igne succenso sepiũ cremari. Et cũ in his etiã illesus permansisset: manus eius truncari ꝛ femora cruralia secari fecit. Deinde calciamẽta ferrea ignita pedib⁹ eius imponi. Et post hec in profundissimam foueam sine aqua iactari. Qui oratiõe facta ab angelo michaele de fouea eductus: ꝛ mẽbra eius oia restituunt̃. Angel⁹ quoq͂ ipsum hortat⁹ et dixit: vt quicunq͂ ipsum in oi necessitate inuocaret iuste postulata penit⁹ obtineret: ꝛ si iniuste peteret ad penitẽtiam perueniret. ¶ Post hec pater vocatis magis fecit ei mortiferam in calicem

propinari:sed signo crucis edito demones de calice visibiles euanuerūt:et venenū in aquā puersum est. De qua martyr dñi magos illos ad christū redeuntes baptizauit: quos rex vna cū filio in carcerē trudi mādauit. Orante po sancto diabol' in angelū lucis trāsfigurat' eidē apparuit: quē ille per spiritū cognoscēs durius increpauit. Statimq; angel' bon' eidē astitit et illū fore demonē declarauit: quē niceta ad terrā prostrauit: et pedē sup collū ei' posuit: et quis esset interrogauit. Ille pro diu ciulās dixit se esse spiritū q̄ adā fecerat vt preuaricaret: et caim vt fratrē occideret: et populū iudeoꝝ induxerat vt christū crucifigeret: veniēte quoq; patre maximiano ad carcerē proiecit niceta demonē in vultu eius dicēs ipsum esse deū quē adorabat: et deinde illum in sterquilinio alligauit. ¶ Cum aūt pater se in christū crediturū pmitteret si niceta vnū ex multis defunctis sub colūna iacentibus suscitaret: orante sancto omnes qui fuerant mortui surrexerunt. Et cum in gētilitate mortui essent sanct' dñi eos baptizauit: et iterum vt dormirēt ac se in paradisum precederent imperauit. Que omnia dñi rex magie ascriberet: et filiū iterū fustigari iussisset: veniēs regina ipm de crudelitate nimia redarguit: mox quoq; seditione suborta populus regem gladiis et lāceis truci dauit. Niceta vero omnē populū in fide docuit et baptizauit: ecclesias plures cōstruxit: et fidem dñi multiplica uit. Demū ad christū feliciter migrauit die sabbati pridie idus septembris hora sexta: sepultus a xpianis in ni comedia ciuitate iuxta corpora aliorum martyrū ibidem pro christo passorum.

¶ De sancta Bona virgine. Cap. lxxi.



Bona virgo i partib' egypti claruit. Hec apud latinos bona apud suos egyptios cordimun da vocata regali gñe orta: pre zabul nobili satrapa: matre Ziua pulchra facie: sed pulchrior fide nondum tñ baptizata: parētibus defunctis multarū diuitiarū heres sub cura ppinquorū fuit. Quā dū iuuenis nobilissi mus in cōiugiū peteret multas ei pollicens possessiones: illa oīno matrimoniū ei refutauit dicens xpm se ab infantia desposasse: virginitatēq; suam ei dedicasse. Propter quod a propinquis dudū blanditiis et minis pulsata: timēs sibi violēter sanctū ne propositū rūperet: la tenter fugā petiit: et ad cenobiū virginū se contulit: ac se a ianitrice intromitti instātius postulauit. Quāq; illa vir ginem sine abbatisse licentia admittere recusaret. Abbatissa diuina reuelatione pmonita ipsam intromitti fecit: et petēti habitū religionis tradidit. Requisita aūt a parētibus et inuenta dum ipsā inde nullaten' auel lere possent: dicunt abbatisse puellā esse gētilē vt eā tali occasione repelleret. Illa aūt hoc pētēs: sed baptismū expetens a pbytero monasterii baptizat: et .xii. annorū sacro suscepto velamine pgo dño consecratur. Que in multa perseuerauit sanctitate et omni sacre regula disciplinē. ¶ Cum aūt vnā ex sororibus haberet in sociam predilectā: et illam languentem oēs alie visitarent: sola bona remansit in ecclesia orans deū vt ꝑ illā mori cōspiceret: sibi in alio seculo comes fieret. Qd̄ et voce de celo lapsa ei promissum est. Tūc bona sororē adiit que ei illud idem preo̅ficiauit: et mox spiritum emisit. Tertia vero nocte abbatissa vidit somnium ꝙ iuuenis splēdēs pallam ex ei' capite auellebat: quā in scrinio abscōdebat. Et querēs cur hoc faceret: audiuit bonā ab ea cadē die auferendam. Mane autē dum abbatissa visionē sorori b' retulisset bona presente: audita est vox angeli de celis ipsam ad patriā euocātis. Que cōtinuo in choro soroꝝ posita: oib' circūpstātib' et flētib' emisit spiritū pdie idus septēbris. Cui' corp' mox ut de celis clara circū dedit: et ex ipso odor mirabilis refragrauit: donec offō cōpleto sepulture traditum est.

¶ De sancto Philippo epo et mar. Cap. lxxii.



Philippus episcopus et martyr passus est apud alexandriam sub seuero imperatore. Hic il lustrissimus pfectus alexādrie pater fuit scē eugenie pginis: et ab ea cōuersus ad xpm: vt supra in eius passione actū est. viii. kalen. ianuarii. Qui relicta prefecture dignitate a xpianis in epm alexandrie sublimat. Ad cui' in stantiā et informationē seuer' august' libertatē xpianis pcessit: vt suis legib' in egypti partib' vterent eo ꝙ ab eo vt olim pfecto suo informat' esset: xpianos rei publice plurimū esse proficuos. Postmodū aūt emulantib' paganis: seuerus edi ctū reuocauit: et misso illuc perēnio prefecto in succesforem philippo mādauit eidē: vt aut philippū dñs sacrifi care cōpelleret: aut depositū oī dignitate et facultatib' priuaret. Philippus aūt infirmitatē simulauit: donec oīa sua pauperib' dispensauit. Qd̄ audiēs perenni' dū ob timorē populi ipsum inuadere publice non auderet: latēter in ecclesia orantē gladio in gutture percuti fecit Qui tñ populū in timorem dñi exhortans: per triduū superuixit. Sed in epatu menses .xv. miracula patrās. Et sic cum palma martyrii ad xpm migrauit idibus se ptēbris. Sepultus in monasterio filie sue.

¶ De sancto Ligorio martyre. Cap. lxxiii.



Ligorius martyr in partib' grecie passus est. Hic natione grecus: relicto seculo dū vaste solitudinis eremū coleret bobusq; hi cognit' esset: et a gētilib' venatorib' inter vepres inuēt' est. Et dū latro pu taret interrogat' qd̄ esset: et fidit se esse pctorē xpianum. Quē illi audito xpi nole ei' croso mox gladiis interfecerūt. Cui' corp' a Venetis de partib' grecie: trāsuectū i monasterio scti Laurētii positū est. Cūq; dies ei' passiōis ignot' eēt cuidā puero lāguēti q̄si i extremis posito: qdā sctūs apparuit seq; Ligoriū esse dixit: pueruq; admonuit vt abbati scti Laurētii dic̄ eius passionis .xiii. septēbris celebrādū eē idicaret: q̄ vez die ipse p xpo pass' fuisset: et eo nūciato suā ei' merit sanita tē reciperet. Puer āt ad se rediēs hec q̄ viderat abbati nū ciauit: et cōtinuo incolumis de lecto surrexit. Sicq; dies passiōis Ligorii Idib' septēbris eē cūctis oib' notū fuit.

¶ De sancto Amato presbytero. Cap. lxxiiii.



Amat' presbyter et abbas monasterii romerici fuit: vir quidem mire abstinentie et anachoritice vite sectator: virtutū et mi raculorum gratia illustrem conuer sationem ducēs. Qui et migrauit ad xpm Idibus septēbris in ipo mona sterio in pace tumulatus. Hec Ado.

¶ De sancto Maurilio episcopo. Cap. lxxv.



Maurili' episcopus apud Andegauensem ciuitatē claruit: cuius et episcopus fuit. Hic natione mediolaū. claris parē tibus ortus. Primo quidem sancti Martini in suo monasterio turonēsi discipul' fuit. sed postmodum solitariam cupiens de turone recessit. et Andegauēi. vrbem adiit: vbi in villa calduric phanum antiquis simum idolorum repperit: statimq;

orationem fudit et ignis de celo descendens ipsum consumpsit. Ibi ergo sanctus ecclesiā fundauit quā processu tēporis sanctus Martin⁹ consecrauit: vbi et multo tempore maurilius in sanctitate vite morā traxit: multisq; miracHulis coruscauit. ¶ Nā puerū a vipera percussum pene extinctū sanauit. In p̄liaco vbi erat collis idolorū demonibus cū multo eiulatu expulsis idola cōbussit: ibiq; cenobiū cōstruxit. ¶ Uir quidā raptus a mercatoribus vt p̄cio venderet: ad eius p̄sidiū recursum habuit. Dū aūt sanct⁹ dñs illi⁹ ad redēptionē capti nullaten⁹ inducere posset: raptor febrib⁹ inuas⁹ subito expirauit: quē seruus Maurili⁹ sua oratiōe a mortuis suscitauit: Hanc ille captiuū libere dimisit q̄ etiā miraculo decē alios dicti raptoris cōsocios ad penitētiā reuocauit. Naute quidā in mari periclitantes eū inuocabāt. Qd̄ seruus p̄ spiritū cognoscēs ad littus accessit et signo crucis edito tēpestatē sedauit. ¶ Latro quidā q̄ ei⁹ asinū rapuerat: nocte tota circūuagans: mane cū furto ante fores ei⁹ monasterij inuentus est: et asello reddito penitētiā egit. ¶ Post hec de consilio beati Martini archiep̄i turon. in ep̄m Andegauēsem electus est. Qui dū in sede ponit̄ et a Martino ei⁹ metropolitano cōsecrat̄: colūba de celo veniens capiti eius insedit. ¶ Dū cuidā matrone sterili filiū a dño p̄cib⁹ impetrasset: illaq; parū febricitātē ad Mauriliū celebrātē in ecclesia scti petri baptizādū adduxisset dū missa ptraheretur: puer sine baptismo expirauit. Ille vero quasi negligētie cōscius acturus p̄nitentiam ab ecclesia sua aufugit: et claues reliquiarū secū tulit. Que dum per mare nauigaret casu in aquā ceciderūt. Episcopus autem quasi hoc diuine visioni ascribēs: vouit se nūq̄ ad sedem suā reuersurū: nisi claues ipas diuinit⁹ rehaberet. Sicq; i habitu pegrino trāsmisso mare dñi cuiusdā ortū colere cepit. Requisit⁹ est vbiq; per septē ānū a ciuib⁹: sed minime inuēt⁹. ¶ Dū quidā ex cis clericis ad eū querēdū mare trāsire vellent scripturā ab angelo inueniūt lapidi sculptā cōtinētē. Mauriliū illac trāsisse: transfretati ergo dū portū in nauicula trāseunt: piscis ingēs in nauē prosiluit quē exēterātes claues in vētre reperiūt quas bñ cognoscūt. Mauriliūq; cū clauib⁹ in mari demersū putauerūt. Et dū tristes redire disponerēt hospitati sero apd̄ dñm cū quo ep̄s eorū morabat: Mauriliū vocari audierāt: eūq; recognoscētes vt repatriaret exorarūt. Recusanti q̄s et votū suū allegāti claues ostēdūt: sicq; sanctū cū gloria ad sedē suā reducunt: q̄ statim iuxta sepulturā pueri se prostrauit nec ab oratione destitit quousq; puer reuixit: quem ipse baptizatū renatū vocauit: et in lege dñi eruditū successorē ep̄atus habuit. ¶ Quēdā die dñico securi ligna cedētē: cui⁹ manus contracta securi adheserat: post dies quosq; penitētē sanū effecit. ¶ Dū in portu lydi fluminis cū quibusdā trāsire vellet nec nauē haberet. Nauicule quidā ab alia parte fluuij posite sine aliquo ductore ad eū puenerūt: et ipse cū oīb⁹ angelico ducatu transiuit. Quieuit in pace. xc. etatis sue anno. episcopatus vero sui anno. xxx. idib⁹ septēbris. Sepult⁹ i ecclīa andegauēn. miraculis clarēs.

¶ De exaltatione sancte crucis. Ca. lxxvj.



Exaltatio sancte

crucis sub heraclio impatore facta est. Cum enim venerabile crucis dominice lignum a beata Helena inuē tū esset vt habetur supra in historia inuētiōis crucis quinto nonas Maij: ita p medium ab ea sectum est vt ex eo crucem constantinopolim deferret: et crucem hierosolymis in thecis argēteis suo loco reseruaret. Multorum itaq; temporum labente curriculo permittēte domino propter peccata populum suum flagellari: cosdroe rex persarum omnia regna terrarū oriētis suo imperio subiugauit. Hierusalem autem veniens a sepulchro domini territus fugit partem tamen dominice crucis ibidem ab Helena relictam asportauit. Volens aūt ab oībus vt solus de⁹ coli: turrim ex auro et argento interlucētibus gemmis fecit: et ibidem solis et lune ac stellarum imagines collocauit per subtiles etiam et occultos aqueductus quasi deus desuper aquā fundēs pluebat: et subterraneo specu equos quadrigas trahentes habebat: vt quasi turrim mouerent: et tonitruum simularent. Filio quoq; suo regno tradito: ipse in turrim residebat: et iuxta se crucem domini collocans: appellari se regem regum et dominum dominantium ab omnib⁹ imperabat. ¶ Tunc imperator Heraclius christianissimus cum exercitu copioso iuxta flumē danubium contra cosdroe filiū pugnaturus aduenit. Et ibidē verisq; principibus placuit: vt ipsi soli super pontem duello cōfligerent: et qui victor existeret sine dāno alterius partis exercitus imperiū obtineret. Et si quis ex vlla partium principem suū iuuare p̄sumeret cruribus et brachiis excisis in flumine mergeret. Heracli⁹ igitur se deo et venerāde cruci: p qua pugnabat: deuote cōmēdans ambob⁹ diudiū in conflictu durantibus christo annuēte victoriā tandē obtinuit: et cosdroe filiū interfecit. Statimq; vniuersus ei⁹ exercit⁹ quasi diuinit⁹ tact⁹ se fidei xp̄iane subdidit: et sacrū baptisma suscepit. Cosdroe autē ignorabat exitū belli: q: cū ab oīb⁹ pp̄ter eius superbiā haberet exosus: nemo eidem indicare curauit: vnde Heraclius vsq; ad turrim ascendēs ad thronum eius ex improuiso peruenit: et eum in throno aureo reperit: cui dixit: q: quia crucē dñi iuxta eius modulū honorasset si baptismum et fidem christi suscipere vellet: vitam et regnū ab imperio acceptis obsidibus obtineret. Sin autē statim ipsi⁹ gladio interiret. Cumq; hoc ille perfid⁹ acquiescere nollet. Heracli⁹ eū protin⁹ decollauit Sed q: rex fuerat: et crucem dñi ex parte honorauerat ipsum sepeliri mādauit. Filiū vero eius annorū decem quē secū reperit baptizari fecit et ipsum de sacro fonte leuauit: ac regnū paternū ei dimisit. Turrim vero destruens argētū in predā suis diuisit: aurū vero et gēmas ad reparādas ecclesias quas tyrān⁹ destruxerat reseruauit. ¶ Sacrā igit̄ crucē dñi repetēs hierosolymā reportauit. Cū autē de monte oliueti descēdēs per portā quā dñs passurus intrauerat: et equo regio et apparatu imperiali ingredi vellet repētē lapides porte descēderūt: et inuicē quasi paries se clauserūt. Angelus quoq; dñi super portā signū crucis tenens apparuit: et imperatorē de pompa increpauit: dicēs q: cū dñs ad passionem per ipsā ianuā intrauit: nō cultu regio: s; humili residēs asello humilitatis exēplū dereliquit: et his dictis angel⁹ disparuit. Tūc imperator lachrymis infusus discalciat⁹ et vsq; ad camisiā exutus crucē dñi accipiens vsq; ad portā baiulauit. Statimq; porta se surrigens liberum intrantibus patefecit ingressum. Odor aūt suauissim⁹ qui eodē die quo crux de turri cosdroe fuit sublata vsq; hierosolymā de persarū prouincia fuerat illapsus tunc redāt: omniesq; suauitate refecit. Sicq; preciosa crux suo loco restituitur: et antiqua miracula renouentur. Mortu⁹ enim quidā suscitatur: paralytici. iiij. curāt: leprosi. x. mūdātur: ceci. xv. illuminātur: a plurimis demones effugātur: et lāguorib⁹ diuersis multi liberantur. Et sic imperator ecclesiis reparatis: et regis muneribus dotatis ad propria remeauit. Facta est autem hec crucis exaltatio. xviij. kalendas. octobris. circa annos domini. dcccccxx.



¶ De sancto cornelio pape et martyre. Cap. lxxvij.

Cornelius papa et

martyr natione romanus ex patre castino Fabiano pape in pōtificatu romano successit. Et sedit annos tres. mēses. ij. dies. x. Hic cōstituit vt sacerdotes si vellēt p certa eā sumare possent. Hic rogat⁹ a quadā lucina matrona: corpora apostolorū Petri et pau

de catacumbis leuauit: vbi per annū latuerant: postq̄ ea greci furari fuerant: vt dictum est supra in passione cor. iā. kal. iulij. Et primū quidē corpus beati Pauli sepeliuit in predio eiusdē lucine in via ostiēn. ad latus vbi decollatus est. Deinde corp' beati Petri posuit iu-xta locum vbi crucifixus est. Inter corpora sanctorum episcoporum in templo apollinis in monte aureo vati-cani palatij Neroniani. ¶ Hic beatus martyr a decio Cesare cum suis clericis in exiliū relegatus est centū cellis. Ibi q̄ a sancto Cypriano ep̄o carthaginiēsi epi-stolas cōfortationis accepit. Tandē de exilio reductus decio presentatur: vt dū immobilis in fidei confessione permaneret. Iussit os eius plumbatis cedi: deinde ad templum martis adduci: vt aut ibi sacrificaret: aut sen-tentiā capitalem subiret. Cū ergo illuc duceretur: mi-les quidam nomine cerealis eū rogauit vt ad domum suam diuerteret: pro vxore eius salustia: que per an-nos quinq̄ paralytica iacebat oraret. Que dum ad ora-tionem eius sanata est viginti duo milites cū ipsa & vi-ro suo domino crediderūt: & a cornelio baptizati sunt. Qui omnes iubente decio ad templum martis dedu-cti & expuentes in idolū vna cū sancto Cornelio decol-lati sunt. Quorū olim corpora a lucina pacata in cimi-terio calisti sepulta sunt decimooctauo Kalēdas octo-bris. Circa annum domini ducentesimū quinquagesi-mū tertium. ¶ Hic sanctus papa ad Fabianum antio-chene ecclesie episcopum scripsit epistolā de Romana Italica & Aphricana synodo. Et aliā de nouato & alijs qui lapsi erant. Tertiā de his que in synodo gesta sunt. Quartam admodum prolixam: nouatiane hereticos anathema continentem: & causas. Hec hieronym' in li-bro de viris illustribus.

¶ De scō Cypriano ep̄o & martyre. Cap. lxxviij.



Cyprianus char-thaginiēsis episcop' & martyr passus in ipsa ciuitate aphricana sub vale-riano & galieno impatorib' galerio maximo procōsule. Qui postq̄ mul-tos christianos ad martyrium ver-bis et literis confirmasset. Paterno proconsuli presentatur. Et postq̄ a fide nullatenus immutari posset in exilium ab eodem missus est in insu-lam cordubitanam. ¶ Post aliquot menses inde re-uocatus est a galerio maximo qui paterno successerat. Et cū ad sacrificia deorū cogeretur: & sacrificare nollet: sententiam ab eo capitalem accepit. Qua lecta per no-tariū cyprianus dixit: deo gratias. Cumq̄ ad locum cum spiculatore venisset: precepit suis: vt eidem spicu-latori pro mercede viginti quinq̄ aureos darent. Acci-piensq̄ lintheum manu sua oculos texit et coronam suscepit. Referuntur etiam passi cum eo crescentian' victor rosula et generalis decimooctauo kalēdas octo-bris. circa annum domini ducentesimum quinquage-simum sextum. Quorum corpora a christianis sepul-ta sunt in via appalliensi iuxta piscinam eiusdem car-thaginiensis ciuitatis. ¶ Hic beatus martyr nondum ad fidem christi conuersus: primum gloriose rhetori-cam docuit: deinde christianam professus fidem: car-thaginiensis episcopus cōstitutus: multa scripsit: mul-taq̄ composuit. Nam ingenij eius superuacuum est iudicem texere: cum sole clariora eius sint opera. Scri-psisse dicitur de lapsis volumen egregium contra no-uatianos. Item sacramentorum librum eximium. Itē aliū de laude martyrum ad cornelium papam. Epistolas octo. Contra nouatum & nouatianum diuersos tracta-tus et epistolas: in quibus eorum condemnantur er-rores. Epistolarum volumē grande ad diuersos scri-pturarum sonanti valde ornatum eloquio. Hec Hie-ronymus libro de viris illustribus.

¶ De sancto Tobia iusto. Ca. lxxix.



Tobias vir sanct' cuius perfectio sanctitatis ex ip-so ipsius speciali libro colligitur: a beato hieronymo & a Iosepho inter patres sanctos testamenti veteris numeratur. Hic ex tribu et ciuitate neptalim vnus fuit ex captiuis filijs israel a salmanasar rege assyriorum in assyrios translatis: qui in captiui-tate positus viam veritatis non de-seruit: a deo vt ꝑtribulibus suis cun-tib' ad aurēū vitulos aureos: quos fecerat hieroboā rex israel: iste solus iret in hierusalem: ad templum do-mini decimas & primitias suas fideliter offerēdo. Hic accipiet vxorem annam de tribu sua: ex qua filium ge-nitum suo nomine vocauit tobiam. Captus autē cum vxore & filio habitauit in niniue. Et q̄ deum timebat: obtinuit a rege gratiam perambulandi per omnes ci' regiones: qui cum captiuos visitabat: & monita eis sa-lutis prebebat. Deueniens autem in rages ciuitatem medorum cuidam gabello contribuli suo egenti sub chirographo mutuauit decem talenta argenti que ha-bebat ex donis quibus a rege fuerat honorat'. ¶ Mor-tuo autem salmanasar cum filius eius sennacherib fi-lios israel exosos haberet: tobias consolabatur eos: et egenis ministrabat. Cū vero reuersus esset sennache-rib a iudea fugiens manum domini: & iratus multos hebreorū faceret occidi: tobias sepeliebat corpora eorū. Quod audiens rex tulit omnem substantiam eius et eum occidi iussit. Qui cum vxore & filio fugiens nudus latuit. Post dies quadragintaquinq̄ occiderunt regē filij eius: et tobias ad domum suam rediit: et omnis fa-cultas eius restituta est ei. Cum autem in quodā festo paratum esset cōuiuium in domo eius: et misisset filiū suum ad vocādos amicos: reuersus ille nūciauit vnū ex hebreis in platea iugulatū iacere. Cuius corpus to-bias occulte tulit: & nocte postmodū latenter sepeliuit: propter quod a proximis redarguebatur: eo quod hu-ius rei causa vix mortis periculum euasisset. Sed ille timorem domini omnibus anteponens sepulture oc-cisorū sollicitius intendebat. ¶ Die vero quadam cum a sepultura fatigat' redijsset: & iuxta parietē obdormis-set: ex nido hirundinū calida stercora eius oculis inci-derūt & cec' factus est qui tñ in oībus patiētiā habuit. Et sicut olim Iob dominum in oībus bn̄dixit cum tñ ab amicis irrideret. Anna vero vxor eius ibat ad te-xtrinū opus: et de labore manuum sibi & familie sue vi-ctū ꝓcurabat. Et cum die quadam hedum ad domum adduxisset: tobiasq̄ eū balantem audisset: vxorē admo-nuit vt si forte furtiuus esset suo domino redderetur. Ad que illa irata cepit eū verbis ꝓtumeliosis irritare: & elemosynas suas in vanū factas obijcere. Ille ꝓo eū lachrymis orauit ad dn̄m: vt eū in pace susciperet spi-ritum. Eodē die cōtigit vt sara filia raguelis in ciuita-te medorū audiret improperiū ab vna ancillarū suarū quā increpabat obijciente ei q̄ esset interfectrix virorū suorū. Fuerat eñ nupta septē viris: & demoniū noīe As-modeus occidebat eos: statim eū ad eā ingressi essent. Que post ieiuniū triduanū orauit ad deū vt a tali eā op-probrio liberaret. Cu' oīo vna cū oīone Tobie viri et eodē tpe sūt i ꝯspectu dn̄i exaudite. Tobias ergo eū pu-taret se exauditū vt moreret: filiū suū vocauit: & eū de p-ceptis sanctis erudiuit: atq̄ ad sperādū in domino cō-fortauit: deinde precepit vt virū aliquē q̄reret: qui eū in rages medorū adduceret: vt debita sibi decē talē-ta argēti a gabello exigere posset. Egress' ergo Tobias iuenit iuuenē ꝓcinctū quasi paratū ad ambulādū. Et eū ab eo accepisset: & q̄ omnem regionē medorū & iter nouisset & gabellum cognosceret: induxit eū ad pa-trem suum: et audita narrant. Cui & iuuenis qui erat angelus raphael filium suum sanum ducere et reduce-

repromisit. Paratisque omnibus que erant opus in via ambulauerunt ambo simul: ⁊ canis secutus est eos. Mater autem filium suum abeuntem amare flebat: sed eam Tobias confortabat. ¶ Venientes igitur illi ad fluuium tigris exiuit tobias vt pedes lauaret: ⁊ egressus est piscis immanis vt deuoraret eum quem Tobias iussu angeli manu apprehendit ⁊ traxit ad litus: deinde ipsum exenterauit: ⁊ cor ⁊ fel eius ac iecur reposuit: que ei angelus ad medicinam vtilia fore dixit: partemque piscis assam comederunt: partem salitam secum tulerunt. Quibus pergentibus exposuit angelus Tobie quod cor ac iecur piscis super prunas positum: ⁊ fumo suo extricat omne genus demoniorum: fel vero valet ad auferandum albuginem ⁊ cecitatem oculorum: veneruntque ad ciuitatem medorum in qua raguel propinquus Tobie morabatur. Ad cuius domum dum diuertere vellent: angelus Tobie dixit quod filia illius vnica sibi in coniugem cum omni sua substantia debebatur. Et dum Tobias propter ea que de puella audierat ipsam accipere dubitaret: angelus ipsum edocuit quod super petulantes ⁊ deum non timentes demonium potestatem habebat. Sed cum illam acciperet tribus noctibus in oratione pernoctarent: ⁊ de iecore piscis incensum faceret: ⁊ sic demonem effugaret: quarta vero nocte puellam cognosceret amore procreande prolis: non appetitu libidinis. Ingressi ergo ad raguelem cum Tobiam eius consanguineum cognouisset gratanter illos suscepit: ⁊ ad conuiuium inuitauit. Cui Tobias filiam eius in vxorem petiit. Sed cum pater illam ei dare dubitaret ne forte ei sicut ⁊ aliis contigerat: hortante angelo ac dicente hoc diuine voluntatis esse: ⁊ et propterea alius eam non potuerat habere. Raguel saram filiam suam Tobie desponsauit: ⁊ magnas nuptias preparauit. Nocte vero iuuenem ad puellam intromisit qui iecur piscis super prunas posuit. Moxque angelus demonium apprehensum in deserto egypti superioris alligauit. Exhortante igitur tobia ipse cum sara nocte illa in oratione perseuerarunt. Sed cum circa pullorum cantum raguel foueam parari iussisset: vt ante lucem generum sepeliret: misit ancillam ad explorandum quomodo se haberet. Que reuersa nunciauit ambos incolumes dormientes. Qui deum ex corde benedixit: ⁊ foueam repleri mandauit. Factoque solemni conuiuio vicinis ⁊ amicis adiurauit tobiam vt duas hebdomadas apud se maneret: ⁊ dedit ei medietatem omnium que possidebat: ⁊ de reliqua post mortem suam ei relinquenda promisit. ¶ Interea angelus qui iuuenis putabatur: rogatus a tobia ad rages vrbem accessit: a gabello mutuatam pecuniam exegit: ⁊ chirographum ei restituit: cumque secum ad tobiam reuisendum adduxit. ¶ Raguel igitur filiam suam tobie tradidit ⁊ dimidium substantie sue in seruis ⁊ pecudibus: camelis ⁊ pecunia ei concessit: filiamque suam salutaribus monitis eruditam in pace dimisit. Qui recedentes cum peruenissent ad charram que est medio in itinere raphael ⁊ tobias precesserunt: ⁊ saram cum seruis ⁊ pecudibus lento gradu venire permiserunt: monuitque angelus tobiam vt perueniens domum oculos patris felle piscis liniret: ⁊ confestim visum recuperaret. Cum autem appropinquaret ad vrbem. Anna mater eius que in supercilio montis quotidie sedebat: filium suum de longe vidit: ⁊ currens viro suo nunciauit. Canis etiam qui eos secutus fuerat cauda blandiens precurrit. Tobias ergo surgens duce puero: processit obuiam filio: ⁊ se mutuo osculantes fleuerunt pre gaudio. Cumque tobias iunior felle piscis oculos patris delinisset: post medium quasi horam egressa albugine visum ante quatuor annos amissum recepit. Nam annorum .lvj. illum perdidit: ⁊ sexagenarius recuperauit. Post dies septem sara nurus eius applicuit: ⁊ cum gaudio a tobia ⁊ Anna recepta fuit: ⁊ ola quoque que sibi acciderant iuuenis enarrauit. Deinde Raphael eis quis esset aperuit: ⁊ et relicta illis pace disparuit. ¶ Tobias vero in timore domini perseuerans annis adhuc quinquagintaduobus superuixit: ⁊ vidit filios nepotum suorum. Et post annos .cij. vite sue in pace obdormiuit. Sepultusque est in Niniue ciuitate. Mortua quoque anna eius vxore: ⁊ tobias cum sara et filiis suis venit ad raguelem: ⁊ cum eo mansit vsque ad finem vite sue: ⁊ omnemque substantiam eius possedit. Et post eius obitum in sanctitate perseuerauit annoque nonagesimonono in pace quieuit. Huius sancti ⁊ duarum sanctarum infrascriptarum hic gesta posui: ⁊ quia dies eorum obitus sunt incerti: ⁊ ipsorum historie hoc tempore ad medium mensis septembris ab ecclesia leguntur. Hec ex libro Tobie ⁊ ex chronicis Josephi: Hieronymi: ⁊ Comestoris.

¶ De sancta Judith vidua. Cap. lxx.



Judith vidua inter sanctas veteris testamenti matres: sancta quoque ruth regina a Josepho ⁊ hieronymo conscribuntur. Quarum sanctitatis laudes in earum libris specialibus extolluntur. Fuit autem iudith de ciuitate bethulie oriunda: filia merari de tribu ruben: vxor nobilis Manasse ab eo in multis diuitiis relicta: que nimia pulchritudine in viduitate castissima domino seruiebat. ¶ Cum ergo cambyses filius cyri regis persarum qui alio nomine nabuchodonosor appellatur: cui pater adhuc viuens regnum assyriorum concesserat anno .xij. regni sui arphaxath regem medorum in campo vicisset: ⁊ regnum eius obtinuisset in superbia elatus misit ad omnes vrbes munitas syrie ⁊ damasci vsque ad hierusalem: exigens ab eis tributa longe grauiora quam patres sui. Qui omnes vno animo contradixerunt. Et indignatus rex misit holofernem principem militie sue cum exercitu innumerabili ad regiones illas inuadens vt nulli hominum vel munitioni parceret oculus eius. Qui cum vastasset ciliciam ⁊ mesopotamiam ⁊ madianitas: ⁊ ciuitates multas obtentas destruxisset ⁊ deos earum exterminasset: peruenit ad terminos terre israel vt expugnaret eos. Timentes autem filii israel ne similia faceret hierusalem ⁊ templo domini: clauserunt itinera montium: ⁊ se coram domino ieiuniis ⁊ orationibus humiliauerunt ad exhortationem heliachim sacerdotis magni. Cumque holofernes audisset quod filii israel montium itinera conclusissent contra bethuliam ciuitatem: ⁊ vocauit duces moab ⁊ amon: ⁊ interrogauit eos quis esset iste populus: ⁊ aut que virtus eorum. Tunc achior dux filiorum amon narrauit ei quomodo venisset populus ille de egypto in signis mirandis: ⁊ deo eorum sibi propitio terram chanaam patribus suis promissam admirabili potentia obtinuissent. Et cum deus eorum placatus erat eis: nemo poterat illis resistere: cum vero propter peccata sua eum exasperabant eum flagellabat eos. Audiens hec Holofernes iratus mandauit achior illi populo sociari: vt illis pereuntibus ipse pariter cum eis periret. Sicque a seruis suis adductus iuxta bethuliam manibus ⁊ pedibus vinctus ad arborem dimissus est. Egressi autem fundibularii de ciuitate eum solutum adduxerunt ad populum: quia omnia coram populo que sibi contigerant enarrauit: quem princeps ozias in domum suam suscepit. ¶ Altera die Holofernes ciuitatem Bethuliam potenter obsedit. Et veniens aqueductus qui fluebant in vrbem abstulit eis aquam. Sed ciues bethulie noctibus egrediebantur ad quosdam fonticulos iuxta muros: quibus vtebantur ad refocillandum potius quam ad bibendum. Quod holofernes comperiens fontibus custodes apposuit ita vt aqua in ciuitate deficeret: ⁊ post dies autem viginti venerunt duo sacerdotes de hierusalem ad populum exhortandum. Et cum populus siti deficiens vellet ciuitatem tradere Holoferni ad preces sacerdotum adhuc quinque diebus domini misericordiam expectare decreuit. ¶ Hoc audiens beata iudith primum quidem eos redarguit quod terminum domino posuissent: ⁊ deinde eis imposuit vt eos eodem sero ad portam ciuitatis expectarent. Premissa quoque oratione lauit

se et induit eā vestes suas cōptas: et ornamēta tulit et ancillam suā noīe Abram secū duxit: portans secum cibos aliquos ad edendum. Venientesqȝ ad portā ciuitatis iussit sacerdotib⁹ et custodib⁹ vt se vsqȝ ad diē tertiū expectarent. Cūqȝ descēderet mōtem tenuerunt eā exploratores et duxerūt ad holofernem: qui statim propter eius nimiū decorē captus est in oculis suis. Cum autē ipm adorasset iudith interrogauit eā cur ad se venisset. Que respōdit qȝ idcirco venerat vt saluaret animā suam: eo qȝ populum suum propter peccata ipsorum in manu holofernis cognouerat esse tradendū. Addens qȝ de⁹ suus eam miserat vt ipsa sibi hec nunciaret: suoqȝ visus cōsilio ipsum vsqȝ in hierusalē cum omni exercitu suo intromitteret: omnēqȝ populū sicut oues sine pastore obtineret. Que cum holoferni placuissent: iussit ei dare de conuiuio suo. Illa autem nō posse de cibis eorū comedere dixit ne super se ueniret ira dei. Petiitqȝ sibi dari copiam per triduum egrediendi ad orandum deum suum. Et ita per tres dies noctib⁹ exibat et dominum pro suo populo exorabat. Quarto vero die holofernes fecit cenā seruis suis et iussit vagao eunucho: vt iudith vocaret ad mensam. Cuius pulchritudine et ornamentis holofernes captus: iocundiorqȝ effect⁹ bibit vinum vltra omnē modū et inebriat⁹ statim festinauit ad lectū. Vagao autē iudith in eius cubiculum introduxit vt dormiret secū holofernes. Omnes quoqȝ inebriati ad hospitia festinarunt. Holofernes autē iacebat in lecto nimia ebrietate sopitus. Precepit ergo iudith ancille vt ad ostiū cubiculi obseruaret: et oratione premissa cū lachrymis inuocato domino: pugionem holofernis qui pendebat ad columnā exoluit: et percutiens bis in ceruicem eius caput ipsius abscidit: et inuoluit illud canopeo suo: hoc est serico reticulato: et tradidit ancille que misit illud in perā suā. Et egresse sunt ambe scdm consuetudinē quasi ad orationem: transeuntesqȝ castra venerūt ad portam ciuitatis: et vocauit iudith custodes: apertaqȝ ianua ingressa est: cunctisqȝ ciuibus concurrentib⁹ ad eam: accensisqȝ luminaribus protulit caput holofernis: et omnia que sibi deus fecerat enarrauit. Vocatusqȝ achior visoqȝ holofernis capite adorauit deum israel: et est positus est ad populum domini. Cūqȝ omnis populus laudasset deū: de mandato iudith caput holofernis in muro suspēderunt: et diluculo in hostes impetū fecerunt. Quod videntes assyrii mādauerūt principē suum vocari. Cū autem intrasset vagao: vt excitaret eū: vidit corp⁹ sine capite: nec inuenit iudith. Qd assyrii audientes timore ac stupore percussi: se in fugā dederūt. Quos filii israel cedentes vsqȝ ad fines suos persecuti sunt: et viri per .xxx. dies eorum spolia collegerūt. Vniuersa quoqȝ que fuerāt holofernis iudith donauerūt. Post hec ascēdit iudith in hierusalem: et deo gratias egit. Vocatusqȝ est cābyses ab hebreis secūd⁹ nabuchodonosor. Rediēsqȝ iudith bethuliā perseuerauit in sancta viduitate omnib⁹ dieb⁹ vite sue: et dimittēs abrā suā liberā quieuit in pace annorū .cv. Sepultaqȝ est in monumēto manasse viri sui. Hec ex libro iudith et aliis quibus supra.

¶ De sancta Hester regina. Capitulū .lxxi.



Hester regina claruit in ciuitate susa: que postmodū ecclesia dicta est tēpore assueri sue arta xerxis regis persarū: qui regnauit ab india vsqȝ ad ethiopiā super centum vigintiseptem prouincias. Qui tertio anno imperii sui fecit grande conuiuium cunctis principibus et magnatibus prouinciarum quod durauit .clxxx. diebus in domo sua mirabili: cuius columne erant argentee: tectum vero instar firmamenti habens gemmas diuersi coloris: in figura syderum et signorum dispositas. Post hos dies conuiuū inuitauit omnē populum qui erat in susis et discubuerunt extra domum .vii. diebus in vestibulo horti delitiarum: quod pulchritudine decoratum erat. Vasthi quoqȝ regina fecit conuiuium feminarum in palatio vbi rex manere consueuerat. Die aūt .vii. precepit rex .vii. eunuchis vt introducerēt reginam in apparatu suo: vt ostēderet omnibus pulchritudinem eius. Que ad imperiū regis venire cōtempsit. Et iratus rex de consilio .vii. sapientum qui sibi semper astabāt mādauit: vt vltra vasthi non ingrederetur ad regem: sed altera melior regnaret pro ea: vt per hoc discerēt omnes mulieres non paruipēdere mandata maritorum suorū. Igitur ad suggestionē puerorū regis cepērūt inquiri virgines in omni regno eius et tradi aggeo eunucho ad custodiam: et acceperūt cultus et ornamēta ad libitum suum: vt quecūqȝ oculis regis placeret ipsa regnaret pro vasthi. Erat tunc in susis iudeus nomine mardoche⁹ de tribu beniamin: qui descēderat de transmigratiōe iechonie. Hic erat nutritius filie fratris edesse: q alio nomine dicebatur hester: quam orbatā vtroqȝ parēte mardocheus adoptauerat in filiā. Hec inter ceteras puellas tradita est eunucho: que non indicauit populum suū sicut ei mādauit mardoche⁹. Inuenitqȝ hester gratiam in oculis eunuchi: et tradidit ei ornamenta pulcherrima: et .vii. puellas que excolerent eam. Porro virgines per ordinem ingrediēbantur ad regem: et que ab eo egressa fuerat: non poterat ad eū redire nisi eam ex nomine vocaret. Mardocheus autem versabatur circa domum regis curam habēs salutis filie. Tandē ex ordine venit dies quo hester ad regem ingressa est in ornatu specioso. Et inuenit gratiam apud regem: et fecit eam regnare pro vasthi .vii. anno regni eius et celebrauit nuptias integro mense: et donaqȝ largitus est occasione nuptiarum: iuxta eius magnificentiam regalem. ¶ Eodem tempore irati sunt duo eunuchi regis ianitores et machinati sunt in mortem eius quod mardocheum non latuit. Qui indicauit hester et illa regi ex nomine mardochei: quesitumqȝ est et inuentum: et appensus est vterqȝ in patibulo. Et traditū est scripture in annalibus regis in quibus reges occidētis sui tēporis registrabant. ¶ Post hec assuerus exaltauit amā amalechitē de stirpe agag fecitqȝ eū post se primum in omni regno suo. Et adorabant eum cūcti serui regis preter mardocheum qui propter patrias leges coram eo genua non flectebat. Quod audiēs aman indignat⁹ est: et cognoscens eum esse hebreum cogitauit oēs hebreos perdere qui erāt in regno assueri: veteri motus odio qȝ iudei perdiderāt amalechitas. Duodecimo igitur anno assueri missa est sors in vrnam coram aman: quo die et quo mēse gens iudeorū interfici deberet. Et exiuit sors .xiii. die mēsis duodecimi. Aman aūt suggerente regi qȝ gens iudeorū nouis legibus vteretur et regis iussa contēneret: pacemqȝ regni turbaret: decreuit rex vt gens illa omnino periret. Cumqȝ aman promisisset impendere decem milia talentorum argenti in gazophilacio regis ex bonis iudeorū: concessit rex omne illud argentū amani: et qȝ de populo illo ageret vt sibi placeret. Tulitqȝ rex anulū quo vtebatur: et dedit amā vt scriptas literas ex nomine regis anulo suo signaret. ¶ Tunc scripsit amā nomine regis literas anulo regis signans: vt occiderētur iudei a paruulo vsqȝ ad senem: et bona eorū diriperentur .xiiii. die .xii. mensis. Statimqȝ in susis pependit edictum. Quod cum audissent iudei fleuerunt. Hester quoqȝ hoc audiens accersiuit mardocheum qui oia ei per eunuchum significauit: et exemplum edicti ei misit: mandans vt ad regem intraret et ei pro suo populo supplicaret. Et quius hester iuxta legem regis nō auderet ad eum ingredi nisi vocata sub pena mortis: tamen in domino confisa exposuit se periculo: et mandauit mardocheo vt omnes iudei pro ea orarent et triduo ieiunarēt. ¶ Die aūt tertio dimissa oratiōe induta regalib⁹ stetit in atrio domus basilicā regis cū duab⁹ puellis. Quā cū respexisset eā toruo vultu timēs hester collapsa est. Qd cernēs rex et ei compatiens quia ipsā precordialiter diligebat

surgens venit ad eã τ cepit hortari ne timeret:eo ꝙ tali legi que pro subditis facta erat ipsa vtpote regina non tenebatur. Illa ꝟo surgẽs de angustia regem obsecrauit: inuitauit eum τ aman ea die secum ad prandiũ. Et cum secũ ambo comedissent obtulit rex hester vt peteret q̃cquid ab eo vellet. Que iterum eos duos videlicet regẽ et aman tantum pro die sequenti ad conuiuium inuitauit:τ tũc ab eo peteret quod optabat. Egressus est itaq̧ aman letus. Et vidẽs mardocheũ sibi non assurrexisse indignatꝰ est:τ vocatis amicis indicauit eis oẽs glorias suas:addẽs ꝙ ipsum solũ cũ rege hester ad cõuiuiũ inuitasset. Uerũtamẽ nihil se habere putabat dum viueret mardocheꝰ. Sed amicis consulentibꝰ iussit trabẽ excelsam parari:vt regi suggereret:quatenus mardocheũ in ipsa appẽderet:τ sic letꝰ ad cõuiuiũ intraret. Noctẽ illã rex duxit insomnẽ:iussit sibi deferri annales et legi. Et vẽtũ est ad locũ vbi erat scriptũ ꝙ mardocheꝰ nũciasset ei facinꝰ eunuchorum. Cũq̧ rex interrogãs audisset ꝙ ex hoc mardocheꝰ nihil premiĩ cõsecutꝰ fuerat:q̃siuit quis esset in atrio:τ respõderũt ei ꝙ amã. Ipse eñ intrauerat vt regi suggereret de morte mardochei. Cũq̧ vocatus intrasset interrogauit eũ rex quid fieri deberet viro:quẽ rex desiderabat honorare. Qui cogitãs ꝑ se dictũ:respõdit ꝙ indutꝰ regalibꝰ τ coronatꝰ super equũ regis ꝑ totã ciuitatẽ deberet circũduci:tenẽte habenas primo de principibꝰ regis. Statimq̧ iussit rex vt quicquid aman dixerat manẽ faceret mardocheo:nihil omnino ꝑtermittẽs. Qḋ cũ fecisset ꝯsternatꝰ rediit domũ τ ecce nũtii regis ꝯpulerũt eũ ad cõuiuiũ regine venire. ¶ Finitoq̧ cõuiuio dixit rex hester vt peteret q̃cquid vellet. Que petiit sibi donari vitã τ omni populo suo cũ ꝑ oẽs prouincias ab amã mẽdati fuissent occidi. Quod aman audiẽs timuit. Rex q̧ iratꝰ surrexit:τ hortũ intrauit:τ cũ postea rediisset inuenit amã super lectũ regine corruisse in q̃ ipsa iacebat vt ei pro anima sua supplicaret: putãsq̧ ꝙ eã opprimere vellet exclamauit. Et cum ab eunuchis audisset ꝙ trabẽ ad suspẽdiũ mardochei parasset:iussit eũ in ipsa immediate appẽdi:τ dedit hester domũ amã. Auditoq̧ ab ea ꝙ mardocheꝰ patruꝰ suus esset dedit ei anulũ suum quẽ receperat ab amã. Qui de mandato regis scripsit nouas literas regis anulo signatas prioribꝰ cõtrarias ad principes prouinciarũ ne occiderẽtur iudei:imo illos qui parati erãt ad interfectionẽ ipsorũ iudei interficerent:τ maiꝰ principũ esset cum eis. Et factũ est nomẽ iudeorũ celebre. Igitur precedẽti die ante diẽ qua iudei occidi debebãt:vez decimatertia die mẽsis duodecimi percusserũt iudei hostes suos plaga magna per omnes prouincias ad septuaginta quinq̧ milia. In susis vero interfecerũt sexcẽtos viros. Die vero decimaquarta solẽnitatẽ dñi celebrãtes conuiuia magna fecerũt. Deinde regis mãdato suspẽsi sunt decẽ filii amã:et omnis eius progenies deleta est. Et cõstitutus est mardocheus loco amã princeps primus post regem. Hester quoq̧ regina domino seruiuit omnibꝰ diebus:τ genuit regi filium noĩe artaxerxem qui post regẽ assuerũ in regno successit. Mortuo quoq̧ assuero regina hester cũ filio suo annis pluribꝰ imperiũ tenuit. Et post hec in pace dormiuit. Sepulta in susis in sepulchro regali. Hec ex libro hester τ aliis voluminibꝰ q̃bꝰ supra

¶ De sancto Nicomede presbytero τ martyre. Cap. lxxxi.



Nicomedes pres

byter et martyr passus est Rome sub flacco comite. Hic discipulꝰ beati petri apostoli eiusq̧ predicatione adiutor in christi nomine miracula faciebat. Cui vt castissimo viro beatus petrus ad passionẽ pergens petronillã suã filiã cõmẽdauit. Cũ aũt flaccus comes petronillã in suũ ꝯiugiũ requisisset:τ virgines ac matronas vt ipsa requisiuerat ei misisset vt eã ad domũ ipsiꝰ associarẽt: ipsaq̧ diuinis sacrãmẽtis ab eodẽ nicomede presbytero perceptis expirasset:vt supra in gestis petronille dictũ est pridie kalẽ. iunii. Turba mulierũ que ad eiꝰ nuptias celebrandas venerat:exequias sancte virginis celebrarũt: quã beatꝰ nicomedes sepeliuit. Et dũ postmodũ verbũ dñi ꝑdicaret instãter:tẽtꝰ est a flacco comite tpe domitiani:pro eo potissime ꝙ feliculã virginẽ ab eodẽ comite passam sepelisset:vt supra dictũ est idibus iunii. Quẽ tentum ductus comes fecit adduci ad sacrificandũ. Qḋ cum facere recusaret iubẽte flacco tandiu plumbatis cesus est:donec spiritũ exhalauit. Corpus autẽ eius in tyberim ꝑcipitatum est. xvii. Kalen. octobris. Hec marcellꝰ petri discipulus scripsit.

¶ De sancto Ualeriano martyre. Cap. lxxxii.



Ualerianꝰ martyr

vnus fuit ex numero illorũ quinquaginta:qui temporibus antonini veri imperatoris apud lugdunũ in carcere missi fuerant cũ sancto photino episcopo. Ex quibus christianꝰ ipse valerianꝰ vna cũ marcello martyre patefactis ianuis ab angelo dimissus est:vt habetur supra in passione dicti marcelli pridie nonas septẽbris. Quo quidẽ marcello per martyriũ assumpto dum ipse valerianꝰ in cellula secretissima lateret:τ multos ad christi fidẽ conuertisset:peruenit ad castrũ tenocium in territorio cabilonẽsi:vbi sanctus marcellus passus fuerat:vbi est a militibꝰ prisci presidis captus:τ cũ sacrificare nollet idolis appensus τ grauiter exungulatus:tandẽ in xpi confessione persistẽs in eo loco vbi nũc corpus eius sepultũ colitur:gladio animaduersus est. Qui in eiꝰ agone vt olim prothomartyr stephanꝰ vidit celos apertos:τ christũ ei coronam ostendere preparatam. Passus est autẽ xvii. Kalendas octobris.

¶ De sancta Euphemia virgine τ mar. Cap. lxxxiii.



Euphemia virgo

filia senatoris philophronis in ciuitate calcedonia passa est tpe diocletiani imperatoris sub proconsule prisco. Qui primo in ipsa ciuitate. xlix. christianos iuuenes detentos vna cũ euphemia virgine cũ nollent deo marti sacrificare per dies viginti in carcere macerauit. Deinde ipsos eductos alapis in faciem cedi deinde grauiter flagellari fecit:ipsosq̧ vinctos iterũ in carcere imperatori puniendos reseruauit de quibus dicetur infra. vii. Kal. octobris. Quos beata euphemia cũ eis pariter detẽta viriliter hortabaẗ. Propter qḋ ante ꝓconsulẽ adducta cũ sacrificare nollet alapis diu cesa est:deinde in carcerẽ remissa. Quã iudex secutus ex libidine opprimere voluit:sꝫ subito manus eius aruit. Qui se incantatũ putans:prepositum domus sue ad eam direxit vt eã faceret consentire. Sed ille carcerẽ clausum nec clauibus aperire aut securibus frangere potuit:sed a demonio arreptus seipsum dilanians vix euasit. Deinde educta posita est super rotam:cuius vestes carbonibus plene erant:τ artifex intra rotam signũ trahentibus dederat: vt qñ sonũ faceret simul traherent:τ sic crescẽte igne:vestes corpus virginis dissiparent. Sed nutu dei ferrum quo rota tẽperabaẗ manu decidens sonũ fecit:τ ꝯtinuo trahentibus illis rota artificẽ comminuit:τ euphemiã illesam seruauit. Tunc parẽtes artificis supposito igne ipsam rote alligatam simul cũ rota comburere voluerunt. Angelus aũt dñi de celo descendit:τ rota combusta euphemiã intactã eduxit ministros quoq̧ eõs paralisi percussit. Tunc misit eã proconsul in fornacẽ ardẽ

tem mitti cuius ignis latitudo xiv. cubitis extẽdebat. Sed signo crucis edurozande illesa educitur: et in loco ex celso stare conspicitur Apulenus autem proconsulis assessor eidem consuluit: vt eam decollari faceret: dicens virtutẽ christianorum nõ nisi ferro vinci posse. Erectis ergo scalis cũ fortbenes t victor ad eam feriendã missi essent videntes eam angelorũ t virginũ choris circũdatã: et immenso lumine circũfusam conuersi sunt ad xp̃m: t reuersi eam percutere noluerunt: et supra in eorũ passione actũ est quarto idus septembris. ¶ Post hec priscus eam per capillos suspendi fecit: sed immobilẽ permanentẽ negato cibo iterũ diebus septem in custodia macerauit. Illa vero ab angelo quotidie refecta septimo die educta subter quatuor magnos lapides posita est quatenus sicut oliua cõfringeretur. Ad cuius oratio nem lapides vt puluis comminuti sunt. Quod cernẽs priscus ipsam i pfundã foueã proiecit iussit: vbi tres erãt bestie immanissime q̃ oẽm bolem deuorarent. Que statim virgini blandientes iunctis caudis: et quasi cathedram ad sedendũ fecerunt: et vgĩnẽ illesam de fouea eduxerũt. Priscus confusus vt eã vel dolo occideret: fecit gladios t palos acutos confingi t obscure ac terra modica operiri: vt illa ex improuiso in ipsos incidens moreretur. Gladijs vero t palis ab angelis alibi trãspositis: cuba mis veniens ad locum nũ lesionis pertulit: ministri vero incidentes interfecti sunt. Que olã dñ priscus magice attribueret: iussit eam virgis cedi. Et cum nec sic superari posset: mandauit eam ferris membratim diuidi: et in sartagine membra torreri: verum angeli domini ferras confregerunt t ignes sartaginis extinxerunt: vidẽs apuleius proconsulem angustiari iussit virginẽ in armario mitti t bestias ei laxari. Et laxati sunt ei duo leones t due vrse. Et cum bestie ei procedentes: vestes eius oscularentur: orauit euphemia vt deus eam tali martyrio dignaretur assumere. Sicq; vna ex vrsis cursum arripiens: morsum corporis eius solummodo infixit liuorem tamen nullum ei fecit. Sicq; voce celica ipsam vocantem spiritum emisit cuius corpus parentes rapuerunt. et miliario vno a ciuitate calcedonia sepelierunt xvi. kalen. octo. Cuius meritis omnes iudei: et gentiles eiusdem vrbis in domino crediderunt.

¶ De sctis Lucia t Geminiano marty. Cap. lxxv.



Lucia vidua et geminianus martyres passi sunt in ciuitate mãdula in prouincia sicilie posita tempore diocletiani et maximiani imperatorũ. Fuit autẽ beata lucia nobilis in vrbe roma: que annis. xxvj. mãserat vidua t annis. lxxv. permãsit in hac vita. Quã filius eius euprepius diocletiano accusauit: et p̃ cẽt xp̃ianã. Quã ipator: detẽtã: et ante se adductã cũ nõ posset inducere ad sacrificãdũ: iussit: in carcerẽ recludi. Subitoq; fundamẽta carceris cõmota sunt: et odor suauissimus fragrauit voxq; de celo lapsa ipsaz in dño cõfortauit. Deinde xp̃s ei i somnis apparuit: et celestia regna pmisit. Post dies q̃tuor tyberis fluuius insidauit: et pars maxima murorũ vrbis corruit. Palatiũ q̃s diocletiani imperatoris aq̃ funditus euertit. Imperator vero q̃ vrbe exierat hoc audito rediit: et veniẽs ad carcerẽ vbi lucia detinebatur: ibi apertũ inuenit: et lucẽ maximã irradiãtẽ aspexit. Eductã ergo sanctã extra vrbẽ: et deos adorare recusantẽ nodosis fustibus cedi fecit. Et ecce qui eã cedebat: factus est lapideus: manus vero carnea remãsit vsq; in presens: vnde t locus ad manum carneã vocatur. Imperator vero pene totus aridus factus est. Sz orãti pro eo sancta sanitati est restitutus. Et cũ ad tẽpliũ iouis accederet: ad gratias dijs exoluendas subito templum corruit: et omnia idola comminuta sunt. Tunc iratus diocletianus iussit ol'am eream adduci t picem: plumbum: ac resinam in eam liquefieri: et luciam nudam in ollam deponi t per triduum ignem subter ministrari. Quarto vero die lucia a ministris ex olla egressa ac olno illesa inuenta est. Quod audiens imperator iratus mandauit ipsam ferro a plumbo oneratam per totam ciuitatem duci: et deinde in equuleo torqueri. Que dũ duceretur: peruenit ante domum hominis prepotentis nomine geminianum cuius domui. cccx. simulacra erant. Et ecce subito columba niuea de celo descendit: et super caput geminiani tertio crucem figurans resedit. Qui respiciens vidit celum apertum: et sedem dei omnipotentis. Et statim relictis omnibus cucurrit ad locum vbi iam sancta dei torquebatur: et prostratus pedibus eius se christianum asseruit t baptismum expetiit. Qui statim detentus vna cum lucia carceri mãcipatus est. Sacerdos autem quidam prothasius nomine per noctem ab angelo monitus ad carcerem accessit: t apertis ostijs: luceq; de celo pfusa: ac odor aromatum refragrãte fonte q̃s de terra erumpente: geminianum baptizauit: quẽ lucia de sacro fonte suscepit. ¶ Post tertium diem ambo de custodia educuntur et iterum penis afficiuntur: sed ab angelo coronis de celo sibi impositis laureãtur. Cum autem eos imperator iterũ in carcere reclusisset: et extra vrbem equitaret: dum peruenisset ad põtẽ galatini iudicio dei pons cecidit: et multis in fluuio necatis ipse vix cum paucis euasit. Cuius prefectus nole pyrrepogon pamphilius natione luciã t geminianum nolentes dño immolare ceruicibus contundi fecit. Et statim facto nimio terremotu camera fori corruit t prefectum cum quadraginta ex ministris oppressit. Lucia vero cũ Geminiano illesa permansit. quos tumultus populi ereptos liberauit ¶ Post annum vero sancti martyres ab angelis in siciliam insulam perducuntur: et in mõte tauromenio dimittuntur: indeq; venerunt ad predium ale fluminis: vbi filiam cuiusdã eucrapionis a spiritu immũdo decennio vexatam liberauerunt. Altera vero die peruenerunt ad fluuium psimiphis: et cũ nimium inundasset: oratione facta aqua stetit: sancti super vndas siccis pedibus transierunt t peruenerunt ad medulam ciuitatem: vbi multos infirmos curabant t demonia clamantia eijciebant cosq; omnes ad christum conuertebant. Quod audiẽs iudex nomine aprophasius iussit omnes qui conuersi fuerũt decollari numero septuagintaquinq;: qui mox vt domũ redibat ex equo colapsus et mortuus est. Tunc magasius iudex cõperto a syracusana ciuitate venit mãdulã vt sanctos interficeret. Oräte vero Lucia mons crepuit: et sancto suscipiẽs triduo occultauit: et eis de sitientibus illis sctis aq̃ scaturit: et eosq; refecit. Orauit q; Lucia ad dñm: vt eius in pace susciperet spiritũ t statim dño obdormiuit. Geminianus vero post duos dies egressus vt corpus eius sepeliret a carnifice inuẽtus gladio percussus est. Et cũ odor maximus de mõte fragraret: xp̃iana quedã ad odoris sensum montem intrauit: et in sepulchris marmoreis ibidem ab angelis preparatis sanctorum corpora reperta sepeliuit: atq; in montis vertice ecclesiam eorum nominibus fabricauit. Qui passi sunt decimo sexto kalendas octobris.

¶ De sancto Lamberto epo t martyre. Cap. lxxvi.



Lambertus episcopus t martyr passus est tẽpe pipini frãcorũ regis. Hic cũ genere nobilis ex oppido t traiectẽsi oriundus ab annis puerilibus sacris eruditus diotardi ebi discipulus fuit a q̃ t ecclastitcos ordines vsq; ad diaconatũ accepit. Qui p sui sctitate adeo ab omnibus amabatur: et mortuo theotardo magistro suo traiectẽsi ecclie in epm ab omni populo mereret pmoueri. Quẽ hedricus rex pac olbun episcopis suis charius diligebat. Quo mortuo inuidorum malitia ciues eius impij ipsũ sine causa de episcopatu eiecerunt: et feramundum in eius cathedra

statuerunt. At lambertus ad monasterium: quod dicitur stabulum declinauit: et per septem annos ibidem in penitentia et optima conuersatione stetit. ¶ Quadam vero nocte ad orationem surgens in pauimento per ignorantiam casu sonitum fecit. Quod audiens abbas mandauit vt quisquis esset ille: qui sonitum illum fecisset statim ad crucem que erat in campo sub diuo vsque post matutinum moraturus accederet. Credens quod aliquis ex fratribus strepitum studiose fecisset. Tunc lambertus mox nudis pedibus et cilicio indutus ad crucem cucurrit: ac si tali obedientie vti vnus ex monachis esset astrictus: ibique vsque post matutinum perseuerauit: donec ab bas in matutino omnibus visis fratribus, episcopum deesse cognouit: et audito quod ille fuisset qui ad crucem iuisset: eum introduci fecit quem totum capite cum brumis esset horridatum: niue perfusum et pene frigore extinctum aspexit: et ab eo cum monachis veniam postulauit. ¶ Post vii. autem annos iubente pipino rege feramundus expellitur: et lambertus in sedem suam reducitur. Et cum ipse sicut paulus verbo et exemplo polleret duo germani fratres maligni insurgentes in eum grauiter persequi ceperunt. Quos quidam amici episcopi eo inscio occiderunt. Eodemque tempore lambertus pipinum de quadam eius concubina plurimum increpauit. Dodo autem consanguineus occisorum et frater ipsius meretricis aule regie domesticus: occasione accepta congregauit exercitum et domum episcopi: que erat in vico leodio nocte circundedit: volens occisorum necem in sanctum vindicare lambertum. Quod cum vir domini puero nunciante didicisset: gladium quem tenebat abiecit: suosque constanter admonuit: vt peccata sua confiterentur: et patienter mortem sustinentes in domino confortarentur. Cum autem hostes domum eius vndique inflammassent in sanctum martyrem irruerunt: et ipsum orantem iaculis et gladiis peremerunt. Quibus abeuntibus: quidam ex episcopi famulis euadentes corpus eius ad ecclesiam suam nauigio perduxerunt: quod tra accensi cum multa ciuitatis mestitia sepulture dederunt: passus est. xv. kal. octobris circa annum domini. cccccc.

¶ De sancto Tharrasi confessore. Capitulum. lxxxvii.



Tharrasis confessor grecia: et creditur: oriundus, eo quod de vita ipsius nihil certum habetur: confessione christi et penitentia clarus apud constantinopolim eremi incola angelicam vitam duxit: vbi in pace quieuit. Corpus autem eius in spelunca repertum est: in qua penitentiam egisse putatur: cum titulo in tabula scripto. Hic requiescit corpus sancti Tharrasis confessoris. Quod inde latum tempore alexii imperatoris intra vrbis regie ambitum honorifice sepulture traditum est. Processu vero temporis inde translatum fuit venetias ab ipsius patrie ciuibus: atque in monasterio sancti Zacharie depositum quiescit. Cuius translatio facta est. xv. kalen. octobris. Nam et de eo quo tempore floruit: quoue die ad christum migrauit aliter reperiri non valuit.

¶ De sanctis Emiliano et Hieremia marty. Ca. lxxxviii.



Emilianus diaconus et hieremias martyres apud cordubam hispanie ciuitatem passi sunt. Qui pro confessione fidei hispanie detenti et diuersis afflicti suppliciis: tandem gladio decollati sunt. xv. kalen. octobris. Hec ado in martyrologio.

¶ De sanctis Victore et Stephana martyribus. Cap. lxxxix.



Victor et stephana martyres apud siciliam passi sunt sub persecutione Antonini imperatoris agente duce Sebastiano. Qui militem Victorem captum hortabatur vt diis sacrificaret. Quod cum recusaret iussit dux confringi digitorum eius articulos: donec ossa de corio segregarentur. Et cum in his gratias ageret: iussit eum mitti in caminum ignis ardentis. Manauit autem victor ad dominum: et ignis eum non tetigit: sed post triduum dux ipsum illesum inuenit. Tunc mandauit venena preparari: et ea in carne immisci et ei dari. Et continuo manducauit: nec aliquid mali sensit. Venenarius autem acriores venenorum stimulos porrexit: et cum comedisset iterum sanus stabat. Statimque magus ille conuersus: omnes codices suos combussit: et fidem christi suscepit. Post hec iussit dux neruos corporis eius dissipari: et oleum decoqui: et partibus occultioribus corporis infundi. Ac demum in equuleo suspendi et lampades ei ardentes applicari. Que cum omnia confortatus a domino superasset: fecit acetum et calcem in os eius infundi deinde ipsum excoculari: et sic versis pedibus suspendi: donec ex eius naribus sanguis distillaret. Dimisso igitur eo triduo in illo suspendiculo: carnifices cum mortuum estimantes accessissent vt viderent: statim excecati sunt. Orante victore tamen hic quod illi visum perceperunt. Iratus autem Sebastianus hoc audito mandauit eum decollari. Tunc vxor vnius militis nomine Stephana annorum circiter. xvi. exclamare cepit: sanctum martyrem beatificare: vidit que duas coronas ab angelis de celo deferri: et maiorem victori: minorem vero sibi dari. Et cum hec omnia coram cunctis enarrasset: et christum dominum confessa fuisset. Iussit dux arbores duas palmarum ad se inclinari: ita vt se tangerent et in vtrisque legari manibus ac pedibus beatam Stephanam: et simul arbores ad naturalem erectionem reuertentes dimitti: sicque disrupta est Stephana in duas partes: et a christianis occulte sepulta. Sanctum autem victorem iussit dux decollari. Percussoque illo ex eius corpore sanguis et lac emanauit. Cuius corpus a christianis sepultum est in sarcophago quod ipse sibi preparauerat in ciuitate sua. Passi sunt autem sancti martyres. xiiii. kalen. octobris.

¶ De sancto Methodio epo et martyre. Cap. xc.



Methodius martyr primo olympi lycie episcopus et postmodum Tyri fuit qui nitidi compositique sermonis aduersus porphyrium libros luculentos composuit. Item symposium. x. virginum. Item de resurrectione contra origenem opus egregium. Et aduersus eundem de phitonissa: et de arte georgicorum. In genesim quoque et in cantica canticorum commentarios edidit. Et multa alia que vulgo leguntur: et ad extremum nouissime persecutionis sub Diocletiano: vel vt alii affirmant sub decio et valeriano in calcide grecie martyrio vitam finiuit. Cui in carcere existenti facta est reuelatio plurimorum de tempore aduentus antichristi: que sanctus martyr scripture commendauit: passus est. xiiii. kalen. octobris. Hec hiero. de viris illustribus.

¶ De sancto Ferreolo martyre. Cap. xci.



Fereolus martyr et iulianus eius comes in Aluernia nati deo in militari habitu seruiebant: vt dictum est supra in passione iuliani martyris. x. kalendas septembris. Cum autem persecutores sanctum iulianum apud aluerniam decollassent: et caput eius vienne ad ferreolum detulissent a crispino consulari tali conditione

missi: vt aut fercolus sacrificaret aut similẽ sentẽtiã acciperet: cũ eis assentire nollet: cõfestim in xp̃i cõfessione capite cesus est. Cui⁹ corp⁹ vna cũ capite sancti iuliani in ipsa ciuitate in eodẽ tumulo sepultũ est. xiiij. kalend. octobris. ¶ Post multos aũt annos cũ mamert⁹ eps viennẽ. corp⁹ sancti ferreoli trãsferre vellet: inuenit caput sancti iuliani inter man⁹ ferreoli: et vtrũq₃ ipsorũ ita integrũ et illesum ac si ea die fuisset sepultum.

¶ De sancto Flocello martyre. Ca.xcij.



Flocellus martyr puer decẽnis passus est apud vrbẽ angustuduñ. temporibus antonini imperatoris sub valeriano preside. Cuz enĩ preses audisset q̃ flocell⁹ sanctos martyres in eorũ passionib⁹ cõfortaret: iussit eũ teneri et suspẽsũ in equuleo diutius flagellari. Deinde carceri vna cũ leone recludi vt ab eo deuoraret. Orãte vero puero leo subito moritur. Statimq₃ septẽ lucerne cũ candelabris ei p̃sitant: quarũ lumine tenebre carceris repellunt. Qđ audiens gẽtilis q̃dã filiũ suũ cecũ: surdũ et mutum ei obtulit: cui sctũs martyr cõfestim visuz: auditũ et loquelã restituit: et ipm̃ cũ patre ad xp̃m cõuertit. Que dũ p̃ses audisset ipsum in ignẽ maximũ extra vrbẽ mitti fecit. Sz puer ab angelo sibi a dextris assistẽte hortat⁹ ignez ingressus est: Et cõtinuo tẽpestate et imbre valido ingruẽte ignis extinct⁹ est. Quẽ p̃ses iussit lingua et palmis clauis affigi. Et qđ nihilominus xp̃m cõfiteret: stolla indut⁹ linea feris in platea exponit: et ab eis discerpt⁹ martyrio coronatur. xiiij. kalen. octobris.

¶ De sanctis Januario epo et socijs martyribus. Cap.xciij.



ter et martyr apud Ambianū passus est sub Longino et Sebastiano presidibus: qui ex ciuitate Hiberniesā dicit Pampbilonia ort⁹ patre Firmo senatore: cū adhuc esset puer traditus est honesto presbytero sacris literis imbuendus: qui annorū. xvij. etate et doctrina proficiens: et pro honesto iam sene predicationis officiū supplens: ab eodem ad honoratum episcopum Tolosam missus est: a quo et pres byter est ordinatus. Anno vero etatis sue. xxij. reuersus ad magistrum relictis omnib⁹ apud Andegauēs. vrbem anno vno et tribus mensibus predicauit: et multos ad christum conuertit: deinde Belnacum veniens a Valerio preside ob christi confessionem sepe vsq ad mortem flagellatus est: et post hec in carcerem clausus: sergio successori valerij reseruatus est: sed a populo violenter solutus: ibidem diutius predicauit omnem populum baptizauit: et ecclesias plures construxit: inde Ambianum perrexit: et infra quadraginta dies tria milia hominum ad christum conuertit. Tandem a Longino et Sebastiano presidibus comprehensus: propter timorem populi in carcere decollatus est: septimo kalendas octobris. Faustinianus autem senator pater sancti Firmini episcopi: de quo supra dictum est. iij. kalendas septembris: qui ab eodem martyre cum filio fuerat baptizatus corpus eius rapiens in suo cimiterio sepeliuit: quod postmodum Saluius Ambianēs. episcopus in ecclesiam maiorem transtulit: de quo supra habitum est. iij. idus ianuarij. Sebastianus aūt pceps in visionē martyris christi a ciuibus Beluacensib⁹ postmodum interfectus est.

De sancto Herculiano martyre. Cap. cxx.



Herculanus mar-

tyr passus est rome sub Aureliano imperatore: qui a btō Alexandro papa ad xpm conuersus est et baptizatus. Cum idem Alexander in custodia teneretur apud quirinum tribunum: quapropter Aureliano accusatus et ab eodem cōprehensus atque fustibus cesus in confessione nominis dñi tandē gladio cedēte martyrij palmam percepit. viij. kalend. octobris. Cuius corpus via numentana. vij. ab vrbe miliario a christianis sepultum est.

De sanctis Cypriano episcopo et Justina virgine et martyribus. Cap. cxxj.



Cyprianus episco-

pus et Justina virgo passi sunt apud Damascum et cōsumati in Nicomedia ciuitate tpe Claudij imperatoris sub Eutelio comite orientis. Btā namq Justina de ciuitate Antiochie filia Edusij sacerdotis idolorū quotidie ad fenestrā sedēs: prelū diaconē legentē euangeliū audiēs cōuersa est. Qd cū mater patri in lecto nunciasset: et ambo dormitātes xpm cū angelis eos ad regnū celorū vocantē vidissent: euigilātes mane et ipsi cōuersi ad ecclesiā cōuenerūt: et vna cū Justina ab optato epō baptismū pceperūt: a quo postmodū Edusius presbyter ordinatus est. Quo defuncto dū virgo christi ecclesiā frequentaret: et eam quidā Aglaius scholasticus adamaret: misit ad eā matronas et viros vt sibi illā peterent in vxorē. Que cū omnibus se christo depondisse rūderet. Ad cyprianū magum iuuenis accessit: qui puer ab annis septem fuerat diabolo consecratus vt artibus suis Justinā in eius amorē concitaret. Cyprianus aūt aduocauit demonē quendā: et cum adiuuare cepit vt virginē de libidine tentatā ad se adduceret vt eā vel ipse vel Aglaius cognoscere posset. Demon aūt vnguentū quoddā Cypriano tradidit: vt domū virginis pungeret: et ipse postmodū noctu ad eā tētandā introiret. Qd cū factū esset et demō ingressus cor virginis in amorē cōcitaret. Justina oratione p̄missa signū crucis adidit: et diabol⁹ territ⁹ fugit et ad Cyprianū cōfusus rediit: quē cū interrogasset: cur sine effectu redisset dixit se signum vidisse: in quo ois virtus eius defecerat. Cyprianus autē demonem fortiorem misit: sed qū

primo cōtigerat: z secūdo euenit. Quod Cyprianus videns illos derisit: z principē demoniorum aduocauit: z adiuratū ad virginē destinauit. Qui illam diuersis languoribus prius vexatā ad se media nocte ducturus promisit. Tunc diabolus in speciem virginis se mutauit z ad Justinā ingressus: dixit secum se velle manere z virginitatem seruare. Et cum virgo acquiesceret z virginitatis premia commendaret: cepit eam tentare dicens q dubium esset ne ex hoc deum offenderet cū ipse primis parentibus prolis generationē precepisset. Cū aūt cor virginis per immissionē demonis in ardorē libidinis concuti cepisset: illa in se reuersa et quis sibi loqueretur intelligens signo crucis se muniuit z diabolū vt fumū initauit: et statim ab omni tētatione liberatā se sensit. ¶ Post hec diabolus in speciem iuuenis Aglaij se trāsfigurauit: z in eius lectulum ingrediēs in amplexus eius ruere voluit: sed signo crucis edito confestim euanuit. Deinde permittente deo ipsam febribus fatigauit: sed virgo christi oīa certamina superauit. Videns diabolus q nihil proficeret in formam Justine se transmutauit: vt formā Justine pollueret z eā ad Cyprianum se adduxisse iactaret: et in tali specie ad magum cucurrit: ipsumq quasi amore eius languens osculari voluit. Sed mox vt Cyprianus nomen Justine nominauit diabolus nomē illud audire non valens disparuit. Quapropter Cyprianus delusum se videns ad ostiū virginis diu vigilauit: et quandoq in feminā: quandoq in auem se arte magica vt videbatur cōmutauit: sed cū venisset ad ostiū eius nec auis neq femina: sed Cyprianus apparebat. Aglaiū eandem in passerem arte magica cōmutauit: qui mox vt ad fenestram virginis volasset: nō passer: sed iuuenis videbatur: z cū nec posset fugere: nec salire: ipsum Justina redarguit: z per scalam deponi fecit. ¶ Victus ergo diabolus per omnia ante Cyprianum confusus stetit: quē ille interrogauit quomodo in nullo in christianā virginem preualeret. Quē demon primo sibi iurare fecit q nūq ab eo discederet: deinde ei dixit q signum crucifixi viderant: z in hoc territi fugerant. Interrogatus quoq an christus diabolo maior esset. Respondit ipsum maiorem omnibus qui demones oēs igne cruciandos iudicaturus esset. Tunc Cyprianus virtutes diaboli contēnens omnia idola sua confregit: et codices cōbussit: z veniēs ad epm antimū baptismū instanter petiit. Sed ille Cyprianū sibi illudere velle putabat: q: ipsum magum esse cognouerat. Cum aūt cūcta que sibi contigerāt narrasset: ab eo sacrum baptisma suscepit. Quē episcop9 antimus in diaconum: z post annum in presbyterū ordinauit. Cui z Cyprianus in epatu successit: qui xpi fidē constanter predicabat: z multos gentiliū conuertebat: et in christi nomine miracula faciebat. Cyprianus autē eps Justinam in quodā cenobio matrem pluriarū virginum consecrauit. Qui et martyribus multas epistolas destinabat: z eos in certamine confortabat. ¶ Post hec Eutelius comes orientis Cyprianū z Justinā dētētos: dū idola adorare nollēt iussit tormētis affligi: z Cyprianum quidem suspendi z exungulari. Justinā vero neruis flagellari et alapis cedi: deinde ambos in carcerē trudi. Die quoq sequenti iussit parari sartaginem pice: adipe ac cera plenam: z in eam Cyprianū iactari. Cūq ipsum ignis nō tangeret: z Justina ingredi formidaret: Ciprianus eam hortabatur vt intraret. Que ingressa omnino sicut z ille illesa permāsit. Sacerdos aūt idolorū cū de consensu comitis ad sartaginē venisset et suis carminibus maleficia christianorū dissolueret continuo ignis de sartagine exiuit: z eū penit9 cōsumpsit. Tunc de cōsilio terētiani cognati sui eos in custodia arctauit vt interi3 claudio q gesta fuerāt scriberent: z ille de eis p libito suo disponeret. Et mandante claudio ad ciuitatem Nicomediā adducūtur: z iuxta flumē Gallū cū quodā tertio christiano pegrino theognito noīe pariter decollāt. Quorū corpora cum canib9 exposita .vii. diebus intacta permansissent: a nautis quibusdā xpianis in nauē leuata: z romā delata: atq sepulta sunt. Nunc autem vt dicitur placentie quiescunt. Qui passi sunt .vj. kalen. octobris. Circa annum domini .cclxx.

¶ De sancto Eusebio papa z mar. Cap. cxxi.



Eusebius papa et martyr: huius nominis primus natione grec9 ex medico. Marcello pōtifici in epatu romano successit: z sedit annos .ii. mēses .ii. dies .xxv. Huius tēporibus inuenta est crux dñi nostri iesu xpi i Hierosolymis ab Helena regina sicut ipse in quadam epistola sua scripsit. Que tamē epistola apocripha reputat: quia nec ei9 tpe crucē dñi inuentā fuisse verisimiliter credit. Sed meli9 tpe siluestri pape. Qui Cōstantinū impatorē baptizauit: qui z baptizat9 Helenā matrē cōuertit. Que post ei9 cōuersionē crucē dñi inuenit. Hic sanctus pontifex pro xpi noīe martyrio coronatus est: sub persecutione Constātini anteq fieret xpianus. Et sepultus est cū fratribus suis iuxta corp9 beati Petri in vaticano sexto Kalē. octobris. Et cessauit epatus dies septem.

¶ De sanctis Cosma z Damiano z sociis martyribus. Cap. cxxiii.



Cosmas z Damianus: Antinus: Leontius z Euprepi9 martyres in ciuitate Egea passi sunt tpib9 dioclesiani z maximiani imperatorum sub pside lysia. Quorū duo primi fratres ex eadē ciuitate que est in arabia: matre religiosa noīe theodora geniti arte: z medicine docti: z virtute gratie xpi: omnē infirmitatē nō solum ab hominib9: sed etiā a iumentis curabant: gratis oīa tribuētes. Nā z camelū arte diabolica debilitatū sanū restituētes alleui3 abire fecerūt. ¶ Matrona aūt noīe palladia paralytica: cum oīa sua in medicis cōsumpsisset ad scōs dei accessit: z ab eis sanitatem integram reportauit. Tūc illa damiano munusculū obtulit. Et cū recipere nollet: z illa eum sacramētis p nomē dñi adiurasset recipere acquieuit: vt ei9 deuotioni satisfaceret: z ne nomen dñi spernere videretur. Qd vt cosmas cōparuit turbat9 precepit: ne corpus ei9 cū fratris corpore poneret. Sequēti vero nocte dñs cosme apparuit z fratrē de suscepto munere excusauit. ¶ Audiens autē preses lysias famā eorum z q in xpi virtute infirmitates sanabant: eos ad se accersiri fecit: z que essent eorum noīa: que patria: que cōditio: que fortuna requisiuit. Illi vero responderūt ad singula: q noīa eorū erant cosmas z damianus: patria vero arabia: conditio christiana: fortunā aūt xpianos nescire dixerunt. Addētes se z alios tres fratres cōsobrinos habere: antimum leōtiū: z euprepiū. Quos preses misso cū eis officio sibi pntari iussit z cepit agere vt sacrificarent: quod cū facere cōtēnerent pcepit eos in manibus z pedib9 grauiter torqueri. Et dū ei9 supplicia deriderēt: iussit eos cathenis vinctos in mare pcipitari. Sz statim angelus domini affuit: z diruptis vinculis illos e pelago liberauit. Et cū hoc miraculū pses magicis artibus ascriberet: z ipsi ei xpi virtutē pdicarēt: dicēq se eos i noīe dei Adriani velle sequi dixisset: cōtinuo duo demones affuerūt et eū in faciē ceciderūt. Sz orātibus p eo sanctis statis demones discesserūt. Tunc preses dicere cepit q dii 3 eū3 idignati fuissent: q: illos relinqre cogitasset. Mādauitq sanctos in carcerē trudi: donec eos qūo pdere cogitasset. Sequēti die illos eductos iussit in ignē copiosum iactari. Sz tū eos i nullo lesit quin pori9 flāma exsilpēs multos de astātib9 interemit. Jubent ergo in equuleo suspēdi: z3 angelo eos custodiēte fatigatis admodū ministris in cedēdo ante presidē deponunt: illesi tres igit

fratres fecit in carcerē recludi: Cosmā τ Damianū cru cifigi τ a pplo lapidari. Sȝ lapides in faciētes redibāt τ plurimos vulnerabāt. Eductis ergo trib⁹ fratrib⁹ τ stā tib⁹ iuxta crucē cosmā τ damianum precepit a quatuor militib⁹ sagittari. Sagitte aūt martyres nō ledebāt: sed cōuerse plures occidebant. Lysias aūt se cōfusum in ol b⁹ cernēs oēs quinq; fratres insimul gladio cedi iussit. Christiani autē memores ꝑbi qđ dixerat sanct⁹ cosmas damianū cū eo sepelire dubitabant. Et ecce subito camel⁹ aduenit τ humana voce loquēs sanctos in vnū sepeliri mādauit: qđ τ factū est. Processu vō tēporis duorū fratrū cosme τ damiani corpora romā sunt translata: τ ecclesia eorū nomini edificata. Passi sunt aūt sancti martyres quito kalēd. octobris circa annū dñi. cclxxvij.



¶ De sanctis Florentio τ Hilario martyribus. Cap. cxxiiij.

Florentius et Hilarius martyres passi sunt in Gallijs castro sedumo. Qui a paganis tēti ꝑpt cōfiterētur: post ꝙ lingue eorū precise fuissent dum adhuc integro sermone loquētes fidei nostre preconia ꝑdicarēt gladio feriri iussi sunt: τ sic martyrij a domino coronā perceperunt. v. kalend. octobris. Beda in martyrologio.



¶ De sanctis Adulpho τ Joāne martyribus. Cap. cxxv.

Adulphus et Joannes apud cordubā Hispanie ciuitatē passi sunt. Qui pro cōfessione nominis xpiani capite cesi a christo dño coronari meruerunt. v. kalendas octobris: vt ait Ado i martyrologio ex dictis Hieronymi sumpto.



¶ De sancto Forseo episcopo. Capitulum. cxxvj.

Forseus episcop⁹ anno quinto constantij: qui τ constātinus in Hibernia claruit vt dicit sigibertus. Hic nobilis gñe: sed nobilior fide ab infantia sacris literis eruditus: dum inter parentes suos sacri verbi seminaret eloquiū: quadaȝ die subito egrotans quasi mortu⁹ stetit: τ quatuor manus ad se de sup extensas cōspexit: que tenētes eū per brachia pennis subuolabant. Ipse autē quasi per caliginē duo angelica corpora cernebat. Viditq; tertium angelum armatum scuto se precedere: τ canticum melliflū audiuit ignotum. Sed ab angelo superiori mādatur isto vt ipsum ad corpus reducāt. Ipse autem postquā ad se redijt et astantes flentes aspexit: hortatus est eos viuificis sacramentis perceptis die illo τ altero superuixit. Media vero nocte ferie tertie mortem letus excepit: τ recordatus iocundissime visionis. ¶ In transitu quoq; suo visum mirabilē vidit: quem Beda describit. Vidit enim bonos angelos se suscipientes: τ demones clamātes ac contra eos bella cōmouēres. Et cum eos precessissent conuersi ignita iacula in eum iactabant: sed angelus quidam precedens ea scuto suscipiebat τ protin⁹ extinguebat. Tūc demones āgelis opposuit ꝙ Forseus ſpius ociosos sermones dixisset. Sed angeli respōderūt ꝙ nisi principalia crimina proferrent: propter ista minima non periret. Et cum diudum super hoc disputassent: tandem preliante angelo cum demonib⁹ demones in hoc contriti sunt. Tunc demon alius opposuit ꝙ seruus qui scit voluntatem domini sui nec facit: plagis vapulandus est multis. Hic autem dona iniquorum recepit. Nam a quodam vsurario vestem perceperat quā

moriēs restituerat. Excusantibus aūt eum angelis τ dicentibus ꝙ demones occulta dei iudicia non cognoscebant: diabolus tam grauiter eū percussit vt postmodū vite restitut⁹ semp ꝑcussionis vestigiū retinuerit. Arripiētes eū demones vnū de his quos i ignib⁹ torrebāt: ipȝ in eū iactauerūt: qui ei⁹ humerū maxillaq; incēdit. Cognouitq; forseus hominē quia ille erat cuius vestē acceperat. Et hanc ꝑcussionē ꝑmittēte deo ꝑ receptione illius vestis recepit. Deinde ceperunt demones cum angelis contēdere de proximi dilectione: quia vēȝ proximū sicut seipsum nō dilexerat. Et cū in hoc etiam demones victi fuissent ad alias accusatiōes cōuersi ceperūt proferre ꝙ digne penitētiam delinquētibus nō annunciasset. In oī ꝑo cōtradictione demonū valida exerit pugna: donec iudice deo triumphātibus angelis deuictisq; aduersarijs immēsa claritate vir sanctus circūfusus est. Et ad mādatū angeli mundū respiciēs vidit vallē tenebrosam τ quatuor ignes in aere aliquib⁹ spacijs a se distātes. Quos dixit ei angel⁹ eē quatuor ignes mundum succēdētes: quorū vnus est ignis superbie: secūdus inuidie: tertius auaritie: τ quartus luxurie. Qui postmodū in vnū redacti illi appropinquabant. Et cū flāmam accēdētē timeret confortauit illū angelus dicēs: qđ non accēderat in eum nō arderet. ¶ Deinde ab angelis sup tectū ecclesie spūs eius adducit vbi tam corpus eius mortuum adductum plangebat: iubetur ab angelis cadauer suum agnoscere τ ipsum reassumere: ille vero oīno recusabat. Tandē coactus ad corpus reducitur: τ sic cūctis stupētibus forseus suscitat. Qui visa omnia populo retulit: τ deinceps asperrimam vitā duxit. Incēdia vō que in spiritu sumpserat in scapulis corporis τ genu apparebant. Inde egressus predicauit scotis: τ que ꝑ visum habuerat enarrabat. Deinde episcopus factus ab angelo monitus apud hiberniam predicauit. Ac inde populorū inuidia eiectus ꝑ Britānie in Saxoniā deuenit τ a rege sigiberto susceptus monasterium construxit. Qđ fratri suo forlano noīe gubernandū dedit: ꝑhe aūt cū vlcano alio fratre suo eremū petiit: vbi ꝑ annū ꝑmāsit: inde ꝓpulsus a rege Clodoueo ꝯsilij grā ad gallias littora nauigauit. Et a rege suscept⁹ honorifice monasteriū in latiniaco oppido ꝯstruxit: i q̄ laudabiliter vitā finiuit. iij. kal. octobris. Cui⁹ corpus in villa que dr̄ parona sepultum est: vt dicit Beda.

¶ De sancto Vinceslao martyre. Cap. cxxvij.



Vincesla⁹ dux boemiorū tempore Henrici imperatoris martyrium passus est. Qui postquā sacras literas didicisset: amore celestis patrie nō ad superbie ventū accepit dominū dignitatē: sed vt multis prodesse posset: vnde τ sua pauperib⁹ τ ecclesijs largiter impēdebat. Cum autē vocatis principibus τ baronibus cunctis ad curiā imperatoris fratris sui germani: ipse postremus oīm aduenisset: τ alij principes indignati locū ei ad sedendū dare nullaten⁹ decreuissent: statim vt aulā intrauit: τ crux aurea in frōte eius apparuit: τ alij duo splēdidi viri visi sunt hincinde ipsum comitantes. Qui cesar mox assurgens ipsuȝ pre ceteris honorauit. A quo adhuc gētile ad conuiuium in dolo inuitatus est. Et licet eū cesar honorasset: ipsum tamen vt christianissimū oderat: vnde cum Vincesłaus post prandium ex more ad ecclesiā ꝑgeret: τ cum impator cum turba gētiliū insecutus est: ipsumq; ante ecclesie fores precumbentē occidi fecit: τ martyrē dño ꝯsecrauit. Cuius sanguis in pauimēto effusus in testimonio fratricidij per multa annorū curricula: nec abradi potuit nec abstergi. ¶ Post aliquod tempus dū fideles corpus ipsius trāsferre vellent inuenerūt eius vulnera plene sanata: excepta auric

cula que ei fuerat totaliter abscisa: que tamen loco suo applicata continuo consolidata est. Cum aūt ad fluuium maximū et inundātem deuenissent: et ipsum trāsire dubitarent: inuocato sancto martyre currū cum superposito corpore ex alia parte fluminis repente transuectū viderūt: et ōcius statim sine periculo transierunt. Dum aūt ad ciuitatem pragā corpus detulissent: carcer subterraneus confestim illuminat: et facto terremotu aperit: cunctiq; captiui solutis vinculis liberant. Eademq; nocte xp̄s crucifixus regi Datie apparuit eiq; dixit: ꝙ peccata eius ipsum iterato crucifixerant: et ꝙ nisi ecclesiam sancto martyri vincesłao cōderet peccatorū veniam minime perciperet: vñ ex hoc rex territus: ecclesiam cū monasterio ordinis sancti benedicti sancto martyri fabricauit: et bonis suis largiflue dotauit: vbi et sanctū corp⁹ ei⁹ requiescit miraculis clarens. Passus est autem .iiii. kalendas octobris.

De sancto maximo martyre. Cap. cxxviii.



Maximus Martyr

passus est sub Decio cesare optimo autem proconsule apud aliam ciuitatem: quā ingressus decius maximum detentum: dum ad sacrificia deorum compellere nō posset: iussit eum fustibus cedi: deinde in equuleo leuatū grauiter excrucilari. Ita vt carnes vna cū sanguine in terrā defluerēt. Cūq; martyr dixit diceret tormēta sibi nō dolorē: sed vnctionē inferre. Iussu proconsulis mādāte Decio extra ciuitatem eductus: ibiq; lapidibus obrutus occubuit. iii. Kalē. octobris. Sepultusq; est a xp̄ianis iuxta murū ciuitatis memoria nōis eius a fidelibus desuper edificata.

De sancto Exuperantio ep̄o de quo plura Hieronymus et memorabilia refert. Cap. cxxix.



Exuperanti⁹ episcopus

claruit apud Tolosanā ciuitatē. Qui btūs vir ipsius vrbis pontifex: quantum sibi extiterit parcus quantūq; aliis largus sanctus Hieronymus memorabili prosecutus est relatu. Qui et domini confessor inclytus quarto kalendas octobris in christo feliciter requieuit: sepultus in ecclesia Tolosona: vt ait Ado in martyrologio.

De dedicatiōe basilice scti Michaelis archangeli et quare sic dicatur dedicatio aut memoria. Capitulum. cxxx.



Dedicatio basilice

scti Michaelis archangeli dupliciter notat: scz dedicatio basilice: et memoria ipsius. Dicit autē dedicatio eo ꝙ hac die locū eius siue tēplū in monte Gargano sibi dedicatū fuisse michael archangelus reuelauit. Cū enī vt dictū est supra in ei⁹ apparitione. viii. id⁹ maii: sc̄tūs archāgel⁹ Michael in mōte Gargano Sipōtinis fidelib⁹ contra Neapolitanos adhuc gētiles victoriā miraculose cōtulisset. Sipontini quoq; añ os spelunce: vbi archangelus apparuerat quotidie orōnib⁹ vacarēt Sipōtini adhuc dubitabāt: an predictū locū ingredi vel dedicare deberēt. Et sic ep̄s duxit sup his romanū pōtificē consulēdum: qui super hoc requirendam decreuit archangeli volūtatem. Instantibus ergo cunctis triduo ieiunio apparuit in hac die michael archangelus ep̄o: dicens non esse opus ipsam quam edificauerat ecclesiam dedicari. Ipse enim qui cōdiderat: ipse et consecrauerat precepitq; vt die sequenti locū cū pplo ingrediens ipm precibus frequentaret et specialē sibi patronū sentiret: dedit q; eis predicte cōsecrationis signū vt scz ab oriente per posterulā ascēderent: et ibidē marmori vestigia hois impressa viderent. Mane igit ep̄s et pplo ad locū venit: et introgressi cryptam magnā: et tria altaria inuenerūt: quorū duo in australi parte posita erant: tertiū vero in oriē. ali venerandū: et rubeo pallio circūtectū vbi celebratio missarū solēnis vestigia: vt archangel⁹ predixerat inuenerūt: et oēs ad ppria cū gaudio redierūt. In eadē spelunca aqua lucida et nimiū dulcis emanat: q post cōione sumpta diuersas egritudines sanat. His auditis papa in honorē scti Michaelis et oim beatorū spirituū hūc diē scz tertio kal. octob. p totū orbē statuit celebrandū. Dicit etiā hoc festum memoria eo ꝙ in ipso: vt dictū est: oim angelorū memoriā agimus. Circa qđ sciendū est: ꝙ sicut Dionysi⁹ ponit in libro de celesti hierarchia. Oim angelorū sunt tres hierarchie: et nouem ordines: ita ꝙ quelibet hierarchia tres ordines contineat: et dicitur a hieron quod est sacrum: et archos princeps: quasi sacer principat⁹. Superior autem hierarchia continet seraphin: cherubin et thronos. Media dominationes: virtutes: et potestates. Ultima vero principatus: archangelos: et angelos. Eorum autem ordinatio et dispositio potest videri per simile in terrenis. Nam ministrorum qui sunt sub vno rege: quidam operantur immediate circa personam regis: sicut consiliarii et assessores et cubicularii: qui similes sunt prime hierarchie. Quidam circa regimen regni in communi: vt principes milites et iudices: et hi sunt similes secūde. Quidam autem operantur circa regimen alicuius partis regni: sicut prepositi et balliui: ac presides: et hi sunt similes tertie. Tres igitur ordines prime hierarchie accipiuntur inquantum deo assistunt. Ad hoc autem tria necessaria sunt: scilicet summa dilectio: et hoc quantū ad seraphin qui interpretantur ardētes. Perfecta cognitio: et hoc quātum ad cherubin: qui interpretant plenitudo scientie. Perpetua fruitio siue quietatio: et hoc quantū ad thronos: q: in eis deus sedere dicit: quoniā eos in se quiescere facit. Tres autem ordines medie hierarchie accipiuntur: inquantū habent regere vniuersitatem hominum in communi. Et hoc consistit in tribus. Primo in presidendo siue imperādo: et hoc ptinet ad ordinē dñationē qui aliis inferiorib⁹ presunt: et eos in diuinis dirigūt: ac eis imperant. Scdo in operando: et hoc ptinet ad ordinē virtutum: quibus nihil est impossibile exequi qđ mandatur: et ideo eis attribuitur operatio miraculorū. Tertio in arcēdo et expellendo cōtraria impedimenta: et hoc ptinet ad ordinē potestatū: qui habent arcere demones et cōtrarias potestates. Tres vero ordines vltime hierarchie accipiuntur sm quod habent regimen limitatum et determinatum. Nā quidā presunt vni prouincie: et hi sunt de ordine principat⁹ sicut erat princeps Persarum: qui preerat Persis: de quo habet. Danielis .x. Quidā presunt vni multitudini vel ciuitati: et hi dicuntur archangeli. Quidā vero cuilibet psone singulari et hi sunt angeli: et ideo angeli minora: et archāgeli pro maiora nūciare dicunt: q: bonū multitudinis dignius ꝙ bonū vnius hois. Decet aūt nos nedum in hoc solennitate: sed cōtinue oēs istos angelos honorare propter vii. rōnes. Primo q: sunt custodes nostri. Cuilibet enī hoi dant duo angeli: vn⁹ malus ad exercitiū: alius bon⁹ ad custodiēdū. Effectus aūt angelice custodie in homine triplex assignari pōt. Prim⁹ est vt proficiat in ala in bonum gratie. Et hoc facit angelus tribus modis. Primo oē impedimētū ad bonū remouēdo: hoc significatum est Exodi .xii. vbi angelus percussit primogenita egypti. Scdo pigritiam excitando: qđ significat Zach. iiii. Angel⁹ dñi excitauit me quasi virum qui suscitatur a somno. Tertio in viā pnie ducendo et reducendo: quod significatum est Tobie .v. de angelo qui eū

operit ꝛ reducit. Scḋo effect⁹ est: vt aïa nõ cadat in ma-
lũ culpe. Et hoc facit angel⁹ trib⁹ modis. Primo im-
pedimentũ peccatũ futurũ ne fiat: hoc significatũ est
Numeri. xxij. in Balaã q̃ ad maledicẽdũ israel pgẽs ab
angelo in via ipedit⁹ est. Scḋo increpando ꝑterritũ: vt
ab eo q̃d recedat: qḋ significatũ est Judicũ scḋo. Cũ an-
gel⁹ filios israel de ꝑuaricatione increpasset: ipsi eleua-
uerũt vocẽ ꝛc. Tertio q̃si violentiã inferendo: vt a pctõ
eripiat qḋ significatum est in violẽta eductiõe loth de
Sodoma. Gen. xix. Tertius effectus est: ꝙ si aïa cadit
postmodũ resurgat. Et hoc facit etiã trib⁹ modis. Pri-
mo mouẽdo cor ad cõtritionẽ: qḋ significat Tobie. xj.
vbi Tobias iunior ad documẽtũ angeli de felle p qḋ in-
telligit contritionis amaritudo: liniuit pr̃i oculos: sꝫ
cordis. Scḋo purgando labia ad cõfessionẽ: qḋ signifi-
cat Esa. viij. vbi p angelũ labia Esaie purgãtur. Ter-
tio cõgaudẽdo ad satisfactionẽ Luc. xv. Gaudiũ est an-
gelis dei sup vno pctõre ꝛc. Scḋo debem⁹ eos honora-
re: q: sunt ministratores nr̃i. Hebreo. j. Oẽs sunt admi-
nistratorij spũs ꝛc. Oẽs eñ ppter nos mittunt: q: su-
periores ad medios: medij ad infimos: infimi ad nos.
Et hoc quidem cõpetit. Primo bonitati diuine: in hoc
eñ manifestat diuina bonitas: quãtũ nostrã salutẽ di-
ligat: dũ nobilissimos spũs ꝛ sibi intima charitate vni-
tos: ad nos dirigit ꝛ trãsmittit. Scḋo charitati angelice
ꝛc. Cũ eñ charitatis ardẽtis sint: maxime desiderant
aliorũ salutẽ. Ideoq; vt ad nos mittãtur lex exigit ange-
lice charitatis. Tertio humane indigẽtie. Mittunt eñ
angeli ad inflãmandũ affectũ ad dilectionẽ vñ in hui⁹ fi-
gura legunt missi in curru igneo. iiij. Reg. vj. Ad illu-
minandũ intellectũ ad cognitionẽ: figura hui⁹ apoc. x.
in angelo q̃ habebat librũ apertũ in manu sua. Ad cor-
roborandũ oẽ pfectũ vsq; in pfectionẽ. hui⁹ figura. iij.
Reg. xix. Angel⁹ portauit Helie panem subcinericiũ: ꝛ
vas aq̃: ꝛ comedit: ꝛ bibit: ꝛ ambulauit in fortitudine ci-
bi illi⁹ vsq; ad mõtẽ dei. Tertio honorãdi sunt: q: sũt
fratres ꝛ cõciues nostri. Oẽs eñ electi assumunt ad or-
dines angelorũ quidã ad supiores: quidã ad inferiores:
quidã ad medios ꝑm diuersitatẽ ꝛ exigẽtiã meritorũ: lꝫ
btã virgo sup oẽs fuerit exaltata. Et hoc grego. in qua-
dã homelia p prolixa v̾ba insinuare videt. Quarto
q: sunt aïarũ nostrarũ in celis portitores. Et hoc fa-
ciũt triplici mõ. Primo viã ꝑparando. malac. ij. Ecce
ego mitto angelũ meũ ꝛ ꝑparabit viã ꝛc. Tertio p viã
ꝑparatã in celũ baiulando. Exo. xxiij. Ego mitto ange-
lũ meũ q̃ te cust. in via: ꝛ indu. in ter. quã pmi. patrib⁹
tuis. Tertio in celo collocando Luce. xv. Factũ est vt
moreret mẽdicus ꝛ portaret ab angelis in sinũ abra-
he. Quinto q: sunt oronũ nostrarũ añ deũ ꝑsentato-
res: ipsi eñ primo orones nr̃as deo pñtant. Tob. xij.
Qñ orabas tu cũ lacry. ꝛ sepeli. mor. ego obtuli oronẽ
tuã dño. Scḋo ibidẽ pro nobis allegãt Zach. j. Rñdit
angelus dño ꝛ dixit: dñe exerci. vsq;quo nõ misereb.
Juda ꝛ v̾r. Hierusalẽ quib⁹ irat⁹ es ꝛc. Tertio dei sniaꝫ
ꝛ grãm nobis renũciando Daniel. ix. dicit: Et gabriel
ad eũ volans dixit Ab exordio prẽ cũ tuarum egressus
est sermo. glo. i. snia adeo. ꝛ infra. Ego aũt veni vt indi-
carẽ tibi ꝛc. Sexto sunt honorãdi q: sunt regis eter-
ni nobilissimi milites ꝑm qḋ d: Job. xxv. Nũquid est
numer⁹ militũ eius. Videm⁹ autẽ ꝙ in militibus ali-
cui⁹ regis quidã semp in aula regia cõmorant ꝛ regem
associant: quidã ciuitates ꝛ castra custodiũt ꝛ cõseruãt:
quidã vero regis inimicos expugnant. Ita hoꝝ militũ
ꝓr: quidã in celo empyreo eo semper regẽ regũ asso-
ciant: ꝛ ad ei⁹ honorẽ cantica leticie ꝛ glorie cantant: di-
centes sanctus sanctus sanctus ꝛc. Esa. vj. Itẽ benedi-
ctio ꝛ claritas ꝛ sapientia ꝛc. Apoc. vij. Aliĳ autẽ custo-
diũt ciuitates ꝛ villas: illi scꝫ q̃ nobis sunt ad custodiã
deputati. Esa. lxij. Sup muros tuos Hierusalẽ consti-
tui custodes. Aliĳ vero dei inimicos. i. demones expu-
gnant. apoc. xij. Factũ est p̾liũ magnũ in celo. i. in ec-
clesia militãte ꝑꝫ vnã expositionẽ: Michael ꝛ angeli ei⁹
prelia cum dracone ꝛc. Septimo ꝛ vltimo q: sunt tri-
bulatorũ cõsolatores zach. j. Angelus qui loquebat in
me verba cõsolatoria. Hoc autẽ faciũt tribus modis.
Primo cõfortando ꝛ roborãdo. Dañ. xj. Cũ daniel cor-
ruisset tetigit eũ angelus dicẽs noli timere pax tibi: cõ-
fortare ꝛ esto robustus. Scḋo ab impatiẽtia cõseruãdo
ps. Angelis suis mandauit de te. ꝛ infra. In manibus
portabunt te: ne forte offendas ad lapidẽ pedẽ tuum.
Tertio ipsaꝫ tribulationẽ refrigerãdo ꝛ minuendo Et
hoc significatur Danielis. iij. Ubi angelus dñi cum tri-
bus pueris descendit in fornacem: ꝛ fecit medium for-
nacis quasi ventum roris flantem.

De sancto Maximo epõ Rhegyñ. qui ꝛ in ea-
dem clarissime fuit habitus. Cap. cxxij.



Maximus episco-
pus apud Rhegyñ. ciuitatẽ claruit.
Qui de vico qui d: deconiato ortus
parẽtibus xp̃ianis ab infantia virtu-
tibus ꝛ sacris literis eruditus: relic-
to seculo insulã lerinẽsis monaste-
rij petijt: vbi monachus fact⁹ ol sã-
ctitate pollebat. Multasq; insidias
diaboli perpessus deuicit: postea ve-
ro fact⁹ est abbas monasterij succes-
sorq; scti Honorati. Quẽ diabol⁹ nocte quadã exterre-
re volẽs eidẽ in forma horribili apparuit: sed signo cru-
cis edito cõfestim euanuit. Moxq; sctũs febricitare ce-
pit. Cui decũbenti rursum demon in specie draconis
se ostẽdit: sed cũ orasset ad dñm mõstrũ depellit: ꝛ sctũs
protinus a febre curat. Nocte quadã orationis gra-
tia ad littus egressus: vidit nauem ad portũ applicuis-
se: cuius naute ad eum veniunt: eidemq; dicũt ꝙ fama
eius ad Syrie partes conuolauerat: multusq; populus
eũ desiderabat: vbi si vellet accedere multum dño po-
pulum posset acquirere: offerentes se illũ in sua naue
vecturos. Qui diaboli figmẽta perpendẽs orauit: ꝛ si-
gno crucis edito nauis fantastica cũ nautis disparuit.
Electus deinde a ppl̃o in epm̃ Rhegyne ciuitatis
gregẽ dñicũ verbis nutriebat ꝛ exemplo: qui etiã basi-
licã sancti Albani intra castellũ Rhegyñ. cõstruxit. Ad
quã edificandam dñi pauci boues eo pñte colũnas faci-
liter traherent. Absente vero plurimi trahere non pos-
sent: vocatus episcop⁹ vidit demonem in forma parui
ethiopis plaustro insidentem. Quem postq̃ sua oratio-
ne fugauit boues opus solitum etiam in eius absentia
celeriter perfecerunt. Cum autẽ reliquias ad ecclã
consecrandam deferrent: puer quidam frater Rhegy-
ni diaconi de muro lapsus cecidit et expirauit. Cuius
corpus diaconus in cubile epi collocauit. Ad cui⁹ pre-
ces finito officio Maximus thalamũ ingressus puerũ
oratione suscitauit. Alis etiã filiam cuiusdam vidue
nobilis ciuitatis defunctam: motus maternis lachry-
mis ad vitam reduxit. Adolescentulũ insuper mor-
su rabidi canis extinctum: sua oratione pristine vite re-
stituit. Canem quoq; qui multos laniauerat: leui ictu
baculi peremit: vulnera etiam cunctis inflicta sanauit.
Quendam hominem quem bos cornupeta feriens
euiscerauerat vulneribus alligatis: infra dies septem
sanum effecit. Cecum quendam qui ab annis. xv. lu-
men oculorum amiserat: dum ad matutinũ pergeret:
ꝛ pedibus ipsum cepisset: diutius postulatus signo cru-
cis edito protinus illuminauit. Obitum aũt suum et
presciuit ꝛ predixit. Et in statu proprio quasi leui sopo-
re detentus spũ emisit. iij. Kalen. octobris. Cuius cor-
pus cõtinuo miro odore fragrauit. Sed dũ in ei⁹ exe-
quiis puella nuper defuncta loculo viri sancti subtra-
cta fuisset: protinus a mortuis resurrexit: ꝛ vna cũ cete-
ris corpi sepulture interfuit: deum collaudare cepit.
Sicq; sepultus est in ecclesia sancti petri Rhegyne ci-
uitatis vbi iacet miraculis clarus.

De sctõ Hieronymo pr̃sbytero ꝛ doctore. Ca. cxxiij.

Hieronymus pres byter ⁊ doctor eximius fili⁹ Eusebij viri nobilis oppido stridonis: quod dalmatie quondā panonieq̧ cōfiniū fuit exstitit oriūdus. Hic adhuc puer romā adijt: vbi lr̄is grecis ⁊ latinis ⁊ hebraicis plene eruditus est. In arte grāmatica donatū: in rhetorica autē preceptorē habuit victorinū: scripturis aūt diuinis exercitabat̄ die ac nocte: ⁊ inde hausit auide: q̄d postmodum effudit abunde. ¶ Quodā vero tpe sicut ipse in epistola ad eustochiū refert: cū de die tullium: de nocte platonē auide legeret eo q̄ sermo sibi incultus in libris propheticis nō placeret: circa mediam quadragesimā subita febre corripitur: adeo vt calore iā vitali deficiēte exequie funeris pararētur. Subito igit̄ in extasi ad tribunal summi iudicis rapitur: ⁊ cui⁹ conditionis esset interrogatus christianum se fore profitetur. Quem iudex aperto ore dementiens ciceronianū esse dixit: non christianū: eo q̄ vbi thesaurus suus: ibi esset ⁊ cor suum. At hieronym⁹ obmutuit ⁊ iudex illum acriter cedi iussit. Cum autez misericordiam postularet: ⁊ astantes pro iuuene veniam supplicarent: iurauit hieronymus ac protestatus est q̄ si vnq̄ codices seculares legeret xp̄m negaret. In hec verba dimissus reuixit: ⁊ lachrymis se totū perfusum inuenit: ac ex verberibus scapulas reperit liuiētes. Et tunc se diuinorū voluminū studio totaliter contulit. ¶ Dū aūt esset annorū .xx. per liberium papā romane ecclesie cardinalis presbyter ordinatur. Tunc sub imperatore cōstantio in arrianam heresim lapso ⁊ alie heresis pullulare cepertit: quas oēs vir sanct⁹ verbo et scripto iuxta sibi a deo datam sapientiam cepit infringere: cui paula nobilissima romanorū ei⁹ discipula sedula ministrabat: eiusq̧ filiam eustochiū virginē sacratissimā hieronymus diuinorum studijs imbuebat. ¶ Mortuo vero papa liberio sanctus doctor dign⁹ summo sacerdotio ab omnibus acclamatur. Sed dum clericorū ⁊ monachorū lasciuias increparet: ab eis turpiter derisus est. Nam vt ait ioannes beleth. Cum hieronymus ad matutinū pergeret: vestem mulieris lineā quā iuxta lectū posuerāt super pelliceū suū putās induit: ⁊ sic ad ecclesiā processit. Hoc aūt faciebāt emuli vt mulierē habere in thalamo crederēt. Q̄d ille vidēs: eorū cessit vesanie: ⁊ ad gregoriū nazanzenū cōstātinopolitanū episcopū venit: a quo multa in sacris lr̄is didicit. Deinde alexandriā perrexit: ⁊ didymū doctorē plurib⁹ mēsib⁹ audiuit. Post hec in syriā abijt: in possessione euagrij presbyteri aliquātulū cōmoratus. ¶ Deinde in egypti eremū properauit: vbi quāta p̄ christo sustinuit in epistola ad eustochiū ipse cōmemorat. Nam incredibili se penitētia ⁊ humano corpori penit⁹ importabili se macerauit: ibiq̧ quadrienniū exegit. Quo peracto ad bethleē oppidum remeauit vbi prudēs animal ad presepe dn̄i se obtulit permāsurū. Penitētiā vero p̄sueta nullaten⁹ dimisit: ⁊ carnē diris verberib⁹ flagellauit. Ad portā quoq̧ bethleē occidētalē cenobiū cōstruxit: ⁊ multos discipulos congregauit inter quos Eusebiū nobilē cremonēsem dilectū habuit. Bibliothecā aūt suā quā summo sibi ediderat studio: iterū relegēs diē ieiunijs ducebat ad vesperum. In trāslatione etiā scripturarū .l. annis. ⁊ .v. mēsib⁹ desudauit: ⁊ semp virgo p̄mansit. Monasteriū quoq̧ ancillarū dei cōdidit: in quo paulā viduā ⁊ eustochiū ei⁹ filiā virginē que eū secute fuerant multis sacris virginib⁹ preposuit: ⁊ regulā eis monasticam dictauit. ¶ Cū autē vsq̧ tunc in ecclesia vnusquisq̧ cantaret q̄d volebat ad instantiā theodosij imperatoris: damasus papa hieronymo imposuit vt diuinū officiū ordinaret. Qui psalteriū p̄ ferias et nocturnos ⁊ horas alias canonicas diuisit: et Gloria patri in fine psalmorū cantari instituit. Epl'as ⁊ euangelia per anni circulū: ceteraq̧ oīa ad officiū pertinentia preter cantū ordinauit. Quod papa damasus sibi missum approbauit: ⁊ ecclesie celebrandum tradidit. Quadam vero die aduesperascente dū hieronymus cū fratribus ad sacram lectionē legendam sederet: leo quidam claudicās monasteriū ingressus est. Fugientibusq̧ cunctis eū solus sanctus doctor excepit: ⁊ leonis plātam a sentibus vulneratā inuenit. Adhibita ergo cura leo conualuit: ⁊ inter eos quasi domesticum animal habitabat: fenūq̧ sicut bos comedebat. Cui hieronymus officium imposuit: vt asinum loci ligna de nemore deferentem ad pascua ⁊ ad nemus duceret ⁊ custodiret. Q̄d ⁊ factum est: leonē asinū continue more pastoris industrij comitante: ipsumq̧ fideliter defensante. Quadam autem vice leone grauiter soporato mercatores cum camelis illac transeuntes asinum solum pascētē a leone elongatum rapuerunt. Expergefactus leo sociū rugiendo querens huc illucq̧ discurrebat. Et cum non inueniens ad portam monasterij tristis rediisset: intus ac si pre verecundia ingredi non presumpsit. Videntes autez fratres quod sine asino rediisset putauerunt quod fame compulsus illum deuorasset: nolebantq̧ ei annonā prebere consuetam. ¶ Tunc admonente hieronymo officiū asini leoni iniungunt ⁊ ligna cedētes ei imponunt. Quod cum leo patientissime ferret: quadam die expleto opere ad agrum exiuit: ⁊ quasi diuino instinctu vndiq̧ discurrere cepit. Et ecce vidit a longe negotiatores cum onustis camelis precedente asino venientes. Leo igitur recognito asino rugiens super eos irruit: ⁊ oēs homines in fugam conuertit. Deinde terribiliter cauda terram percutiens: asinū ⁊ camelos perterritos sicut erāt onusti ante se ad cellam ire cocgit. Q̄d cum fratres vidissent ⁊ mirātes hieronymo nūtiassent: iussit sanct⁹ camelos introduci: ⁊ depositis sarcinis pedes eis lauarī: ⁊ super hoc voluntatem domini expectari. Tunc leo cepit per monasterium discurrere singulorum fratrū vestigijs se prosternens ⁊ de perpetrata culpa quasi cauda alludens veniam postulabat. ¶ Hieronymus autez futurum presciens iussit hospitibus venturis refectionē parari. Et ecce hospites adsunt pro foribus abbatē videre querentes. Ad quos cū exisset illi pedibus eius aduolut ⁊ pro commissa culpa veniā postulabant. Quos ille benigne introducēs ac reficiēs admonuit vt suis contēti aliena decetero nō desperēt. Illi autē beato hieronymo licet diu dū recusanti medietatē olei q̄d secū attulerāt p̄ benedictione obtulerūt: ⁊ eādē olei mēsurā annis singulis se ⁊ suos heredes ei⁹ fratrib⁹ daturos promiserūt. ¶ Tanta autē lassitudine fatigat⁹ est vt in strato suo iacēs funiculo ad trabē suspēso supin⁹ manib⁹ se leuaret vt scilicet officiū monasterij prout poterat exhiberet. Per annos vero quinquaginta nunq̄ cocta nisi bis in vltima egritudine māducauit carnē cilicino sacco semper domauit: nec stratū aliud nisi terram vnq̄ sensit: semel in die post vesperas radices aut folia arborum degustauit: semper orationi aut eruditioni aut lectioni intentus. ¶ Appropinquante autem vite termino: se supra nudam humū collocari precepit: ⁊ sacco quo induebat operiri: vbi primo fratres suos ad se conuocatos dulci eloquio ⁊ sacris admonitionib⁹ informauit: ⁊ Eusebiū eis in abbatē dimisit. Deinde sacram eucharistiam sibi oblatam cū lachrymis sumpsit. Et supinus ad terram rediens: manibus in modum crucis supra pectus extēsis symeonis prophete vaticinium decantauit. Quo finito cū esset hora cōpletorij: subito lux maxima ac si sol in meridie eū circūfulsit: in qua luce ab astantibus vise sunt acies angelorum discurrētes tanq̄ scintille in ardēte. Auditaq̧ est vox saluatoris spiritum ad celestia inuitantis: ⁊ sancti doctoris se paratū venire respondētis. Et post horam lux disparuit: ⁊ inclytus doctor cum luce spiritum ad dominum emisit pridie kalē. octobris. Anno etatis sue .xcix. mēse .vj. anno honorij imperatoris .xij. Corp⁹ vero q̄d p̄ nimia afflictiōe ⁊ verberib⁹ leprosi speciē pretēdebat: odorē nimiū oīa aromata superantē fragra

bat. ¶ Eadē hora cyrillus hierosolymitan' eps olī eī auditoribꝰ in cella rapt' in spiritu vidit inter speciosus z lucidissimū de monasterio sancti vsq ad celum: multitudinē angelorū splendētiū alternatim cū melodijs z cantibꝰ cereos deferētiū: et aliam nō minorē istis obuiā modo simili venientē. Animā qꝫ hieronymi post omnes ad saluatoris ipsiꝰ dexterā ad celos procedentē. Que in loco vbi cyrillus degebat subsistens: se eidē animas esse doctoris inclyti reuelauit: z vt ad suos pergeret filios mādauit: quatenꝰ eos lugētes cōfortaret: z que viderat nūciaret. Statimq viso euanuit: z cyrillꝰ eadē hora illū migrasse cognouit. ¶ Eadē etiā hora Augustinꝰ eps hipponeñ. in sua cellula existēs dū tractatꝰ de visione beata cōpilare vellet: z super hoc Hieronymū cōsulendū disposuisset ac epistolā ei scribere cepisset: ineffabile lumē cū odorū fragrantia incōparabili cellā repleuit: eoq admodū stupēte: vox de luce insonuit q ipsum de nimia psumptione redarguit: eo q existēs in carne mortali beatitudinē eternā cōprehēdere cogitasset: qđ nulli mortaliū aliquādo possibile foret. Cū autē Augustinus ab eo quereret quis esset. Respōdit se esse Hieronymi animā: cui ipse epistolā notare ceperat destinādā que ipsa hora a carne soluta ad celi gaudia properabat. Cū autē augustinus ab eo multas questiones de trinitate z angelica natura atq de beata vita quesiuisset: z ipse ad singula clarius respōdisset: lux illa cū voce disparuit: odor tñ pluribꝰ diebꝰ permāsit. ¶ Eadē hora in ciuitate Turoneñ. duo monachi monasterij sancti martini cū quodā alio voces omniū musicorū instrumentorū dulcisonas audierūt: z lucem sole clariorē cōspexerunt: odorem quoq cūctoꝝ aromatū persenserūt. Admirātes tanta claritate audierūt vocē de celo qualiter christus cū angelis omnibus patriarchis: prophetis: apostolis martyribꝰ: cōfessoribꝰ: z virginibꝰ: ac beatorū omniū animalibꝰ hieronymo presbytero: q̄ nūc in bethleē mortuo occurrebat: cuiusq anima ad celorū gaudia tā feliciter perducebat. ¶ Corpꝰ autem eius cilicino sacco quo viuēs vtebatur inuolutū in terra prout ipse mandauerat sepultū est: videlicet ante ostiū spelūce: in qua christus fuit natus: z in presepio reclinatꝰ. In cuius exequijs cecus vnus a natiuitate visum recepit. Surdus z mutꝰ audiendi et loquēdi facultatē accepit. Hereticus etiam quidam qui corpꝰ illud incendio dignū asseruit: subito in ligni speciē est mutatꝰ: z mox fulmine de celo descendēte cōbustus: atq in cinerem redactꝰ. Alia quoq signa et miracula stupenda z innumera per sanctū suū dominus operari dignatꝰ est: que in epistolis Eusebij: Augustini: z Cyrilli legitur que per singula ponere longum esset. ¶ Hic gloriosus doctor preter sacram expositionem veteris testamenti: quod ex hebraico: et noui: quod ex greco sermone transtulit in latinum: infinita pene alia opuscula edidit. Omnes enim. xvj. prophetas exposuit. Quorundam grecorum doctorum volumina in latinum transtulit. Scripsit opuscula siue epistolas ad diuersos circiter. cxlvj. Tractatus quinq. Epistolas alias breues. lx. Sermones. x. Item libros hebraicorum questionum. Item hebraeorum nominum. Libellum de locis terre sancte conditum ab Eusebio in latinum vertit ex greco. Super libro psalmorum. cl. tractatus prolixos edidit. Librum de optimo genere interpretandi ad Pammachium. De viris illustribus. Item cōtra Iouinianum libros duos. Item cōtra Heluidium de beate Marie virginitate perpetua librum vnum. Cōtra pelagium librum vnum. Contra Origenem libros quatuor. Contra vigilantium librum vnum. Ad Lupocianum libros duos. Super euangelio Matthei libros quatuor. Vitam pauli primi eremite z aliorum patrum monachorum. Librum chronicū omnimode historie. De seraphin librum vnum. De Osanna librum vnum. De frugi et luxurioso filijs librum vnū. Homelias Origenis. xxviij. in Hieremia z Ezechiele ex greco in latinū transtulit. Item de questionibus veteris legis Homelias in cāticis canticoꝝ duas. Cōmētariorū in epistola Pauli ad Galathas libros. iij. In epistola ad Ephesios libros. iij. In epistola ad Titum librū. j. In epistola ad Philemonē librū. j. Super Genesim librū. j. Didymi librum de spiritu sancto ex greco in latinum vertit eloquiū. In Lucā Homelias Origenis xxxviij. In psalmis a. x. vsq ad. xvj. tractatus septē. Captiui monachi gesta descripsit. Cōtra Rufinum aquileieñ. presbyterum inuectiuas plurimas. Ad beatum Augustinum epistolas multas. Item librum prohemiorum super libros diuine scripture. Ad heliodorum exhortatorium. Altercationem luciferiani z orthodoxi. Ad Eustochium de virginitate seruanda librum. j. Ad Marcellam epistolarū librum vnum. Commentarios in ecclesiasten plures. Enchiridion in psalterium. Aduersus Ioachim librum vnum. Et opuscula alia aduersus hereticos q̄ plures. De mansionibus filiorum israel librum vnum et alia innumera volumina ad edificationē ecclesie catholice sua pietate composuit. Et pene omnes libros noui ac veteris testamenti commentatus est.

¶ De sancto Antonio martyre.
Cap. xxxij.



Antonius martyr

apud placentiam ciuitatem passus est. Qui vnꝰ fuit ex sacra legione Thebeorum z socius beati Mauritij martyris. Qui de placentinis finibus egressus per orientales prouincias pertrāsiuit z multa miracula fecit. Demū ad vrbem suam rediens ab infidelibꝰ tentus z capite cesus: glorioso martyrio coronatus est. Cuius corpus ignotū dominus beato Sauino ipsius ciuitatis episcopo reuelauit. Apparuit enim vir splendidus: qui ostendit ei vbi iacebat sancti martyris corpus: qui etiam formam corporis z membra z annos militie z nomen z caput abscissum signauit: vasculum quoq plenum eius sanguine pro testimonio seruatum innotuit. Et vt ipsum corpus ex eodem loco leuaret: z digno sepulchro condere deberet admonuit qui euigilans visionem clero z populo reserauit z in loco ostenso fodere custos cepit: vbi sanctum corpus sicut episcopo ostensum fuerat per omnia inuentum est. Quod dum leuarent gutte alique sanguinis ex eo profluxerunt. In cuius translatione cū solus ibi esset Sauinus episcopꝰ z sex alij episcopi apparuerunt: q̄ essent: vel vnde venissent omnibus ignoti. Leuantes ergo corpus martyris posuerūt in sepulchro sancti victoris episcopi. Qui alias in vita sua spiritu prophetico predixerat: quod post eius obitum maior eo in ipso tumulo quiescere debebat. Sepulto quoq corpore episcopi illi qui apparuerant subito discedētes nusquam visi fuerunt: sicq sanctum corpus condigna reuerentia condiderunt pridie kalendas octobris.

¶ De sanctis Victore z Vrso martyribus.
Cap. xxxiij.



Victor et Vrsus

martyres passi sunt in Gallijs castro Salodoro. Hi fuerunt ex gloriosa legione Thebeorum: cuius Mauritius dux extitit inclytus. Qui primo diris supplicijs excruciati: sed celesti super eos lumine coruscante: ruentibus in terram ministris erecti. Deinde in ignes missi: sed in nullo penitus lesi. Nouissime gladio consumati sunt pridie kalendas octobris vt ait Ado in suo martyrologio.

Finitur liber octauus.

Prologus noni libri.



Nonus liber presentis catalogi continet in se passiones et gesta illorū sanctorū quorū festiuitates occurrūt infra tēporis q̄ ecclesia repsentat ppagatōes filiorū q̄ fuerūt ipsi⁹ ecclesie defensores:q̄les fuerūt sci martyres. ¶ Hoc aūt tēps est a kalē. octobris vsq̄ ad kalē. nouēbris. Et hoc sub figura sanctorū machabeorū quorū tūc libri leguntur:qui veri sancti martyres p fide:sic z illi p lege dei vsq̄ ad effusionē sanguinis viriliter decertarunt. Ad ipsius ergo tēporis festa pertractanda percurrēdū est. ¶ Notandum aūt q̄ q̄ sancti Machabei: videlicet Mathathias z eius filij:qui inter sanctos testamenti veteris cōnumerant: nullas certas in anno festiuitates habent:eo q̄ eorū dies obitus sunt ignoti. Idcirco in principio huius libri premittuntur eorūq̄ gesta pertractantur:quia eo tempore eorum libri in ecclesia dei leguntur. Acta etiam quorundam aliorum sanctorum eisdem Machabeis contemporaneorum:quorum similiter festiuitates certas non habent:prefatis Machabeorum inseruntur historijs vt sanctorū Onie z Symonis eius filij sacerdotum z martyris Eleazari.

¶ Finis prologi.

Incipit liber nonus

a kalendis Octobris vsq̄ ad kalendas Nouembris.

¶ De sancto Mathathia duce. Capitulum. j.



Mathathias dux populi iudeorū:cui⁹ laus z sanctitas ex gestis suis colligit̄ que in primo libro Machabeorū describūtur. Qui cū oib⁹ filijs suis a Josepho z Hieronymo in catalogo patrū sanctorū veteris testamēti cōnumerat̄. Tpe Antiochi epiphani regis Syrie z Egypti Judeorū psecutoris claruit. Hic de ciuitate Modin oriūdus:de vice Joachin quinq̄ filios illustres pgenuit:vz Joānē:Simonē:Judā:Eleazarū:Jonathan. ¶ Cū aūt rex Antiochus filios israel ad ritū gentilitatis perduxisset:z idolū q̄z sup arā tēpli dñi in Hierusalē posuisset oēs q̄z iudeos nolētes idolo sacrificare:z iuxta legē gētiliū viuere diuersis penis affligeret. Egregi⁹ Mathathias z filij ei⁹ videntes mala q̄ fiebant:detrectarūt p lege dei vsq̄ ad mortē fideliter decertare. Et cū legati regis venissent in Modin:statuētes idola:q̄dam ex iudeis immolant i modo. Et surgēs Mathathias cum suis trucidauit cum super aram:z nuncios regis Antiochi interemit aramq̄ deposuit:z cū omni tribu sua exīt i solitudinē omnia relinquēs. Ad quos multi cū filijs z vxorib⁹ cōfugerūt malētes hei bis vti q̄ cibis gētiliū coinquinari. Tūc ex missarū regis aggressi sūt eos in sabbatis:q̄b⁹ nefas erat iudeis arma capere pcusserūt quosdā alios i speluncis fumo suffocātes. Et perierūt ex eis mille:plures aūt liberati adiuncti sunt Mathathie:eumq̄ sibi ducem statuerunt:qui docuit eos pugnare in sabbatis:ne lex simul cū populo periret. Et colligēs armatos aras deposuit idolorū:immolantes quos potuit interfecit:pueros incircūcisos iussit circūcidi. Et vno anno gessit hūc magistratū. Cūq̄ grauiter egrotaret cōuocans filios suos benedixit eis z constituit eis Simonē in patrem z consiliarium propter sapientiam. Judeam vero ducē in armis propter fortitudinem. Et mortuus est Mathathias:et sepult⁹ est in Modin. Surrexitq̄ Judas cognomine Machabeus filius eius pro eo:et factus est quasi leo defendēs Israel clypeo suo. Hec ex libro Machabeorum:et ex historia scholastica atq̄ ex chronica Guilelmi.

¶ De sancto Juda Machabeo. Cap. ij.



Judas Machabeus sacerdos et dux Judeorum: filius Mathathie prefati in ducatu Judeorum patri successit. Qui primo Apolloniū ducē Samarie qui contra eū insurrexerat deuicit:z idē spolia multa tulit cum gladio eius:quo deinceps pugnauit. Inde Sarō ducē Syrie contra se venientē occidit:et eius agmina partim cecidit:partiq̄ fugauit. Quod intelligens Antiochus Epiphanes rex Syrie:omnem propriam virtutem congregauit:z multos ab insulis mercede cōduxit. Cumq̄ vidisset sibi stipendia deficere:iuit in Persidem accipere tributa regionū:relinquēs Lysiam de gñe regali super negocia regni:tradiditq̄ sibi medietatē exercit⁹:vt iudeorū genus extirparet z euerteret Hierusalē. Lysias vero elegit Ptolomeū:Nicanorē:z Georgiā viros potētes:z misit cū eis quadraginta milia peditū:z septē milia equitū:vt venirent in terrā Juda. Judas vero Machabeus cū tribus milib⁹ solummodo viris electis: hostibus suis occurrit z eos inopinatos in campestribus Emaus inuadēs multos eorū occidit:reliquosq̄ fugauit:z spolia multa tulit. Cui redeunti ingens multitudo iudeorū se coniunxit vsq̄ ad decem milia deum laudātes sup victoria obtenta. Hoc audiens Lysias cōgregauit exercitum quadraginta miliū virorum peditum ex quinq̄ milibus equitum:et venit in Judeam. Tunc occurrens eis Judas cum decē milibus in Bethoron:precursores eius statim psternit:z cū Lysia congressus de eius exercitu quinq̄ milia occidit. Quod attendens Lysias Judeorū audaciam timens rediit Antiochiam z peregrinorū presidia congregans:z cū maiori apparatu disposuit redire in Judeā. Judas vero interea Hierusalē cū populo suo venit:z templum ab alienigenis pollutum emūdauit:z de nouo dedicauit: diemq̄ Encenniorū.xxv. die mēsis nouēbris instituit. Tūc statuerūt eū ei Judei summū sacerdotē z si q̄dāmō regnū iudeorū in Judea regnatū est:qui murū Hierusalē per circuitum reparauit:turresq̄ erexit:z castellum Bethsurā ad tuitionē muniuit. ¶ Antiochus aūt rex reuertēs ad propria:audito q̄ Judas machabe⁹ suos principes debellasset:versus in furorem precepit agitari currum versus Hierosolymā vt eā euerteret. Sed

apprehensus dolore viscerum subito de curru cecidit: et collisus grauiter: post dies modicos miserabiliter mortuus est: relicto filio suo paruulo Antiocho Eupatore rege: et Philippo collectaneo suo sibi dato tutore. ¶ Eodem tempore gentes finitime iudeis reparationem Hierusalem a iuda factam egre ferentes iudeos persequebantur. Quos Judas machabeus potenter debellans idumeos percussit plaga magna: pugnans quoque contra Timotheum ducem filiorum Amon fugauit eum: ac vastata iaczer rediit in iudeam. Tunc congregate sunt gentes que erant in Galaad aduersus iudeos qui erant in finibus eorum. Qui fugientes in locum munitissimum thematmiserunt ad iudam vt ferret eis auxilium. Cumque adhuc legerentur epistole: superuenerunt nuncii a Galilea indicantes aggregari eos: qui erant in Ptolemaide et Tyro et Sydone aduersus iudeos: et vtrobique ergo hostibus nunciatis: misit Judas Simonem fratrem suum cum tribus milibus electorum in solatium Galileorum. Ipse vero cum Jonatha fratre suo et octo milibus exiit in Galaaditidem: relinquens in Judea Josephum et Azariam duces vt seruarent Judeam: sed tamen nullo interim hostium bellum committerent. Et venit Simon in Galileam: et contrite sunt gentes ab eo: et persecutus est eos vsque ad Ptolemaidem: tollensque spolia eorum et iudeos quos captiuos trahebant rediit in Judeam. Judas vero Machabeus et Jonathas frater eius transito Jordane: post triduum assumptis Nabutheis incendit Bosor et spoliauit: et nocte consurgens applicuit diluculo ad castra Timothei ducis filiorum Amon. Qui cognoscentes quod Machabeus esset: ab eo fugerunt: et ceciderunt ex eis fere octo milia: vastauitque Judas ciuitates gentium in Galaaditide. Post hec congregauit Timotheus exercitum alium: et sedit secus torrentem. Judas vero cum ad eos transiret: apparuerunt aduersariis de celo viri quinque in equis ducatum iudeis prebentes. Ex quibus duo machabeum circumseptum conseruabant hincinde. Alii vero in aduersarios tela et fulmina iaciebant. Et sic contrite gentes fugerunt ad Phanum quod erat in Carnaim: sed ipsum Judas cum omnibus qui erant in eo succendit. Congregatis ergo Judas omnibus Judeis qui erant in Galaaditide: vt veniret in terram Juda: et cum venisset in Ephron: et ciues nollent ei transitum dare: destruxit Ephron: et transiuit super interfectos. Reuersusque cum omnibus Hierusalem: obtulit holocausta in monte Syon: quod nemo ex eis cecidisset. Eodemque die redierunt cum victoria iudas de Galaad: et simon de Galilea in Hierusalem. ¶ Interea vero dum abessent Joseph et Azarias volentes sibi facere nomen congressi sunt cum gentibus et fugerunt: cecideruntque de populo duo milia. Et magnificatus est Judas in Hierusalem: vastauitque idumeos et philisteos: comburens aras et deos eorum. Quibus auditis rex Antiochus Eupator iratus nimium collegit exercitum centum milia peditum: et viginti milia equitum: et .xxxii. elephantos: et applicuit ad bethsuram iudeorum munitionem vt expugnaret eam. Quo cognito Judas collecto exercitu suo currit Antiocho regi. Et inito duro certamine ceciderunt de exercitu regis sex milia viri. Tunc conuerterunt iudei a prelio: et ascendit post eos rex: captaque bethsura obsedit Hierusalem. Sed quia esca eis deficiebat: inita pace facta rex cum iudeis: vt iuxta legibus vterentur intrauit in montem Syon: statimque rupto federe murum destruxit in gyro: occisoque Menelao: qui pontifex fuerat reuersus est Antiochiam cum gente sua. Demetrius vero Soter dictus frater Antiochi epiphanis et patruus Antiochi Eupatoris audito quod frater suus mortuus esset: cum esset Rome rediit in Syriam: qui omni populorum fauore susceptus occiso Antiocho nepote suo et Lysia eius nutritore rex constitutus est. Ad quem venientes quidam impii ex israel cum Alcimo viro alieno a genere sacerdotali qui sacerdotium ambiebat: accusauerunt Judam: quod omnes regis amicos occidisset: vel a terra sua expulisset. Rex vero constituit Alcimum sacerdotem: et misit Bacchidem cum exercitu in iudeam. Qui misit nuncios ad iudam et fratres eius in dolo loquentes de pace: nec attendit Judas sermonibus eorum. Multi vero de populo credentes ei egressi sunt ad Bacchidem: qui occidit ex eis .ccccc. viros: alii autem ab eo fugerunt. Tunc recessit Bacchides ab Hierusalem: committens regionem Alcimo reuersus est ad Demetrium regem in Antiochiam. Alcimus vero seducens populum verbis fecit mala in Israel plusquam gentes. Judas vero faciebat vindictam in viros legis desertores. Alcimus ergo videns quod non posset Judam vincere: rediit ad regem accusans illum in multis. Qui misit Nicanorem ad perdendum populum iudeorum. Et venit Nicanor in Hierusalem cum exercitu vsus inde verbis pacificis. Sed Judas intelligens eius insidias exiliit ab eo: et ad suos refugit. Sed postea congressus cum Nicanore victus est: et fugit in ciuitatem Dauid. Nicanor autem apponens manum capiti cum exiret ex Hierusalem iurauit se templum domini succensurum. Et veniens Bethoron suscepit exercitum sibi a rege destinatum. Judas vero cum .iii. milibus sequens cum commisit prelium cum eo .xiii. die mensis martii: et contrita sunt castra nicanoris: fugitque eius exercitus quos iudei persequentes eos occiderunt. Et caput nicanoris amputatum: dexteramque manum eius quam superbe contra templum extenderat suspenderunt. Linguam vero minutatim incisam auibus ad comedendum dederunt: et diem hunc solennem statuerunt. ¶ Deinde iudas cum populo romanorum confederatus est: faciens secum amicitias perpetuas in tabulis eneis conscriptas ad memoriale sempiternum. ¶ Demetrius vero rex audita morte Nicanoris misit rursum Bacchidem et Alcimum in iudeam cum exercitu copioso. Qui venerunt in berocam: iudas vero cum tribus milibus castra posuit in laisa. Qui videntes multitudinem hostium timuerunt: vnde et plures de castris se a iuda subtraxerunt: vt non remanerent cum eo nisi .dccc. viri. Sed iudas dissolutus est: quia bellum vrgebat eum: nec habebat tempus exercitum congregandi. Cumque omnes abire vellent hortatus est eos iudas: vt pugnarent pro lege domini: et potius in virtute sua morerentur quam inducere sibi opprobrium. Et hoc dicto congressi sunt cum hostibus expugnantes cornu dextrum. Qui autem in sinistro cornu erant: venerunt eis a tergo: et ingrauatum est prelium. Occisusque est iudas: et ceteri fugerunt. Simon autem et ionathas fratres eius redimentes corpus Jude ab hostibus tulerunt illud in Modin: et sepelierunt in sepulchro patrum suorum. Planxitque eum omnis populus planctu magno. Elegitque ionatham in ducem sibi. Hec vnde supra.

¶ De sancto Jonatha machabeo. Cap. iii.



Jonathas machabeus sacerdos et dux iudeorum filius mathathie suprapositi iude fratri suo in ducatu iudeorum successit. Qui accepto principatu fugit cum suis in desertum Thecue propter Bacchidem ducem Demetrii regis: de quo supra prime dictum est. Misit ioannem fratrem suum ad nabutheos amicos suos vt ei apparatum suum commodarent. Sed exeuntes filii iambri preuserunt ioannem. Quod audiens Jonathas et simon frater eius surrexerunt in filios iambri dum nuptias celebrarent: et occiderunt eos in vindictam sanguinis fratris sui. Hoc autem bacchides intellecto venit contra iordanem in virtute magna. Commissoque prelio cum ionatha et suis occiderunt ex parte bacchidis mille viri versusque in fugam rediit ad regem syrie Demetrium. Tunc Alcimus precepit destrui muros domus sancte interioris operaque prophetarum. Sed percussus a deo paralisi mortuus est cum tormento magno. Et extunc Jonathas pontificatum tenuit. ¶ Eodem tempore quidam iniqui ex israel reduxerunt bacchidem ducem regis demetrii in iudeam. Qui voluit comprehendere ionatham occulte sed non potuit: quia innotuit eius consilium ionathe. Qui apprehendens .l. viros ex insidiis occidit eos: et secessit cum suis in bethbessa que est in deserto. Et ascendit bacchides: et obsedit bethbessa. Et egressus Jonathas percussit per noctem multos hostium in tabernaculis suis. Et pugnauit contra Bacchidem et contritus est ab eo. Qui iratus contra viros

qui reduxerunt eū in iudeā:multos ex eis occidit. Dein de cū ionatha pacē firmauit reddēs ei captiuos:quos predat⁹ fuerat. Et sic rediit in terrā suā. Jonathas autem sedens in machinas iudicabat ibi populū ⁊ exterminauit impios ex israel. ¶ Post hec egressus quidam extreme sortis iuuenis noīe Alexander:adiuuantibus se Ptolomeo philometre rege egypti:et attallo rege asie bellū demetrio regi syrie intulit:victūqꝫ vita et regno priuauit ⁊ sic regnū ei⁹ obtinuit. Qui mox audita fama ionathe ⁊ fratrū suorū scripsit ad eū epistolas cōstituens eum sibi amicū misitqꝫ ei purpurā ⁊ coronas. Et induit se ionathas stola scā in die solēni scenophegie ⁊ ꝯgregauit exercitū:⁊ fecit sibi arma copiosa. ¶ Cū autem alexander rex Cleopatrā filiā Ptolomei euergetis regis egypti in vxorē duceret ⁊ apud ptolemaidam ꝯuocauit ad se ionatham ducem iudeorum ac summum sacerdotē:q̄ inuenit gratiā in cōspectu predictorū duorum regū. ⁊ honoratus est ab eis. ⁊ indut⁹ est purpura ⁊ scriptus inter primos amicos regis. Et sic honorat⁹ hierusalem cū gloria magna regressus est. Qui deinde cū romanis amicitias renouauit ⁊ cū lacedemoniis de nouo cōtraxit. ¶ Post hec aūt demetri⁹ fili⁹ primogenitus demetrii olī regis syrie:resumptis virib⁹ rediit in maritimā philistinorū ⁊ in syriā celes:ducēqꝫ sui exercitus cōstituit apollonium:qui ionatham prouocauit ad bellū. Egressus ionathas de hierusalē cū decem milibus venit ioppē:⁊ expulso inde apollonio obtinuit eam. Deinde cōmisit cum eo prelium in cāpo:fugiētesqꝫ equites apollonii in azotū intrauerūt phanum Dagon. Jonathas vero eos insecut⁹ phanū cū eis:q̄ intus erāt succēdit:fuitqꝫ numerus occisorū octo milia inde transitum faciens per ascalonē:susceptus est cū gloria:indeqꝫ rediit hierusalē. Qđ audiēs alexander rex:addidit adhuc glorificare ionathā mittens ei tabulā aureā q̄ solet dari cognatis regis vtebatqꝫ ionathas insignibus regis. ¶ Cum autē alexāder perambulasset in superiores partes Syrie:socer eius ptolomeus rex egypti cum virtute magna ingressus est syriam. Cui vtpote regis socero ciues occurrūt ⁊ ciuitates ei aperuerunt. Qui obtētis vrbibus in dolo tulit filiā suā:quā alexandro in coniugē dederat:⁊ tradidit eam demetrio quondam filio demetrii regis:⁊ imposuit ei diadema syrie et egypti. Qđ alexāder agnoscēs venit cōtra eū:sꝫ a ptholomeo victus fugit in arabiam cum antiocho filio suo ad parētes maternos. Rex aūt Arabum timens ptolomeum:occidit alexandrū filiumqꝫ eius reseruauit. Et sic regnauit demetrius in syria per ptolomeum. ¶ Eodem tempore cum ionathas expugnaret arcem hierusalem:demetrius nouus rex syrie venit ptolemaidam:⁊ scripsit ionathe:vt sibi occurreret arce dimissa. Qui veniens ad regem honoratus est ab eo:⁊ in sacerdotiū confirmatus. Interea cum misisset ionathas machabeus tria milia electorum virorum ⁊ liberassent regem quem antiocheni volebant occidere. Rex quoqꝫ postmodum pacem cum antiochenis fecisset:ad eorū suasionē vexauit ionatham valde recedēs ab eo. Sed postq̄ tryphon de arabia reuersus adducto secū antiocho alexandri filio venisset antiochiam:eamqꝫ vi armorū obtinuisset:⁊ demetrium expulisset:impositoqꝫ sibi antiochus diademate regnare cepisset scripsit antiochus ionathe gratas epistolas:fecitqꝫ secum amicitias:⁊ in sacerdotē illum cōfirmauit. Simon autē fratrem eius principem iudeorū cōstituit. ¶ Post modū vero cogitauit Tryphon occidere Antiochum quem regē Syrie sublimauerat:⁊ regnū inuadere:sed timuit Jonatham ducem iudeorū strenuissimū Antiochi defensorē. Eligensqꝫ primū ionatham occidere:scripsit ei:vt sibi in Bethseam occurreret. Qui dum venisset ad eū cū quadraginta milib⁹ virorū:suasit sibi Tryphon vt paucis assumptis secum iret ad ptolemaidā:quā sibi traderet possidendā. Et credidit ei ionathas. Cepitqꝫ illū Tryphō ⁊ qui cū eo erant occidit. ionathā vero in custodia detinuit. Deinde veniēs hierusalem scripsit. Simoni:q̄ pro argēto quē Jonathas debebat eum detinuerat. Quod si mitteret centū talēta argenti ⁊ duos filios eius obsides ipsum remitteret. Simon autē licet dolum cognosceret:ne tamen popul⁹ murmuraret ꝙ fratrē nollet redimere:misit pueros cū argento. Et mentitus est Tryphon:occiditqꝫ Jonatham ⁊ filios eius. Reuersusqꝫ Antiochū occidit Antiochū dūm sumpsit ⁊ regnū vsurpauit. Simō aūt accipiēs ossa Jonathe fratris sui ⁊ filiorū sepeliuit ea in tumulo paterno in Modin. Factusqꝫ est dux iudeorū loco fratris. Hec vnde supra.

¶ De sancto Simone Machabeo. Capitulum. iiij.



Simō machabe⁹ dux ⁊ pontifex iudeorū filius supranominati Mathatie Jonathe fratri suo in ducatū iudeorū successit. Qui accepto p̄ncipatu faciens pacē cū Demetrio rege:quē Triphon a regno Syrie expulerat:vt supra primo dictū est:misit ei munera vt faceret remissionē regioni iudeorū. Demetri⁹ aūt oblata grāter accipiens absoluit iudeos ab oī tributo. Extūc cepit popul⁹ Jsrael scribere in tabulis ⁊ gestis publicis annotationes temporis. Tūc descēdit Simō in Gazā:⁊ capta ciuitate eiecit idolatras ex ea ac mūdauit eā. Dehinc obsedit illos q̄ erāt in arce in hierusalē. Quib⁹ inde eiectis ⁊ arce mūdata intrauit in ea Simō cū musicis instrumētis hymnis ⁊ ramis palmarū statuens vt oīb⁹ ānis agerent:hic dies cū leticia:videns aūt Simō Joāne filiū suū ꝙ vir erat prelio:posuit eū sub se ducē:⁊ dedit ei Gazā ad habitādū. ¶ Eodē tpe cōgregauit rex Demetri⁹ exercitū vt Tryphonē q̄ eū ab Antiochia fugauerat expugnaret. Sꝫ Tryphō auxilio regis Persidis Demetriū vicit:quē princeps regis Persidis viuū cepit:⁊ apud hyrcaniam in custodia posuit. Antioch⁹ aūt frater Demetrii hoc audiēs:q̄ i Asia educatus fuerat venit in Syriā. Except⁹ ab oībus cū fauore ꝓsecut⁹ est Tryphonē:q̄ regnū occupauerat:eoqꝫ fugato regnauit in Syria. Symō aūt dux iudeorū dilatatis finib⁹ suis:⁊ facto portu in Joppe cū haberet ꝗꝫ pacem:misit ad lacedemonios ad innouādū fraternitatē. Romanis quoqꝫ misit clypeū aureum:⁊ recepit ab eis amicabilia scripta de amicitia ⁊ vnione cōfirmata. Cū ergo Antioch⁹ rex Syrie Tryphonē apđ Dorā obsedisset:⁊ misit ei Simō Machabe⁹ duo milia virorū in auxiliū:⁊ argētū ⁊ aurū multū. Qui noluit ea recipere:sed fregit pactū ꝙ fecerat cū Simone anteq̄ rex esset cōstitutus:misitqꝫ ad eū Anthenobiū militē mandās vt redderet sibi arcem que erat in hierusalē:Joppem ⁊ Gazam atqꝫ tributa locorum quibus dominatus fuerat:alioquin veniret contra eum. Cumqꝫ venisset Anthenobi⁹ hierusalem ⁊ vidisset gloriam ⁊ apparatum Simonis ⁊ affluentiam auri ⁊ argenti miratus est. Cui Simon constanter contradixit:⁊ eum vacuum ad regem remisit. Qui rediens regi retulit verba Simonis ⁊ gloriam eius. Cum autem iam Tryphon de dorā fugisset:audiens rex sermonibus Simonis Tryphonem insecutus est:relinquens Cendebeum ducē exercitus vt expugnaret Judeam. Qui Cendebeus cedronem edificauit ponens in ea milites vt vastarent fines iudee. Simon autē dux ⁊ pontifex iudeorum cum iam senuisset:vocatis duobus filiis suis maioribus Juda ⁊ Joāne:posuit eos loco sui vt pugnarent pro populo dei:deditqꝫ illis viginti milia pugnatorum qui profecti sunt aduersus Cendebeum. Cumqꝫ venissent ad quendam fluuium timebant transire:sed Joannes prior transiuit:⁊ secuti sunt eum omnes. Conuersusqꝫ est:Cendebeus in fugam et castra eius. Cecideruntqꝫ ex eis duo milia virorum. Et reuersi sunt filii Simonis victores. ¶ Post.

hoc aūt Ptolomeus filius Abobi qui erat dux constitutus in Hiericho: cū esset gener Simonis ducis iudeoꝝ: inuitato eo ad prandiū Hierichō: occidit eū cū duob⁹ filiis Juda ⁊ Jonatha in dolo: vt principatū obtineret. Misit quoqꝫ nuncios occupare Hierusalem: ⁊ alios in Gazā vt interficerent Joannē. Sed precurrens quidā in Gazā nunciauit Joanni que facta fuerant. Qui festinauit occupare Hierusalem: occiditqꝫ eos qui venerāt eū perimere. Et factus est dux pontifex iudeorum post patrem qui etiā corpora patris ⁊ fratrū precio redēpta ab his qui erāt in Hiericho: sepeliuit in tumulo paterno in ciuitate Modin: vbi et Judas et Jonathas depositi fuerant. Hec vnde supra.

De sancto Joanne Machabeo.
Capitulum. v.



Joannes machabeus cognomine Hyrcan⁹ dux ⁊ pōtifex iudeorū filius supradicti Simonis post mortem patris in ducatu iudeoꝝ successit. Quē Joseph⁹ in trib⁹ cōmendat: scꝫ in religiōe sacerdotij: in strenuitate ducat⁹: ⁊ qꝛ vir ꝓpheta erat. Qui accepto ducatu insecut⁹ est Ptolomeū qui patrē ei⁹ dolo interfecerat: ⁊ matrē suā cū duobus paruulis tenebat in vinculis: ⁊ confugerat ad oppidum vltra Hierichontā: qđ vocabat Agon. Obsesso quidē oppido cū Joānes ipsum acriter impugnaret. Ptolome⁹ matrē ⁊ fratres Joānis sup muros vsqꝫ ad sanguinis effusionē cedebat. Propter qđ fract⁹ pietate Joānes ab impugnatiōe se temperabat: matre tñ clamante ne pro se scelus Ptolomei sineret inultū. Mortē enī suā sic iudicaret immortalitatem meliorē. Ob hoc diutius tracta obsidione cum septimus annus iudeis feriatus veniret: Joannes ab obsidione recessit. Ptolomeus vero matre ipsius ⁊ fratribus occisis confugit ad Zenonem Philadelphie tyrannum: qui Cotilla cognominabatur. Deinde Joannes aduersus hircanos bellum gerens ⁊ eos deuincens: hircani nomen accepit: ⁊ a romanis ius amicitie postulans decreto senatus inter amicos relatus est. Postmodum autem Samariam que nunc Sebasten vocatur obsidione captā solo coequauit: quā suo tempore Herodes instaurans: Sebasten in honore Augusti vocari voluit. Hic prim⁹ instituit Xenodochium pauperum in Hierusalem. Et mortuus est annis. xxxiii. rebus optime administratis relictis quinqꝫ filiis: scilicet Aristobolo primogenito: et Antigono cum tribus aliis. Cumqꝫ nullus eorum ad regendum populum sufficeret: vxorem suam discretissimā Judee prefecit ⁊ filiis. Sepultusqꝫ est in modin. Hec ex historia scholastica: ⁊ ex chronicis Josephi. Hieronymi atqꝫ Guilelmi.

De sancto Simone sacerdote.
Capitulum. vi.



Simon sacerdos filius Onie temporibus Machabeorum in Judea claruit: de cu⁹ sanctitatis et strenuitatis cumulo: multa laudabilia Ecclesiastici. v. ca. legunt. Qui templū dñi in Hierusalē nō solum reparauit: sꝫ cultu mirabili amplianit. Doctrina etiā diuine legis in populo floruit: sub Jesu filio Sirach sapientie librū cōponēte: q̄ ecclesiasticus dr̄: vocauit eū Panaretē: Simonis etiā ipsius in eo vt dictū est: laudabilē faciēs mētionē. Qui tpe Antiochi magni regis Egypti Judeoꝝ post postmodū ꝑsecutoris in pace senio vitā finiuit. Hec ex lib. Eccli. ⁊ ex chronica Guilł.

De sancto Onia sacerdote. Ca. vii.



Onias sacerdos iustissimus filius supradicti Simonis: cui⁹ laus ex scđo Machabeoꝝ libro colligit: ⁊ inter sanctos testamēti veteris a Josepho cōnumerat: prefatis patrib⁹ contēporane⁹ extitit: cu⁹ ope ac pietate cū sancta ciuitas in oī pace habitaret: ⁊ templū dñi a regib⁹ gētiū oblationib⁹ multis veneraret: offenso Onia pontifice ꝑ Simonē tēpli ꝑpositū. Simō ad Apoloniū ducē celes: Syrie ⁊ fenicis cōfugit: ⁊ multis sibi ꝓmissis muneribus sacerdotiū sibi vēdicare cepit. Quo audito Seleucus philopater rex Syrie misit Heliodorū militē suū in Hierusalē ad spoliandū oē erariū tēpli: nō vasa: sed donaria in vsus tēpli. Quo tēplū ingresso apparuit terribilis sessor equi ⁊ conculcabat eum: duoqꝫ iuuenes splendidi quos Josephus angelos fuisse asserit: eidemqꝫ apparuerunt: qui dextra leuaqꝫ sessorem equi circunstantes: Heliodorum ad mortē flagellauerunt. Timens autem Onias indignationē Seleuci: obtulit pro Heliodoro sacrificium: ⁊ orauit ad dominum. Statimqꝫ ille ab angelis dimissus est: dicentibus ei ꝙ orationibus Onie eidem deus vitā donasset: qui continuo surrexit illesus: ⁊ ad regem rediens cuncta gesta narrauit. Tempore autem Antiochi regis cum Onias vidisset mala que fiebant in Hierusalē populo iudeorum ad gentilitatē peruerso. Et qꝛ duo fratres ei⁹: scꝫ Jason ⁊ Menelaus de pōtificatu cōtēdētes vt placerēt Antiocho ad ritus gentiū declinassent. Juit ad Antiochum regem in Antiochiam tentare cupiens si posset eius animū immutare qđ cum nequisset sedebat apud Antiochiā in Asylo. Cū autē quinquennalis agno apud Tyrum celebraretur ⁊ rex Syrie Antiochus ibi esset: Jason qui pontificatum in Hierusalem ab eo emerat: misit regi. ccc. argenti drachmas in sacrificium Herculis. Post hec veniens Antiochus Hierusalem cum susceptus esset a Jasone honorifice: tantum fecit Menelaus frater Jasonis ⁊ Onie ꝙ ipse sacerdotium a rege haberet: et Jason in exilium missus esset. Deinde Menelaus faciens conuocari Oniam de Asylo: in quo erat apud Antiochiam in Hierusalem datis Andronico: cui Antiochus Judeam commiserat regendam quibusdam vasis templi que furatus fuerat: fecit Oniam per eisdem Andronicū occidi. Cuius sedis cū querela ad regem Hierosolymam redeuntē delata esset: recordatus viri sanctitatem fleuit Oniā ⁊ Andronicū purpura exutū ⁊ ꝑ totā ciuitatē circūductū: in eodē loco quo Oniā peremerat occidi iussit. Hec ex secūdo libro. Machab. ⁊ ex aliis quib⁹ supra libellis.

De sancto Eleazaro martyre. Ca. viii.



Eleazarus martyr vn⁹ ex priorib⁹ scribarū Hierusalem Machabeis cōtemporane⁹ sub Antiocho rege iniquo ne legē dñi sanctā violaret martyriū passus est. Et in secūdo Machabeorū de martyrū tolerantia cōmēdat. Cū enī esset etate ꝓuect⁹ cōpellebat suillas carnes sacrificii mādutare. Quidā vero amici ei⁹ veteres carnes licitas secreto afferentes rogabant vt simularet se ad regis imperium manducare carnes porcinas. Quod renuens aiebat se velle exemplum forte adolescētibus mortis relinquere ne illicita simulādo alios suo exemplo ad nefaria prouocaret. Sicqꝫ etiā odiū se diligentium incurrit. Et plagis multis perēptus memoriā mortis suē ⁊ exēplū fortitudinis dereliquit. Hec vnde supra.

De sancto Remigio episcopo.
Capitulum. ix.

Remigius



Remigius episco-

pus Remēsis tpe Clodouei regis Frā
corū in Gallis claruit. Qui ex eadē vr
be z Nobilib⁹ parētib⁹ exort⁹: z a quo
dam eremita nasci taliter est p̄uisus.
Cū enī Wandaloꝝ psecutio fere totā
Frāciā deuastasset: z qdā reclusus vir
letus z cecus: p pace eccl'ie Gallicane
ofiz exoraret: angelus dei eidē in visu
astitit: z Remigiū ex Zelina muliere
nasciturū nūciauit: q gētē suā a ma-
lorū incursib⁹ liberaret. Qui cū euigilās visa Zenile nar
rasset: z illa vtpote iā anus hoc credere nollet: ait ille vir
dei q postq̄ pueꝛ ablactaret: oculos ipsi⁹ ceci lacte suo
pungeret z cōtinuo visuꝫ recuparet. ¶ Cū aūt hec oīa
p ordinē pcessissent: Remigi⁹ mūdū fugit z monasteriū
introiuit. Crescēte aūt ei⁹ fama cū esset annoꝝ. xxii. ab
oī populo in Remēseꝫ archiepꝫ est elect⁹. Tāte aūt man
suetudinis fuit: q etiā ad mēsaꝫ ei⁹ passeres veniebāt: z
de manu ei⁹ ciboꝝ reliquias comedebant. ¶ Quodā tē
pore hospitat⁹ i domo cuiusdā matrone: cū illa modicū
vini haberet: Remigi⁹ cellariū introiuit z sup doliūm
crucē fecit. Moxq3 vinū crescēs desup egredit ita q p
cellariū fluebat. ¶ Hic aūt prim⁹ gētē Frācoꝝ sua do
ctrina ad fidē xpi cōuertit. Cū aūt Clodoue⁹ rex Fran
coꝝ gētilis esset: nec ab vxore xpiana cōuerti posset: vi
dēs q infinit⁹ exercit⁹ Allemanoꝝ sup se veniret: dño
deo quē vxor sua colebat votū vouit: q si de hostib⁹ sibi
victoriā cōcederet mox xpi fidē susciperet. Qd cū fuisset
ad libitū assecut⁹: Remigiū epꝫ adijt: z se baptisari pe
tijt. Cūq3 ad fontē venisset: z chrisma sacrū nō haberēt:
ecce columba āpullā cū chrismate in rostro detulit: de q
regē pōtifex liniuit. Hec aūt ampulla in Remēsi eccl'ia
vsq3 hodie conseruatur: z inde continue reges Frācie in
unguntur. Rex aūt xpianus effectus volens Remēsem
ecclesiaꝫ dotare, beato Remigio dixit: vt qtū circuiret:
donec ipse meridie dormiret: tm̄ ei concederet: quod et
factum est. Sed cū quoddā molendinū haberet intra
fines circuitus molendinarius ipsum dñi circuiret cuꝫ
indignatione repulit. Cūq3 Remigius ei diceret: q vna
secum habere molendinum cōe paratus esset. Ille ite-
rum eum reiecit. Statimq3 rota molendini in contra
riū verti cepit. Sed cū molendinari⁹ sanctū virū ad se
reuocaret vt molendinum cōiter secū haberet: illeq3 ei
rñdisset: q neutri⁹ esse oporteret: statim se terra appe-
ruit: z molendinum protinus deglutiuit. ¶ Preuidens
Remigi⁹ famē futurā cū in quadā valle bladi cumulos
cōgregasset: rustici inebriati seius puidētiā deridentes:
ignē in segetē supposuerūt. Qd ille audiēs illuc venit: z et
p frigore etatis z vespertini tpis: se calefaciens: z trāquil-
lo corde dixit. Sēp focus bon⁹ est. Illi vero q ignē accē
derāt oēs mares in genitalib⁹ diruti sunt: omnesq3 fe-
mine gutturose fuerūt. Et tales oēs semp in villa ipsa
deinceps extiterūt: quousq3 per Carolum disperse sunt.
¶ Hic etiam btūs epūs inter alia p euꝫ ostensa miracu
la puellam quandā a morte corporis suscitauit. Qui et in
pace quieuit kalē. octob. ¶ Cum autem corp⁹ eius ad
ecclesiam sanctorum Timothei z Apollinaris in vhere-
tro deferretur secus ecclesiā sancti Christophori: cepit
adeo pōderare: q nullatenus moueri poterat: vnde co-
acti illi dominū rogauerūt: vt eis ostenderet si forte cor
pus illud in ipsa ecclesia vbi nulle sanctorum erāt reli-
quie sepeliri vellet. Statim corpus leuissime intra eccle
siam tulerunt: vbi cū multa miracula fierent ecclesiam
ampliarunt: z facta crypta retro altare dum corpus ibi
ponere vellent: mouere iterum nullatenus potuerunt.
Cum autem in orationibus pnoctaret: z media nocte
oēs pariter obdormissent: in crastinum inuenerunt cor
pus sancti in ipsam cryptā ab angelis deportatum. Flo
ruit circa annos dñi. cccc. ¶ Hic doctor illustris eccle
sie dei in exponēdis scripturis diuinis mirabilis z stu-
diosus fuit: plurimaq3 opuscula condidit: Commenta-
rios super psalmos compillauit. Super. iiii. quoq3 euā-
gelia vtiles expositiones edidit.

¶ De sancto Bauone confessore. Cap. x.



Bauon qui z Alo

ni⁹ p sctm̄ Amādū epm̄ z Eluonē eēz: q i
Gallia pdicabat ex pdone puersus: z
Gādaui reclusus est: vt ait Sigiber-
tus. Hic in iuuētute secutꝰ voluptatē
prauis actib⁹ exercēs: habuit vxorē fi
liā comitis Odulonis: ex q genuit Gel
drudē vginē xpi. Vxore aūt defuncta
aliā supducere voluit: ꝫ interiꝫ a san
cto Amādo ad penitētiā cōuersus re
lictis oīb⁹ fact⁹ est cleric⁹ in cenobio
gādauēsi. Et cū fabricaret cella: in q includi debebat vt
ipse poposcerat: z quidam ad opus commentum in cur
ru deferret: caneseq3 multi eum circundantes sibi insul
tarent: ille impatiens Bauonē blasphemauit. Quē dia-
bolus ilico subuerso curru vehiculum cū animalibus
super eum piecit: z depressum extinxit. Quē vir dñi ora-
tione z lachrymis suscitauit. Quadam die cum vidisset
quendam: quem ipse secularis existens vendiderat: ge-
nibus illi⁹ puolut⁹: veniā petijt: z ab eodē vix obtinuit:
vt vinctis ferro manib⁹ ac pedibus carceri traderetur.
vt sic penitentiā ageret de cōmisso z aliis sceleribus per
petratis: vbi vsq3 in primā extr⁹ sui die pstitit: mira pe-
nitētia carnē atterens z peccata sua cōtinue deflēs. Hor
deaceo pane cinere mixto: z potu modice aque cōtētus:
vilissimū cilicium super stratū suum expensum habe-
bat cineribus desup aspersis: lapideq3 capiti supposito
dormitabat. Et dum ad laudes deo saluēdas surgeret:
lapidem ipsum vix a duobus deferendum humeris ba
iulabat. Ibi quoq3 obediētiā regule nūq̄ dimisit: z mul
ta diaboli tētamina deuicit. Qui vt eū ide deijceret in di
uersis illis feraꝫ z serpentiū formis apparebat: ꝫ mox
ipsum sopori dedit: angel⁹ eū in colūbe specie cōforta-
bat. Cū autē morti appropinquaret ministrū suū mi-
sit: vt deuotū sibi p̄sbyterū longe positū ad se vocaret:
q: viaticū sibi deferret quē ignorantē viā angelus dñi
vsq3 ad p̄sbyterū deduxit: z illeq3 ad Bauonē cōcitus ve
niēs: diuina ei s[a]cramēta ministrauit: statimq3 vir dñi
in pace qeuit kal'. octobris cui⁹ obit⁹ ptinuo Geltrudi
vgini longi⁹ absenti diuinit⁹ reuelat: eiq3 vt scti corpi
vestimēta ad sepeliēdū mitteret mādat: qd z illa festinā
ter adīplere curauit: z qb⁹ vir sctūs inuolut⁹ sepult⁹ fuit.

¶ De sancto Piatore martyre. Cap. xi.



Piator martyr a-

pud Tornacensi oppidum passus
est q cum beato Dionysio epo suis-
q3 socijs ab vrbe Roma egressus
Galliā predicationis causa expetijt
z ab eodem p̄sbyter ordinatus fuit.
Atq3 postmodū pro cōfessione noīs
xpi consummato martyrio ad dñm
migrauit Kalen. octob. vt ait Ado.

¶ De translatione sancti Ger
mani episcopi. Cap. xii.



Trāslatio corpo-

ris sancti Germani Antisiodorēsis
epi apud eandē ciuitatē colit kalen
dis octobris: quo vez die corp⁹ eius
de Rauenna trāslatū: vbi in pace dor
mierat: Antisiodorum delatū est: qd
regina Placida ad Galliā vt eidē in
extremis agenti promiserat destina
uit: vt supradictum est in eius legen
da pridie kalen. Augusti. ¶ Cū aūt
btūs German⁹ p ciuitatē Vercel-

tuscem transiēs: Eusebio ep̄o ꝓmisisset: quod in redi-
tu eius Rauennam pergentis ecclesiam: quam ille fun-
dauerat dedicaret: audiens Eusebius ꝙ Germanus de-
functus esset: ecclesiam consecraturus cereos accendi
fecit. Sed quanto plus accendebantur: eo amplius extin-
guebantur. Quod videns Eusebius intellexit ecclesiam
alio tempore dedicandam. Cū ergo corpus sancti Ger-
mani quod ad gallias transferebatur. Vercellas dela-
tum esset mox vt in ecclesiam ipsaȝ inducitur cerei om-
nes diuinitus inflāmantur. Tunc Eusebius promissio-
nis memor intellexit: vt quod Germanus viuens se fa-
cturum promiserat: mortuus adimplebat. Sicq̄ tali de-
dicatione contentus ecclesiā dimisit. Et corpus ad ec-
clesiam suam delatum ibidem honorifice conditum est.

¶ De sctis Leodegario ep̄o et Gerino marty. Ca. xiij.



Leodegarius epi-

scopus et Gerinus martyres apud Eduē-
sem ciuitatē passi sunt tēpore Chil-
derici regis francorum. Qui Leode-
garius dum esset episcopus Eduen-
sis Clothario rege decedente volun-
tate dei et principuȝ cōsilio Childe-
ricū fratrem Clotharij adolescentē
idoneum prefecit in regem. Hebro-
nius vero maior domus regie Theo-
doricū Chuderici Germanū pficere
nitebatur: non propter regni cōmodū: sed quia omni-
bus odiosus tirani regis et principū verebatur. Timēs
igit̄ regē Hebronius licētia obtēta monasterium introi-
uit. Rex vero Theodoricū ne cōtra regnū moliretur in
custodia detinebat: et prudētia ep̄i oēs populi pace gau-
debāt. ¶ Sed post aliquod tp̄s rex malignorū consilio
in tantum Leodegarij odiū incitat: ꝙ opportunitatem
mortis eius inq̄rebat. Episcopus vero blande ferēs: et ini-
micos vt amicos amplectens: egit cum rege: vt in vrbe
cui p̄erat die pasche celebraret: et cū eodē in mēsa cōmu-
nicaret. At vero cū audisset ꝙ rex eius mortem perfice-
re decreuisset: sic persecutorē pfugit ꝙ in Luxouiēsi mo-
nasterio dūo seruiēs etiaȝ Hebronio: q̄ in ipso cenobio
in monastico habitu latitabat: deuote seruiuit. ¶ Post
modicū rex morit̄ et Theodoricus in regē sublimat̄. Leo-
degarius vero populus sui lachrymis et precibus motus: et ab-
batis imperio cōpulsus: ad sedem suam rediit. Hebro-
nius quoq̄ statim apostatauit: et regis seneschalus est or-
dinatus. Cui deterior effectus Leodegariū occidere nite-
batur. Missis igitur militibus cū cepit. Qui in habitu
pontificali detentus ab eisdem excoculatus est: sicq̄ di-
missus. Post biennium vero sanctus Leodegarius cuȝ
fratre suo gerino quē Hebronius relegauerat: in pala-
tium regis adductus: dū ad irrisiones Hebronij sapiē-
ter et pacifice responderet nequissimus ille iussit Geri-
num lapidibus obrui: ꝓ̄m vero tota die nudis pedibus
per quendam fluuium super acutissimos lapides de-
currentē deduci. Et audiens ꝙ in his tormentis deum
laudaret linguā eius p̄cidi fecit: et post modū cuidā cu-
stodi tradidit. Ille aūt vsum loquēdi nō admittēs pre-
dicando populorū instabat: et p̄dicēs quō et qualiter Hebro-
nius moriturus erat. Lux etiam immensa in modū co-
rone eum circūdedit. Quod Hebronius audiēs missis
quatuor spiculatoribus eum decollari mandauit. Quorū
tres verba eius pacifica audientes: adeo sunt compun-
cti: ꝙ ad pedes eius procidentes veniam postulabant.
Quartus vero cum eum decollasset a demonio arripi-
tur et in ignem proiectus expirauit. ¶ Expleto biennio
audiuit Hebronius corpus sancti miraculis illustrari:
et inuidēs: misit militem ad vidēdū si sic veritas se habe-
ret. Qui veniēs et sanctū corpus deridens: ac tumbā cal-
ce percutiens statim a demonio inuasus expirauit. De-
inde Hebronius scdm qd sanctus predixerat: gladio ne-
quiter occisus est. Passio horum martyrū agit̄. vj. non.
octobris. Qui passi sunt circa annū domini. cccclxx.

¶ De sanctis Eleutherio et alijs innumerabilibus
martyribus. Cap. xiiij.



Eleutherius mar-

tyr et alij innumerabiles martyres
apud Nicomediam sub Diocletiano
imperatore: huius occasione passi sūt.
Contigit enim aliquam partem pa-
lacij incendio conflagrare. Hoc im-
perator a christianis factum falsa su-
spicione presumens iubet omnes col-
lectos coaceruari: et alios gladijs ob-
truncari: alios ignibus cōsumi. Quo-
rū prior et nobilior Eleutherius ceteros hortabatur: ita
vt eorum aliqui se sponte ignibus traderent: alij vero se
vltro gladijs offerrent. Et cum etiam ipsos ministros
nimia crudelitas horresceret: partem illorum nauicu-
lis impositos in medio pelagi adductos in profunduȝ
demergebāt. Alij vero crudeliores quorundā martyruȝ
effodientes cadauera in mare proijciebant: ne forte dij
christianorum efficerentur. Beatus vero Eleutherius
immanissimis tormentis cruciatus victoriam suam p
ignem velut aurum examinatus compleuit. Cuius re-
liquias furtim christiani quidam in ciuitate Nico-
medie condiderunt. Qui passi sunt sexto nonas octo-
bris.

¶ De sctis duobus Euādis presbyteris et martyribus.
Capitulum. xv.



Euandus et alter

Euandus ambo presbyteri et mar-
tyres apud antiquos Saxones pas-
si sunt. Qui cum Wilboldo epi-
scopo veniētes Germaniam trans-
ierunt ad Saxoniam anno Iusti-
ni imperatoris. vij. quorum vnus
dicebatur Euandus albus: et alter
Euandus niger. Et cum ibidē chri-
stum predicarent a paganis tenti et
occisi sunt. Ad quorum corpora no-
cte diutius lux apparens: et vbi essent: et cuius essent me-
riti declarauit: qui iussu Pipini regis in Agrippinensi
colonia sepulti sunt. Passi sunt autē. v. non. octob. Hec
Ado et Sigibertus.

¶ De sancto Dionysio episcopo et martyre.
Capitulum. xvj.



Dionysius episco-

pus et martyr apud Athenas passus
est. Qui post clarissimam confessio-
nem fidei: post grauissima tormen-
torum genera glorioso martyrio co-
ronatus est: vt testatur Aristides
Atheniensis vir fide sapientiaq̄ mi-
rabilis: eo videlicet tempore quo de
christiana fide librum composuit.
Qui passus est quinto nonas octo-
bris. vt ait Ado in suo martyrologio.

¶ De sctis Crispo et Caio discipulis. Cap. xvij.



Crispus et Caius

discipuli apud Corinthū claruerunt:
q̄s ad Corinthios epla p̄ia ad prin-
cipiū aplus se scribit baptizasse. Huius
etiā Caij meminit idē aplus ad Ro-
manos. xvi. et eidem Ioannes tertiā
epistolam scribit: et vt dicit glo. Roma-
norum. xvi. Crispus autem ille est
de quo Actuum. xviij. cap. mentio fit
qui ambo apud Corinthum quieue-
runt quarto nonas octobris et eorum corpora ibidem
tumulata seruantur. Hec Ado.

¶ De sctō Frācisco cōfessore ordinis minorum. Capitu.xviij.



Franciscus ordinis minorū dux ⁊ fundator: primꝰ in ciuitate Assisi ortꝰ: filius Petri bernardonis negociator effectus vsqꝫ ad vigesimū etatis sue annū: tempus suū vane viuēdo cōsumpsit: quē dn̄s infirmitatis flagello corripuit: ac in virū aliū subito trāsmutauit: ita ꝙ iam spū ꝓphetico pollere cepit. Et romā tēdens causa deuotionis vestimēta sua paupibꝰ tribuit: ⁊ iā paupertatis amator: pauperis vestimēta induit: ⁊ ante ecclesiā sancti Petri inter pauperes sedit: ⁊ cū eis velut vnꝰ ex ipsis māducauit. Et simile sepiꝰ fecisset: nisi cū notorum verecūdia impedisset. ¶ Quendā leprosum obuiū habēs in oscula eiꝰ ruit ⁊ ille post hec statim disparuit: quapropter ad leprosos ꝓperat ⁊ eorū manꝰ deosculās pedesqꝫ lauans: eidē pecuniā donat. ¶ Ecclesiā sancti Damiani orationis causa ingreditur: ⁊ imago crucifixi cū miraculose alloquit: mādās vt ad domū suā reparādam accederet que vt ipse cernebat tota destruebatur. Ab ea ergo hora crucifixi cōpassio mirabiliter cordi eiꝰ infigit. Instititqꝫ solicite ecclesie reparande: ⁊ venditis oībus cū pecuniā cuidā presbytero daret: ⁊ ille eā timore parētū accipere formidaret corā ipso illā ꝓiecit: quapropter a patre ligatꝰ ⁊ clusus: eidē pecuniaꝫ restituit: ac vestē pariter resignauit: ⁊ sic nudus coraꝫ epo ciuitatis oībus paternis bonis renunciās ad dn̄m cōualuit: ⁊ se cilicio induit. ¶ Quadā die cū audiret ea q̄ dn̄s ad discipulos suos ad predicandū missos locutꝰ est: illatum ad vniuersa ad literā seruādā cōsurgit. Soluit calciamentum de pedibꝰ: tunica vna sed vili induit: ⁊ ꝓ corrigia mutauit funiculū. ¶ Tempore niuis ꝑ siluā ambulās a latronibꝰ capit: ⁊ interrogatꝰ quis esset: se dei preconē asserens in niuē cesus ꝓiicit. Multi deinde clerici ⁊ laici spreta seculi pompa eiꝰ vestigiis adheserūt: quos pater sanctꝰ docuit euāgelicā ꝑfectionē adimpleret: ⁊ ꝑ viam sancte paupertatis incedere. Sicqꝫ minorē ordinem inchoauit: quos minores ex humilitate vocauit. Regulaꝫ quoqꝫ suā ipse dictauit: quā papa Innocentiꝰ .iij. confirmauit: ⁊ extunc verbū dei vbiqꝫ discurrēs predicare cepit. ¶ Fatigatꝰ ex itinere cū asinū equitaret: ⁊ sociꝰ eiꝰ frater Leonardꝰ de assisio pedes iret: turbatꝰ in corde suo dicebat ꝙ parētes vtriusqꝫ ipsorū nō de pari ludebant. Cuiꝰ cogitationē vir dei ꝑ spm̄ cognoscēs: continuo de asino descēdit: ⁊ socium ascēdere voluit: dicēs ꝙ nobilior se fuerat: ⁊ ideo ipso equitāte illū pedes ire nō decebat. Stupefactusqꝫ frater veniā postulauit. ¶ Mulier quedā ipsi solicite retulit ꝙ sanctū eiꝰ propositū quod inceperat: vir eiꝰ perturbabat cui per vxorē vir dei precipiendo mādauit: vt ex parte dei omnipotentis ei diceret: quod nūc tempus salutis post modū equitatis futurū esset. Qua denūciatione vir eiꝰ subito immutatꝰ: continentiā vna cū coniuge pollicet. ¶ Cuidā rustico sitienti in solitudine fontem aque suis orationibꝰ impetrauit. ¶ Cuidā fratri sibi familiari ꝓphetico spū sibi retulit: de se quasi de alio loquēs virū esse sup terrā ꝓpter quē quoad viueret dominꝰ famē futurā desceuire nō ꝑmitteret. Qui post trāsitū eiꝰ eidē fratri apparuit: ⁊ famem que sup terrā venerat: eo de medio sublato ꝑmissam a deo nunciauit. Sicqꝫ tā ꝑ reuelationē quā ꝑ euentum: ꝙ de se dixisset: frater ille cognouit. ¶ Paupertateꝫ adeo diligebat quod dominā suā semper eā vocabat: ⁊ si pauperiorem se videbat protinꝰ inuidebat ⁊ ab eo se vinci timebat. Cū pauperi transeunti compateret: sociꝰ ait quod si ille pauper erat effectu: forsitan diues esset voluntate. Sanctus vero cōtinuo fratri iussit vt tunicā extrā pauperi tribueret: ⁊ ab eo veniā postularet: cui ille protinus obedivit. ¶ Quadā vice tres dominas vultu et habitu per omnia similes obuias habuit: q̄ cum salutātes dixerunt. Bene veniat domina paupertas: ⁊ statim disparuerunt. ¶ Cum in vrbe Areth bellum intestinum cōmotum esset: Franciscus vidit de burgo demones sup ciuitatem insultantes. Qui fratrem siluestrum vocans eidem mandauit vt ad portam ciuitatis iret: ⁊ demonibus in dei virtute ac ex sui parte mandaret vt continuo abirent. Quod dum ille fecisset: confestim demones recesserunt: ⁊ ciues ad concordiam redierunt. Qui frater dum esset in seculo presbyter: vidit aliquando crucem auream ex ore Francisci prodeuntē: ⁊ ad celos vsqꝫ pertingentem: ac vtramqꝫ partem mundi cingentem. Qui mox compunctus seculum dereliquit: ⁊ ordinem introiuit. ¶ Existenti aliquando in oratione diabolus ei grauem carnis tentationem immisit: illeqꝫ veste deposita se chordula durius verberauit. Et cum nec sic tentatio discederet: foras exiit: ⁊ in niuem se nudum demersit: ⁊ sic tentatio discessit. ¶ Dum aliquando maneret in domo domini leonis cardinalis sancte crucis: nocte quadam a demonibus grauiter cesus est. Quod sanctus mane socio nūciauit: ⁊ idem eiꝰ dixit ꝙ deus hoc fieri voluerat: quia in curiis magnatum manebat: statimqꝫ inde recessit. ¶ Vidit aliquando demones supra tectum domus discurrentes. Qui exiēs eisdem ex parte dei mādauit vt quicquid eis permissum esset in corpore suo facerent: seqꝫ de eius carne sibi aduersaria vindicarēt: cōfusi aūt demones euanuerūt. ¶ In visione dei beatus Frāciscus supra se crucifixum seraphin aspexit: qui crucifixionis sue signa sic ei euidēter impressit vt crucifixꝰ videret ⁊ ipse. Cōsignanturqꝫ manus pedes ⁊ latꝰ crucis charactere: sed diligēti studio ab omnium oculis stigmata abscōdebat. Quidam tamē hec in vita viderūt: sed in morte plurimi conspexerunt. ¶ Columbina simplicitate plenꝰ omnes creaturas ad creatoris hortabat amorem: predicat auibus: auditur ab eis: tangūtur ab ipso: nec nisi licentiate recederūt. ¶ Apud portiunculā cicadā in ficu canētē vocauit: que statim in manu eius ascendit. Et ad eius iussionem ⁊ in ipsius manu cantauit: ⁊ licentiata recessit. Fraternoqꝫ nomine animalia cuncta vocabat: vermiculos etiam ne lederentur de via colligebat. ¶ Vir quidam secularis Franciscū duobꝰ ensibus fulgentibus in modum crucis signatū per visionem aspexit. Quē cū nūqꝫ vidisset postmodū conspiciens: tali iudicio recognouit: ⁊ cōpunctus ordinē introiuit. ¶ Cum ex nimio fletu oculorū infirmitatem incurrisset: nec se a lachrymis temperare vellet: ⁊ cōsilio medici ferro candente cauterizandus esset: signū crucis edidit: ⁊ ab aure vsqꝫ ad superciliū immisso ferro nullam adustionem sensit. ¶ Apud eremū sancti Vrbani maximo languore detentus cum ex debilitate vinū postulasset: nihilqꝫ adesset: allatam sibi aquam signo crucis in vinum conuertit: ad cuius gustum subito cōualuit. ¶ Cum frater quidam contra obedientiam deliquisset: ⁊ penitentie signa haberet: vir dei tamen ad aliorū exemplum caputiū eius in ignem ꝓiecit. vbi per moram stetit: ⁊ inde omno illesum eductū fuit. ¶ Ambulās per paludes Venetiarū intra multitudinē auiū cātantiū: cum socio accessit ⁊ nulla illarū se mouit. Et cū officiū ibi dicerent ⁊ garritꝰ eos auiū impediret: ad eius mādatum aues conticuerunt: ⁊ celebratis horis: ipso iterū iubēte cantū resumpserunt. Alias volucrū multitudinē reperiens eis cepit ꝓdicare: ⁊ eos ad laudē creatoris admonere: qui eos plumis induit: ⁊ pennas eis ad volatū tribuit: ⁊ aeris puritatem concessit: ac semina sine eorū labore ad esum preparauit. Aues vero vti rationis capaces in eum intendebant: ⁊ ab ipso tacte nullatenꝰ auolabāt. ¶ Alias quoqꝫ apud castrū Ballinariū ꝓdicans hyrundinibus cū garritu impediētibus silentiū imposuit: ⁊ donec ipse predicauit nulla ipsarum ampliꝰ canere presumpsit. ¶ Hospitatus a quodā milite eundē ad penitentiā prouocauit: predicans ei ꝙ cito alibi mādūcaret. Qui domū suā disponens ⁊ peccata sua cōfitens:

dum ad mensam sederet subito expirauit. ¶ Transeunte illo per Apuliã: bursam reperit in via denarijs tumescentem. Quam cum socius accipere vellet: vt pauperibus daret: Franciscus prohiberet: oratione premissa et sociũ bursam acciperet iussit. Indeq; protinus serpens magnus exiuit. ¶ Cum quidam frater grauiter temptaret: cogitabat vt si scriptum aliquod de manu eius haberet temptatio recederet: sed cum secretũ pandere nõ auderet: vir dei hoc per spiritum cognoscens quasdã dei laudes scripsit: et fratri chartã tradidit: quã cũ portaret ois temptatio eum reliquit. Dum autem sanctus infirmus iaceret: et idẽ frater tunicã eius habere desideraret. Franciscus eius optatũ cognoscens fratrẽ vocauit: et tunicã illi post mortẽ possidendã concessit. ¶ Sacerdotes autem plurimũ honorabat: et in tantũ eorũ ordinẽ ponderabat: q ad sacerdotiũ nunq promoueri voluit sed in diaconatus ordine permansit. ¶ Cũ vero ad diẽ ppinquaret extremũ: longa infirmitate confectus se nudũ sup nudã humũ poni fecit: et fratres aduocãs cancellatis manibus benedixit: ac in morem cene dñice bucellã eis panis diuisit. Et sumpto viatico ad extremã horam veniens spiritum emisit. iiij. nonas octobris die dñico: anno domini. M.ccxxvj. Cuius animam quidã frater in modũ stelle ad celũ ascendentẽ conspexit. Minister etiã terre laboris in extremis agens: cum dudũ loquelã amisisset: subito cepit clamare: et patrem Frãciscũ vt se expectaret rogare. Querentibus quid diceret: respondit q patrẽ Franciscũ videbat: qui ad celos pgebat. Et statim in pace obdormiẽs patrẽ secutus est. Illi vero postmodũ eadẽ hora inuenerũt sanctũ a carne migrauisse: cuius corpus Assisij apud sanctã mariã de angelo sepultũ est: vbi et multis miraculis claret.

¶ De sancto Aniano epo et confessore. Cap. xix.



Anianus alexandrinus eps discipulus beati Marci euãgeliste: et eiusdẽ in epatu ipsius ciuitatis successor fuit. Hic ex Aphrica nobilissimus romanis: dũ nauigans circa portũ Alexãdrie naufragasset oibusq; suis amissis mendicare erubesceret ab vno sibi noto chlamyde contectus adhesit cuidã operario reparatori veterũ calceorũ: a quo cum p triduũ nõ comedisset refectus est: et cum eo ad manẽdũ se pposuit: et artẽ eius in breui didicit: quo post tẽpus modicũ decedẽte Anianus in domo magistri quodã mo remãsit: et filiũ eius paruulũ sibi cõmẽdatũ diligẽtius enutriuit. Interea dũ beatus Marcus Alexandrie appulisset ad pdicãdũ: calciamẽtũ eius diruptũ eẽt Aniano tradidit resarciẽdũ: vt supra dictũ est in passiõe sancti Marci. viij. kal. maij. Dũ autem Anianus in vultũ beati Marci intenderet: qui vt angeli refulgebat: casu subula manũ perforauit: et exclamauit vnus deus: quẽ Marcus in terrã expuẽs et lutũ ex sputo cõficiẽs manũq; perliniens cõtinuo sanauit. Susceptusq; in domũ viri eũ cõuertit: et cũ oi familia baptizauit et presbyterũ ordinãs eidẽ infirmitates sanãdas cõcessit: atq; post tẽpus aliquod Pẽtapolin adiit. Exinde Anianus quicquid ex arte lucrabatur trifariã diuidebat: vnã partẽ p suo victu retinẽs: aliã filio quondã magistri sui cõcedẽs: tertiã pauperibus impendẽs et pdicationi cõtinue insistebat. ¶ Hic quadã dũ mulieres trãseuntes aspectu impudico respexisset: cupiẽs euangeliũ vt sonat ad literã obseruare: oculũ sibi subula pforauit: carnẽ quoq; suã ieiunijs et vigilijs macerãs: sepius ad extinguẽdã flãmã libidinis se in vase aque frigide submergebat: omnesq; egros ad se delatos quacunq; infirmitate curabat. Iudeis quoq; ipsum emulãtibus viriliter resistebat. Ad quorũ suggestionẽ odientiũ Anianũ rex Babylonie mãdauit vt q in euãgelio xpianorũ cõtinetur q habẽtes fidẽ sicut granũ sinapis mõtes trãsferre possunt: quatenus xpiani mõtẽ magnũ tumide suo loco trãsferrẽt: aliodq; aut fidẽ xpi tanquã falsã abnegarent: aut capitalẽ sententiã oẽs subirent. Epo igitur Thesiphõte cũ oibus xpianis ex hoc admodum afflicto et deũ pro fide sua simpliciter exorãte: per angelũ reuelatur: neminẽ ad hoc ex fide sua idoneũ nisi monoculum Anianũ. Vocatus igitur ab epo omniq; populo indicto ieiunio triduano: ople confisus in dño monti mãdauit: et mons cõtinuo se mouere cepit: et de suo loco recedẽs: tantaq; celeritate versus Babyloniã veniens quãta nauis per equora vẽto pellitur et eo vsq; diuinitus defertur: donec ad preces regis montis mãdauit vt figeret: ne in ciuitatem irrueret et eandem opprimeret. Sicq; ibidẽ situs vsq; hodie manet. Propter quod miraculum rex cũ omni populo conuersus: ecclesiã principalem in Babylonia in honorẽ dei genetricis edificauit: aliasq; plurimas Basilicas cõstruxit. Post hec dũ Anianus beato Marco reuertẽti occurreret: eũq; ille videns monoculum causam cecitatis didicisset: ipsum de rudi intellectu euãgeliũ redarguit: illũq; interrogauit: cur ipse qui alios illuminabat: seipsum sanare nõ potuerat. Qui respondit q hoc miraculũ ipsi viri suo magistro reseruauerat: quẽ beatus Marcus cõfestim illuminauit: et primũ Alexãdrie sibi successorẽ epm ordinauit. Sed post magistri martyriũ Anianus omnes ciuitates circumibat: verbũ dñi instanter predicabat: miraculisq; clarebat. Inter que cõtractũ vnũ ad questũ sedentẽ erexit: et mulieres in Damasco obsessam a demonio liberauit: a quo parẽtes eius dolentes: eo q ex ipso immũdo spũ aliqua predicẽte plurima lucrabantur: ipm ad baiulũ tanq magum traxerũt occidẽdũ. Quẽ ille audiẽs famãq; eius et vitam sanctã cõperiẽs liberũ dimisit. ¶ Deinde Anianus leprosum quẽdã a medicis icurabilẽ a lepra mũdauit: et cũ cũ oi familia baptizauit ac deinde Alexandriã deguit. Obitum autem suũ sibi diuinitus reuelatũ psciẽs angelica monitione Milonẽ discipulũ suũ in epatu sibi substituit. Ipse autem clarus virtutibus in pace quieuit. iiij. non. octob. Sepultusq; est iuxta corpus bti Marci in loco bucculi. Cuius corpus pcessu tpis venetias inde trãslatũ i monasterio sancti Clemẽtis recõditũ seruatur.

¶ De sancto Petronio episcopo. Capitu. xx.



Petronius eps Bononie apud eãdẽ ciuitatẽ claruit tpe Theodosij iunioris imperatoris. Hic natione grecus ex stirpe imperatorũ Cõstãtini et Cõstãtini descẽdit: vñ et Theodosius Augustus sororẽ eius i cõiugẽ accepit. A cunabulis xpianus et lfis grecis et latinis eruditus philosophie et sacris scripturis operã dedit: vñ et doctor ecclesie dei insignis extitit clericale adeptus offm in palatio Theodosij cũctis pfectus: elemosynas vberes pauperibus tribuebat: et corpus ieiunijs atterebat. ¶ Cũ autem Arriana pestis inualesceret Theodosius petroniũ Romã ad papã Celestinũ direxit p fidei veritate discutiẽda. Qui dũ ad portũ Tybernũ applicuisset: a clericis Romanis a papa obuiam sibi missis honorifice susceptus est. Nocte eñi pcedẽti Celestinus papa p visionẽ a btõ petro monitus fuerat vt legatũ imperatoris Bononie in epatu pficeret: eo q eorũ eps defunctus esset. Summus põtifex ergo Petroniũ gratissime suscepit: et ipm vt secũ i palatio maneret pcepit. Tertia vero die Bonõiẽses ciues Romã venerunt: et epm suũ papie defunctũ dicũt atq; pastorẽ sibi dari deposcunt. Celestinus igitur visionẽ referẽs Petroniũ oibus approbantibus Bononie epm cõsecrauit. Qui Bononiã pductus populũ dñi verbo et exẽplo docuit. Ecclesias multas ab arrianis dirutas reparauit: et Basilicã sancti Stephani de nouo cõstruxit. ¶ Post hec Theodosius Romã veniens dũ quẽdã legatũ suũ Bononiã destinasset: illeq; vt fugebus vnũ nobilẽ verberasset: et ob hoc a ppinquis lesus fuisset. Theodosius iram dissimulans Bononiã veniens dumq; iuxta

diq̄ iuxta ciuitatē esset: quidē nepos ci' obiit quē ille pacifice sepelire velle simulās a ciuib': q̄ ei timētes portas clauserāt: se intromitti postulauit. Introduct' aūt post nepotis sepulturā in ciues irruēs multos occidit: palatia et ecclias plurimas diruit: et ciuitatē ex magna parte destruxit ꝓpter qd a scto Ambrosio de eccl'ia expulsus est: vt supra habitū est in legenda Ambrosii. vii. idus decēbris. Petroni' vero ecclīarū repationi solicite intēdebat. ❡ Dū aūt operariū quendā cū columna ruentē vidisset: sic signū crucis opposuit ꝙ colūna integra manēs cecidit et magister ille in nullo collisus simul ruit: et sine lesione ꝑmansit. Qui erectus retulit qd ad crucis signū ab epo editū iuuenē candidū sibi assistentē conspexerat: q̄ ipm et columnā subsistentās ad terrā deposuerat. ❡ Deinde Petronius cū imperatore Cōstantinopolim rediit multas ab eo grās et priuilegia ciuitati sue obtinuit: et v. corpora ex innocentib' impetrauit. Que secū deferens Bononiā repedauit. Et post vitā laudabilē in pace quieuit. Sepultus in eccl'ia scti Stephani quā ipse edificauit. iiii. non. octob. ❡ Hic sanct' vir monachorū studiis instructus vitas patrū Egypti monachorū scripsisse creditur: q̄ veluti vite et ꝓfessionis sue normā et speculū amplectunt. Scribit Gennadius legisse: sub illi' noīe ordinationē xp̄i rōne et humilitate plenā: quā ob stili elegātiā ci' fuisse nō credit. Sz Petronii hui' viri elegātissimi fuisse plurimi tradūt: qui eodē tractatu se ꝑfectū ꝑtoꝝ fuisse designat. Scripsit et Homelias euāgelioꝝ plures. Hec Gēnadi' de viris illustrib'.

❡ De sanctis Amelio et Amico marty. Cap. xxi.



Amelius et amic' martyres passi sunt tempore Karoli magni pro defensione eccl'ie dimicātes. Hi duo pueri vno die orti sunt. Ameli' ex milite Bericano tpe Pipini regis Francoꝝ. Qui adeo similes oībus mēbris corpis et liniamentis fuerūt: vt nec ab ipsis parētib' et notis discerni possent. Similitudines eandē habētes sibi etate ꝓcedēte in oībus morib' et loquela. Qui cum a parentibus iā septēnes Romā baptizandi deferrent: in ciuitate Lucana se inuicē inuenerūt: vbi inter se societatē amicissimā et vnionē voluntatū adeo firmauerūt: vt deinceps vnus sine altero nec cibū vellet sumere: nec in lecto quiescere. Papa igit̄ Deusdedit eos baptizauit: et vidēs eos in tm̄ simillimos: vtriq̄ eoꝝ scyphū argēteū auro et gēmis ornatū ꝑ oīa similē dedit. Sicq̄ ambo ad ꝓpria redierūt et etate ꝓcedēte diudū in vnū habitauerūt: verū defuncto amici patre iuuenis de castro paterne hereditatis ab emulis eiect' est. Qui dū ad comitē Ameliū venisset: eū a patria absentē reperit et itinerando illū ꝑquirere cepit. Cuius infortunii Amelius audiens: amicū versa vice diudū requisiuit. Dum autē amicus apud quēdā nobilē virū hospitat' esset: filiā ei' in coniugem accepit: secūq̄ ꝑ annū et dimidium permansit. Deinde relicta vxore ad Ameliū requirendum abiit. Quē post multos labores inuenit in prato ꝓpe Parisius iuxta flumē Sequanā cum familia epulātē: ille vero amicū et suos hostes esse arbitrans Bericanos: armat' cum suis cōtra eū processit. Et dū bellū vellent assumere Ameli' amicū loquentē audiuit: et ad vocē ipsum recognouit. Sicq̄ mutua visione letantes ambo ad curiā regis Karoli accesserunt. Quos rex strenuos videns vnum eoꝝ thesaurariū: alterū vero suum fecit dapiferū. ❡ Post annos tres amicus Ameliū relinquens de consensu regis ad vxorē reuisendā accessit. Quod discedens Amelius diabolo instigante: filiam regis virginē oppressit: qd et Arderico qui se ei' intimū simulabat secretius reuelauit: post aliquot dies ille scelus regi patefacit. Amelius vero a rege captus cū crimen oīno cōmisisse negaret a rege cōpellit̄ vt suā innocentiā duello cū Arderico cōprobaret. Qui inducias dieꝝ xxx. postulauit quas et obtinuit. Interea Amic' redit et ordinem rei geste ab Amelio didicit. Qui secreto Ameliū ad vxorē suā misit: ipse ꝓ eo in termino statuto se regi p̄ntans in ꝑsonā Amelii: seq̄ Ameliū mentiens duellū subire se libēter obtulit. Qui a rege et oīb' Ameli' putabat: voluitq̄ rex vt pri' se iuramēto purgaret. Qui cū regis filiā se minime cognouisse iurasset: et Arderic' eā illū sibi hoc dixisse sacramēto firmasset. Amicus in bello obtinuit et Ardericū interfecit: filiā quoq̄ regis Bellisendā sibi a patre traditā in ꝑsonā amelii desposauit. Mox relicta curia ad ameliū abiit: et ei cūcta ꝑ ordinē nūciauit. Ameli' ꝓ eo cū vxore amici vsq̄ tūc fuerat: et eā intactā custodierat quē illa virū ꝓpriū existimabat. Ameli' autē ad curiā rediēs: filiā regis ab amico desponsatā in cōiugē habuit: ex qua duos gemellos procreauit. ❡ Post aliqd tp̄s amic' leprosus efficit̄ et ab vxore sua eiicit̄: et dū ad castrū sui ꝓprium Bericanū veniret: a suis expulsus Romā adiit. Quē Cōstātin' papa q̄s esset audiēs: benigne suscepit. Elapsis aūt trib' annis cū fames valida Romanos opprimeret Amic' ad comitē ameliū venit quē ille vti leprosum effectum minime recognouit: ex charitate tm̄ ꝑegrinū suscepit. Cū autē scyphū a papa ei donatū amic' ꝓduceret, videns ameli' scyphū ꝑ oīa suo similem amicū recognouit: et cū humanissime tractauit. ❡ Post aliquot vero dies diabol' in speciē angeli Raphaelis trāsmutat' ameliū ꝑ visum admonuit: vt duos filios suos gemellos triēnes decollaret: et eoꝝ calido sanguine amici lepram ꝑfunderet: illeq̄ statim mundationē reciperet: qd Amelius licet dolorosū: tm̄ ex intima amici charitate facere mox curauit: et statim amic' mundationē suscepit. Dū aūt vterq̄ eoꝝ ad ecclesiā gratias acturi deo pergerēt: mortēq̄ filioꝝ ameli' deploraret: reuersus filios suos repperit suscitatos: et in lecto ludentes ac oīno incolumes: saluo ꝙ circa colla eoꝝ signum rubeū in modū fili serici ex incisione apparebat in testimoniū miraculi gloriosum. Extunc ergo amelius de crimine palam egit: et cum vxore castitatis votū emisit. Uxor vero amici a diabolo obsessa ꝑ precipitiū expirauit. ❡ Demū dū ad preces Adriani pape Karolus rex Francoꝝ ad defensionē ecclesie Romane venisset in italiā cōtra Desideriū longobardorū regē hereticum: belliūq̄ in campania in loco dicto mortaria: missum esset et multi hinc inde ex vtroq̄ exercitu cecidissent. Amelius et amicus qui erant cum Karolo ꝓ ecclesia catholica pugnātes in ꝑlio occisi sunt: et martyrio cōsecrati. Sz postq̄ rex Francorū victoriā obtinuit duas ecclesias apud Papiā edificauit. Unam in honorē sancti Eusebii: alterā in honorē beati Petri. In prima quarū amicus: in scda sepult' est amelius. Mane autē diuino nutu ambo corpora in eodem tumulo reperta sunt in eccl'ia regali. Passi sunt autem sancti marty. res. iiii. nonas octobris.

❡ De sanctis Marcelliano et Marco et sociis martyribus. Cap. xxii.



Marcellianus et Marcus et alii innumerabiles martyres vtriusq̄ sexus et cuiuslibet etatis apud Egyptum passi sunt quorū alii post verbera vngulas et flagella aliosq̄ diuersi generis cruciatus flāmis traditi sunt: alii in mare precipitati. Nōnulli etiam capite cesi: plurimiq̄ inedia consumpti: quidam patibulis affixi: in quibus aliqui: capite deorsum presso et pedibus in sublime erectis: beatissimam passionis coronam percipere meruerunt. Marcellianus autem et Marcus olim principaliores flamines cum xp̄o sacrificium odoriferū dn̄o reddiderūt. Horū omnium passio agitur. iiii. nonas octobris. Hec Ado.

❡ De sancta Aurea virgine. Cap. xxiii.



Aurea v̓go apud parisiū claruit tpe Heraclii ipa‍toris:vt ait Sigibert⁹. Quā sanctus Eligius eps in monasterio virginū a se cōstructo in ciuitate Parisienſi pfecit abatissam trecentarū v̓ginū oī scītate pollentē:ꝛ miraculis clarentē. ¶ Quadā vice dū esset in villa ꝛ claufgera ei⁹ ac cellaria expirasset: ꝛ post triduū ei abbatissa rediēs insepultā inuenisset eo qꝛ nec claues ipse sorores auferre psumpsissent:nec illa de administratiōis rōnē reddidisset:orāte Aurea clauigera suscitat̃ ꝛ rōne reddita:atq; clauib⁹ resignatis i pace iterū sopoꝛat̃. ¶ Die quadā dū sibi panes deficerēt:ꝛ Aurea scādalū metuens ad Clibanū accessisset pistoꝛq; panib⁹ cōcoquēdis intēderet nec adesset q̄squā q̄ clibanū subito scopare posset:illa furnū ingressa manicis scopauit:ꝛ prunas in gremio asportauit:nec vllū tñ ardoꝛē sensit:sʒ nec vestes ei⁹ i aliquo exustę:aut deturpatę fuerūt quinimo in testimoniū tāti miraculi cāpane monasterii p se diuinit⁹ pulsare ceperūt. Cū aūt die alia diacon⁹ in missa euangeliū legēs incōgrue pnunciaret:illa de collo ei⁹ stolā auferens:nimio v̓bi dei zelo euāgeliū legit:sed mox de cōmissa psumptiōe penitēs:abbatiā deseruit:seq; p annos.vii.in cella reclusit: vbi cathedrā sibi parari fecit habentē clauos.l.in dextera parte cōfixos:ꝛ totidē in sinistra:ꝛ totidē in podio posteriori:in q̄ q̄tidie sedēs psalteriū legebat vcʒ psalmos.l.inuisa dextere parti:ꝛ alios.l.inuisa sinistre:ꝛ vltimos.l.posteriori parti appodiata. Corp⁹ quoq; suū maxima pnia ꝛ abstinentia domauit. Eligius quoq; sepius in potu visa fuit:cui sctūs eligi⁹ iā defunct⁹ apparuit:ꝛ eā ad celestia vocauit:vñ ꝛ illa in pace q̄euit.iiii. noñ.octobꝛis. Sepultaq; est in aula scti petri post altare. ¶ Verū q̄dā abbatissa in syria q̄ oculos hñs nihil videbat:ab āgelo monet̃:vt parisi⁹ cū epo suo veniēs: partē aliquā de reliquiis scte Auree petat:quarū virtute lumē oculoꝛū recipiat. Qd̄ dū illa epo nūciasset:vna secū versus parisi⁹ iter arripuit:sʒ in itinere fessa remāsit:loculū tñ honorificū pparauit. Eps v̓o viā psequēs Parisi⁹ venit:ꝛ cū pōtifice parisiensi ad tumulū accessit. Et cū brachiū scte v̓ginis obtinuissent:ꝛ illud de corpe euellerēt:sanguis inde viu⁹ emanauit. Corp⁹ igit̃ tūc ab epo parisieñ.in monasterio scti eligii cōdecēter humatū est. Brachiū v̓o ab epo syro asportatū. Cuius tactu abbatissa:q̄ ceca fuerat lumē recupauit:brachiūq; in loculo repositū:eps in patriā suā detulit:ꝛ in ecclesia noī scte auree edificata honorifice collocauit.

¶ De sancto Prasea epo ꝛ martyre. Cap.xxiiii.



Praseas episcop⁹ et martyr apud Smyrnam martyrio consummatus est. Qui vnus ex antiquis quasi ex traditione priorum se accepisse asseruit saluatorēʒ apostolus precepisse:vt ante.xii. annum a Hierosolymis discederēt. Passus est autem tertio nonas octobris.

¶ De scta Gala sanctimoniale Capitulum.xxv.



Gala vidua ꝛ sanctimonialis in vrbe claruit tpibus Gothoꝛum. Hec nobilissima puella Symmachi cōsulis ac patricii filia marito tradita intra vni⁹ anni spaciū ei⁹ est morte viduata. Quā dum feruente mūdi copula:ad iterandū thalamū ꝛ opes ꝛ etas puocarēt:elegit magis spūalib⁹ nuptiis copulari. Et cū sibi valde ignea cōspersio corpis inesset:ceperūt medici dicere:qꝛ nisi ad amplex⁹ viriles rediret calore nimio ɔ naturā barbā emitteret:sicut ꝛ factū est. Sʒ sancta mulier nil exteri⁹ defoꝛmitatis metuēs abiecto seculari habitu:apud btī petri aplī ecclesiā sese in monasterio tradidit:ibiq; multis annis orationibus ꝛ elemosynis operā dedit. Que postmodū diuina pmissione cancri vlcere in māmilla pcussa est:quā egritudinē patientissime longo tpe suppoꝛtauit. Nocte aūt ante lectū ei⁹ duo cādelabꝛa lucere cōsueuerāt:qꝛ vcʒ amica lucis:nō solū spūales:sed etiā corporales tenebras horrebat. ¶ Dū aūt nocte quadā ex eadem infirmitate iaceret fatigata:vidit beatū petrū apostolū añ lectū suū inter duo lumina cōstitisse. Quē interrogans quis esset:quesiuit an sua peccata sibi dimissa fuissent:que se beatū apostoloꝛ principē esse respōdit:dimissaq; ei oīa debita nunciauit:ꝛ ad celestia inuitauit. Illa vero soꝛorē benedictā:quā in eodē monasterio intime diligebat: secū venire deposcit. Apostol⁹ aūt eidē dixit:q nō illa:sʒ alia q̄dam secū discederet:benedicta vero die.xxx.ipsas secutura foret:ꝛ his dictis disparuit. At illa protin⁹ abbatissā accersiuit:eiq; visa ꝛ audita nūciauit. Die aūt tertio cū ea qua iussa fuerat soroꝛe simul defuncta est. Illa vero quam ipsa poposcerat:die est.xxx.subsecuta. Quieuit autē sancta Gala in dño.iii.noñ.octobris.

¶ De sancta Fide virgine ꝛ martyre. Cap.xxvi.



Fides v̓go ꝛ martyr apud Ageneñ.ciuitatē passa est sub preside Daciano:que cum esset nobilis ipsius ciuitatis:virginitatē suā ab infantia dño consecrauit. Iuuenis aūt etate sʒ aīo cana a Daciano pside in Ageneñ.vrbe cōpꝛehensa:vt diis sacrificaret dum xp̄m confiteret̃:sup cratē ereā diuaricatis membris extensa:ꝛ substractis carbonib⁹ adipeq; flāmis iniecto: dū sic coq̄ret̃ multos sue v̓tutis exēplo conuertit:ꝛ ad martyrium animauit. Inter quos beatus caprasius diuino signo firmatus ad certamen roboratus est:vt dicetur infra in eius passione.xiii.Kalen.nouembris. Beata vero fides post multos ꝛ dignos agones:pro xp̄i nominis confessione capite cesa:ꝛ in ciuitate Ageneñ.in tumulo honorifice deposita est pridie noñ.octob.

¶ De sctō Gangulpho martyre. Cap.xxvii.



Gangulph⁹ martyr apud Burgūdiā passus est circa annū.xxiiii. Imperii Cōstātini quarti:vt ait Sigibertus. Hic clar⁹ scītate:fontē quendā emit scaturientē in gallia:quā oriri fecit in Burgūdia in pꝛopꝛio solo. Cū aūt venditoꝛ fontis scītū quasi insanū irrideret eo q fontē in aliena patria cōparasset:repētē fontē suū siccatū inuenit:ꝛ eīdē postmodū in territoꝛio Gangulphi exurgentē audiuit. Sʒ dum iuxta ipsum fontē Gangulphus vxoꝛē de adulterio increparet:eo q ipsam cum quodā clerico iacentē vidisset:illaq; se excusaret:iussit vt illa nudato brachio lapillum de fonte educeret:q si maneret illesa et sine adustione aliqua ipsam innocentem cōprobaret. Que viri simplicitatem deridens:dum lapillū accipere voluit:brachium quasi ex bulliente aqua decoctum eduxit. Cui vir dimidium substantie sue dedit ꝛ ab illa discessit. Sed cum mulier ex tali miraculo notam maximam incurrisset:clericū secum adulterantē induxit:vt virum occideret. Qui cū nocte quadaʒ reperiens iugulauit. Cuius corpus sepultuʒ miraculis clarere cepit. Qd̄ dū ei⁹ vxori nūciaretur:illa plurimuʒ irridebat:dicēs q ita vir eius miracula faciebat:sicut anus ei⁹ cāta

bat: subitoq̧ inuita turpes sonos ab ano cepit emittere Qd deinceps ei semꝑ oi sexta feria cōtingit: qua die vir eius occisus fuit: vt dū verbū ore ꝓferret: ab ano turpē sonū ederet. Passus est autē pridie non. octobris.

¶ De sancto Syggone ep̄o et marty. Cap. xxviii.



Syggon episcop⁹ et martyr: vn⁹ fuit ex antiquis sancti Pauli apostoli discipulis. Qui ab eodē apostolo pōtifex Laudicēsis ordinat⁹ sub persecutione Domiciani cesaris apud eādē vrbē p veritate fidei glorioso martyrio coronat⁹ est pridie non. octob. vt ait Ado ī martyrolo.

¶ De sctis Sergio et Baccho mar. Cap. xxix.



Sergius et Bacchus martyres passi sunt in prouincia Eufratesia tpe Maximiani imperatoris sub Antiocho p̄side. Quorū prior erat Primicerius: alter secūdicerius gētiliū scole: ambo milites p̄cari et Maximiano dilecti. Qui cū essent cū eodē Augusto ī eadē ꝓuincia: accusati sunt eidē a militib⁹ q̄ essent xp̄iani. Quos imperator aduocās ingressus est cū oī militia ad tēplū vt sacrificarēt: et circūspiciēs nō vidit Sergiū: nec Bacchū neq̧ eni tēplū ingressi fuerāt: sed foris expectātes orabant. Tūc August⁹ missis satellitib⁹ iussit illos introduci et cepit agere: vt sacrificarent ac de immolatis deo ioui cū ceteris gustarent. Qd cū facere renuissent: mādauit zonas eorū incidi: et chlamide militari eos exui: ac torques aureas de ipsorū ceruicibus auferri: indutosq̧ mulierib⁹ collobiis cathenis vinctos per mediā ciuitatē vsq̧ ad palatiū ptrahi: deinde in custodiā recludi. Sequēti die misit Antiocho p̄sidi ꝓuincie orientis cū literis suis: vt eos aut diis immolare compelleret: aut diuersis afflictos penis perimeret. Quos custodes suscipiētes: et iter arripiētes: sero illo miliario a ciuitate. xii. in stabulo quodā hospitati sunt. Angelus aūt dn̄i p noctē sanctis cathenatis apparēs: illos ī dn̄o cōfortauit. Mane aūt a custodib⁹ trahebāt: quos q̄dā ex eorū mācipiis sequebat vsq̧ ad castrū Barbarissum vbi preses Antiochus residebat. Suscipiēs aūt eos preses et lrās imperatoris audiēs: fecit eos vsq̧ mane in custodia detineri pedib⁹ in cippo reclusis. Qui dū psallerent: angel⁹ dn̄i eis iterū apparuit et eos ad martyrium fortius animauit. Mane aūt iussit eos Antiochus sibi presentari: eosq̧ ad deorū sacrificia hortabatur. Cum autē oīa idola demonia dicerēt: et omnino sacrificare cōtēnerēt: iratus preses iussit Sergium in carcerē recipi. Bacchū vero neruis crudis a quatuor sibi vicissim succedētib⁹ tandiu cedi donec ipē voce de celo vocante spiritū exhalauit. Cuius corp⁹ mādauit extra castrū ꝓici: vt a feris deuoraretur. Cunq̧ ferarum multitudo ad ipsum accurreret et aues desuper volitantes rostro et vnguibus bestias percutientes non permittebant corpus ab eis tangi: quod noctu quidam christiani rapientes: in quadam spelunca sepelierunt. ¶ Sergius vero hec audiens Bacchum in carcere deflebat: quia eo relicto ad gloriam properasset: cui sequenti nocte Bacchus apparuit in facie splendidus et habitu militis indutus: sociumq̧ confortauit: et de proximo se secuturum predixit. Quem et custodes carceris conspexerunt: et que sibi dixerat mane a Sergio audierunt: vnde et plures cōuersi sunt. Sequenti die Sergius producitur et ad castrum Syrum post Antiochū vinctus trahitur. Et cū ibidem Cōstantius permaneret manibus ligatur: et clauis in pedibus configitur: sicq̧ confixus ante carrucā presidis currere compellitur vsq̧ ad castrum Tetrapyrgium quod. ix. milibus a castro Syro distabat: vbi in carcere iterū positus per noctem angelica collocutione ac visiōe ꝯfortat: et pedib⁹ san⁹ efficit. Qd cū p̄ses Antiochus mane cerneret: indignat⁹ iterū mādauit Sergium pedib⁹ coturnis indutū añ redā suā ptrahi vsq̧ in castrū Ruzaffatā: q̄ nouē sılr miliarib⁹ a Tetrapyrgio distat: in quo loco p tribunali sedēs: Sergiū sacrificare nolētē gladio animaduerti p̄cepit. Ad cui⁹ martyriū tā hoies loci q̄ bestie agri ꝯuenerūt: q̄ voce celica vocatus extra castrū decollat⁹ est: loc⁹ aūt ī quo sanguis ei⁹ effusus est: magnā voraginē fecit: et cruorē omnē suscepit: et sic deinceps in testimonium eius passiōis vorago permansit: cuius corpus in ipso loco a christianis sepultū est: edificata desuper nobilissima crypta. ¶ Post aliqd tempus christiani quidam de castro Syro venerunt vt corpus Sergii tollerent: et cum Baccho sepelirent. Sed cum nocte illud auferre vellent ignis maxim⁹ circa locum accensus est: quem illi de castro Ruzaffatam videntes: et hostes illos esse putantes qui ignem accendissent vt domos extra castrum exurerent: armati egressi sūt: et eos qui corpus auferre voluerant inde effugauerunt. Nunc autem ipsorum amborū martyrum corpora Venetiis esse creduntur in ecclesia cathedrali beati Petri apostoli: sub cuius crypta in arca marmorea venerant. Passi sunt autem nonas octobris.

¶ De sanctis Marcello et Apuleo marty. Cap. xxx.



Marcellus et Apuleus martyres apud vrbem Romam passi sunt sub Neronis persecutione Qui quidē primo Simoni mago adheserunt. sz vidētes mirabilia q̄ dn̄s operabatur p apostolum suum Petrū: relicto Simone apostolice se doctrine tradiderūt. Et post martyriū apostolorum pro confessione christi et ipsi decollati: Aureliano consulari viro sententiam ferente: coronam martyrii perceperunt: sepultiq̧ sunt nō lōge ab vrbe Roma: nonis octobris.

¶ De sancta Julia virgine et martyre. Cap. xxxi.



Julia virgo et martyr passa est apud prouinciā Augustanam que dicit Eufratesia. Que a preside impiissimo Martiano cōprehensa iubetur idolis immolare. Cūq̧ sacrificare cōtempsisset post diuersa tormētorū genera ipsi illata: nouissime gladio iussu eiusdē presidis iugulat. Sicq̧ cursum gloriosi martyrii consummauit nonis octobris: vt ait Ado in martyrologio suo.

¶ De sancta Justina virgine et martyre. Cap. xxxii.



Justina virgo apd ciuitatē Patauinā passa est sub Maximiano rege. Que fuit filia regis Vitaliani et regine Prepedine: quos beatus Prosdocimus episcop⁹ ad christum cōuertit: et Justinam sacro fonte renatam diuinis literis erudiuit: vt dicet infra in eius legēda septimo idus nouembris. Hec defunctis parētibus: dum inter generosas feminas venetiarum partibus in sua quoq̧ patria Patauii moraretur. Maximianus rex Vitaliani successor: mediolano veniens ad Patauinam vrbem: Jussit sibi in campo martio tribunal parari: et vt illic sanctos dei diuersis penis afficeret aut compelleret immolare. Cum autem beata Justina de suo predio ascensio vel iculo ad

visitādos dei famulos properaret: vidēs q̄ Maximia-
ni milites eā persequerētur fugere cepit arbitrās q̄ oc
casione stupri eam cōprehendere vellēt: cū in angusto
pontis curru: qui ex marmore constructus prope ciui-
tatem eā ꝯclusissent: descēdens de reda oratione ad do
minū fudit: genibusq̄ in marmore pontis positis ita
molle inuentū est: ac si cera igne soluta: extractisq̄ ge-
nibus vestigia in marmore ꝑpetuo remāserūt. Que cū
regi illi presentata fuisset ꝛ eā de noīe interrogasset. Ju-
stina christianā se esse respōdit. Eiusq̄ de secta sua inter-
rogata xp̄m se colere cōstanter diceret: ꝛ pro eius noīe
ad oīa tormenta se paratā assereret: atq̄ deorū omnino
sacrificia recusaret. Maximianus absq̄ aliis tormētis ꝛ
vtpote regali sanguine natam iussit eā gladio extingui.
Et cum deo gratias egisset ad locum passionis addu-
cta: oratione premissa: ꝛ sic gladiū eius lateri spiculator
immersit. Que telo infixa per horā integrā: expāsis ma-
nib⁹ ꝛ erectis in celū oculis ad dominū exorauit: ꝛ oēs
christianos astantes confortauit. Sicq̄ cunctis vale di-
cens spiritum emisit nonis octobris. Cuius corpus a
sancto Prosdocimo ꝛ christianis fere mille passibus a
ciuitate Pauaū sepultum est: et ecclesia insignis nomi
ni eius desuper edificata: vbi vsq̄ in presens quiescit: ꝛ
miracula multa ostendit.

De scō Marco papa primo. Cap. xxxiii.



Marcus papa hu-
ius nominis primus natione roma-
nus ex patre ꝓbo Felici ꝑmo pōtifici
i episcopatu romano successit: ꝛ sedit
annos octo menses duos dies decē.
Hic constituit vt nullus episcop⁹ vel
sacerdos etiam si maioris sciētie ꝛ ꝓ-
bitatis existat se ponat ante aliū prius
q̄ se ordinatum. Et hic solus de tan-
toꝝ numero pōtificū q̄ fuerūt a btō
Petro aplō vsq̄ ad Siluestrū papā ꝯ.
martyrium euasit. Et requiescit in eccliā in qua prius
presbyter ordinatus fuerat: que vsq̄ hodie ecclia sancti
Marci nominatur: que est in medio Rome in regiōe q̄
dicitur pinus. Quieuit aūt in pace non. octobris. Et
cessauit episcopatus dies. xi.

De sancto Marco papa. ii. Cap. xxxiiii.



Marcus papa hu-
ius nominis secundus: natione ro-
manus ex patre Prisco Siluestro pa
pe pontifici in episcopatu successit.
Seditq̄ ānos duos: mēses. vii. dies
xx. Hic constituit vt eps̄ Ostiensis: q̄
ꝯsecrat eṗos vrbis pallio vteretur.
Et cōstituit i ecclesia omnib⁹ dieb⁹
dñicis ꝛ in natalitiis Apostolorum
symbolum ab omni clero et populo
alta voce cantari. Et hic requieuit in pace. Et sepultus
est in cymiterio balbine via ardeatina non. octobris. Fe
cit aūt ordinationes duas ꝑ mēsem decembris: presby-
teros xxv. diacones sex: eṗos per diuersa loca numero.
xxvii. Et cessauit eṗatus dies. xx.

De sancto Marco scriptore ꝛ confessore.
Capitulum. xxxv.



Marc⁹ eremi cul-
tor cognomine scriptor sic dictus est:
quia plurima sanctorū Anachorita-
rū in deserto egypti cōmorātiū gesta
scribebat. Qui dū ad cōmunionē ac-
cederet āgel⁹ ei sacramēta porrexit.
Cuius manū tantū vsq̄ ad iuncturā
brachii vidit. Requisit⁹ autem a ma-
tre vt ad se visendam accederet: vesti-
tus sacco scisso ꝛ reconsuto: faciesq̄ fu-
ligine tincta ad eam oculis clausis ingressus est. Et vi-
sus ab ea: sed ipsam minime conspiciens statim egres-
sus est. Hec heraclides.

De sancta Pelagia peccatrice.
Cap. xxxvi.



Pelagia prima fe-
minarū Antiochie ciuitatis adhuc
pagana rebus ꝛ diuitiis plena corpo
re pulcherrima: habitu ambitiosa ꝛ
vana: animo ꝛ corpore impudica per
ciuitatem quadam vice cum pom-
pa maxima transibat: ita vt nihil sup
eam nisi aurum ꝛ argentū ꝛ preciosi
lapides viderent̄: ꝛ quocunq̄ iret di-
uersorū aromatū aerem odore reple
ret: quā precedebat: ꝛ sequebat̄ mul
titudo puerorū ꝛ puellarū: qui ꝛ ipsi preclaris vestibus
erāt induti. Quā dū nonnus episcop⁹ Heliopolis: q̄ nūc
damiata dicit̄ vidisset: amarissime flere cepit: ex eo quod
ipsa maiorē curam habebat placere mundo q̄ ipse pla-
cere deo. Procidensq̄ in terrā faciem suā percutiebat:
ꝛ terram lachrymis irrigabat: ac dei misericordiam im
plorabat. Dixitq̄ astātibus clericis q̄ deus illam in iu-
dicio contra eos producturus esset: qm̄ ipsa tam solici-
te se depingebat: vt terrenis amatoribus placeret: ꝛ ipsi
celesti sponso placere negligerent. Dum hec ꝛ similia di-
ceret subito obdormiuit. Visumq̄ est ei q̄ quedā co
lumba magna ꝛ fetida circa eum celebrantem volaret:
qui dū cathecuminos eiiceret: colūba disparuit: et post
missam rediens in vase aque ab eodem demersa: mūda
ꝛ candida exiuit: ꝛ tam alte volauit: q̄ videri nō potuit.
Et dum super visionē stuperet: ꝛ post hec die quadā in
ecclesia predicaret. Pelagia que aderat: adeo est subito
compuncta: q̄ ei statim per nuncium literas misit sup-
plicans: vt q: christus sicut ipsa audierat pro peccatori
bus in mundum venisset: ipsam quoq̄ peccatricē eṗs
ad christū redeuntem: benigne susciperet. Sed cū eṗs
se temptari dubitaret eidē respondit: q̄ eū solum videre
non posset. Cum aūt ad eū coram plurib⁹ aduenisset:
ad pedes eius procidit: ꝛ amarissime flere cepit: dicēs se
esse Pelagiā: id est pelagus iniquitatis exundās fluctib⁹
peccatoꝝ: que multas aīas in abyssū ꝑditionis demer-
serat: sed nunc omnia perhorrebat. Quā eṗs clemēter
suscipiens: penitentiā ei salutarē iniunxit: ꝛ sacro ba-
ptismate regenerauit: illa moxq̄ esse colūbā quā viderat
recognouit: diabolus autem in aere vociferabatur: ꝛ de
nouo sene q̄ sibi spem suā abstulerat: diris clamorib⁹ cō
querebatur. Quadam nocte Pelagiam dormientem
diabolus excitauit: ꝛ eam multis blanditiis adulari ce-
pit: gloriam quoq̄ ꝛ diuitias ipsi collatas commemo-
rabat: ꝛ si christum vellet relinquere: adhuc maiora pro-
mittebat. Illa vero se signans in eum sufflauit: ꝛ demō
statim euanuit. Die vero tertio oēs seruos suos ꝛ ancil-
las manumisit: ꝛ cuncta q̄ habebat pauperib⁹ tribuit.
Post aliquot dies cūctis ignorātib⁹ noctu aufugit ꝛ in
montem oliueti deuenit: vbi habitū virilē eremite su-
mēs in parua cella se collocauit: ꝛ deo in multa abstinē-
tia seruiuit. Maxime aūt fame ab omnibus habebat: ꝛ
frater pelagi⁹ dicebat̄ virq̄ ab oībus putabat̄. Post
hec aūt dum quidā Diaconus dicti noui episcopi Hie-
rosolymam loca sancta visitaturum aduenisset: quendā
monachum nomine pelagium in monte oliueti de mā-
dato episcopi requisiuit: ꝛ ibm̄ inueniens visitauit: qui ab
ea cognitus: ipsā tabefactam minime recognouit. Cui
dixit Pelagia vt se orationibus sui episcopi commenda
ret: quia vere apostolus christi esset. Recedens inde dia
conus cum die tertio ad cellam redisset: ꝛ pulsanti ad
ostium nemo sibi respondisset: fenestram aperuit ꝛ mor-
tuam eam vidit: qui cum episcopo nunciasset et ille ad
sancti viri celebrandas exequias cum clero ꝛ populo cō-
uenisset: ꝛ extrahētes corpus eius de cella: quē virum pu-

tabant: feminam inuenerunt et deo gratias agentes: corpusq̃ eius in eodem monte deuote sepelierunt: dormiuit autem in pace sancta dei octauo idus octobris circa annum domini.cclxx.

¶ De sancta Margareta dicta Pelagius virgine. Capitulum.xxxvij.



Margareta dicta pelagius virgo speciosissima diues et nobilis apud Egyptũ: tanta fuit parentum sollicitudine custodita: et morib⁹ optimis instructa ꝙ ab oĩbus videri modis oĩbus renuebat. ¶ Deniq̃ cuidã adolescenti nobili a parentib⁹ in cõiugiũ tradit: ⁊ cũcta nuptijs necessaria immensa gloria preparantur. Cum autẽ die nuptiarum iuuenes ⁊ puelle ⁊ nobiles cuncti festa cum gaudio celebrarent. Virgo domini deo inspirante considerans virginitatis dãnum: tam damnosis plausibus reparari: cepit omnia huius vite gaudia quasi stercora reputare: vnde nocte illa a viri consortio se abstinens: media nocte illo soporato se deo cõmendauit: ⁊ tonsis crinibus in virili habitu clam aufugit. Longe autem ad quoddam monasteriũ veniẽs: ⁊ fratrẽ Pelagiũ se dicens: ab abbate receptus est: ⁊ diligenter instructus. Qui tã sancte ac religiose vite se habuit: ꝙ defuncto sanctimonialiũ prouisore de seniorũ consilio ⁊ abbatis imperio: licet inuitus monasterio virginũ est prelatus. ¶ Dum ergo eis nõ solum corporum necessaria: sed etiam animarum pabula ministraret diabolus eius sanctitati inuidens: vt vite eius innocẽtiam diffamaret: vnam ex virginibus q̃ ostiaria erat in adulterium traxit ⁊ vtero intumescente cum iam celari non posset: pudor ⁊ dolor maximus monachos ac virgines cõsternatus est. Solusq̃ Pelagius: vtpote carũ familiaris sine vllo examine ab oĩbus condemnatur: ⁊ cũ ignominia foras pellitur: ac in quodam specu recluditur: ⁊ eiq̃ monachorum seuerissimus deputatur: qui ei panem hordeaceum et aquam tenuissime ministrabat. At ille oĩa patienter sustinebat ⁊ deo gratias agens per sanctorum exempla se continue confortabat. Tandẽ cum finẽ suum adesse cognouisset: monachis per literas mãdauit suum genus: nomenq̃ ac conditionem reuelãdo dicens quod vir fuerat non pro conditione mentita: quod inter feminas ostendisset: petens vt quam viri feminam nescierant: sorores sancte sepelirent vt femine virginem recognoscerent: quem calumniatores virum adulterum iudicassent. Hijs auditis monachi ⁊ sanctimoniales ad speluncam concurrunt: ⁊ pelagium mortuum conspiciunt: feminã ⁊ virginem intactam cognoscunt: ⁊ penitentiam agẽtes in monasterio virginum honorifice sepelierũt.

¶ De sancta Thaide meretrice. Capitulum.xxxviij.



Thais meretrix apud Alexandriam tante pulchritudinis extitit: vt multi propter eam venditis substantijs suis ad vltimã paupertatem deuenirent. Amatores quoq̃ sui pre zelo litibus inter se consertis: puelle limina frequenter sanguine replebant. Quod audiẽs Panutius abbas sumpto seculari habitu ⁊ solido aureo profectus est ad eam: dedítq̃ ei solidũ quasi pro mercede peccandi. Cũq̃ cameram secum ingressus lectum preciosum ascendere inuitaretur: interrogauit si esset secretius cubiculum: quod nullus ingrederetur. Que duxit eum in interiorẽ cellam: dicens ꝙ nemo illum ibi videre posset: nisi solus deus. Interrogataq̃ a patre: an sciret esse deum. Rñdit ꝙ sciebat deum: ⁊ futurum seculum ⁊ tormenta peccatorũ. Quam senex iterum interrogauit: si hec esse nosceret: cur tot animas hominũ suãq̃ perderet. Que mox compuncta ad pedes ei⁹ procidit ⁊ palam postulauit. Cũq̃ abbas illi locũ cõstituisset vbi ad se venire deberet: quaten⁹ super eius salute disponeret. Illa colligens omnia: que ex peccato lucrata fuerat in medio ciuitatis omni populo spectãte combussit. Erat autem preciũ librarũ auri.cccc. Quibus incensis ad locum sibi ab abbate constitutũ perrexit. Quam ille in cenobio virginum in parua cella reclusit: ⁊ ostium plũbo signauit paruamq̃ fenestrellã reliquit: per quã ei modicus vict⁹ inferretur: iussitq̃ diebus singulis parum panis ⁊ aque ei a ceteris ministrari: mandans vt etiam vrinam suam in cella effunderet: quia tali fetore digna esset. Et cum quereret que modo deum adorare deberet prohibuit ne deũ noiaret: sed tantum incumbens contra orientem respiceret ac diceret. Qui plasmasti me miserearis mei. ¶ Post annos autem.iij. panutius ei compatiens ad abbatem Antoniũ perrexit: vt quereret an ipsi deus adhuc peccata sua Thaidi dimisisset. Et narrata causa Antoni⁹ mandauit vt omnes discipuli sui illa nocte in oratiõe vigilarent: quatenus deus super hoc aliquid eorũ cuiquam reuelaret. Nocte vero Paul⁹ maior Antonij discipulus vidit in celo lectum preciosis virgis ornatum: quem tres virgines splendide custodiebãt. Cũq̃ Paulus interrogasset: an esset Antonij: audiuit quod nõ. sed Thaidis meretricis. Quod cum mane retulisset abbas Panutius letus discessit: ⁊ profectus ad monasteriũ ostium celle destruxit. Et cũ illa rogaret vt adhuc maneret inclusa: iussit eam egredi quoniam dimiserat ei deus peccata sua. Et cũ illam eduxisset diebus.xv. superuixit: ⁊ in monasterio virginum in pace pausauit: vbi ⁊ cum honore sepulta fuit.

¶ De sancta Reparata virgine ⁊ martyre. Capitulum.xxxix.



Reperata virgo xij. annorũ passa est in ciuitate Cesariẽsi sub decio Cesare. Que nobili genere ipsius vrbis exorta cum ieiunijs ⁊ orationib⁹ vacaret: ⁊ a decio detenta est vt dijs sacrificaret. Quod dũ facere cõtẽneret: plumbo liquefacto iussu Cesaris perfunditur: sed plumbo tepefacto in nullo leditur. Deinde acetum feruens in os eius distillatur. Et dum hoc patiẽter tolerasset lampades ardentes ad latera ipsius apponuntur: ⁊ post hec in caminum ignis mittitur: sz a christo custodita inde omnino illesa ⁊ inuita producit. Iterumq̃ coste ipsius ac pectora facibus ardentib⁹ inflammantur. Et dum in hijs omnib⁹ victoriã obtinuisset: ⁊ Decio suadenti consentire nollet. Iussit virginem in craticulã extendi: ⁊ pannis subter strutis diutius torreri. Deinde sic assatam p totã ciuitatẽ nudam circunduci ad exemplum christianorum. Sed dũ christum viua voce confiteretur: ⁊ xpianos ad tolerãtiam hortaretur: reducta ad Cesarem virgultis crudeliter laniatur: deinde testulis marmoreis sup extenditur: ⁊ calce viua aqua sup infusa: ac sale adhibito ei⁹ vulnera cõfricãtur. postmodũq̃ sinapi aceto liq̃facto pfunditur: ac demceps spinosis fustib⁹ cruciatur durissime cedit. Et cũ hec oĩa cõstanti aio supasset: extra ciuitatẽ educta iussu decij decollat: ⁊ caputq̃ eius ipsi vt mandauerat presentatur. In cui⁹ decollatione visa est columba cãdida de ore ei⁹ exire ⁊ in celũ subito auolare. Cui⁹ corp⁹ iuxta murũ ciuitatis sepultũ est octauo idus octobris. Inde processu tpis translatum quiescit in Florentia.

¶ De sancta Benedicta virgine ⁊ martyre. Capitulum.xl.



Benedicta virgo et martyr apud Lugdunum ciuitatē passa est. Que ex senatoribus Romanis in vrbe ꝓgenita: religione xp̄iana spreto seculo cū .xij. virginib⁹ dño in pudicitia seruiebat. ¶ Audito vero certamine sanctorū martyrū quintini et aliorū: qui Roma egressi in Gallijs martyrio claruerūt: ipsa de vrbe cum sodalibus discedēs ad Gallias accessit: vbi ceteris a se separatis ipsa cum sola scoberia eius collactanea Lugdunū venit et in villa Myriniaco sup fluuiū Isaram iuxta Nemus resedit: vbi dño in sctītate seruiebat. Quā iudex Macrobi⁹ detētā: dū sacrificare nollet: alapis cedi: deinde virgis fustigari fecit: deinde in equuleo leuari: et diuti⁹ torā plūbatis cōtundi atq depositā in carcerē crudi mādauit: vbi angelica visitatione cōsolata sua ꝑdicatione .cl. gētiles ad xp̄m cōuertit. Inde quoq ipsam eductā et in fidei cōfessione ꝑsistētē iussit iterū iudex Nerius cedi: et rursum carceri mācipari. Sz inde ab angelo ianuis reseratis educit: et vulnera ei⁹ oīa sanant. Multiq de ppl̄o viso miraculo cōuertunt. Propter quod ab ipso iudice simul et carnifice securi templo excusso mactatur: sicq martyrio coronatur .viij. idus octobris. Sepulta in Lugduni ciuitatis territorio vbi passa fuerat.

¶ De sanctis Dionysio episcopo Rustico et Eleutherio martyribus. Cap. xij.



Dionysius episcopus: et Rusticus presbyter: et Eleutherius diaconus in ꝓuincia Galliarū ciuitate Parisi⁹ passi sunt sub ꝑsecutione Domitiani imperatoris agente fescennio ꝑfecto. Qui beat⁹ Dionysius natione Athenienisis ab Ariopago qui vic⁹ erat ceteris excellentior: vbi erāt schole nobiles philosophorū ariopagita dict⁹ est: q̄ etiā ex philosopho mūdano: a btō Paulo aplō cōuersus philosophus xp̄i eiusq discipul⁹ effectus est. In eo igit vico morabat Dionysius q̄ ob plenitudinē sapientie diuinorū nominū Theosophus id est dei sapiens dicebat: cum quo erat Appollophanus ei⁹ cōphilosophus: et multi philosophorum epicureorū et stoicorū et aliarū pluriū sectarū. ¶ Cum ergo in die dominice passionis philosophi Atheniēsi nō possent causam tenebrarū q̄ sup vniuersam terrā facte fuerant naturaliter inuenire. Nō enī fuit naturalis solis eclypsis: tum qr eclypsis fieri solet in renouatione lune: q̄ tunc erat .xv. et ita in ꝑfecta distantia e regione ad solē: tum qr eclypsis nō aufert lumen vniuersis partibus terre: tum qr ꝑ tres horas durare nō potest. Dionysius maximus philosophus hoc miraculū videns: nec hui⁹ causam inueniens: hoc protulit verbū: q aut deus nature patiebat: et ei elementa cōpatiebantur: aut totius ordo nature peruertebat. Et tūc Athenienses aram illi deo: q̄ hoc ostēderat miraculū cōstituerūt: et superposuerūt titulū ignoto deo. Singulis enī aris titulus supponebatur: vt indicarēt cui essent dedicate. ¶ Cū ergo Paulus venisset Athenas: et cū epicureis et stoicis disputaret: singulaq deorū altaria perlustrās inter cetera ignoti dei altare vidisset: declarauit eis hūc esse deū: quem predicabat: qui celum et terrā fecerat. Cū autem inter alios philosophos Dionysius: q̄ ceteris in diuinis doctior erat: dudū cū Paulo disseruisset: casu cecus trāsibat. Cui Dionysius dixit: vt si ceco illi in nōie dei sui precipetet vt videret et ille lumē reciperet: statim crederet. Sed vt olā suspicio tolleret: Paul⁹ ait Dionysio: vt ipsemet verba ꝓferret. Quod cum ille fecisset: protin⁹ cecus visum recepit. Statimq Dionysius credidit: et cum Damari vxore sua in omni familia baptizat⁹ est. Sicq a paulo per trienniū instructus epūs Athenis ordinatus est: vbi predicationi insistens: tam ciuitatem quam maximam partem regionis ad fidem christi perduxit. Huic paulus ea que ad tertium celum raptus viderat: reuelasse creditur: sicut et ipse Dionysius in plerisq librorū suorum insinuare videt: vnde et de hierarchijs angelorū: et ordinibus dispositionib⁹: et officijs: tā luculenter et clare disseruit: vt nō putares hoc ipsum ab alio didicisse: sed ipsum potius in tertiū celum raptū: hec omnia cōspexisse. Prophetico etiā spiritu claruit: et dormitioni beate marie interfuit prout ipse in libro de diuinis nominibus asserit. ¶ Cum ergo audisset petrū et Paulum Rome a Nerone in carceribus detineri episcopum sibi substituit: et ad eos visitandos accessit: eorumq passionib⁹ presens fuit. Uerum post aliquā tpa a beato Clemēte petri successore in Franciam destinatur: et ipsi Rusticus presbyter et Eleutherius Diaconus socianl. Sancti quoq Saturninus et Marcellinus epi: et Lucianus presbyter comites adiūguntur. Qui omnes veniētes arelatum: verbum domini predicare ceperunt. Tūc Dionysius authoritate summi pontificis fretus. Marcellinū in hispaniam. Saturninū in Aquitaniam: et Lucianum ad Beluacensem pagum direxit. Ipse vero cū sibi adiūctis Rustico et Eleutherio Parisius venit: et multos ibidem conuertit et ecclesias erexit: ac clericos diuersorū ordinum cōsecrauit. Et cum templorū pontifices sepius cōtra eum seditionē excitarent: et populus armatus ad eum cōcurreret: diuina gratia: aut deposita feritate ad eius pedes procidebāt: aut exterriti fugiebant. ¶ Cum aūt domitiani imperatoris precepto secūda persecutio in xp̄ianos excitata esset prefectus Fescenin⁹ cōtra xp̄ianos ab vrbe in Galliam directus: Parisius veniens: beatū Dionysiū predicantem captū colaphizatū cōsputū et loris cum socijs alligatum sibi presentari fecit. Dum autem sancti corā illo in cōfessione dñi cōstantes astarēt: ecce quedam matrona nobilis venit: et virum suū Lubiū ab his magis turpiter deceptum asseruit. Pro ei⁹ itaq viro mittitur: et in dei cōfessione martyrizatur. Sancti vero a .xij. militibus vicissim sibi succedentibus flagellantur: deinde catenis grauibus vincti carceri mancipantur. ¶ Sequenti vero die Dionysius super cratem ferream flammis suppositis nudus extenditur: indeq erectus ad bestias ferocissimas ieiunio excitatas exponitur. Que cum ad eum accurrerent: signum crucis opposuit et mansuetissimas eas fecit. Deinde in clibanum mittitur sed extincto igne nil leditur: cruci affigitur: et diutius ibidem torquetur inde depositus cum socijs multis alijs fidelibus in carcere recluditur: vbi dum sanctus missam celebraret: et populum fidelem communicaret: dominus Jesus cum angelorum multitudine: et immenso lumine eidem apparuit: et panem sacrum ei obtulit: atq ad martyrium confirmauit. ¶ Post hec sancti iudici presentantur et nouis supplicijs cruciantur. Et cum omnia tormenta superasset: iussu prefecti ante idolum Mercurij extra ciuitatem ducuntur: et ibidem in confessione trinitatis trinā capita: securibus preciduntur. Statimq corpus sancti Dionysij se erexit et caput suum intus brachia angelo duce et celi precedente lumine per duo miliaria deportauit: et a loco scilicet qui dicitur mons martyrum vsq vbi nunc dei prouidentia requiescit. Multi vero circunstantes angelorum melodiam concinentem audierūt: inter quos largitia vxor prefati lubij christianā se esse clamauit: et mox ab impijs decollata in suo sanguine baptizata occubuit. Dum infideles insisterent: vt Rustici et Eleutherij corpora in sequana fluuio mergerent: ne a xp̄ianis sepelirent. Matrona q̄dam nobilis nōie Catulla: adhuc pagana tñ ꝓpter visa miracula ad christum mente conuersa: vectores ad prandium inuitauit: et illis epulantibus sctōrum corpora furtim

surripi fecit: in suo predio occulte sepeliuit: q̄ post modū psecutione cessante inde sustulit corpora Dionysij sociorumq; ad fidē christi pcepit. Passi sunt aūt .vij. idus octobris circa an. dñi.xcvj. etatis vō beati Dionysij xc. ¶ Die vō passionis ipsorū cū apud Arelatū sanctus regulus epūs missarū solēnia celebraret: apostoloruz nominib' in canone recitatis adiunxit: beatorū martyruz Dionysij Rustici & Eleutherij. Quo dicto cū adhuc eos viuere putaret: mirari cepit quo mō eorū noīa sic ignoranter in canone recitasset. Et ecce tres colūbe eidem in altari apparuerūt: habētes sanctorū martyrū noīa suis pectorib' sanguine descripta. Qui dīe notans: inuenit eos tūc per passionē a corpore migrauisse. ¶ Beat' aūt Dionysius doctor ecclesie mirabilis et insignis: scripsit librum de angelica hierarchia. Item de diuinis nominibus. Item de mystica theologia: et alia forte plurima que nostris temporibus inueniri non possunt.

¶ De sancto Donino martyre. Cap. xlij.



Doninus martyr passus est in territorio ciuitatis chrisopolis: scilicet parmāsis sub Maximiano imperatore. Qui cū esset primus cubiculari' eiusdē augusti coronā ei' seruabat: et de ipsi' manib' Maximian' aureā imperialē accipiebat. Anno igit̄ sexto imperij sui: cū a Roma mediolanū venisset dedit cōtra christianos edictū mortis. Inde veniens in partib' Germanie: christianos quosdam ibi inuentos decollari mandauit. Tunc erant ibidem fideles quidā occulti circiter quingenti. Inter quos sanctus Doninus potissim' erat: qui ceteros confortabat. Et dum imperator ad vrbem romam venisset: p̄fati omnes eū secuti eidem occurrerūt: seq; christianos constantissime professi sunt. Quos omnes imperator decollari mandauit. Et quibusdā ex ipsis occisis aliquot fugerunt: vna cum sancto Donino: quidā per viā flamminiam: quidā per viā aureliā: quidā vero per viā claudiā. Doninus autem via claudia perrexit. Et dū venisset .xv. miliario ab vrbe Chrisopoli: nuncij Maximiani cum apprehēsum: in media via publica que claudia dicitur iuxta sistrionē fluuium decollauerūt: cuius corpus truncū manibus proprijs caput de terra leuauit: et ipm deferēs flumē super vndas trāsmeauit: atq; per iactum lapidis deportauit, vsq; ad locū in quo quiescit: vbi & sepultus est miraculis clarens. Inter que oēs eū innocantes: de calice ipsius potātes liberat a morsu rapidi canis. Qui passus est .vij. id' octob.

¶ De sancto Cerbonio episcopo. Capitulum .xliij.



Cerbonius episcopus populonie claruit: tēpore beati Gregorij pape. Qui dum hospitalitati esset intentus die quadam transeūtes hospitio suscepit. Quos gothis superuenientibus abscondit: eorumq; vitam ab illorum nequitia reseruauit. Quod dum totille gothorum regi perfido nunciatū esset: iratus crudelitate iussit episcopum teneri: et in loco qui merulis dicitur octauo ab vrbe miliario vbi cum exercitu suo residebat sibi presentari: eumq; in spectaculo populo vrsis ad deuorandum proiici. Tūc in conspectu regis episcopus ad medium deductus est atq; ad eius mortem vrsus immanissimus exquisitus qui ex cauea dimissus: accensus et concitus episcopum petijt sed subito sue feritatis oblitus capite humiliter submisso lambere episcopi pedes cepit: populusq; qui ad spectaculū venerat mortis magno clamore ipsius est in admirationē venerationis. Ad cuius reuerentiam etiā rex ipse promotus est ipsumq; honoratum valde dimisit & eius orationibus se cōmendauit. ¶ Hic etiā in ecclesia sua cui preerat: populonie sepulchrum sibi parauit. Sed cū lōgobardorum gens in Italiam veniens cuncta vastasset: ad helbam insulaz recessit. Qui irruente egritudine ad mortem veniens: clericis suis precepit: vt corpus ei' in sepulchro qd sibi populonie preparauerat ponerent. Cui cū illi responderent q' illuc ipsum reducere minime possent eo q' longobardos ipsum locū detinentes vel illac discurrantes timerent: hortatus est eos vt secure ipsum illuc deportarent: & festine se pelire curarent: moxq; ex eodem loco sine vlla mora discederent. ¶ Defuncti igitur corpus in naui posuerūt. Cumq; populoniam tenderent: & immēsa nimis pluuia erupisset: per totum illud maris spacium q' ab helba insula vsq; populoniā duodecim milib' distat: circa vtraq; nauis latera pcellosa valde pluuia cecidit: sed in nauē eadem: nec minima imbris gutta descēdit. Peruenientesq; ad locū: corp' sepulture tradiderunt & epi pcepta seruātes ad nauē sub festinatione redierūt. Quam mox et intrarūt in eodē loco dux crudelissim' lōgobardorū Gūmarith aduenit. Ex cui' aduētu Cerbonium habuisse spm ppheticū claruit: q̄ illos se pulto corpe inde discedere sub festinatiōe pcepit. Quieuit autem vir sanct' in domino .vj. idus octobris. Hec Gregorius .iij. Dialogorum. cap. xiij.

¶ De sancto Paulino episcopo. Cap. xliiij.



Paulinus episcopus Eboracēn. claruit apud idē oppidū tēpore beati Gregorij pape. Cū enī idem sanctus doctor augustinū epm ad predicandum anglorū gētē destinasset: vt dictum est supra in gestis ipsius Austini episcopi .vij. kalē. iunij. Idem beatus Augustinus iustum episcopum genti Nordanialorum consecrauit .i. nationi anglorum que ad aquilonē vmbri fluminis habitabat. Qui iustis verbū fidei predicādo: eandē gentē cum rege suo Eduino conuertit. Hic etiam iust' paulinum epm ordinauit: & ipsum ad Eboracensem ciuitatē in fide cōfirmandam delegauit. Qui fructū plurimū predicationis in eadem ciuitate perfecit: et clarus sanctitate in pace quieuit .vj. idus octobris.

¶ De sancto Geraldo confessore. Cap. xlv.



Gerald' confessor apud Aurelianū claruit. Hic vir illustris Lemouicēsi territorio Aureliaco pago nat' est a patre Geraldo matre Adaltrude de nobilissimis atq; ditissimis. Qui dum insimul caste viuerent: nocte quadam diuinitus in somnis admonenť vt debitū matrimoniale soluant: et prolem mirificā procreare valeāt: quē Geraldum nominare debeāt. Excitatus igitur pater: debitoq; soluto iterū obdormiuit: viditq; ex pollice pedis eius dextri vngulam nascentē que in arborem magnā succrescēs: ramis & perticis protēdebatur: nec eū in pede pōdus aliquod sentire videbať. Cūq; mr̄ filiū adhuc gestaret in vtero & die quadā cū viro esset in thalamo trinam vocē audiuit infantuli vagiētis: et quasi iā nati voces emittentis. Natus igitur puer & ablactatus: annis puerilibus deo deditus: literisq; diuinis mirabiliter breui tempore vltra coetaneos est imbutus: nunc misq; effectus armis: vtpote miles nobilis exercitatus: cunctos in acie superabat. Defunctis autē parentib' ex facultatib' suis egentis largiflue ministrabat. Quē diabolus semel visione pulcherrime cuius vasalli filie grauī temtatione pulsauit: ita vt ille nunciam ad patrem

mitteret: et nocte sequenti ad eum accedere vellet. pec catū tñ timens orationē p̄misit: et sic ad domū puelle ac cessit: et a p̄re suscept⁹ fuit. Cū aūt tētationē grauē senti ret: et ad ignē sederet: puella sibi vltra modū deformis vi sa est: vt iā quā viderat esse nō putaret: nisi pater ei⁹ illā esse penitus affirmasset. Sicq₃ tentatione superata sine crimine rediit et patrē cū omni familia libertati dona uit atq₃ puellā nuptui tradidit. ¶ Officiū aūt diuinum ac si clericus continue dicebat: et missas quotidie aud. e bat. Cū autē die quadā agendis curie intētus missam audire nō posset loco misse psalteriū totū legit. Et ex tunc in cōsuetudine duxit vt quotidie totū psalterium decantaret. ¶ Demū relicto seculo monasteriū in pro prio solo in aureliaco construxit: qd̄ de suis facultatib⁹ large dotauit: in quo se monachū fecit: et multa vite san ctitate et abstinētia clarus: et pollensq₃ virtutib⁹ feliciter ad xp̄m migrauit. vj. idus octobris. Sepultusq₃ est in ipso monasterio miraculis clarus.

¶ De sanctis Cassio et Florentio et socijs martyribus. Cap. xlvj.




Ducenti et septuaginta martyres xp̄i apud Aphricā coronati sūt et sc̄ti martyres Martian⁹ et Satyrian⁹ cū duob⁹ fr̄ib⁹ et Maxima virgo Egregia ancilla xp̄i sub ꝑsecutiōe vādalica Gergerico rege Arriano. Qui p̄io nodosis fustib⁹ cesi et vsq̄ ad ossa laniati cū mltō tp̄e talia paterent̄. sequēti die incolumes reddebant̄. Post modū aūt dura custodia mācipati: et arctati. i. neruo dei v̄tute soluto cippo liberati sunt Ob quod miraculū Maxima libertati sue reddita multarumq̄ multarū virginū effecta in cōfessiōe xp̄i cōsenuit. Sancti aūt inter mauros ferocissimos relegati cū predicatiōe sua multos ad xp̄m ꝯuertissent iussu gergerici ligatis pedib⁹ post terga currētiū quadrigaꝝ inter spinosa loca syluarū tracti: et discerpti sp̄m emiserunt. xvij. kalē. nouēbris vt ait Ado in martyrologio suo.

¶ De sancto Magnobono epo. Ca. lxxiiij.



Magnobon⁹ episcop⁹ Andegauēsis claruit t̄pib⁹ Dagoberti regis quē rex fama ipsi⁹ cōperta ad se accersiri fecit. Cū ergo ciuitatē ingressus esset: cōpediti q̄ erāt in ergastulo ei⁹ patrociniū implorabāt. Ille vero iudicem adijt: et vt eos amore xp̄i solueret exorauit: q̄ ab eo repulsus dū ecclīā intrās orasset: subito cōpedib⁹ fractis et carcerib⁹ reseratis ictusi absoluti sunt. ¶ Cū in p̄dio quartauaco ei⁹ diocesis puer a demone rapt⁹ eēt inter vepres et rupes collidit: et semiuiu⁹ sc̄tō epo a parentib⁹ offert̄ q̄ demonē xp̄i noīe inuocato a puero eiecit: et ip̄m sanū parētib⁹ restituit. Quadā vice dū flumē cū socijs vellet trāsire nauē cōspexit ab alia parte fluminis ductore carētē. Sz dū orasset: nauis sine remige eis flumē ad eū venit: et ip̄m cū socijs sine vllo gubernante trāsiuexit. ¶ Verū t̄pe famis ingruētis dispēsatori suo certā nūmorū summā paup̄ib⁹ distribuēdā dedit: quā ille in dispēsando duplicatā inuenit. ¶ Abbas q̄dā ei⁹ Emulus ad eū veneno poculādū quoddā miserat. Sed sc̄tūs vir hoc p spiritū cognoscēs nūcios abbatis benigne suscepit: et eorū intētionē eisdē aperuit: atq̄ sic eos ad penitētiā ꝓuocauit. Quieuit aūt in pace vir dei. xvij. kalē. nouēbris sepult⁹ in ecclesia sua.

¶ De sancto Ambrosio epo. Capi. lxxv.



Ambrosius episcopus Bituricen̄. apō eādē ciuitatē claruit t̄pe Pipini regis Frācoꝝ: q̄ vita et sc̄titate eximi⁹ et doctrina ꝑfulgidus gregē dñi sibi cōmissum v̄bo et exēplo fidelr̄ enutriuit: et virtutibus plen⁹ in pace q̄euit. xvj. kalē. nouē. vt ait Ado in martyrologio ex dictis hieronymi sumpto.

¶ De sancto Ambrosio cōfessore. Capi. lxxvj.



Ambrosius Alexandrin⁹ cōfessor: Didymi auditor apud Alexādriā floruit. Qui multa sapiā pollēs: volumē de dogmatib⁹ multoꝝ ꝑsuū aduersus Apollonariū scripsit. Cōmētarios quoq̄ in Job [illegible] ꝯposuit. Et t̄pe Theodosij iunioris apud prefatā vrbem in domino q̄euit. Hec Hieronym⁹ libro de viris illustribus.

¶ De sancto Herone epo et martyre. Capi. lxxvij.



Hero episcopus et martyr post beatū Ignatiū Antiochenā rexit ecclesiā: sicut eidē Ignatio ad passionē pergēti fuerat diuinit⁹ reuelatū: q̄ epūs fac⁹ vt magistri viaꝝ prius imitator sequeret̄: p commendato sibi grege amator xp̄i occubuit. xvj. kalen. nouembris.

¶ De sancto Priuato martyre. Capit. lxxviij.



Priuatus martyr sub Alexādro imperatore Rome passus est: q̄ cū esset miles plen⁹ vlceribus vidēs qualr̄ sanct⁹ Calepodius presbyter ꝛ martyr beato Calixto pape in custodia detento: nocte cuž immēso lumine apparuit: ipsumq; blādis exortationib⁹ confortauit ad pedes Calixti procidit: ꝛ p̄ sanitate sua instanti⁹ exorauit. Quē dū Calixt⁹ sacro fonte ꝑfunderet ab oībus vulnerib⁹ curauit: vt supra dictū est in passione beati Calixti pape p̄ridie idus octobris. Qđ audiēs Alexāder imperator ꝛ post passionē Calixti p̄uatū teneri fecit: ꝛ in xp̄i cōfessiōe manētē: tādiu plūbatis cedi donec deficeret. cui⁹ corp⁹ Asteri⁹ p̄br̄ iuxta corpus beati Calixti sepeliuit. xvj. kalē. nouēbris.

De sancto Luca euangelista. Capitu. lxxx.



Lucas euangelista natiōe Syr⁹ ex Antiochia ciuitate vn⁹ fuit ex. lxx. duob⁹ xp̄i discipulis: vt abbas Dorothe⁹ scribit: vel vt dt̄ Hieronym⁹ discipul⁹ fuit aplōꝝ: postea Pauli secut⁹ est vsq; ad passionē seruiēs dn̄o sine crimine. Hic sapientia eruditissim⁹ grecis sermonibus nō ignarus: arte medic⁹ extitit: p̄ri⁹ corporib⁹: deinde animab⁹ p̄stans medelā. Nā verba ei⁹ languentis aīe sunt medicina. ¶ Hic euangeliū sicut audierat scripsit in grecia ī partib⁹ vel Achaie: ꝛ Theophilo ep̄o discipulo suo: cū iā scripta essent euāgelia p̄ Mattheū in iudea literis hebraicis: ꝛ p̄ Marcū in italia latinis. Hic terti⁹ scripsit in grecia literis grecis. Qui etiā eodē greco sermone act⁹ apostolorū sicut viderat ipse cōposuit: quem plurimiq; tradūt fuisse p̄selytorū: ꝛ hebreas literas ignorasse: eo qđ q̄cq̄d scripsit greco sermone cōposuit. Euāgeliū aūt suū ipse didicit ab apostolis: sicut ipse in prologo suo culē testatur theophilo. Cum enim non fuerit cum christo in omnibus actibus ꝛ miraculis xp̄i: ideo suum euangelium scripsit secundum quod apostoli: q̄ presentes fuerant ipsi intimauerunt ꝛ retulerunt. Creditur quoq; q̄ ea que de incarnatione domini ꝛ natiuitate ꝛ infantia meminit a beata virgine didicerit. Ideo q̄ predicta super alios euāgelistas plen⁹ ꝛ copiosi⁹ explicauit. Nam ꝛ eidem dei genitrici familiarissimus extitit. Cuius euangelium a Paulo mirabiliter approbatum est: q̄ñ ad confirmationē dictorū suorum Luce euāgelium adducebat: vnde quidam suspicati sunt q̄ q̄ñcunq; Paul⁹ in epistolis suis dicit: ꝯm euangeliū meū: de Luce significare volumine. ¶ Actibus vero apostolorum ipse beatus euangelista p̄sens fuit: ꝛ ea cuncta oculis suis prospexit. Nā ꝛ tempore passionis dn̄i iam christi discipulus esse ceperat: qđ patet ex eo: vt quidam tradūt q̄ ipse alius discipulus cū cleopha nominatim expresso fuerit: quibus dn̄s euntibus in Emaus die resurrectionis apparuit: qui ex humilitate nomē suū cōticuit. Ipsorum igitur actuū volumē vsq; ad quartum imperij Neronis annū texēs historiā in vrbe cōpilauit: vt ei⁹ tn̄ scripta indicant. Pauli apostoli sectator fuit: ꝛ ois ei⁹ peregrinationis comes indiuiduus. Nā ꝛ gesta solius Pauli in actib⁹ apostolicis prosequēs: ei eidem volumini fidem facit. ¶ Hic ab ineunte pueritia castissimus fuit: ꝛ sine crimine virginitatē mentis ꝛ corporis semper seruauit. Nā neq; vxorē neq; filios habuit: ꝛ in opus euāgelice predicatiōis iugiter laborauit. Crucis quoq; mortificationē vt tradit ecclesia: in suo corpore pro nominis xp̄i honore portauit: quia ꝛ carnē suā multa penitentia afflixit. ¶ Fertur quoq; q̄ Lucas euāgelista artem pictoriam habuit: ꝛ in ipsa solennis operarius fuit. Nam et Rome due extant imagines: vna christi in sancta sanctorum: ꝛ alia dei genetricis in ecclesia sancte marie maioris: per quas de⁹ miracula retroactis temporibus ostendit: quas Lucas dicitur depinxisse formā vult⁹ saluatoris ꝛ matris naturalem assimilantes: ꝛ eas veraciter representantes. Constantinopoli etiam alia pictura beate virginis habet: q̄ forme matris domini dicitur esse simillima que ab eodem euangelista traditur fuisse figurata. ¶ Denique beatus Lucas sanctitate plenus ꝛ mūdicia obijt in Bithynia plenus spiritu sancto: etatis sue anno. lxxiiij. Ibiq; sepult⁹ est. xv. kalē. nouembris. Cui⁹ ossa regnāte Cōstantino imperatore anno. xx. imperij ei⁹ cū reliquijs Andree apl̄i Cōstantinopolim trāslata sunt: licet ciues Padue vrbis ipsum corp⁹ presentialiter fabulētur se habere in ecclesia videlicet sancte virginis Iustine.

De sancto Iusto puero ꝛ martyre. Capitu. lxxi.



Iust⁹ martyr puerulus annorū. ix. apud Ambianense oppidum passus est sub Rictionaro p̄side. Qui nat⁹ antisiodori clara p̄sapia: patre Iustino matre Feliciana: tenera etate deo dedit⁹ spū̄ p̄phetie meruit obtinere. Cū eñ pater Iusti frēm quēdā Iustinianū nōie habuisset q̄ de ciuitate illa dum esset adhuc puer dudū furto sublatus fuerat: ꝛ Ambianū duct⁹ negociatori cuidam nomine Lupo xp̄iano vendit⁹ adhuc in seruitute manebat. Iust⁹ p̄ annos. ix. p̄phetico spū̄ hec oīa patri nunciauit: ꝛ ad requirendū patruū oīno se velle accedere dixit: qui tn̄ nūq̄ patruū viderat nec nominari audierat: eo q̄ anteq̄ Iustus genit⁹ esset: p̄ annos multos ille raptus extiterat. Dū aūt pater puerū reuocare nō posset: cuiusq; verba quasi puerilia derideret: ꝛ ab eo tamē multa victus instantia puerū assumpsit: ꝛ Ambianū secum perrexit. Qui dū venissent ad castrū militonem paupereo xp̄ianos eīca refocillarūt. Iustus vero pauperi nudo reperto tunicā suā tribuit. Sed dū Ambianū venissent a predicto Lupo negociatore occulte quidē xp̄iano p̄pter metū rictionari p̄sidis hospitati sunt. Cui causam eorū aduent⁹ exposuerūt: ꝛ seruū quē habebat se redimere precio obtulerūt. Lup⁹ vero omnibus famulis suis cōuocatis vt suū recognoscerent: Iustus patruum quē nunq̄ viderat per spiritū recognouit: quē tamē pater eius Iustiniani german⁹ iam grādeuū effectum vix recognoscere valuit. ¶ Cū aūt p̄sidi nunciatū fuisset q̄ xp̄iani peregrini in domo Lupi laterēt. Ille Iustinianū seruū absq; vllo precio libertati donauit ꝛ ipsum cū Iustino ꝛ puero Iusto nocte de ciuitate dimisit: mane autem custodes rictionari ad domū eius venientes omnia perscrutant: ꝛ nō inuentis illis iussu p̄sidis eos in equis cursorib⁹ insequunt. Cunq; sancti iuxta fontē pranderent: ꝛ milites a longe conspexissent: puer quidē patrē ꝛ patruū inter frondes abscondit: ipse vero in arborem speculator ascendit. Ad quem peruenientes satellites: dum parentes non inuenerūt: puerū se p̄fessum christianum decollauerunt: ꝛ cōtinuo abierunt. Corp⁹ autem truncum per seipsum se leuauit: ꝛ caput manib⁹ sustulit: atq; ad parentes accessit. Quib⁹ prodeuntib⁹ caput lingua clare loqui cepit: deū collaudans: ꝛ patrē ac patruū admonens: vt corpus suum ad ciuitatē Beluacū delatū sepeliant: caput vero ad matrē pro ei⁹ consolatione deferant. Quib⁹ dictis corpus mortuum cecidit: spiritus celos petiit: lux quoq; celica desuper immensa coruscauit. Illi igit̄ corpus ad territorium Beluacense portantes: illud ibidē sepelierunt: ꝛ Antisiodorū regressi caput matri obtulerunt: omniaq; gesta narrauerunt: quod illa vt caput martyris suscipiens reuerēter digno loco reposuit: ꝛ ipsius pro reliquijs deuotiōis conseruauit.

conseruauit. ¶ Sāctus autem amator episcopus post decursum temporis caput Iulii martyris in loco vbi ipse decreuerat collocauit: vbi puella ceca a natiuitate annorum .xvi. lumē oculorum recepit. In loco autem sepulture eius in territorio Belnacensi Basilica eius nomini edificata est. Sed interiecto tempore caput eiusdem Baluacū trāslatū in sacrario ecclesie scti petri recōditū est. passus est sctūs martyr .xv. Kal. nouēbris.

¶ De sancta Tryphonia regina. Cap. lxxxi.



Tryphania regina vxor quondam decii Cesaris fuit. Que post passionē martyrū Hippolyti et sociorum hoc modo conuersa est. Cum enim Decius Cesar et Valerian⁹ prefectus sctōs martyres Hyrenenum et Abundiū necari in cloacam iecissent: de quib⁹ supra in eorum passione dictū est .vii. kal. septembris et claosio diebus .xxxvii. ambo in carruca cōsedētes ad amphitheatrū descēderēt: vt ibi sctōs martyrizari facerēt: terque eorum a demonio arreptus clamare cepit: quod cum scti martyres Laurētius et Hippolytus cruciarēt: post diras voces Valerianus ibidem expirauit. Decius autē ad palatiū reductus per triduum a diabolo vexabatur. Tunc eius nomine Tryphonia omnes sanctos in carceribus detentos dimisit. Finito vero triduo Decius clamās se a laurentio torqueri: miserabiliter vitam finiuit. Quod vidēs Tryphonia cum filia eius Cyrilla puella virgine cōuersa est: et ad Iustinū presbyterū venerūt baptismi gratiā postulātes quibus indixit eis ieiuniū septē dierū: et eas postmodū sacri fontis vnda perfudit. Quib⁹ ad domū suā reuersis: Tryphonia die sequēti orās ad dominum cum lachrymis emisit spiritum: cuius corpus Iustinus presbyter iuxta corpora Hippolyti et sociorum sepeliuit. xv. kalendas nouembris.

¶ De sctō Asclepiade epō et martyre. Cap. lxxxii.



Asclepiades episcopus Antiochenus et martyr apud eandem ciuitatē passus est. Qui vnus fuit ex preclaro confessorum numero: qui sub decio Cesare passi sunt. Hic enim pro confessione nominis christiani capite truncatus martyrio coronatus est decimoquinto kalendas nouembris vt dicit Ado in suo martyrologio.

¶ De sanctis Ptolemeo et Lucio martyribus. Cap. lxxxiii.



Ptolemeus et Lucius cum quodam tertio martyres tempore Antonini pii Augusti passi sunt apud Alexandriam ciuitatem. Qui ptolemeus a quodam cēturione detentus: eo quod se christianum diceret: diuque carcerali custodia maceratus ab eodem iudici vrbicio traditus est: a quo interrogatus dum se christum colere viua voce profiteretur capitali sententia damnatur. Dumque Lucius: qui christianus occultus: iudicem de tanta impietate argueret: eo quod nullius reum criminis innocenter damnasset: interrogatus quoque ab eodem se christianum fore similiter assereret: simili vltione puniendus adiudicatur. Sed et quidam tertius pari vsus libertate pari quoque dānatiōe cōdēnatur. Qui omēs simul decollati martyrio coronati sunt. xiiii. Kalē. nouembris.

¶ De sancto Ethbino confessore. Capitulum. lxxxiiii.




Ethbin⁹ in hibernia claruit tempore Mauritii imperatoris. Hic in Britannia natus in domo paterna vsque ad annum .xv. liberalibus disciplinis instructus est. Mortuo vero eius patre ab ipsius genitrice sancto Sampsoni dolensi episcopo oblatus ab eodem clericus factus est. Materque ipsius sacro velamine consecrata: qui postquam predicto episcopo annis aliquot adhesit: vt arctiori se vite traderet: ad sanctū simulianum abbatē accessit: a quo in monasterio quod tauracū dicitur: monasteriū habitū suscepit: et etiā ad diaconatū promotus sancto vigna loco sacerdotis eiusdē loci monacho sociatur. ¶ Cui autē cū predicto sancto quadā vice itineraret: et leprosum aspectu horribilē inuenissent: Ethbinus iacentē cepit brachiis sustentare: dumque ille dolore narium torqueri se diceret: et nullū sibi adesse remediū nisi oris anhelitū exprimeret: vigna locus compatiēs nasum horridum et vlcerosum in ore suscepit quē Ethbinus per latera sustinuit: respiciēsque sursum: vidit crucem auream angelosque pauperi obuiātes. Tunc leprosus viros dni cōfortāns christum esse protestās in nube raptus nunquā comparuit. Illi vero domino gratias agētes alter alterius meritis vicissim visionē ascribebant. ¶ Dū igitur Franci Brittāniam deuastassent. Ethbinus Hiberniam petēs in silua nectensi tugurium et ecclesiā paruā fabricauit: in qua deo assidue seruire cepit: miraculis etiā clarēs claudum vnum erexit. Mulier quedam ad eum veniēs pro salute filii sui paralitici: illēsque positi supplicauit: dicēs quod beata virgo Brigida illā ad Ethbinum misisset: vt eius filium liberaret. Qui suis orationib⁹ filio mulieris illius salutem impetrauit. In ipso autem loco pane solus et aqua bis in hebdomada se refecit: et anno. lxxxiii. in pace quieuit. xiiii. Kalendas nouembris.

¶ De sancto Maximo martyre et leuita. Capitulum. lxxxv.



Maximus martyr et leuita et vir sanctus tempore decii Cesaris apud Ambianensem prouinciam passus est. Qui cū esset plebeius patiēdi desiderio inquirentibus se persecutoribus palam ostendit. Et a preside comprehēsus post responsionum eius constātiam dum christum cōfiteretur: in equuleo suspēsus ac diutius tortus est. Cui dū preses Cesariam eius filiam nimis speciosam in vxorem promitteret: si diis sacrificare cōsentiret: et ille se mariam virginē dei genitricem haberesponsam assereret: ac omnino sacrificare renueret: fustib⁹ diutissime cedit deinde ad carcerē duci iubet. Qui dū duceretur emisit spiritum. xiii. Kalen. nouembris.

¶ De sanctis Caprasio primo et Feliciano martyribus. Cap. lxxxvi.



Caprasius martyr cum Primo et Feliciano fratribus passus est in Galliis ciuitate Agenēsi sub Daciano preside. Cū esset Caprasius christian⁹ occulte timore presidis propter rabiem persecutionis declinans iuxta vrbem in rupis spelunca lateret: audiēs qualiter beata virgo fides pro christo agonizasset: de qua supra in ci⁹ passione dictum est pridie nonas octobris: animatus ad tolerandam passionis coronam et ad de

Wenumm: vt si cum dignum gloria martyrū iudicaret: ex lapide spelunce aqua limpidissima emanaret. Qđ pre stante dño statim obtinuit. Super hec vidit per spiritum columbam niueam de celo descendentem z coronā auro gemmisqꝫ fulgentē super caput sidei virginis imponentem: que vestibus fulgidis erat ornata: z angelis comitata. Ipsa vero columba alarum volatu et rore refrigerauit ignem in quo virgo iniecta erat: et sancta z ad celos subito aduolauit. Cum aūt hec omnia Caprasius cōspexisset certe ad certamen cucurrit: z xpianū se coram Daciano cōfessus fuit. Quē ille detentum vngulis laniari fecit. Ita vt Primꝰ z Felicianꝰ fratres eius exemplo patentie cōuerterentur: z se xp̄m colere faterentur: Quos oēs insimul vinctos: preces capite cedi mandauit. Quorū corpora in eodem tumulo in Agenensi ciuitate a xpianis sepulta sunt. xiii. Kalen. nouembris.

De sanctis Undecim milibus virginibus. Capitulum. lxxxvi.



Undecim mille virgines cū socijs earū apud Coloniā passe sunt sub Hunorum principe Juliano. Quarū omniū principalior auctrix z signifera fuit btā Ursula. Hec filia vnica regis Scotie christianissimi noīe Mauri sapiētia mirabili z pulchritudine insigni pollebat. Quā rex Anglie nimis precorēs missis solennibꝰ nūcijs filio suo in coniugiū: multis promissionibus z blanditijs postulauit: adijciēs minas si ad eum legati vacui reuerterentur. Pater autem virginis cum iram regis Anglie formidaret: quid ageret anxiebat: nec enim volebat deum offendere filiam suam homini gentili tradendo: nec virginis sacrum propositum impedire: eius pudicitiā quā deo vouerat perturbando. Uirgo autem domini diuina reuelatione premonita patri suasit: vt predicto regi assensum preberet: ea tñ cōditione vt iuuenis baptizaretur: z per trienniū in fide instrueretur: z q̄ sibi a patre iuuenis z a suo .x. virgines electe z speciose in socias darentur: z tam sibi quā illis mille virgines subscriberentur: z naues vndecim minute ad opus earū fabricarentur: quatenꝰ dicto triennio per mare ludendo discurrerent: z virginitatē suam dño dedicarent. Hoc autem virgo poposcit: vt interim socias suas christo virgines cōsecraret: z sponsum ac patriam ad fidem adduceret. Quod parētes z iuuenis fieri cōsenserūt: ipsoqꝫ cōtinuo baptizato naues fabricari preceperunt. Oīa igit̄ festinantius parantur: virginesqꝫ de diuersis mundi partibus congregantur: et omnes vrsule presentantur. Pater autem eis honorabilē comitatū multorum episcoporum z baronum Anglie z Scotie tradidit: z necessariorū copiam ministrauit. Multi quoqꝫ ad tam grande spectaculum de diuersis vrbibus conuenerūt. Inter quos fuit Panthulus Basilieñ. episcopus. Qui eas vsqꝫ Romā perduxit: z inde reuersus cū eis martyrium suscepit. Sancta quoqꝫ Gerasina regina Sicilie: que virū suum conuerterat soror Macirij epi z Darie matris sancte Ursule cū quatuor filiabꝰ suis: scilicet Babila/ Julia/ Uictoria/ z Aurea: z paruulo suo Adriano: cū hoc per literas patris Ursule cognouisset. Relictoqꝫ regno in manu alterius filij: per mare in Angliā nauigauit. Cuius cōsilio z etiam industria tam naues quā omnes virgines regebant: et sic in nouā xp̄i militiam ab oībus coniurat̄ iuxta condictū igitur triennio per mare discurrūt: z omni ludorū genere se exercitantes: modo belli preludia inchoant: modo fugam simulant: modo aliud fingunt: quod aīo occurrebat. Tandem post q̄ Ursula ad fidem z pudicitiam omnes christi virgines cōuertisset: sub vnius diei spacio flante prospero vento ad portum Gallie: qui Tiella dicit̄ applicuerunt: inde coloniā sunt delate: vbi angelus dñi Ursule apparuit z predixit eas illinc integro numero reuersuras: z coronas martyrū percepturas. Ad cuius admonitionē inde venerunt Basileam: vbi relictis nauibus pedestres venerūt Romā. Quas papa Cyriacus gaudenter suscepit: q̄ de terra earum erat: z multas ibi cōsanguineas habebat: plurimasqꝫ ex ipsis nōdum baptizatas sacro fonte pfudit: qui diuinā reuelationē in somnis accepit: vt cū ipsis relicto pontificatu discederet: z coronā martyrū cū eis acciperet. Et cū anno vno z mēsibus duobus z diebus viginti ecclesiā rexisset: inuitis cardinalibus z clero Romano papatū resignauit: z cum Uincentio psbytero cardinale z multis alijs virginū se collegio sociauit. Et q̄z inuitis oībus pōtificatū reliquit: nomē eiꝰ de catalogo pōtificū clerus abrasit. Uidentes aūt duo iniqui principes Romane militie: scʒ Maximianus z Aphricanus: q̄ p sacras virgines multi ad eas vndiqꝫ concurrentes ad xp̄m conuertebantur: explorata earū via: miserunt per literas ad Julianum cognatum suum ducem gētis hunorum: vt apud coloniam cōtra eas exercitum duceret: vbi virgines cum socijs trucidaret. Secuti sunt autem eas vna cum summo pontifice predicto Jacobus epūs Antiochenus: qui de Britannia patria sua veniens septem annis ibidem sedem tenuerat: z Romanā curiam visitare venerat. Macirīꝰ quoqꝫ Leuicanꝰ epūs auunculus Babile z Juliane: z Follarius epūs lucensis cum alijs presbyteris z clericis multis. Hijs etiam occurrit sponsus beate Ursule Etherius: ac nunc patre suo iam christiano defuncto z matre eius sororibus baptizatis: qui diuinam iam reuelationē habuerat: vt sponse sue occurreret: z cum ea palmam suscipere: qui secum de Britānia sororum dariā adduxit cū paruula sorore noīe florentina: z quēdā clementē epm. Istis etiā se roīne cōiunxerat Marculus epūs grecie cū sorore sua cōstantia filia Dorothei imperatoris Cōstant nepolitanū cuiusdā regis filio nupserat: sed eo ante traductionē morte preuēto virginitatē suā xp̄o deuouerat. Oēs igitur virgines cum predictis episcopis z multis alijs ad coloniam redierunt: z ipsam iā ab hunis obsessam inuenerūt. In quas irruentes barbari velut in oues lupi: totā illā gloriosā multitudinē gladijs peremerūt. Sicqꝫ coronam martyrij perceperūt. Cum aūt vidissent Ursule pulchritudinem: manū retraxerunt. Sed cū impio Juliano hunorū duce nollet nubere: nec idolis immolare: ille contemptū se vidēs: directa sagitta eā in corde transfixit: z sic illa ad dñm migrauit. Quedam autē virgo nomine Corbula timore perterrita in naui nocte illa se abscōdit: sed in crastinū morti se offerēs martyrij coronā suscepit. Quarū corpora a fidelibꝰ collecta: apud Coloniā honore cōdigno tumulata sunt: z honorabilis ecclesia cū notabili monasterio virginū ad memoriā earū fabricata sunt. Passe sunt aūt virgines .xi. milia cū socijs earum .xii. Kalē. nouembris: circa annum domini. cccccl.

De sancto Hilarione abbate. Cap. lxxxviii.



Hilarion abbas: cuius vitam Hieronymus scripsit: apud Egyptum claruit. Qui ortus vico tabatha: quod quinqꝫ milibꝰ a Gaza vrbe Palestine distat: parētibus gentilibꝰ xpianꝰ ipse vt rosa de spinis floruit: sed Alexandriā a patre missus in breui grammaticam didicit: z in christum credens ecclesiam frequentare cepit. Audiēs autem celebre nomē Antonij: qđ per omnes Egypti populos ferebatur: vidēdi eum studio perrexit ad eremum: z statim mutato habitu duobus mēsibus secū mansit: z cōtemplās ordinem vite eiꝰ z morumqꝫ grauitatem. Reuersus aūt cū quibusdā monachis ad patriā parētibꝰ defunctis omnia pauperibus

largit⁹ est:nibil sibi omnino reseruans. Sicq3 annorū quīdecim nudus z armatus in christo solitudinem ingressus est:sacco tm̄ membra coopertus quindecim caricas post solis occasum comedebat. Igitur a decimosexto etatis sue anno vsq3 ad vigesimū etiuo z pluuias breui tugurio declinauit:quod iunco texerat. Structa deinceps breui cellula longitudine pedū quinq3:latitudine paulo ampliore q̄ eius corpusculū patiebat:vt sepulchrū potius q̄ domum crederes. Capillos in anno die pasche semel totondit:super nudam humum vsq3 ad mortem cubauit. Saccum quo semel indutus fuerat nunquam mutauit:nunq̄ lauit:orationi z psalmodie iugiter instabat:ab anno vigesimoprimo incipiens tribus annis z dimidio lentem aqua frigida madefactā comedit:deinde triennio panē aridū cum sale et aqua: deinde per annos nouem sex vncias hordeacei panis z coctum modicū olus in cibo habuit:sed lassus egritudine oculorū oleum adiecit. Et in tali ieiunio vsq3 ad sexagesimū quartū etatis sue annū pseuerauit. Ab inde vero vsq3 ad annū octuagesimū pane abstinuit incredibili feruore mentis accēsus. Fiebat autem ei sorbitium cula de farina z comminuto olere in cibo z potu vix quinq3 vncias appēdentibus. Nunq̄ ante solis occasum gustauit:neq3 vlla solennitate ieiuniū soluit. ¶ Igitur potentissimus miraculis z sanctitate incomparabilis octuagesimo etatis sue anno cū esset absens Hesychius:qui cū familiarissime colebat in testamēti vicem breuem scripsit epistolā:hoēs diuitias suas ei derelinquēs. Euangelium videlicet tunicam saccinā:cuculam z palliolum. Et postq̄ annis .lxv. deo seruierat ad extrema deueniēs spiritum emisit .xii. Kalend. nouēbris. Statim corpus eius humo obrutum est:quia sic ipse oēs qui ad egrotantem venerat adiurauit. Quod postq̄ hesychius palestine audiuit:perrexit cyprum:et corp⁹ eius furat⁹ post menses decem in palestinam nauigio detulit:et in antiquo monasterio condidit:illesis tunica et cucula:corpore q3 immensis odoribus refragante.

¶ De sancto Asterio martyre. Cap. lxxxix.



Asterius martyr Rome passus est sub Alexādro imperatore:qui a beato Calixto papa presbyter ordinat⁹ fuit. Et post ei⁹ passionem corpus eiusdem pontificis cum clericis suis rapiēs sepeliuit:vt dictū est supra in passione Calixti pape pridie idus octobris. Post dies autem quinq3 Alexander imperator hoc audiens tenuit Asterium presbyterum: quē precepit per pontem in tyberim precipitari. Cuius corpus apud ostiam repertum z in eadem ciuitate a quibusdā xp̄ianis sepultū est. x. Kalend. nouembris.

¶ De sancto Viatore confessore. Capitulum .xc.



Viator confessor ordinem lectoris tenuit z sancti Justi Lugdunē. episcopi comes fuit. Qui cum eodem episcopatum deserente nauem conscendit:z ad Egyptum nauigauit:atq3 ei i heremo sedule ministrauit:vt dictū est supra in eius legenda pridie idus Octobris. Quo decedēte z ipse post dies septē prout ipsi sanctus Justus predixerat cū ad celos secut⁹ est. Nā et quieuit in pace .xi. kalēd. nouēbris. Quorum amborum corpora a ciuib⁹ Lugdunēsib⁹ exinde sublata ad eoz ciuitatem delata. z in ecclesia sanctorum .vii. Machabeorū condigno cultu posita sunt .iii. nonas Septembris.

¶ De sancta Salome discipula. Capitulum .xci.



Salome discipula xp̄i fuit. Que tēpore dominice passionis cū reliquis sanctis feminis ad crucē astitit z circa eius sepulturam solicita fuit. De qua Theophilus et Chrisostomus dicunt q̄ hec fuit mater filiorū Zebedei:q3 Origines similiter opinatur:vnde sin illos cū dicitur in euāgelio Marci maria Jacobi minoris z Joseph mater Salome et alterā maria magdalene z maria Jacobi subaudi minoris z Salome:tūc istud nomen est nominatiui casus z est nomen mulieris. Alij dicunt q̄ est casus genitiui z est nomē viri:p3 scilicet fuit vna alia maria vxor salome. Hieronym⁹ tamē in suo martyrologio tradit eā mulierē fuisse:z in pace apud Hierosolymā quieuisse. xi. Kalēdas nouēbris:vt Ado dicit.

¶ De sancto Marco epō et martyre. Cap. xcii.



Marcus episcop⁹ z martyr apud Hierosolymā passus est. Hic clarissim⁹ z doctissim⁹ vir primus fuit ex gentib⁹ q̄ post episcopos ex circūcisione ecclesiā hierosolymorū regēdā suscepit:de q̄b⁹ supra ē habitū in legēda zachei epī .x. Kal. septēbris. Sacerdotiū igit illi⁹ ciuitatis sancte suscipiēs nō multo post p cōfessione xp̄i martyrio ꝯsummat⁹ victorie palmā p meruit .xi. kal. nouēb. Hec ado.

¶ De scō Melanio epō. Cap. xciii.



Melanius episcopus tpe valeriani z Galieni imperatorū claruit apud ciuitatē Rothomagēsē. Qui de maiori britānia exort⁹ cū eēt gētilis romā venit:vt patrie tributū solueret:z imperatori deseruiret. Cū aūt venisset ad tēpiū martis vt ibidē cū alijs sacrificaret:ductus est a sancto Stephano papa z martyre ibidē p dicante:z ab eodē baptizat⁹ ipsi adhesit:quē ille p oēs grad⁹ ecclesie vsq3 ad sacerdotiū pmouit. Qui fideliter illis⁹ ordinib⁹ deo deseruiuit. Cūq3 die q̄dā pōtifex celebraret z ei melani⁹ ministraret angel⁹ dn̄i a dextris altaris extitit:quem vterq3 illoz vidit. Cui z finita missa baculū melanio dedit z cū verbis Rothomagēn. adeo electū epū nūciauit:z vt illuc ad p dicādū accederet mādauit xp̄m q3 ipsi ductorē futurū promisit:sicut z q3 dispauit. Melani⁹ ergo ꝯtinuo accepta benedictiōe a papa discessit:z xp̄m itineris ducē habuit:v aūtē aūt ant. flodorū inuenit hoīem q̄ casu bipēni sibi pedē in duas partes diuiserat. Quē baculo quē ab angelo acceperat tetigit:z ipsum sine mora sanauit:veniēs aūt rothomagū pdicationis officio fideliter insistit:z miraculis clarēs fere totū populum ad christum ꝯuertit z ministerium suū impleēs in dn̄o quieuit vndecimo Kal. nouembris. Sepultusq3 est in ecclesia Rothomagēsi.

¶ De scā Melania maiore. Ca. xciiii.



Melania maior apud Hierosolymā claruit tpe valētis imperatoris:vt ait heraclides. Hec nobilissima ciuis romana filia quodā Marcelli ꝯsulis vrbano ei⁹ filio vnico patre in vrbe relicto hierosolymā nauigauit:ibiq3 tātis virtutib⁹ z humilitate refulsit:vt thecle nomen acciperet. Fuit enim vxor venerabilis viri que annorum .xxii. existens vidua: relicta patria z filio:vt dictū est:cū certis pueris z puellis olbus

suis in naui positis: primo Alexādriam nauigauit: ubi cū
oib⁹ distractis sctōs patres in eremo reuisit scz pābo-
nem: serapionē: pannutiū: ysidorū et dioscorum: apud
quos sex mēsib⁹ mansit: et eis necessaria ministrauit. Cū
aūt pfectus Alexādrie pdictos viros dñi cū quibusdā
eps Palestinā in exilium mitteret Melania in habitu
viri eos secuta est. Qd audiēs consularis Palestine: vt
eā terreret in carcerē misit: sed eius nobilitatē cōperiēs
eā ptinus relaxauit: dedit q̄ ei licentiā vt quocūq̄ vel-
let ad sctōs pgeret visitādos. Illis pō ab exilio reuoca-
tis Melania hierosolymie remāsit: habēs secū rufinam
aquileie pbrm p cui⁹ manus ipsa epis z clericis ac pe-
grinis de suis facultatib⁹ ministrabat: et in talib⁹ operi
bus p annos. xxvij. pseuerauit. Cui⁹ sanctis orationib⁹
filius ei⁹ vrbanus i sanctitate creuit: et nobiles nuptias
cōtrahēs duos filios catholicos z deuotos procreauit: q̄
etiā matri sue plura dona mittebat vt sanctis eleemo
synis vberi⁹ insisterent. Hec apud Hierusalē monaste-
rium cōstruxit: in quo virgines. l. deo seruiētes posuit:
in quo z ipsa etatis sue anno. lxix. in pace requieuit.

¶ De sancta Melania iuniore. Cap. xcv.



Melania iunior cuius pdicta Melania fuit auia pre
fati vrbani pretoris extitit filia in vrbe
Roma procreata. Que cū inuita a pa-
rētib⁹ nuptui tradita fuisset z duos fi
lios quos genuerat nece amisisset:
cepit pulsare virū de castitate seruā
da: atque de licentia peregrinandi sibi
cōcedenda. Qui licet diutius recu-
sasset licentiā tandē deo inspirāte cō
cessit: et oēs vestes sericas in pallia al
tariū dedit: reliquas per ecclesiarū ornamenta distri-
buit: aurū omne suū z argentū per manus Pauli pres-
byteri discurrētis cōtinue per Egyptū thebaidē: antio-
chiā: palestinā: Hierosolymā z alia loca sancta destina-
uit: seruos z ancillas manumisit: possessionib⁹ plurib⁹
vēditis preciū paupib⁹ diuisit: ceteras in subsidiū mo-
nasteriorū retinuit. Sicq̄ per vxorē cōuersus in virū al-
terū mutatus: mira penitētia se affligebat: et post alterū
diē semp cibū sumebat. ¶ Melania vero in possessioni
bus suis cenobiū cōstruxit: vbi cū. xv. eunuchis z. xl. vir-
ginibus z aliis ancillis suis libertati traditis deo serui
uit. Parē quoq̄ vir suus cum. xxx. monachis vitā duxit
vterq̄ ipsorū ieiuniis: lectionibus z orationib⁹ vacās.
Sicq̄ sancta dei Melania bone auie imitatrix effecta:
plena virtutib⁹ in pace quieuit.



¶ De sanctis Munilione et Eledia virginibus et martyribus. Ca. xcvj.

Munilio et Ele-
dia vgines z martyres apud ciuitatē
Ostiam passe sunt: qui pro confessio
ne xpi diuturna custodia macerate:
atq̄ deinde capitali snia punite: pcio-
sū martyriū celebrarūt. xj. Kalend.
nouembris: vt dicit Ado.

¶ De sanctis Seruando z Germano marty. Cap. xcvij.



Seruandus z Ger
man⁹ martyres apud Hispaniā passi
sunt sub preside Viatore: qui post di-
ra verbera z squalorē carceris: et sitis ac
famis iniuriā: lōgissimi itineris la-
borē: quē onusti ferro iubēte eodē
preside ptulerent. Nouissime martyrii
sui cursum gladio cesis ceruicib⁹ im
pleuerūt: ex quib⁹ Germanus apud
emeritā ciuitatē iuxta beatā Eulaliam sepultus est. Seruādus vero apud Hispalensē op-
pidū iuxta sanctas Iustā z Rufinā cōdit⁹ est. Passi sunt
aūt sancti martyres. ix. Kal. nouembris.

¶ De sancto Seuerino epo z cōfessore. Cap. xcviij.



Seuerinus episco
pus Coloniēs. apud ipsam ciuitatē
claruit. Qui effrate cuidam heretico
successit. Nam vt scribit in gestis san
cti seruatij: de quo supra actū est. iij.
idus maij: duz ei reuelata fuisset de-
structio vrbis tūgrēsis z plati ac prin
cipes ipm romā p legatione destina-
rēt. Rndit seruati⁹ iter nō esse tutū:
nisi effrata heretic⁹ ab epatu depone
ret. Ilico cōgregata synodo epōrum
apud Coloniā aggrippinā: effrata heretic⁹ iudicio syno
di cōdēnatus deponit: et Seuerin⁹ ordinat. Dum autē
Seruati⁹ rediret ab vrbe apud Coloniā a Seuerino su
scept⁹ ē q̄ dū nocte oraret: Seuerin⁹ Coloniā ignis sup
caput eius aspexit: q̄ paulatim vsq̄ ad se venit: in q̄ loco
Seuerin⁹ eccl'az edificauit: quā z portā celi appellauit.
Quieuit aūt sanctus Seuerin⁹ in dño. x. kal. nouēbris.

¶ De sancto Seuerino boetio martyre. Cap. xcix.



Seuerin⁹ martyr
qui z boetius pro veritate interfect⁹
sub isto noie in catalogo martyrum
scribit: dict⁹ Seuerin⁹ a seueritate
iudiciorum. Hic vt dicit Sigiber-
tus: gener fuit symmachi patricij
vir nobilis romanus vir cōsularis
conspicuus: mira lingue eruditio-
ne politus: et liberaliū artium quas
pene oēs a greco in latinū transtulit
pleni⁹ erudit⁹: cui⁹ vxor Helpbes noie rhetorica sciētia
insignis: hymnos apostolorū Felix per omnes: et Aurea
luce cōposuit. Hic tēpore Theodorici regis longobar-
dorū: q̄ fuit imperāte zenone circa annū dñi. cccclxxvj.
dicto regi rēpublicā inuadēti boetius restitisset: apud
eū dolo accusatus cū plurib⁹ aliis pscriptus z in exiliū
missus est. Inde reductus papie incarceratus est: vbi li
brū de philosophica consolatione cōpilauit. Tandē ab
eodem Theodorico rege in carcere interfect⁹ est anno
dñi. cccccxxj. x. kalēd. nouēbris. Sepultusq̄ in ipsa Pa
piensi ciuitate in ecclesia sancti Petri ad celū aureū: vt
martyr ab ecclesia digna veneratiōe celebrat. ¶ Hic phi
losophus exim⁹ diuina z humana sapiētia pollēs mul
ta nobis ingenij sui documēta dereliquit. Scripsit eīm
libros de trinitate. De vnitate z vno. De ente z essentia.
De duabus naturis z vna substātia xpi. De hebdomadi
b⁹. De cōsolatione philosophica lib. v. De scholastica di
sciplina. Topicorum libros Aristotelis: libros quos ha
bet bibliotheca latina omnes fere de greco in latinū cō
uertit sermonē. Scripsit z volumē de musica De arith-
metica Cathegoricorum syllogismorum z hypotheticorum. De
deitate ad Joannē romane eccle diaconū. De electio-
ne primi parentis in restauratione humani gnis p in-
carnationē z passionē xpi. Aduersus eutychianos z ne-
storianos atq̄ acephalos de incarnatione dñi. Itē con-
tra arrianos eunomianos z apollinaristas libros for-
tes: et eorū heresim cōfutantes.



¶ De sancto Theodorico pSbytero z martyre. Cap. c.

Theodoric⁹ pres-
byter z martyr apud Antiochiam pas-
sus est tpe Iuliani apostate impera-
toris sub pfecto z auunculo suo Julia-
no. Cū eīm a pdicto prefecto ecclesia
Antiochenorum spoliata esset: xpiani
vbiq̄ dispersi fuissent. Hic in eccla
pmansit intrepid⁹. Qui ab eo tenera

insuo: post equuleū ꝛ multos ac durissimos cruciat⁹: etiā lapidib⁹ circa latera inflāmatus est. Sȝ facul is diuina virtute restinctis: multiq̄ q̄ eos tenebāt: angelorū aspectu territi in faciem corruerūt. Cūq̄ pfectus quosdā xpianos occultos illoꝝ ministeriū supplere iuberet: ꝛ illi hoc facere recusarēt: pfectusq̄ ipsos criminās xpianos reperisset: iussit eos in pelagus demergi. Quos sctūs marty: hortabat vt xp̄m ad gloriā pcederēt. Nouissime aūt dū Juliani apostate: quē apud psidē diuina vltio puniuit: interitū pdiceret: occasione gladij martyriū cōsummauit. x. kalen. nouembris.

De sanctis Felice epō ꝛ socijs marty. Cap. cj.



Felix epūs ciuitatis Tubaboccī. audax ꝛ Januari⁹ pībyteri. Fortunat⁹ ꝛ septimus lectores tpib⁹ Diocletiani īpatoris I venusia ciuitate Apulie passi sunt. Qui a q̄dā magnoliano curatore decēti: multis dieb⁹ vinculis ꝛ carcerib⁹ in Aphrica ꝛ in sicilia macerati: tādē occasiōe gladij martyrio coronati sunt. xv. kal. nouēbris. Ex q̄bus Felix epūs annoꝝ. lvj. virgo et martyr ad xp̄m duplici cū palma migrauit. Quoꝝ cetera corpa intra carthagiū. ciuitatē ꝛ Unicch. sepulta sunt.

De sancto Martino abbate. Cap. cij.



Martin⁹ abbas apud cāpaniā claruit tpe Justini iunioris Augusti. Qui in monte massico solitariā vitā duxit: multisq̄ annis in specu angustissimo inclusus fuit. Mox aūt vt se in pdicti mōtis foramine cōtulit: ex eadē petra aque stila prupit: q̄ sibi ꝛ in vsu q̄tidiano sufficeret: ꝛ nec plus adesset: nec necessitati deesset. Qd antiqu⁹ hostis: vt eū ex antro illo depelleret: amica ei bestia serpens ingressus cepit in spelūca inueniri sol⁹ cū solo: eoq̄ orāte se aū illū sterneret: ꝛ cū cubante pariter cubare. Sȝ vir dei oīno imper territ⁹ ei⁹ ou manū vel pedē extēdebat: sed ipsum tn̄ serpēs pcutere nō audebat. Et cū hoc quotidie p trienniū ageret: die quadā inimic⁹ eius fortitudine vict⁹ se p deuexū mōtis latus in pcipitiū dedit: oīaq̄ loci arbusta flāma ex se pdeūte cōcremauit: vt p hoc cōstaret q̄u fuerat qui ab eo vict⁹ abscedebat. Hic sctūs vir primo inclusionis suo tēpore decreuit vt vltra mulierē nō videret: ne ex cōtemplata specie tentationē incurreret. Qd quedā mulier audiens audaciter ad specū eius ascēdit: vt eius ppositū frāgeret. At ille paulo longi⁹ intuēs: ꝛ muliebria vestimēta cōspiciēs: in terrā faciē depressit: ꝛ eo vsq̄ in oratione pstratus iacuit: quousq̄ impudēs mulier inde fatigata discessit. Que die eodē mox vt de mōte descendit vitā finiuit: eo q̄ virū dei ausu improbo cōtristauit.

Cū aūt ad eum multi ex deuotiōe cōcurrerent ꝛ semita q̄ ad eius ducebat cellulam arctissima foret: puer paruul⁹ incaute gradiēs ex mōte cecidit: ꝛ vsq̄ ad vallē in pfundissimo sitā ruit. Perturbati oēs q̄rere ceperūt sicubi corp⁹ lapsi pueri potuisset inueniri. Qui tandē in valle inuētus est: non solū viuus: sed etiā mēbris oībus illesus. Sicq̄ oībus innotuit q̄ hūc in casu suo martini oratio portauit. In specu pō illius magna desup rupes eminebat: q̄ martini celle prominēs casu suo imminēte: illius interitū minabat. Ad hūc Mascator nepos illustris viri Arinctarij veniēs cū multis rusticis orabat: vt vir dei de specu exiret: donec ipse ruiturā rupē de mōte euelleret. Qd vir dei facere non acquieuit: sed illi qd posset vt faceret pcepit itaq̄ dū illorū multitudo conaretur sine periculo sancti viri illud ingēs saxū leuare: repēte cunctis vidētibus moles ipsa e laborantibus euulsa: ne specu martini tangeret saltum dedit: ꝛ quasi serui dei lesionē fugiēs longius cecidit. Quod angelico ministerio actuȝ fuisse vniuiquisq̄ cognouit. Hic dum prius in eodē monte se cōtulit: cathena ferrea sibi pedē ligauit: eāq̄ saxo ex altera parte affixit: ne vltra ei pgredi liceret quā cathene longitudo tendebat. Qd beatus benedict⁹ audiēs eiū dicēdo misit: vt si seruus esset dei: nō cum teneret cathena ferri: sed cathena christi. Ad quā vocē martin⁹ compedē soluit: sed tn̄ nunquā vltra quam cathena extendebat pedem mouit. Qui postmodum ibidem inclusus diu discipulos cōgregauit: qui ab eius specu seorsum habitātes aquā ex puteo hauriebant: sed funis in quo situla pēdebat sepi⁹ frāgebat: vn̄ factū est vt cathenā quā ex pede suo vir dei soluerat funi situle alligarēt: ꝛ ex q̄ iā tpe ptigit: vt famulo q̄tidie tangeret: ꝛ nullaten⁹ ex tactu cathena illi⁹ de cetero rūperet. Quieuit aūt i pace vir dn̄i ix. Kal. nouēbris. Hec Gregori⁹. iij. dialogoꝝ. cap. xvj.

De sancto Maioro episcopo. Cap. ciij.



Maiorus episcopus apud insulam sargiam britannie claruit. Hic ex eadem prouincia ortus: ꝛ sic nobilis: socius sancti Sāpsonis: ꝛ idem in Dolēsi archiepiscopatu successit: in quo dū verbis ꝛ exēplis populum dn̄i laudabiliter pasceret: ab āgelo in somnis monit⁹ cpatui cessit: ꝛ buducū sibi substituens eremū petijt: ꝛ solitariam vitā annis pluribus duxit: deinde plurimū monachoꝝ pater effectus est. Qui comitē quendā ditissimum: qui septēnio leprosus fuerat: contactu suo a lepra mundauit. Comes autē pro gratiarū actione medietatē vnius sue possessionis viri dei monasterio concessit. Sed cū dicta possessio auibus ꝛ piscibus abundaret. mox aues oēs ꝛ pisces dimissa medietate quam sibi comes retinuerat: ad aliam viri dei medietatem transierant. Qd cernens comes ad suasum vxoris medietatem cenobio concessam cum sua sibi retenta cōmutauit. Iterumq̄ pisces ꝛ volucres ad medietatem sancti cōmutatam se transtulerunt. Quapropter comes possessionem integram monasterio largitus est. Famulum quendam suum: qui dum piscaretur: in mare cadens necatus fuerat: oratione sua a mortuis suscitauit. ꝛ ab vndis ad littus incolumē eiectuȝ reduxit. Cum fames valida oēm britanniā occuparet: ꝛ ipse ex pietate omnem populū ad se venientē reficeret. Jamq̄ ex tali largitione victualia monasterio deficerent pueri quidā ex monachis meridie ad littus maris accedētes: lectiones suas repetituri: nauem antiquam in littore ex vetustate derelictā pueriliter intrauerunt: quā subito mari cōcrescēs rapuit: ꝛ sine remo vel remige alioq̄ adminiculo quoq̄ vna cū pueris saluis ad oppositam insule ripam subito deuexit. Maioro pueris apparente: ꝛ nauē tenui baculo gubernāte. Ad quod spectaculum rex prouincie cum omni populo occurrēs ꝛ a pueris q̄ essent aut q̄lio aduenissent audiēs nauē victualibus ꝛ diuitijs refertā remisit quam similiter virtus diuina: vt prius ad propriū locū reduxit. Cum normani totam insulā deuastarent ꝛ ppls inermis ad sctūm cōfugisset ille baculo rupē percussit: ꝛ in manuales lapillos diuisit: quibus populus hostes in se irruentes oppressit: eosq̄ in mari fugatos se precipites dare cōpulit. Hic virgo perpetuo permanēs pane hordeacco solo contentus: ꝛ feria quarta et sexta nullum capiebat cibum: ꝛ semper ferebat ciliciū. Cui in vigilia pasche orant: ꝛ angelus apparuit: ꝛ eiq̄ obitus sui diem prenunciauit: de cuius manibus sanctus vir eucharistiam tertia vice visibiliter sumpsit. x. kalen. nouembris: vt audierat ad xp̄m migrauit.

De sctō Maioro martyre. Cap. ciiij.



Maiorus martyr seruus generosi z nobilis viri tyburtine ciuitatis passus est persecutione vādalica sub hunerico rege: qui pro fustibus quasi innumerabilibus cesus: z trochleis frequentibus eleuatus aliquā ictu celeri dimissus super lapides z silices corruebat: sed et plures plagas lapidibus confricatus: dum iam viscera pelle nudata essent: z ipse ad singula constantior appareret: nouissime gladio cesus est: z apud eandem vrbē sepultus.

¶ De sanctis Chrysantho et Daria martyribus. Capitulum. cv.



Chrisanthꝰ z Daria virgo et martyres ambo Rome passi sunt sub imperatore numeriano: qui Chrysanthus Alexandria ortus: cum patre polemio illustrissimo romā veniens ab eodem liberalibꝰ studiis traditus: cū esset ardētissimi ingenij oībus sciētiis mundanis eruditus est. Et dū vniuersa librorū volumina ex curiositate discuteret: z ad libros xpiane fidei peruenisset: cepit querere: quis ei diuinas literas exponere posset. Tandē a quodā xpiano secretissime ad carpophorū presbyterū adductus est: qui psecutionis atrocitate seuiēte: in specu montis occultatus: vix poterat a paucis fidelibꝰ visitari. A quo Chrysanthus diuinis literis imbuitur: z cōuersus ad xpm: in sacro fonte pfundit: z catholica fide diligēter instructꝰ: post septē dies baptismatis sui xpm dnm voce publica cōfitet: z deos deasq romani ppli demōes esse protestat. Qd audiēs pater eiꝰ nūciantibꝰ ppinquis: cū ab imperatore plurimum honoratus esset: et dignitatem amittere formidaret: fecit filiū in tenebroso carcere recludi: z cibo paruissimo sustentari. Quod vir dei ad exercitiū potius quā ad suppliciū sibi dicebat inferri. Sz quidā ex attinentibus patri cōsuluit: vt si filiū ab hac supstitione volebat eripere: elegātissime puelle cōiugio traderet: vt dū diceret esse maritꝰ obliuisceret esse christianus: eo q afflictiones illatas: christiani sibi ad gloriā reputabāt. Tūc polemiꝰ tricliniū sericis vestibꝰ stratū pparauit z Chrysantū preciosis vestibꝰ induit: z quinq puellas speciosas z ornatas ancillis suis eidē associauit. Jubēs quotidiana cōuiuia affluentibꝰ dapibꝰ exhiberi filiumq suū blāditiis et amplexibꝰ puellarū seduci. Qui dū orasset ad dnm: ne a fera sez carnali cōcupiscētia superaret: cōtinuo predicte puelle somno oppresse: nec cibū nec potum sumere poterāt sed educte exterius statim euigilabāt. Iterūq triclinio introducte graui sopore dormitabāt. Cum aūt polemiꝰ ex hoc ad mortē doleret: z amici eius hec oīa magie imputarēt: eidemq cōsulerēt: vt eruditā aliquā iuuenculam speciosam ad eū introduceret: quam ille incantationibꝰ xpianorū minime supare posset. Daria virgo prudentissima z eloquentissima: ac super oēs speciosa: dee veste dicata eligit z ornatissimis vestibus induta a patre rogat vt ad iuuenē ingrediēs: eum diis z patri restituat sibiq maritū acquirat. Que gemmis z auro radiās ad Chrisanthū ingredit: tātaq eū elegātia sermonis alloquit: vt si esset ferro durior plūbo mollior redderetur. Dū autē eam Chrisanthus de pompa vestiū argueret rndit se nō ppter pompā sz vt eū diis z patri lucrifaceret: sic indutā. Cū iterū Chrisanthus eā reprehēderet: qr̄ p diis idola coleret: que nec se nec alios custodire possent: z q vinculis ferreis et plumbo coartata essent. Rndit Daria q hec imagines ppter vulgꝰ ignobile formabant: marmore z metallo: vt quos cultor mēte z sacrificēs colūt: effigiata imagi-

ne oculis ↄspicere possit. Tūc Chrisanthꝰ cepit ↄsertari q essent dij quorū imagines colebāt. Et cū saturnū ↄprobasset filiorū interfectorē: Jouē adulterū z incestuosum z Martē homicidiorū patratorē: Mercuriū incātatorē: Herculē suipsiꝰ occisorē: ceterosq deosq flagitiosos z eorū quelibet malorū omniū inuētorē: z per ↄns tales deos miserrimos: nec coli deberēt: nec deos dici: credidit Daria ab eodē cōuersa amboq sancti spiritus copula vniti carnale matrimonium simulabāt. Fecitq Chrysanthꝰ occulte in domo sua Dariā baptizari. Que intra dies paucos sacris imbuta lr̄is vna cū viro ↄginitatis ppetue votū emisit. Et tā p Chrysanthū multitudo virorū: q̄ p Dariā multitudo cōuertebat feminarum. ¶ Quapropter excitata in vrbe seditione: Chrisanthus a pfecto celerino cōprehēdit z sacrificare iubet. Sz cū hoc recusaret: tribuno claudio a prefecto tradit: vt diuersis suppliciis imolare cogat. Quē claudiꝰ dedit in custodiā militibꝰ septuaginta. Qui neruis crudis eū cōstringūt: vt sensim se siccātibus neruis ac ossa eiꝰ vix ↄtingerēt ligamēta. Sz statī resolutis neruis: iterū fortioribꝰ nodis vincit: sed vincula cōtinuo dirūpunt. Deinde ab eisdē pedibꝰ in cippo mittit: sed repēte ligno putrefacto cippꝰ in puluerē vertit. Que cū milites magicis artibꝰ ascriberēt lotio Chrisanthū ↄfundere ceperūt: vt ab eo incantationes diluerent sed aqua mox putēdissima in roseū odorē cōuersa est. Deinde vitulū excoriauerūt: z corio illū nudū cinxerunt: z in sole p horas plurimas posuerūt sed eorū nullā calefactionē sentiēs in eadē viriditate pmāsit. Iterū cathenis ferreis vincit z in carcerē obscurissimū mittit. Sz lux ei nimia diuinitꝰ est infusa: z vincula sunt resoluta. Que cū milites claudio nūciassent iussit eū ad se adduci z nodosis fustibꝰ cedi: sed fustes in manibꝰ tenentium solidi quasi ferrei erāt: cū vero percuterēt quasi plume molles fiebāt. Qd vidēs claudiꝰ cū vxore Hilaria z filiis Jasone z mauro: ac pfatis septuaginta militibus crediderūt: z baptizati oēs coronā martyrii perceperūt. De quibꝰ supra in eorū passione dictū est kalen. decembris. Audiens hec imperator numerianus Chrysanthum in carcere Tulliano obscurissimo z fetidissimo iussit recludi. Dariam vero ad publicū meretricū locum adduci. Sed cōtinuo diuina misericordia Chrysantho lux diuina odoramēta sancta pstant. Darie vo leo de cauea amphitheatri fugiens custos eiꝰ virginitatis dirigitur. Qui ingressus cellam: vbi virgo orans prostrata iacebat iuxta eam se posuit quasi secum videretur orare. Mittitur quidam nefandus: vt virginem corrumperet: sed a leone captus in terram deiicitur qui sine lesione eum tenens ad sanctam vultu conuertitur: z quasi innuens: quid de captiuo fieri iubeat: sciscitatur. Que precepit ne ipsum in nullo lederet sed ad se audiendam venire permitteret. Leo igitur eum relinquens in ostio cellule se posuit: vt nec ille posset exire: nec alius introire. Vir autem ille viso miraculo z auditis sermonibus virginis conuersus est ad christum: z per vrbem discurrens deum christianorum verum omnium creatorem proclamabat. Mittuntur venatores vt leonem capiant: sed omnes a leone capiuntur: z sine lesione ante pedes darie deponuntur: z ab ea conuertuntur. Tunc prefectus in celle introitu copiosum ignem iussit accendi: vt leo cum daria comburantur. Quod leo timens rugire cepit: sed eū virgo domini cōfortauit: qr nec incendio crematetur: neq ab alio caperetur: neq occideret: sed morte sua moreret: iubēs vt securꝰ p ignem egrederet: qr ille eū liberaret quem leo in se honorasset. Tūc leo inclinato capite p medius ignis illesus egredit: z p turbas discurrēs neminē lesit: nec vllus eū exinde vnq̄ cepit. ¶ Que oīa dū imperator audisset: iussit celerino pfecto: vt aut Chrysanthū z dariā sacrificare compelleret: aut diuersis penis afficeret: qui sacrificare nolentem Chrysanthum iussit in equal eo suspēdi: z ardētes ei lampades applicari. Sed


cōtinuo ligna oīa equulei cōminuūtur: vincula rupta dissoluunt: et lāpades extinguūt. Quicūq; vo manū ad variā mittebāt: eoꝝ nerui brachioꝝ stupebāt: qđ vñ iperator a pfecto vidicisset: et cū hec oīa magicis artib⁹ ascriberet: iussit eos in viā salariā deduci et in arenario vtrosq; deponi: et viuos terra et lapidib⁹ obrui. Sicq; inuiolati cōiuges in fouea quasi in vno lecto deponunt: et magis sepulturā q; penā excipiētes in christi laudib⁹ psistētes: terra ac lapidib⁹ obruunt. Sicq; christo martyres consecrant: et in codē loco vsq; in presens digna celebratione venerantur. Passi sunt aūt. viij. kalend. nouembris.

¶ De sanctis Crispino et Crispiniano martyrib⁹. Capitulum. cvj.



Crispinus et Crispinian⁹ martyres fratres passi sunt in ciuitate Suessionensi sub Maximiano imperatore agēte rictiouaro preside. Ubi cū beato Quintino martyre et alijs pluribus ex vrbe Roma egressi Suessionem venerūt ibidem peregrini habitare ceperūt: ibiq; artem cōsutoriā calceorū addiscentes de labore manuū victum sibi querebāt. Ad quos pp̄ter eoꝝ artes multi gentiliū veniētes ab eis cōuertebant. Deniq; a rictiouaro preside detēti inuenti sunt calciamēta pauperꝝ resarcientes qui dū christum cōfiterentur: iussit eos presos extendi et fustib⁹ cedi: deinde subulas in eorū vnguibus mitti: et corrigias singulas de dorsis eorū tolli. Sꝫ orantibus sctis subule de manib⁹ eoꝝ exilierūt: et ministros percutientes quosdā eorum occiderūt quosdā vero excecauerunt. ¶ Inde mādauit preses vt ligatis molis ad colla eorū tēpore hyemis in flumine axona: velut sub glacie mergerentur: sed eos nec aqua mergere: nec petre deprimere: nec frigus cōstringere potuerūt: quin p̄iecto onere ad ripā aliā fluminis deuenerūt. Postmodum in plūbo liquefactō deiecti illesi permanserunt. Uerum cū gutta plūbi in oculos presidis insiliens ipsum excecasset. Sanctos martyres in picē et oleū et adipē simul bullientia iactari fecit. Quos orantes angelus domini nostri ab igne illesos eduxit. Unde rectiouar⁹ iratus se in ignē precipitauit: et iusto dei iudicio se cremauit. Maximian⁹ aūt audita morte presidis: die sequēti sanctos gladio puniri mandauit: et decollati sunt. viij. kalend. nouembris: quorum corpora bestijs et auibus deuoranda relicta diuina prouidētia permanserunt intacta. Senex autem quidam cū germana sua vetula ab angelo monitus corpora inde tulerunt. Uenientesq; ad fluuium axonam in nauicula diuinitus ibidem preparata ea posuerunt: et cōtra ictum fluminis sine remo vel remige deo duce ad locum sibi ostensum peruenerunt: et sanctorum corpora sine vllo pondere portātes: ita vt magis ipsi a corporibus portari viderētur: in quodam eorū tugurio secreto sepelierūt: vbi persecutiōe cessante honore eis a christianis cōdebitus impensus est: et basilica eorum nominibus fabricata.

¶ De sanctis. xlvj. martyribus. Cap. cvij.




Quadragintasex milites rome passi sunt sub Claudio imperatore: qui audientes q; Tryphonia regina quondam vxor decij ad christum cum filia Cyrilla conuersa esset: vt dictū est supra in legenda sancte Tryphonie decimo quinto Kalēd. nouēb. Uenerūt ad Iustinū presbyterū: ab eo baptismi gratiā petierūt: qđ clerū Romanū cōgregauit vt ordinarēt epm̄ vrbis Rome in locū sancti Sixti pōtificis martyrizati q oēs Dionysium papā elegerunt: ipsumq; per manus Maximi epi ostiensis consecrari fecerunt. Consecratus autem Dionysi⁹ baptizauit predictos milites quadraginta sex a Iustino presbytero sibi oblatos. Audiens hoc Claudius iussit teneri milites et virginem Cyrillā olim decij filiam: et congregato exercitu armato in palatio salustij mandauit. xlvj. milites sibi psentari. Quos xp̄m ɔfitentes p̄cepit foras muros porte salarie duci: et in ciuitate figlina omnes capite cedi. Quorum corpora Iustinus et Ioannes presbyteri noctu rapuerūt: et in via salaria iuxta clunium cucumeris cum alijs. cxx. martyribus sepelierunt. viij. Kal̄. nouembris. Inter hos autem fuerunt quatuor milites christi precipui scilicet Theodosius: Lucius: Marcus et Petrus.

¶ De sancto Minyate martyre. Cap. cviij.



Minyas martyr passus est sub persecutione decij Cesaris apud florentiam ciuitatē. Ad quam dum decius peruenisset: Minyatē tentū et sibi presentatum ac sacrificare nolentem: leopardo ferocissimo subijci fecit: sed orāte sancto fera extincta est. Deinde ipsum nudum oleoq; perunctum in fornacem ardentē mitti iussit. Angelus autē dni vt olim cum tribus pueris cū eo descendit: et flammā extinxit: et sanct⁹ illesus omnino permansit. Tūc decius leonē ei adhiberi p̄cepit: sed signo crucis edito leo interijt. Deinde mādauit eum in equuleo leuari et diuti⁹ torqueri: et postmodum inde deponi subulasq; ligneas acutas sub vngulis manuum ipsi⁹ affigi. Qui ab angelo confortat⁹ oīa supplicia patientissime tolerauit. Post hec iussit Decius plumbum liquefactū eius aurib⁹ instillari. Cui xp̄s ipse christ⁹ in iuuenis specie candida veste: vt sol facie fulgēs apparuit: eumq; cōsolatus ad tolerantiam constantius animauit. Inde mādauit Cesar aureo illi⁹ ferro perforari: et sic apparente itez ei angelo quidam ex ministris cum vidēs conuersus est. Demum decius Minyatem ad templum martis adduci fecit: et eidē auri et argenti ac gemmarū quantitatem nō modicā obtulit si sacrificare vellet: eo q; ipsi antiqua amicitia plurimū dilexisset. Duz autem omnino immolare recusaret: iubente Cesare decollatus est. viij. kal̄. nouemb. Et sepultus est a christianis in ciuitate Florentia. ¶ Sanct⁹ Phrdianus epūs Florētinus ecclesiā Minyatis martyris trās flumē arni positā sepi⁹ visitabat. Cum aūt die quadam inundatione nimia flumen naui transire non posset: et naute quidam vltra flumen existerent: sanctusq; episcopus transire curaret: nauteq; illi periculo postposito beati martyris confisi meritis ad epm̄ transuadendum venire disponerent subito se citra flumen inuenerunt: et epm̄ transportantes sine periculo fluuium transierūt. Tunc sanctus epūs ciuibus p spiritū nūciauit ciuib⁹ illis hoc a deo sanctū Minyatem obtinuisse vt nemo in aqua illi⁹ fluminis necari posset. Qđ vsq; hodie ita extitisse refert: vbi postmodū ecclia in honore sancti Phrdiani epi fabricata est.

¶ De sancto Frontone episcopo. Cap. cix.



Fronto episcopus apud Petragoricēsi ciuitatē claruit. Qui ex eadē vrbe oriūdus a iuuētute deo deuot⁹. Rome a beato Petro baptizat⁹ et epūs ordinat⁹: ad candē ciuitatē cū Gregorio presbytero ad predicandū missus est verū post dies tres itineris mortuo Gregorio Frōto ad petrū redijt acceptoq; ipsi⁹ baculo super corpus defuncti illum posuit: et socium excitauit de morte recepit. Sicut de hoc supra dictum est in passione Petri apostoli. iij. Kalendas iulij. Ueniens autem Fronto

ad ciuitatem petragoricam verbo et exemplo multos ad christi fidem conuertit. lxx. monachos ibidem ad seruiendum deo cogregauit. Sed a prefecto ciuitatis squirio nomine persecutionem passus est: quos ille baptizabat: ille decollabat: vnde ipse sumptis seminibus olerum: monachos suos assumpsit: et eremum desertissimam petiit. Veniens autem ad locum super fluuium dordonem: draconem ingentem et serpentum multitudinem ibidem habitantem christi virtute fugauit. Ibique cum fratribus deo seruire cepit: et olerum semina seminauit. Deficientibus vero eis cibis angelus domini squirio prefido per noctem apparuit: et ei diuinam visionem comminatus est: nisi sanctis viris subueniat percutiet famem. Ille vero territus amicos consuluit: sed quo sancti dei abissent: penitus inuenire non valuit. Post dies tres nocte iterum angelo eidem apparente plagis percussus est. Qui amicis iterum consultis. lxx. camelos cibis monachorum onerat: et deo Frontonis eos commendat. Qui duce deo ad eremum sancti viri recto itinere peruenerunt. Sed cum autem eps onerum medietatem deposuit: et cum reliquo camelos remisit. Qui eadem via qua venerant reuersi sunt ad dominum suum. Quod cernens preses in christo credidit: et Frontonem inuestigatum adiit: atque Gregorius ab eo vocatus sacrum baptisma suscepit: eique in eremo decetero ministrauit. Sanctus autem vir post multos labores in pace quieuit. vij. kalend. nouembris. Sepultus petragorii e virtutibus clarens.

¶ De sancto Demetrio martyre. Cap. cx.



Demetrius martyr apud Thessalonicam ciuitatem passus est: sub Maximiano imperatore. Hic a sua iuuentute christianus et deo seruiens nobilis fuit ciuis ipsius Thessalonice ciuitatis et miles strenuus. Qui tamen christum dominum predicabat: et multos ad fidem conuertebat. Ingressus autem imperator Thessalonicam: audiens de demetrio ipsum comprehendi fecit et in carcerem mitti. Erat autem cum imperatore gygas fortissimus et aspectu terribilis nomine libeus. Qui de mandato augusti cum christianis dimicans: eos brachiis ad se constringens ad terram allidebat: statim spiritum exhalabant. Multi etiam alii ab imperatore diuersis penis affligebantur. Cum autem demetrius esset in carcere positus: scorpionem iuxta pedes suos cauda eum percutere satagentem vidit: quem edito crucis signaculo statim extinxit. Cui oranti confestim angelus apparuit: atque in christo confortatus coronam capiti eius imposuit. Verum dum imperator cogitaret demetrium cum libeo experiri. Nestor quidam christianus se nocte sancto Demetrio obtulit dicens quod certamen hoc assumere deliberasset: rogans vt sanctus martyr pro se dominum exoraret. Qui ab eo confortatus die sequenti imperatori se presentauit: seque christianum asseruit: offerens se cum libeo dimicare: et pro demetrio certamen assumere. ¶ Dum autem imperator illum precibus retrahere non posset: victori munera promisit. Nestor igitur duellum ingressus libeum ad terram prostrauit: et prostratum occidit. Imperator autem hoc videns: et grandem christianorum victoriam amisisse dolens contra eius sponsionem Nestorem a militia solutum de ciuitate eiecit: Demetrium quoque qui interfectionis causa fuerat iussit in carcere occidi. Milites autem ad carcerem venerunt: et gladium in eius pectore demerserunt. Sicque orans cum palma migrauit ad dominum. Cuius corpus a christianis occultatum est propter timorem paganorum. In quo loco deus mirabilia operabatur: vbi etiam egritudines sanabantur. Sed processu temporis a Leontio christiano de illirico veniente ad prefecturam thessalonice ciuitatis corpus sancti martyris leuatum est et digno honore conditum: ecclesia ei nomini mire magnitudinis fabricata: vbi et quiescit miraculis pollens. Passus est autem sanctus vsu dum. vij. kalendas nouembris: secundum Adonem. viij. idus octobris.

¶ De sancto Euaristo papa et martyre. Cap. cxj.



Euaristus papa et martyr natione grecus ex patre iudeo nomine iuda de ciuitate bethleem: anacleto pontifici in episcopatu romano successit: et sedit annos decem: menses septem dies duos. Hic titulos in vrbe roma presbyteris diuisit. Hic constituit vt septem diaconi essent in vrbe qui custodirent papam predicantem propter stylum erroris: quod posset sponsi christo ab emulis sic a maleuolis infamaretur: et verbo diuino ab insidiantibus detraheretur qui etiam semper parati essent ad obsequium presbyteri in missarum solenniis. Constituit etiam vt coniugium a parentibus publice fiat: et sponse solenniter a viris sponsentur et tradantur nuptui: demum a sacerdotibus benedicantur: qui etiam sub persecutione traiani martyrio coronatus est: et sepultus est iuxta corpus beati petri apostoli in vaticano. vij. Kalendas nouembris. Hic fecit ordinationes tres per mensem decembrem: presbyteros septem: diaconos duos: episcopos per diuersa loca numero quinque. Et cessauit episcopatus dies vigintiocto.

¶ De sanctis Rogatiano et Felicissimo martyribus. Cap. cxij.



Rogatianus presbyter et Felicissimus martyres apud aphricam sub decio et valeriani persecutione passi sunt: et illustri martyrio coronati. De quibus beatus Cyprianus in epistola ad confessores de rogatiano iuniori mentionem facit: eos magnifice commendans. Passi sunt autem. vij. Kal. nouembris. Hec Ado.

¶ De sancto Frumentio episcopo. Cap. cxiij.



Frumentius episcopus apud indiam claruit tempore constantini imperatoris. Fuerunt autem duo pueri romani christiani: scilicet Frumentius et Edesius tempore constantini magni augusti: qui dum sub annis puerilibus essent cum quodam presbytero eorum magistro interna inde superiorum locorum orbis perscrutandi gratia penetrarunt: vbi nunquam adhuc christi fuerat euangelium predicatum: quia dicto presbytero litteris imbuebantur. Romanis vero tunc temporis pacis federa indis violantibus: cuncti qui de latinorum populo per totam indiam reperti sunt capti et trucidati fuerunt. Inter quos prefati pueri sub arbore lectiones suas repetentes a barbaris comperti esse vita illis remissa quia pueri: et regi indorum sunt presentati. Quorum alter rex scilicet bedesium sibi pincernam fecit: frumentio pro ratione suam et scrinia concessit. Cum autem rex ad mortem instaret: filio paruulo regni: pueris pro prestitis libertatem reliquit. Quo mortuo ad preces regine cum filio paruulo: donec adolesceret permanserunt. Frumentius igitur nomine paruuli regnum gubernabat: vbi occasione accepta christianos in vniuerso regno conuocauit et ecclesias edificandi libertatem concessit. christumque publice annuncians multos de populo ad fidem christi conuertit. ¶ Sanctus pro bedesius ad tyrum italie ciuitatem pro visendis parentibus abiit. Frumentius autem properans alexandriam venit: et athanasium tunc ipsius vrbis eps rogauit vt nouellis christianis eps

delegaret. Athanasius autem frumentiū eundem epm̄ ꝯsecrauit: et cū auctoritate plena pontificis ad indos remisit. Qui predicationis officiū in ipsa prouincia fideliter administrans et multis signorū et miraculorū virtutibus coruscans: pene omnes superiores indie gentes ad christū adduxit: plenusq; sanctitate in pace quieuit vj. kalēdas nouēbris. Gloriose sepult⁹ in regia ciuitate.

¶ De sanctis Vincentio Sabina et xp̄iana virginibus et martyribus. Cap. cxiiij.



Vincētius martyr Sabina et christiana virgines passi sunt i hispania ciuitate abella sub p̄side daciano. Qui primo in equuleo ab eo sunt extensi vt oēs ꝯpages mēbrorū eorū solueretur. Deinde capita eorū lapidibus supposita vsq; ad excussionē cerebri validissimis vectibus sūt ꝯtusa atq; ita eorū martyriū ꝯplenerūt. vj. kal. nouēbris: vt dī Ado.

¶ De sanctis Symone et Juda apl̄is. Ca. cxv.



Symon chananeus et Juda siue tadeus apostoli fratres germani fuerunt Jacobi minoris et Joseph iusti filii marie cleophe que alpheo nupta fuit. De quo supra dictum est in legenda sancte anne. vij. kalen. augusti. Judas autem ad abagarū regem edesse missus fuit post domini ascensionem. Cū em̄ dictus rex infirmitate nimia esset oppressus audiens de miraculis christi tunc in iudea predicantis misit ei epistolā rogās vt ad se venire dignaretur et eum ab infirmitate curare asserens eū dei filium: cū tamē adhuc esset gentilis. Cui iesus p̄ epistolā respondit q̄ oporteret ipm̄ omnia cōplere ꝑpter q̄ missus fuerat: postea ab eo q̄ miserat illum in celū recipi. Promittens q̄ vnū ex eius discipulis post eius ascensionem ad eū mitteret: qui eū ab omni egritudine liberaret. Postea vero q̄ dominus assumptus est: vt in historia ecclesiastica legitur: misit thomas apostol⁹ thadeū: qui et iudas dictus est ad abagarum regē iuxta domini promissionē. vidit q; rex in vultu thadei mirum et diuinū splendorē et cōtinuo in christū credidit: eiusq; discipulum adorauit. Et cū leprosus esset vt in quibusdam libris legitur thadeus eū tetigit: et mox plenam mūdationē accepit: et baptismū suscepit. ¶ Scripsit autem iudas apostolus vltimā de. vij. que canonice dicūtur epistolā: que q; in libro enoch apocrypho testimoniū sumpsit a plurimisq; repudiatur: vsu tamē et auctoritate maiorū iter sanctas meruit cōputari scripturas: vt dicit hieronymus libro de viris illustribus. ¶ Judas primo in mesopotamia et ponto predicauit. Symon vero in egypto: deinde ambo in ꝑsidē venerūt et ibidem duos magos zaroen et arphaxat quos matheus de ethiopia fugauerat inuenerūt vt supra dictum est in eius passione. xj. kalen. octobris. Qui per magicas incantationes multa signa faciebant: et populum multis ludificabant. Tunc baradach dux exercitus regis babylonie ad prelium cōtra indos profecturus nullum a diis suis potuit habere responsum. Pergentes autē ad phanum proxime ciuitatis a diis illorū audierūt q̄ ꝑpter apostolos qui illuc venerant diī sui respondere non poterant. Quos dux requisitos et inuētos interrogauit q̄ essent: vel qua de re venissent. Qui se genere hebreos cōditione christi seruos et apostolos esse responderunt: causa vero salutis illorum illuc venisse dixerūt. Cū aūt dux diceret q̄ dii sui potētiores illos fore cognoscerent: ideoq; cū eos de fine belli interrogasset apostoli respondērunt q̄ ad hoc vt deos illos mē̄daces fore cōprobarēt ꝑmittebat eis dare responsa: et ex euentu facti mentitos eos fuisse appareret. Tūc phanatici bellū dixerūt futurū et multū hinc inde populum ruiturū. Apostoli autē verba illorum deridentes ducem hortati sunt: dicentes pacem secum adduxisse: et die sequenti hora tertia legatos indorum ad eū venturos esse: eosq; se potestati eius cū pace velle subiicere. Pontifices vero cōtradicentes apostolos deceptores asserebant: qui ideo ducem securū reddere vellent: vt ipm̄ incautū hostes facilius occuparent. Dux vero vtrosq; vsq; in crastinū custodiri fecit: vt rei euentu veraces honorarentur: et mēdaces punirentur. Cum autem die sequenti quod apostoli p̄dixerāt euenisset: et dux pōtifices incēdere vellet: ꝓhibuerūt apl̄i ne hoc fieret: q; missi erāt nō venientes occidere sed mortuos viuificare. Et cū oīa bona illorū dux apostolis vl'ialtē partē vellet de nerto apli nihil omnino assenserunt recipere. Dux vo miratus illos ad regē xerxem duxit: et deos in effigie hoīm latentes esse asseruit: atq; cūcta que per eos sibi contigerant narrauit. Magi vero econtra ibidē existentes illis detrahebant: eos vanos et mēdacissimos asserentes. Quod vt comprobarent aduocatos quosdam coram se positos suis artibus ita mutos fecerunt vt nec nutibus loqui possent. Deinde illos loqui permiserunt: sed immobiles esse fecerunt. Deinde eis gressum reddiderunt: sed apertis eos oculis excecauerūt. Dux vero aduocatos illos confusos ad apostolos duxit: et eorum interuentu a magorum incantationibus liberarentur. Sed cū illi apostolos pannosos despexissent: symon eos in fide christi docuit: et ne decetero magos illos timerent eē confortauit. Et cū in eorum frontibus consignati essent: et in christum crederent: ad regem coram magis ingressi ab illis superari non potuerūt. Irati magi multitudinem serpentum venire fecerunt. Sed apostoli venientes pallia sua de serpentibus impleuerunt: et in magos proiecerunt mandantes ne illos occiderent sed solum morsibus cruciarent. Quod cū serpentes facerent apl̄i itērū eis imposuerūt vt omne venenū qđ infuderāt reuocarent: et sic ad sua loca redirent. Maiore autē cruciatus magi senserūt cū serpētes venenū retrahebāt: q̄ cum ipsum primitus infundebāt. Apl̄i autē triduo doloribus cruciari permiserūt vt vel sic ab eorum malitia cōuerterent. Cum ergo tribus diebus sine cibo et potu et somno mansissent: et nec sic resipiscere vellet: apl̄i eos sanos fecerūt: et libere quo vellent abire permiserūt. Qui in eorū malitia perdurātes ab eis fugerūt: et pene cōtra eos totam persidem commouerūt. ¶ Post hec filia cuiusdam principis ex fornicatione cōcepit: et filium pariens quendam sanctum diaconē apostolorū discipulum nomine eufrosinum infamauit: q; ipse eā virginem violauerat et ex ipso puella cōceperat. Cūq; parētes puelle diaconū occidere vellēt: apostoli aduenerūt: et quādo puer natus fuerit requirūt. Qui respōderūt q̄ illa die prima hora diei. Apostoli vero puerū ad se portari iusserūt: et coram diacono statuerunt. Adiurantesq; puerū in chri nomine vt si diacon⁹ ille eū genuisset coram cunctis debeat ꝓpalare. Infans vero diserte respōdit et diaconum iustum et sanctum asseruit: q; nūq̄ carnem suā coinq̄nauit. Cū autē parētes instarēt vt apl̄i quererēt quis auctor sceleris fuisset dixerūt se innocētes absoluere deberent: nō autem nocētes prodere. ¶ Cōtigit etiam eo tempore vt duc tigrides ferocissime que in singulis caueis erāt clause prodeūtes fugerāt et oēs sibi occurrētes deuorarent. Ad quas apostoli venerūt et eas in nomine dn̄i velut oues mansuetas reddiderunt: ita vt inter homines de die pacifice habitarēt: et vespere ad speluncas suas redirēt. Apl̄i autē ꝑ annū vnū et mēses tres in babylonia ꝑmāserunt: et plus q̄ septuaginta milia hoīm exceptis paruulis et mulieribus ꝯuerterūt: quos oēs cū rege xerxe et regina Iuina et filio eutropio baptizauerūt ecclesias cōstruentes et presbyteros ac clericos ordinātes. ¶ Predicti autem magi ad ciuitatem suam venientes septuaginta idolo

rũ pontifices ibidē existentes seduxerũt:vt cum illuc
apostoli venirent aut eos sacrificare compellerent aut
penitus perimerent. Perlustrata igit̄ circũquaq; oĩ ꝓ
uincia cũ apostoli ad dictā vrbem deuenissent:predicti
pontifices cũ oĩ populo eos capiũt:ꝛ ad templũ solis ꝛ
lune deducunt. Demones aũt ꝑ energuminos clama-
bant ꝙ eos apostoli incendebant. Angelus autē domi
ni eis apparuit:ꝛ vt alterũ ex duob⁹ eligerēt illos mo-
nuit aut omnium in tēplo existentiũ repentinũ interi
tum aut suũ martyrium. Qui cũ martyriũ elegissent: vt
populũ ad penitentiā reducere possent. Facto in eis si-
lentio demonibus cũctis audientibus imperarũt:vt de
illorũ simulacris exirent ꝛ illa cōfringerēt. Statimq;
duo ethiopes nigri ꝛ nudi de idolis exierunt:ꝛ fractis
illis cũ diris vocibus abscesserũt. Quod videntes pon
tifices in apostolos irruerũt:ꝛ eos protinus trucida-
runt. Tunc erumpentibus fulgoribus ꝛ tonitruis tē-
plum trifarie scinditur:ꝛ magi ictu fulminis in carbo
nes vertuntur. Rex autem babylonie xerxes apostolo-
rũ corpora ad ciuitatē suā transtulit:ꝛ in eorum hono
rē ecclīā mire magnitudinis fabricauit. Passi sunt aũt
sancti apostoli dñi symō ꝛ iudas.v.kalen.nouembris.

¶ De sancto Abdia ep̄o ꝛ cōfessore. Cap̄.cxvj.



Abdias episcop⁹
babylonie fuit:q̄ a sāctis apostolis
Symone ꝛ Juda in fide christi do-
ctus:eorũq; discipulus ꝛ ab eisdē cō
secratus est ep̄s. Qui post martyriũ
apostolorũ eorũ passionē hebraica
lingua cōscripsit:quā eutropi⁹ ep̄s
filius xerxis regis:de quo dictũ est
supra pridie kalendas maij:in gre-
cum transtulit:eamq; postmodum
aphrican⁹ in latinũ vertit. Hic in ci
uitate babylonie persarum predicationis officio fide-
liter instituto:eoq; solicite administrato in pace quieuit
sepultus babylonie iuxta corpora apostolorum.

¶ De sancto Pharone ep̄o. Cap̄.cxvij.



Pharo episcopus
meldeñ. claruit apud ip̄as ciuitatē
Hic fuit frater sancte phare v̄ginis
de q̄ infra dictũ est.vij.id⁹ decēbris.
Qui ꝛ ꝑpositus palatio clotharij:ꝛ
theodeberti:ꝛ theodorici regũ fran
corũ strenue regalia administrabat.
Dũ aũt ad pharā sororē suā visitan
dā vocat⁹ accessisset:ab eadē suasus
scōs reliq̄t. Et cōi voto ip̄i⁹ ꝛ cōiu-
gis blidechildis ip̄e clericatũ assũpsit:vxoreq; sacrorũ ve
lamie ꝯsecrari fecit. Ip̄e aũt suis opib⁹ solicite intētus
dñō deuote seruiuit:ecclīā s̄cti stephani ciuitatis meldē
sis paup̄rimā copiose ditauit:ꝛ i ea in dñi obsequio re-
sedit. Hic etiā chilenũ fratrē suũ ad ꝓuinciā atrebatē
sēs ad ꝑdicādũ misit:q̄ ibidē miraculis claruit. ¶ Die
q̄dā cũ eodē chileno pharo ad mēsā sedebat:ꝛ vas vi-
treũ vino plenũ cadēs in terrā cōfractũ est:qđ sanct⁹
chilen⁹ reintegrauit:vinũq; effusũ adeo i vase recupa
uit ꝙ neq; terra madefacta videret̄ recuparatũq; vinũ
chilen⁹ pharoni p̄sentauit ꝛ pharo deo gr̄as egit. Mor
tuo v̄o valperto ep̄o pharo ab oĩ pp̄lo in successorem
eligit̄ ꝛ a rege clothario approbat̄. Qui cũ die pasche
pueros ꝯfirmaret infantē a natiuitate cecũ chrismate
ꝑungens illuminauit. ¶ Trāsiēs ꝑ ciuitatē aũ carceres
vinctos a vinculis absolutos de custodia solo v̄bo edu-
cit. Verũ cũ aliquādo allect⁹ de memoria pulchritudi-
nis ei⁹ vxori:ad eā misit vt se visitaret. Illa aũt cũ bis
recusasset:tādē tertio vocata cilicio īduta ꝛ vultu abie
cta ad eũ venit:ꝛ sancti viri immũdā cogitationē extin
xit. ¶ Dũ autē nauis quedā cũ multis in flumine fuis-
set submersa pharo ad ripā amnis accedens tādiu ter
re prostrat⁹ orauit donec nauis cũ oīb⁹ qui submersi
fuerāt viuentib⁹ emersit:ꝛ ad fluminis ripā peruenit.
¶ Cũ ad p̄ces audoeni ep̄i ecclīā i solo rhotomagensi
cũ sanctis amādo ꝛ eligio dedicaret:ꝛ tabula marmo-
rea altari cōsecrato supponi deberet casu de manibus
ministrorũ collapsa ꝑ mediũ scissa est. Quā sctiũs pharo
cũ ceteris episcopis suis orationib⁹ reintegrauit. Qui
episcopatum suũ feliciter per annos.lxvj. gubernauit
ꝛ clar⁹ sanctitate ad christũ migrauit.v.kal.nouēbris.

¶ De sancta Cyrilla virgine ꝛ martyre.
Capitulum.cxviij.



Cyrilla v̄go ꝛ mar
tyr Rome passa est sub claudio im-
peratore. Hec olim filia decij cesaris
vna cum matre tryphonia regina
ad christum conuersa et a sancto p̄s-
bytero iustino baptizata est:vt dictũ
est supra in legenda tryphonie regi-
ne decimoquinto kalen. nouēbris.
Mortua vero tryphonia claudius
cyrillam teneri fecit cum militibus
quadragintasex:de quibus supra in
eorum passione actum est.viij. kalendas.nouembris.
Quibus omnibus martyrizatis imperator cyrillā sa-
crificare nolētem gladio necari precepit. Cuius corp⁹
iustinus presbyter iuxta corpora hippolyti martyris et
sociorum sepeliuit quinto Kalen.nouembris:vbi ꝛ try
phoniam reginam ipse recondiderat.

¶ De sancto Joanne episcopo augustudinensi.
Capitulum.cxix.



Joannes episco-
pus augustudinensis vt scribit Be-
da libro.v.cap̄.ij.gestis anglorũ mi
ra sanctitate claruit. Hic longe a ciui
tate sua fere miliario cum dimidio
māsionē secretiorē nemore circũda-
tā habebat:in qua ꝑ totā quadragesi
mā manere cōsueuerat:habēs secũ
paucos viros sp̄ũales:ea q̄b⁹ deo va-
caret ꝛ pauperē quēpiā in quo xp̄m
refoueret. Cũ aũt semel incipiēte.xl.
illuc venisset ꝛ adolescētē mutũ a natiuitate totũq; sca
biosũ ꝛ in capite furfureũ secũ assumpsisset eidē quo-
tidianũ victũ p̄stās finita prima quadragesime septi-
ma dñi linguā ei⁹ breuissimā tetigit signo crucis edito
loquēdi ei facultatē ꝛ vsum cōcessit. Scabrediné aũt ei⁹
adhibito medico curari fecit. Ita vt capillis pulcherri
mis ꝛ crispis limpido vultu et noua loq̄la decoratus
quodāmō reinuenisse videret̄. ¶ Quadā die ad mona
steriũ virginũ qđ vetadũ d̄r deuenit:vbi erat virgo q̄-
dā abbatisse carnalis filia quā in seculo ex marito ge-
nuerat q̄ ex flebotomia in.iiij.luna facta brachiũ adeo
tumefactũ habebat:ꝙ ip̄si⁹ oĩno vsu carebat. Quā dñs
sctiũs vir ad p̄ces abbatisse tetigit cōfestim brachiũ ei⁹
sanũ fecit. ¶ In villa dusmiluũ cũ ecclesiā cōsecrasset ꝛ
missam celebrasset vxori comitis huci q̄ dieb⁹.xl.ip̄os
corporis graui calore detēta iacuerat:de aqua cōsecratio
nis b̄ndicta misit:vt ipsa exinde biberet ꝛ corp⁹ ablue-
ret. Qđ dũ illa fecisset ab oĩ mox egritudine sanata sur
rexit:ꝛ continuo discumbentibus in mensa ministra-
uit. ¶ Aliquo quoq; tēpore vocatus ad dedicādũ aliā
ecclesiam comitis addi officio peracto ad vnũ ex pue-
ris comitis graui lāguore detētum iamq; in extremis
laborātem intrauit:ꝛ eum benedicens ad mēsam cum
comite discubuit. Cum autem puer post modicum bi
bere petiisset:et ioannes vinum a se benedictum ei mi-
sisset:puer potans illud statim valens de lecto surre-
xit:ꝛ cum ceteris ad mēsam comedit. ¶ Cũ ad quod-
dam monasteriũ pergeret ꝛ iuuenes equitantes equos
ad cursum certatim compellerent:vnus illorum a san

cto viro currere prohibit⁹ dū cursum cepit: lapsus in lapide caput collisit: et cerebrū pene excutiens: die illo et nocte quasi mortu⁹ iacuit. Pro quo vir dñi in orationem pnoctans mane caput ei⁹ tetigit: et ab omni ptin⁹ dolore et lesione curauit. Primo th ipsius cōtinentē ꝙ a quodam pſbytero heretico fuerat baptizatus catholice baptizauit. Mãsit aūt in epatu annis. xxxiv. Et pre nimia senectute administrare nō valēs successorē sibi vir fidū ordinauit: et epatui resignās in monasterio pdicto habitauit: vbi et in pace qeuit. iiii. kalē. nouēbris. Sepultusq₃ est in porticu sancti petri in monasterio quod dr̄ ipsius clerorū anno domini. cccccxxxi.

Ⅽ De sancto Narcisso epō. Capi. cxx.



Narcissus eps hierosolymorū tpe aurelii Antonini imperatoris claruit. Qui multis miraculis coruscauit. Die quadā i vigilia pasche dū oleū luminaribus deesset nec vñ infunderet haberēt aquā bñdixit: et lāpadib⁹ infundi fecit: et plusq₃ cēt oleū lumē fouit: et clarā lucē reddidit. Quodā vo tpe dñs a qbusdā emulis de facinorib⁹ certis criminat⁹ cēt tres testes sub iuro ꝯ eū deposuerūt. Quorū prim⁹ sibi imprecat⁹ est ꝙ nisi verū diceret igne cōsumeret. Scđs ꝙ a morbo regio cruciaret. Tertius ꝙ oculorū lumine priuaret. Et qñuis his nō obstātib⁹ a pplo innocēs iudicat⁹ esset: furori emulorū ßetūs vir cedere voluit et desertū petēs diudū solitariā vitā duxit. Testis aūt prim⁹ ꝗ in eū mētit⁹ fuerat cū omni domo sua fulmine arsit. Scđs morbo regio a planta vsq₃ ad verticē pcussus interiit. Terti⁹ vero hec videns ad penitētiā rediit: et veritate corā ol pplo deposita diu peccatum suū defleuit: donec lachrymarū inūdātia lumē oculorū amisit. Popul⁹ aūt hierusalē narcissum diu requirēs et nūq̄ inueniēs dionysiū sanctū virū sibi substituit. Cui post modicū decedenti german⁹: et germanio vigordi⁹ successit. Cui⁹ tpe narcissus repert⁹ cū iam senex esset: quāuis diudū renitens ad sedē suā cū gloria reductus est: et vigordius sponte episcopatum resignauit. Cū vero ex nimio senio iam episcopatus administrare nō posset: diuina reuelatione Alexandrū virū sanctū ꝗ de capadocia hierosolymā causa peregrinationis venerat: loco sui ordinādū constituit: vt in ipsi⁹ sancta legēda dictū est supra decimoquinto kalēdas aprilis. Ipse vero reliquū sue senilis etatis orationib⁹ exegit et quarto kalē. nouēbris ad christum migrauit.

Ⅽ De sancto zenobio presbytero et martyre. Capi. cxxi.



Zenobius presbyter et marty: apud sidonē vrbē palestinorū passus est. Qui sub diocletiani et maximiani augustorū psecutiōe pro nominis christi inuicta cōfessione gladio capite cesus glorioso martyrio coronatus est. iiii. kalēdas nouembris: vt ait Ado.

Ⅽ De sctō Serapione epō. Capitu. cxxii.



Serapion eps apud ·ph...cā vir eruditissim⁹ fuit et fide clarissim⁹ atq₃ v̄tute mirabilis: ꝗ vt scribit Hieronym⁹ libro de viris illustribus vndecimo cōmodi imperatoris anno Antiochie epūs ordinat⁹ est. Hic ꝓ dei cōfessiōe insignis scripsit epistolas ad carinū et pōtiū de heresi mōtani eaꝫ valēter impugnans. Aduersus manecheū et voluminē scripsit egregiū. De titulis salmorū aliꝰ. Eplās insup ad diuersos vtiles valde. Et sub Cōstātio pncipe sctitate notabilis humanitatis debitum soluit. Sepult⁹ Antiochie. iii. kalē. nouē.

Ⅽ De sancto Leontio confessore. Capi. cxxiii.



Leonti⁹ confessor apud Taracinā ciuitatē cāpanie tempore claudii imperatoris a sctō cesario martyre conuersus est: vt dicetur infra in ei⁹ passione kalen. nouembris: qui ab eodem sacri fontis vnda pfusus mox vt a sancto iuliano presbytero diuinam communionē accepit spiritum emisit. Sepultusq₃ est in eodeꝫ oppido ab vxore et filiis. iii. kalen. nouembris.

Ⅽ De sancto Marcello martyre. Capi. cxxiiii.



Marcell⁹ martyr apud ciuitatem tingitanē passus est. Qui cū esset centurio sub agricolao agente vices prefectorum pretorio et de christianitate ab eius militib⁹ accusatus fuisset: et christum dñm confiteri nullaten⁹ dubitasset. Iubente nequissimo agricolao capitis abscisione martyriū cōsummauit: sepultusq₃ est in eadē ciuitate a fidelibus. iii. kalē. nouembris. Hec Ado.

Ⅽ De sancto Germano epō capuano. Capi. cxxv.



German⁹ episcopus capuanus sanctitate vite mirifica claruit: de quo refert gregorius. ii. dialog. cap. xxxv. ꝙ dum servādus quidā diacon⁹ abbas monasterii quod in campanie partib⁹ a liberio quodā patritio vrbis rome cōstructū fuerat ad beatū bñdictū ad monasteriū cassinēse visitatiōis gratia venisset. Hora q₃ iam quietis existeret in cuiusdā turris superiorib⁹ benedict⁹ in inferioribus vero seruand⁹ se collocauit diaconus. Quo videlicet in loco inferiora superioribus peruius cōtinuabat ascensus. Cum vir domini Benedict⁹ adhuc quiescentibus fratrib⁹: instans vigiliis ad fenestrā dñm deprecaretur: subito in tempesta noctis hora respiciēs: vidit fusam lucem desup noctis tenebras effugasse: tantoq₃ splendore clarescere: vt diem vinceret lux illa: que inter tenebras radiasset. Omnis etiā mundus velut sub vno solis radio collect⁹ ante oculos ei⁹ adductus est. Qui venerabilis pater dum in tantam oculorū aciē in splendore lucis infigeret vidit Germani animā epī capuani in spera ignea ab angelis in celū deferri. Tūc tāti sibi testē volens adhibere miraculi. Seruandū abbatē bis terq₃ ei⁹ nomine cum clamore vocauit. Qui in tanti viri insolito clamore turbatus ascendit: respexit: partemq₃ iam lucis exiguā vidit. Cui ex hoc stupenti vir dei: que gesta fuerant enarrauit. Statimq₃ in cassinum castrum theoprobo mandauit vt ad capuam sub eadē nocte trāsmitteret: et quid de Germano epō ageret: agnosceret. Factumq₃ est. Et his qui missus fuerat sanctū virū Germanū epm iam defunctū repperit: et requirens agnouit: eadē hora fuisse illius obitum: quo vir dñi Benedictus ei⁹ cognouit ascensum. Quieuit autem in pace. iii. kalend. nouēbris secundum vsuardum.

Ⅽ De sancto Quintino martyre. Capi. cxxvi.



Quintinꝰ martyr genere nobilis et ciuis Romanꝰ apud Ambianū vrbē sub rictiouaro pside passus est tēporibꝰ Diocletiani et Maximiani imperatorū. Cū enim Quintinꝰ cū Fusciano et Uictorico et Crispino et Crispiniano et aliis pluribus a Roma discessisset et parisiꝰ deuenisset dū singuli illoꝝ loca in qbus pdicarēt elegissent. Quintinꝰ pdicādo circuiens et miraculis pollēs Ambianū venit: eodēq quoq tpe rictiouarꝰ pses tātā cedē i xpianos exercuit: vt in ciuitate Treuerēsi sanguis martyrū in flumē moselle decurreret: et colorē aq in suū verteret. Rictiouarꝰ igr Quintinū detētū in carcere clausit: die vero sequēti pduci mādauit: et dū xpm cōfiteret iussit extēdi et grauiter cedi. Sz voce de celo ipsuz exhortāte cedētes corruerūt in terrā. Quē pses iterū in carcerē recipi iussit: angelo vero illū soluēte: mane in mediū vrbis iuit: et ibi pplo pdicauit: vñ rursum captū iussit illū pses ad trocheas adeo torqueri vt vincula eiꝰ a iuncturis soluerent: deinde testiculis ferreis illū cedi precepit: postea olei bulliēs ac picē et adipē feruētia dorso eiꝰ infundi: et lāpades ei ardētes applicari. Et dū liberꝰ idola contēneret et pfidē cōstātet: mādauit in os eiꝰ acetū et salē ac sinapis liquefacta iactari vt sic taceret. Qui dum magis adhuc xpm collaudaret: iussit illū apud virmandū adduci et duos maximos clauos siue taringas a ceruice vsq ad crura cōfigi: et x. alios clauiculos intra vngulas et carnes digitis manuū immittit. Et sic cōfossum decollari. De cuiꝰ collo colūba niuea exiēs celū aduolare visa ē. Qui passus est pridie kalen. nouēbris. Corpꝰ autē eiꝰ fluuio sequane demersum a pside adiectis̄ terre ponderibus et limi ceno sepultū est: ne a xpianis inueniret. Sed post annos .lv. a quadā matrona Romana Eusebia noīe taliter repertū est. Cū enim ipsa mulier ceca eēt: angelꝰ ei tertio apparuit: eāq admonuit vt i galliā ad corpꝰ sancti Quintini martyris requirendū accederet: sicq visuz recuperaret. Que dū loci ignoraret: angelico ductu illuc tādē deuenit: et de corpore a multis requirens nihil omnino inuenire valuit. Dū aūt orasset ad dñm corpus ex vna parte de flumine et capur ex alia enatauit: et vsq ad manꝰ mulieris accessit. Qd illa accipiēs oīno incorruptum nimioq odore fragrās: ad virmandū castrū portare disposuit. Sed dū ad radices mōtis puenit corpꝰ oīno immobile factū est: vbi diuina cognita voluntate Eusebia corpꝰ tumulauit: et cōtinuo eiꝰ tactu lumē recuperauit. Plurimi quoq infirmi a diuersis languoribus in eiꝰ inuētione sunt curati. Post decursum aūt annorū .cccx. dū corpus sancti martyris iterū esset incognitū sancto Eligio Nouiomensi epo reuelatur. Qui post ieiuniū triduanū: dum locū sibi ostēsum vbi latebat effoderet: nocte lux de celo tāta circunfulsit: vt dies orta a pluribꝰ crederetur: odoris quoq suauissimi fragrātia erupit. Corpꝰ ergo sancti reptū ac leuatū honorifico ac pcioso locello cōdidit: ecclesiāq et monasteriū ibidē edificauit. Anno dñi .cccccclvii. vbi ad psens sanctum corpus requiescit: signisq mirabilibꝰ refulget.

De sancto Natale confessore. Capitu. xxxvi.



Natalis cōfessor tēpore Zepherini pape Rome claruit. Qui dū sanctis operibꝰ polleret deceptꝰ ab Asclepio et theodoto collectariis: qui ambo discipuli erant cuiusdā coriarii apostate: ab ecclesie cōmunione deiecti: accidit vt epus illiꝰ heresis nominaret acceptis p salario .cl. nūmis mēstrue pilationis. Sed admonitꝰ sepius a dño vt resipisceret dū amore turpis lucri recusaret: nocte quadā i somnis ab angelis diri verberibꝰ flagellat. Mane aūt liuores et vulnerū cicatrices in scapulis repertēs ac si vigilās corporaliter passus esset: territꝰ ad papā Zepherinū adiit: et visionē narrauit. Quē ille penitētē benigne suscepit et dignitati renūciāti satisfactionē imposuit. Natalis vero vitā in meliꝰ cōmutās: laudabilius finiuit et eiusdem pontificis tempore post modicū in pace quieuit pridie kalendas nouembris.

Explicit liber nonus.

Incipit prologus. X. libri.




Decimus liber huius catalogi continet in se passiones et gesta illorū sanctorum quorum festiuitates eueniunt intra tempus in quo representat ecclesia ppagationem illorum eius filiorū qui fuerunt ecclesie eiusdē augmētatores quales fuerunt sancte virgines. Hoc aūt tempus est a kalendis mensis Nouembris vsq ad aduentum domini. Et hoc sub figura sanctorum prophetarum: quorum tunc vaticinia et prophetie leguntur. Hi enim vt plurimū carnali spreto cōiugio: in corporis et mētis integritate dño seruientes aduentum christi et futura tempora per spiritū predixerunt: et populū domini suis vaticiniis a vitiis et erroribꝰ reuocare et ad viam veritatis reducere studuerunt. Ad huius igitur temporis vltimi festa pertractanda veniendum est.

Finis prologi.

Liber decimus a Kalendis nouembris vsq ad aduentum.

De festiuitate omnium sanctorum. Cap. i.



Omniuz sanctorum festiuitas quatuor causis instituta fuisse videtur: primo pter cuiusdā templi dedicationem: secundo propter omissorum suppletionē: tertio pter negligētiarum expiationem: quarto propter faciliorē orationum nostrarum impetrationem. Primo ergo instituta est propter cuiusdam templi dedicationem: videlicet templi quod Pantheon antea dicebatur quod rome fuit constructum in honorem cybeles:

que mater

que mater dicitur omniū deorū ⁊ omniū eius filiorū. Quod templum postmodum Bonifaci⁹ papa quart⁹ ecclesie dei a phoca Cesare donatū cōsecrauit in honorem dei genitricis: ⁊ omniū martyrum christi. iij. idus maij. Et tunc ipsa die instituit in vrbe Roma celebrari festum btē Marie virginis ⁊ omnium sanctorum scilicet martyrum quia adhuc festa cōfessorum non celebrabant. De hac materia supra dictum est. iij. idus maij. Et est illud templum quod hodie vocatur sancta maria rotunda. Uerum processu temporis: quia ad hoc festū multitudo maxima cōfluebat: ⁊ propter defectū victualium celebritati vacare non poterāt. Ideo Gregorius papa quartus hoc festū in calēdis nouembris esse cōstituit. quādo celebratis messib⁹ ⁊ vindemijs maiorem victualium copiam esse conspexit: ac per vniuersum mundum hanc diem in honorem generaliter omnium sanctorum solenniter celebrari decreuit: ⁊ addi: is festiuitatibus confessorū. ⁊ sic solennitas que solū Rome de solis martyribus celebratur per totum mūdum de omnib⁹ sanctis ad presens recollitur. ¶ Secundo instituta est propter omissorum suppletionē. Multos enim sanctos omittimus de quibus nullū festū siue memoriam facimus: tum propter sanctorū multiplicitatem quia quasi infiniti sunt: tū propter nostram infirmitatem: quia infirmi ⁊ debiles sumus: nec ad hoc sufficere possumus: tum propter temporis breuitatem: qȝ etiam totū tēpus longissime vite vnius hominis non sufficeret: vt semel tantū in vita sua: quis singulorū sanctorum festa celebraret. Ideoqȝ ecclesia rationabiliter ordinauit: vt quia omnium sanctorū festa facere nō possumus: saltem omnes generaliter insimul honoremus ¶ Quare autem institutum est vt sanctorū festa in terris agamus. Magister Guillelm⁹ in summa de officio ponit sex rationes. ¶ Prima est ꝓpter honorē diuine maiestatis. ¶ Cum enim sanctis honorē impēdimus deum in ipsis honoramus: quia qui sanctis honorem tribuit illum honorat qui eos sanctificauit. ps. Laudate dominū in sanctis eius. ¶ Secūda est propter auxilium nostre infirmitatis. Quia enim per nos salutē habere non possumus: ideo sanctorum intercessionibus indigemus: a quib⁹ vt adiuuari mereamur: merito ipsos honorare debem⁹. ¶ Tertia est propter augmētum nostre securitatis: vt scilicet propter sanctorū gloriā: que nobis in eorum festiuitate proponitur nostra spes ⁊ securitas augmentetur. Si enim mortales homines nobis similes potuerunt ita ꝑ sua merita sublimari: constat quia nos similiter poterim⁹: cū manus domini abbreuiata non sit. ¶ Quarta est propter exemplum nostre imitationis. Cui enim eorum festiuitas recensetur: ad eorum imitationē prouocamur: vt scilicet eorum exemplo terrena cōtēnentes celestia desiderem⁹. ¶ Quinta est propter debitū mutue vicissitudinis. Sancti enim de nobis festum faciunt in celo: quia gaudium est angelis dei ⁊ animabus sanctis super vno peccatore penitentiam agente. Iustū est ergo vt nos de ipsis festum agamus in terris. ¶ Sexta est propter procurationem nostri honoris ⁊ exaltationis. Cū enim sanctos honoramus nostram rem agimus: ⁊ nostrū honorem procuram⁹: quia eorum festiuitas est nostra dignitas. Nam cū honoramus fratres nostros: honoramus nos ipsos: charitas enī omnia communia facit. ¶ Tertio instituta est propter negligentiarum expiationem. Licet enī paucorū sanctorum festa agamus: adhuc tamē illa pauca sepe negligenter agimus: ⁊ multa ibidē per ignorātiā omittim⁹. Si qd igit̄ in alijs solēnitatibus sanctorū quas egimus neglexerim⁹: in hac generali solennitate supplere possum⁹: ⁊ de negligentia nos purgare valeam⁹. Hec ratio tāgit̄ in sermone q̄ hac die ꝑ ecclesias recitat̄: in quo sic dicit̄. Decretū est vt hac die sanctorū oīm memoria habeat̄: vt q̄cq̄d humana fragilitas ꝑ ignorantiā vel negligentiā: vel occupationē rei secularis in solēnitatib⁹ sanctorū min⁹ peregisset: in hac sancta obseruatione soluat̄. ¶ Notādū autē est qȝ octo sunt ordines sanctorū quos hodierna die insimul veneramur: ⁊ eis qd negligēter fecimus supplicam⁹: q̄ notant̄ ꝑ octo cōditiones siue stat⁹ beatorū: qui in euangelio hui⁹ festi a christo exprimūtur: ⁊ eorū ꝑfectiones ꝯtra octo vitia capitalia dirigunt̄. ⁊ reducuntur ad octo cōditiones siue status diuersorū ministeriorū hominū: qui cōstituūt politicū regimē ciuitatis eo qȝ ecclesia triūphans ciuitati assimilatur. Apocal. xi ꝑ c. Uidi ciuitatē sanctā hierlm nouā ⁊c. Ut enī tractat̄ in lib. de regimine ciuitatū: ad hoc vt ciuitas bene regatur: ⁊ in suo statu pacifico cōseruetur necesse est vt habeat consiliarios seu iudices regi assidentes: officiales siue vicarios in diuersis castris regis vicē gerētes. preconcs siue notarios regis decreta scribentes. Famulos seu nuncios regis mandata exequentes. Milites siue pugiles pro regis honore pugnātes. Nobiles siue primarios regē continue comitantes. Mercatores siue operarios diuersa operantes ⁊ vendentes. Et electas dominas reginā iugiter associātes. ¶ Primus ordo q̄ est iudicū siue cōsiliariorū regi assidentiū est ordo apostolorū: qui tāq̄ iudices ⁊ regis assessores a christo electi sunt: vt cū christo ad iudiciū venturo in duodecim thronis sedeant: ⁊ vniuersum orbē cū eo iudicare debeant: de quib⁹ cantat ecclesia. Uos seculi iusti iudices ⁊c. Ad hoc autem vt iudices iuste iudicent: debent a mente sua omnē cupiditatem excludere ⁊ paupertatem diligere. Unde merito qȝ tales fuerunt apostoli quia oīa temporalia a mente sua abdicarūt: de ipsis dicitur. Beati pauperes spiritu. Et hec paupertas spiritus dirigitur contra auaritiā. Premiū autem quod rex cōsueuit suis iustis dare iudicib⁹: est ipsum regnū quod eis vna secū facit esse ꝯmune: vt ipsi quodāmodo reges appellent̄: ⁊ sibi cōregnēt. vnde ⁊ de apostolis dicit̄. Qm̄ ipsorū est regnū celorum: sicut ⁊ christi. Secundus ordo qui est officialiū siue vicariorum est ordo pontificum et sacerdotum: q̄ christi vices ⁊ authoritatē exercēt in ecclesia militāte: ⁊ ei⁹ ꝑsonā in oīb⁹ repñsentāt ꝑ diuersa loca. Officiales aūt siue vicarii regis debēt semꝑ optare iustitiā: vt ius suū vnicuiqȝ tribuāt: vnde ⁊ de istis: qȝ tales fuerūt dr̄. Beati qui esuriūt ⁊ sitiunt iustitiā. Et talis esuries dirigitur cōtra gulā. Premiū autē bonū officialiū esse cōsueuit: vt de censu regis sibi vite necessaria ꝓuideat̄. vnde et de pontificib⁹ ⁊ sacerdotibus dicit̄. Qm̄ ipsi saturabunt̄. ¶ Tertius ordo: qui est preconum ⁊ notariorū: est ordo ꝓphetarū qui regis eterni mādata in ecclesia scripserūt: ⁊ ea populis denūciauerūt. Tales autē semper debēt esse in cōtinuo exercitio ⁊ labore: vt quasi vita eorū sit in fletu ꝓpter regis amorē. vñ qȝ tales fuerūt ꝓphete de eis dicit̄. Beati qui lugent. Et talis luctus laboriosus dirigit̄ cōtra accidiā. Premiū aūt bonū scribarū ⁊ preconū esse cōsueuit: qȝ rex eis grās liberaliter cōcedēs: multis illos bñficijs cōsolctur. vnde ⁊ de ipsis additur. Qm̄ ipsi cōsolabuntur. ¶ Quartus ordo: qui est famulorū ⁊ nūciorū: est ordo angelorū: sub quo oēs eorū ordines colliguntur qui regis celestis mandata fideliter exequūtur: velut eius famuli ⁊ nūcij ab eo directi. Tales aūt debent esse humiles: vt regis iussa obedienter adimpleāt vnde qȝ tales fuerūt angeli boni q̄ in humilitate persistcrunt: nec superbie illorum qui de celo corruerunt cōsentire voluerūt: merito dicitur de eis. Beati mites. Et talis mititas cōtra superbiā dirigitur. Premiū aūt illorum nūciorum cōsueuit esse: vt rex illis predia ⁊ possessiones largiat̄. vnde ⁊ de ipsis additur. Qm̄ ipsi possidebūt terram. Nā et angelis deus regimen terrenorū commisit. ¶ Quintus ordo qui est militū siue pugnatorū est ordo martyrū: qui ꝓ regis honore vsqȝ ad effusionē sanguinis decertarūt. Tales autem multas persecutiones hostium pati consueuerūt. vnde merito de martyribus dicitur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Et talis passio cōtra inanem mundi gloriam dirigit̄. Premium autē

militum regis esse consueuit:vt rex eis oia sua liberaliter cōmunicet:adeo q inter ipsos ⁊ ei⁹ assessores nulla differētia sit.vñ ⁊ de ipsis addit:sicut et de apostolis: qm̄ ipsorū est regnū celorū:q ⁊ martyres cū christo conregnare putant:⁊ reges appellant:coronas regias in capite deferētes. ¶ Sext⁹ ordo q̄ est nobiliū siue primariorū:est ordo cōfessorū:q̄ p iugē cōtemplationē regē celi cōtinue comitant:⁊ eius societati quodāmodo deputātur. Tales aūt nobiles ciues debēt sup oia ad pacē vigilare:⁊ vt cōcordia sit inter ipsos affectare.vnde q tales fuerunt cōfessores de eis dicit. Beati pacifici. Et talis pax cōtra irā dirigit. Premiū aūt horū esse cōsueuit: vt rex tales nobiles adeo diligat:q ipsos quodāmodo filios suos appellet.vnde et de istis addit. Qm̄ filii dei vocabūtur. ¶ Septim⁹ ordo q̄ est mercatorū siue operariorū est ordo patriarcharū q̄ operibus misericordie intenti quodāmodo merces celicas christo vendebant cētuplū recepturi. Hi aūt mercatores debent esse misericordes:ne lucris pecunialibus nimiū intenti efficiantur deceptores.vnde quia tales fuerūt patriarche dicitur de eis. Beati misericordes. Et talis misericordia cōtra inuidiā dirigit. Premiū aūt mercatorum esse cōsueuit:vt de suis negociationib⁹ lucrū percipiāt.vnde de istis addit. Quoniā ipsi misericordiam cōsequentur. ¶ Octauus ordo qui est dominarū est ordo virginū que reginam celi continue associant:⁊ iugiter assistunt. Tales autē domine debent esse mūde ⁊ pudice:vt etiā regi assistere possint.vnde quia tales fuerunt virgines dicitur de illis. Beati mūdo corde. Et talis mūdicicia cōtra luxuriam dirigitur. Marum autē dominarū premium esse solet:vt regis faciem videāt:⁊ eius specialem amicitiam habeāt.vnde ⁊ de illis addit. Quoniam ipsi deū videbunt. ¶ Quarto ⁊ vltimo institutū est illud festū:propter orationū nostrarū faciliorem impetrationē:vt sicut ecclesia dei hac die omnes sanctos vniuersaliter honorat:sic ⁊ ipsi p nobis omnes insimul intercedant. Hec ratio in oratione tangitur:cum dicitur. Desideratam nobis tue propitiationis abundantiam multiplicatis intercessionibus largiaris. Qd aūt omnes sancti in hoc festo pro nobis vniuersaliter ad intercedendū cōueniant:ostensum est in quadam visione que sequenti anno ab huius solennitatis institutione cōtigisse narratur. ¶ Cum enim custos ecclesie sancti Petri in vrbe omnia altaria circuisset:⁊ omnium sanctorum suffragia implorasset:ad altare sancti Petri rediens in spiritu rapitur. Et ecce vidit regem regum in sublimi solio considentem:⁊ omnes angelos circūstantes:deinde regina in diademate fulgente cum dominarum multitudine aduenit:cui rex assurgens eam iuxta se sedere fecit. Post hec venit quidā vestitus pilis camelorum:quem sequebatur multitudo venerabilium seniorum. Deinde aduenit alius in papali habitu decoratus quem plurimi in pontificalibus sequebātur. Postea pcessit innumerabilis militie mltitudo. Post quos aduenit turba diuersarū gentum infinita. Hi omnes ante regem aduenerūt:⁊ cum flexis genibus adorauerunt. Angelus autem qui custodem ducebat eidē visionem exposuit. Asserens reginam matrem dei esse dominas vero virgines continentes:pilis camelorum vestitum ioannem baptistam:seniores patriarchas et prophetas:papali habitu ornatus Petrum apostolum pōtifices apostolos omnes:milites martyres:turbam reliquam cōfessores. Qui ideo ante regem regum christū venerant:vt pro honore ipsis hac die exhibito gratias agerent:⁊ pro orbe vniuerso exorarēt. ¶ Deinde dictus custos ad locum alium ductus vidit vtriusq sexus homines:alios immēsis diuersis delitiis gaudētes:alios inopes ⁊ famelicos mendicantes. Dixit autem angel⁹ hunc locum purgatorium esse:abundantes vero animas illas esse quibus ab amicis per suffragia subueniebatur:egentes vero quarum cura nullatenus habebatur. Iussit igitur vt omnia visa summo pontifici intimaret:vt post festum omnium sanctorum diem statueret animarum:vt saltē generalia suffragia illa die pro illis fierent:qui specialia habere nō possent propter qd commemoratio defunctorū sequenti die ordinata est.

¶ De sanctis Cesario ⁊ Iuliano martyribus. Capitulum. b.



Cesarius et Iulianus martyres apud taracinam cāpanie ciuitatem passi sunt sub claudio imperatore. Erat enim firminus quidam ponti. ex taracine ciuitatis qui per singulos annos talē ceremoniā pro salute rei publice ⁊ principum romanorū fieri suadebat. Iuuenē enim p. vii. aut. viii. menses in delitiis enutritū faciebat kalendis ianuarii postea cum immolaret:⁊ deinde ipsum iuuenem armatū mōtem armum ascendere ⁊ inde se precipitio dare:cuius corpus summo honore collectum in templo apollinis cōburebatur:⁊ cineres pro reliquiis recondebantur. Eodem tempore cesarius diaconus ex aphrica predictam ciuitatem deueniens:⁊ kalen. ianuarii:hec vidēs ⁊ abhorrens ac redarguens de christianitate suspectus tētus est a firmino pontifice:⁊ a luxurio primario ciuitatis. Et post dies. viii tradit⁹ est leontio cōsulari. Quo iubēte nudat⁹ ante templū apollinis adductus est. Qui autem orasset templum corruit:⁊ firminū pontificē interfecit. Clamante autem populo cesarium innocentem leontius cum in custodia nudum detinuit per mēses. xi. Post hec autem inde eductus sed ab angelo capillis suis subito crescentibus indutus:dum peteret se modicū relaxari ⁊ dimissus orasset:lux ipsi de celo nimia effusa est. Que cernens leonti⁹ cōuertitur:⁊ a cesario baptizatur:⁊ a iuliano presbytero sacra cōione sctificatur:vt dictum est supra de eo. iii. kalend. nouembris. Postq vero sanctus leontius obiit:luxurius cesariū ⁊ iulianū detinuit:⁊ in sacco vinctos in mare simul precipitari fecit. Quorum corpora a mari ad littus iactata eusebius collegit:⁊ ea condigno honore sepeliuit kalen. nouembris:luxurius vero post dies modicos a serpente percussus interiit.

¶ De sancto Benigno presbytero ⁊ martyre. Capitulum. iii.



Benignus presbyter ⁊ martyr passus est apud castrū diuionū sub aureliano imperatore. Qui cū ipsi⁹ augusti rex cū andochio presbytero ⁊ thyrso diacono a sancto epo policarpo ioānis euāgeliste discipulo ad pdicādū in galliā missus esset ad portū massilie deueniētes ciuitatem eduā adierūt. vbi a fausto quodā senatore iā voto xpiano lz occulto honorifice suscepti sunt. Quem cū filio symphoriano adolescēte ⁊ omni familia baptizauerūt. Ad cui⁹ etiā pcco ad ciuitatē lingonicā accesserūt leonillā fausti sororē xpianā fieri cupientē cū trib⁹ ei⁹ nepotib⁹:quorū ipsa auia erat:scz speusippo eleusippo ⁊ meleusippo vnda sacra pfuderūt:⁊ i xpi fide docuerūt. De qb⁹ supra in eorū passione dictū est. xvi. kal. februarii. Deinde benign⁹ presbyter diuionū redeūs ibiq predicare cepit. Aurelian⁹ ergo imperator illuc deueniēs benignū cōprehensum ⁊ sacrificare recusantē neruis durissimis cedi fecit:⁊ inde atrocheas extensum carceri mācipauit:vbi ab angelo cōfortat:⁊ vulnera eius sanantur. Die sequenti imperatori exhibetur:cuius iussione ad tēplū ducitur ⁊ immolare suadetur. Sed oratione ab eo facta idola sicut fumus euanuerunt. Quem aurelian⁹ irat⁹ mandauit in carcerē mitti ⁊ in saxo perforato pedes eius includi:⁊ sudes in digitis manuum

affligat atq per dies septē omnē ei cibū potūq negari: canes quoq famelicos secū recludi: vt canes eū lacerarēt. Cū aūt sctūs dieb⁹ sex in oratiōe pseuerasset: canes adeo mitigauit: vt nec vestē eius lederēt. Die vero septio apta custodia benign⁹ illesus inuent⁹ est: a iudicibus ē cippo solut⁹. Tūcq iubēte imperatore: vecte ferreo in collo cōtuso: lācea cōfossus expirauit: visa quoq est columba niuea ex ore ei⁹ pgredi: z vsq ad celos euolare. Corpus aūt remāsit nimio fragrās odore: qđ a xpianis in eodē castro sepultū est kalendas nouembris.

¶ De sancta Maria virgine z marty.

Capitu.iiij.



Maria vgo z martyr: apd ciuitatē Nicomedie passa est. Que dū eēt ancilla cuiusdam tertulij principalis: z a dño suo pp̄ter natalē filii hostie dijs immolarent: illa a cōserua dñe delata: q de sacrificijs: vtpote xpiana gustare noluisset: verberibus diris afflicta est: z a tertulio duro carcere mācipata: ibiq dieb⁹ decē fame cruciata est. Quib⁹ a romano pside cōperto mariā sibi pñtari fecit: eamq sacrificare nolentē: vngularū laniatione vexari precepit. Sed clamore populi innocētē virginē protestātis: ē ad carcerē duci mādauit. Que dū duceret: mari⁹ se tenentiū euadēs z fugiēs ab ipsis inequit. Dūq ad saxū collis deuenisset: saxū diuina virtute scindit: z virginē intra se recipiens cōfestim cōcludit: z psecutores excludunt: ac in testimoniū miraculi frustra aliqua ex vestib⁹ virginis extra petrā cōcisa dimiserunt. Qđ illi cernētes terrifacti circūeunt nec aditū vllum inuenire possunt. Audiēs hec preses populū ad saxū concidendū aduocat: vt inde maleficā educant. Sz tonitrua z fulgura maxima cōtinuo eruperunt: z quitē eq duo equis igneis insidētes de celo aduolarūt. Populi vero pauētes ad templa deorū recurrerunt: verū erūpentes fulmina duo milia gentiliū interfecerūt. Idola quoq plurima in puluerē redegerūt. Que vidētes multi alij paganorum numero tria milia ad xpm cōuersi sunt. Preses aūt a fulgure interempt⁹ est. Maria vo saxo inclusa migrauit ad dñs. Postea quoq apto saxo: corp⁹ illi⁹ a xpianis repertū: z digno q honore cōditū est kalen. nouēbris.

¶ De sancto Vigore episcopo.

Capitu.v.



Vigor eps claruit tpe Childeberti regis Frācorū apud opgidū Baiocēsē: qđ Attrebatēse ciuitate nobilib⁹ z fidelib⁹ parētib⁹ nat⁹ intra sancti vedasti monasteriū habitabat. Dū aūt parētes illū inde retrahere vellēt: vt ipsē haberēt in eorū hereditate successorē: ille assumpto puero theodemiro seculū reliquit: z nesciēs quo pgeret pegrinari cepit: atq ad regionē Baiocē deuenit: vbi ab angelo in somnis admonit⁹ ad vicū redeuerū perregit: illicq edificato monasterio ieiunijs et orationibus deo seruiebat: multosq ad xpm cōuertebat. ¶ Dū aūt filiū paruulū mulieris xpiane cōuersum baptisasset illeq subita febre mortu⁹ esset: mater pueri cadauer in lectulo suo reposuit: z ad vigorē accedēs: mortē filii cū lachrymis nūciauit. Pro quo sanctus vir orationē effudit: z matrē ad domū reuerti mādauit: q iussu illius rediens filium sibi viuum occurrētē recepit. Propter qđ miraculū multi languētes ad eū accedebāt: z tactu illi⁹ sani redibāt: plurimiq ad fidē conuersi in xpm credebāt. ¶ Hic de possessiōe viri cuiusdā serpētē quadraginta pedes in lōgitudine habētē: q solo flatu hoies z pecora occidebat ora[...] suo vt catulū: fasciculū ligauit: z vin. ctū Theodemiro ministro suo tradidit: quē ille ipsius precepto z iussu magistri ad mare ligatū deduxit: z in vndis demersit. ¶ Aliū quoq serpentē de loco: q dr cellan terciū de loco q dicit cāmorom similiter eiecit. ¶ Defuncto vero epo Baiocēsi a clero z populo in epatu electus ē. Cū aūt comes Bathyldus possessionē quādā epatus a se occupatā arari faceret: de quo subito corruēs expirauit. Sanct⁹ autem vir multis clarus virtutib⁹ senex et plenus dierum in pace quieuit kalendas nouēbris. Sepultusq est in ecclesia Baiocensi.

¶ De sancto Mathurino confessore.

Capitu.vj.



Mathurin⁹ cōfessor apud Senonensem ciuitatē tpe Maximiani imperatoris claruit. Qui ex pr̄e Marino eiusdē ciuitatis nobile ac gētile pgenit⁹: q ex pcepto Maximiani xpianos psequebatur: ipse clāculū alio solo xpianus existēs: p parētū salute ad dñm exorabat. Audiuitq a dño q ei ab eo postulata darent. Et post dies parēs mater ei⁹ ad xpm cōuersa dum patri eādē cōuersionē suaderet. Ille ei respōdit qđ i nocte precedēte p visu acceperat: q filio suo in custodiam data fuisset ouiū multitudo. Ubi ipse Marin⁹ cū vxore z filio Mathurino annorū viginti a sancto Policarpo epo baptisati sunt. ¶ Cū aūt diabol⁹ filiā Maximiani imperatoris oppressisset: z p os puelle clamaret se a nullo hominū nisi a Mathurino Senonēsi eiciēdū: pplm quoq romanū a clade epidemie: quā incurrerat eiusdē meritis liberādū. Imperator ad Senonēsē ciuitatē misit z mathurinū ad se accersiuit. Qui romā cū multo honore pduct⁹ pri⁹ a comitib⁹ iuramētū accepit: vt si cū rome aut in via mori cōtingeret: corp⁹ ei⁹ ad ppriā patriā reportarēt. Ueniēs ergo Mathurin⁹ romā: imperatoris filiā a demonio liberauit: pplo quoq salutē a pestilentia suis orationib⁹ impetrauit. Et post hec ibidem in pace qeuit kalē. nouēbris. Cui⁹ corp⁹ dū i quodā tumulo posuissent: die sequēti extumatū inuenerunt. Recordati aūt pmissiōis z iurā corp⁹ roma ad galliā trāsportauerūt z ibidē illud iussu impatoris digno honore cōdiderūt apd Senonis ciuitatē: vbi z miracul clarēt.

¶ De sancto Marcello epo. Capi.vij.



Marcellus eps parisiorū fuit: q apd eādē v. bē merito sanctitatis nō modico claruit. De quo illud memorabile reperit: qđ existēs adhuc iuuenis vt digni⁹ mōstraret futur⁹ antistes ei⁹ merito tūc aqua in vinū: tūc vero mutata est in balsamū. Hic etiā iter alia patrata ei⁹ miraculosa īsignia: puellā a morte corporis suscitauit. Qui apud eādē vrbē Parisiēsem sanctitate clar⁹ in pace qeuit kalē. nouēbris: ibidē sepultus.

¶ De commemoratione oim mortuorum.

Capitu.viij.



Commemoratio omnium fidelium defunctorum sequenti die a festo omnium sanctorum fieri ab ecclesia instituta est: videlicet iiij. non. nouēbris: vt generalibus aliquādo suffragijs adiuuētur: qui specialia habere nō possunt: sicut i quadam reuelatione monstratum est: de qua dictū est supra in legēda oīs sanctorum kalē nouembris. Circa quā commemorationem tria videnda sunt.

scilicet ipsorum purgandorum cōditio futura ipsorum defunctorum purgatio dura: ipsorum expiandorum subuentio secura. ¶ Quantū ad cōditionē futurā sciēdum est esse locū purgatorii: in quo anime purgantur quorū dam mortuorū: de quib⁹ inferi⁹ dicetur et hoc probat. ¶ Primo per locū a sufficienti diuisione. Nā sicut dicit Augustinus. Omnes qui de hac vita decedūt: aut sunt valde boni: et hi statim euolant ad paradisum: aut sunt valde mali: et hi descendunt ad infernum: aut mediocriter boni: et hi vadunt ad purgatorium. Suffragia autē facta pro valde bonis sunt gratiarū actiones: nec debent fieri scienter quia vt ipse dicit. Iniuriā facit martyri qui orat pro martyre: sed vbi ignoranter fierent ad meritum orantis cederent sm̄ illud. Oratio mea in sinu meo conuertetur. ¶ Suffragia autem facta pro valde malis sunt viuorum qualescunque cōsolationes p quibus si de ipsorum dānatione constaret: nulla suffragia fienda essent vt docet Augustin⁹. Si scirem patrē meum esse in inferno nō plus orarem pro eo quā pro diabolo. Sunt autem quidā mediocriter boni qui plenā penitentiam nō perfecerunt qui nec adeo boni sunt: quin suffragiis nō egeant nec adeo mali quin eis prodesse nō valeāt: p quibus suffragia facta sunt expiationes. ¶ Secūdo probatur p locum ab authoritate. Cū enim veritas dicat: qd̄ qui peccauerit in spiritum sanctum non remittetur ei: neque in hoc seculo: neque in futuro. Concluditur q in futuro seculo peccata aliqua dimittuntur sed hoc nō in paradiso: quia nihil sordidū nihil intrabit in eo coinquinatum. Apocalip. xxi. cap. Neque in inferno in quo nulla est redēptio igitur est dare tertiū locū in quo dimittantur: scilicet purgatorium. Tertio probat ex ipsa diuina pietate. Cū enī sit impossibile vt homo nō peccet iuxta illud. Septies in die cadit iustus quomodo esset diuine pietatis: vt quis subitanea morte preuentus sic damnaretur de homicidio: sicut et de verbo ocioso. Non enim euolāt statim cum decedunt nisi tria genera hominum: q significatur per illos tres quibus celum apertum est: scilicet pueri baptizati aut etiā adulti: dummodo decedant antequā actualiter peccent hi significantur per christū baptizatum cui celum apertū est. Luce. iii. Item sancti martyres qui denotantur per Stephanū lapidatum: qui vidit celos apertos. Actuum. vii. cap. Item viri perfecti existentes sine vllo peccato etiam veniali: hi denotant per Joannem perfectissimum qui vidit ostium apertū in celo. Apocalip. iiii. ¶ Quantum ad purgationē durum tria videnda sunt: scilicet qui sunt illi qui purgantur: et vbi purgantur: et quāto tempore purgant. ¶ Circa primum sciendum est qd̄ purgantur illi qui satisfactione sibi iniuncta nondum cōpleta decedunt: veruntamen si haberēt tantā contritionem: que sufficeret ad delendū peccatū: liberi ad vitā transirent: etiam si satisfactionem minime compleuissent: quia apud deum nō tam valet mensura temporis quam doloris. Qui autem nō adeo conteruntur: et ante expletionem moriunt: igne purgatorii grauissime puniunt: nisi forte eorum satisfactio ab aliquibus eorū charis assumatur perficienda: et hec debet fieri authoritate sacerdotis: qui penitentiam imposuit: et in casu extreme necessitatis: vbi p illum perfici nō possit: et debet perfici pro eo ab homine existente in charitate: et q minor pena commutetur in maiorem quia plus deo satisfacit pena propria quā aliena. ¶ Secundi qui purgantur: sunt hi qui satisfactionem quidē iniunctam compleuerunt: sed tamen illa pena ignorantia vel negligentia sacerdotis sufficiens non fuit. Nā nisi magnitudo cōtritionis suppleat: isti tales in purgatorio complebunt quod in hac vita defecerunt: vnde si penitentia imposita est maior: tunc illud plus cedit ei in augmentū glorie. Si equalis: sufficit ad diminutionem totius culpe. Si minor: tunc illud quod restat supplebitur ex virtute diuine iusticie. ¶ Tertii qui purgantur: sunt illi qui lignum fenum et stipulam secum ferunt: scilicet affectiones carnales quibus dediti sunt: ita tamē vt nil deo preponant. Isti enim illis tribus significantur: qui secundum suos amandi modos: vel diutius vt lignum: vel minus vt fenum: vel minimum vt stipula cremabuntur. ¶ Circa secundū scilicet vbi purgātur: sciendum est q est purgatorium generale et speciale. Generale est in eodem loco quo et infern⁹: et eodem igne dānati cruciantur: et saluandi purgātur: sicut idem ignis ligna cōsumit: et aurum purificat: qui quidem ignis est miro modo grauis cum excellat omnem penam: quam vnquā quis passus fuerit in hac vita: licet martyres mirabilia passi fuerint tormenta. Habent tamen illi qui sunt in purgatorio triplex remedium: quib⁹ damnati carent. Primum: quia certā futuram gloriam prestolantur: habent enim certitudinem de gloria: minorem quidem quā existentes in patria: sed maiorē quā existētes in via. Secundum quia a demonib⁹ non cruciantur: non enim est conueniens vt quorū in hoc mundo extiterūt victores: eos habeāt in purgatorio penarum illatores. Tertiū quia ab angelis bonis sepius visitantur: qui eos in spe certa future glorie confirmant et bona que p eis in hoc mundo fiunt illis annūciant. ¶ Speciale vero purgatorium est illud quod deus in diuersis locis pluribus animabus purgandis sepius deputare creditur. Quod quidē facit deus propter quinque rationes. Primo propter earum leuem punitionem: sicut aliquibus secundum Gregorium reuelatum est: animas quasdam in vmbra punitas esse. ¶ Secundo propter eorū scilicet liberationem: vt scilicet possint suas indigentias aliis reuelare: et sic eorum suffragia peterent: et per consequens de pena celerius exire. Sicut legitur de sancto Theobaldo q eius piscatores in autumno frustum glaciei p pisce prendiderunt: q ō dum pedibus episcopi podagra laborantis pro eius refrigerio supponeretur: audiuit vocem de glacie dicentis se animā esse vnius peccatoris: qui in glacie purgabatur: qui liberari posset si triginta missas pro eo continuatis diebus celebraret. Quas dum sanctus bis inchoasset: et diuersis causis demone hoc agente intermisisset tertio missas continuauit: et frustro glaciei dissoluto aia peccatoris ad celos ascendit. ¶ Tertio propter nostrā instructionem vt scilicet magnam penā infligi peccātibus in vita futura cognoscamus: sicut apparet in quodam scholari: qui dū post eius obitū magistro suo cum capa de pergameno plena sophismatibus apparuisset eamque plus q turris sibi ponderare diceret: et magister penam illam leuem iudicaret. Ille guttam vnam sui sudoris in palmam magistri cadere dimisit que manum eius sicut sagitta perforauit: et cruciatum mirabilem sensit: vnde magister territus seculo renuncians religionem intrauit. ¶ Quarto propter culpe in loco perpetrationem: sicut legitur quarto dialogorum: q presbyter propter corporis sui necessitatem balneum frequentans semper inueniebat vnum sibi ibidem ministrantem. Cui dum vice quadā pro mercede panem benedictum offerret: audiuit ab eo q fuerat aliquādo dn̄s loci illius: sed p culpis suis ibidem post mortē fuerat deputat⁹: rogans vt p se panem illum deo offerret: et sic expiari posset: qd̄ dum presbyter per dies septē p eo celebrasset: et ad balneum redisset illum minime amplius inuenit. ¶ Quinto propter alicuius sancti orationem: sicut legitur de sancto Patricio cuius ad cui⁹ orationē de⁹ in Hibernia purgatorium vnū cōstituit: de quo dictum est supra in eius legenda. xvi. kalend. aprilis. Circa tertium scilicet quanto tempore purgantur: sciēdū est q tempus debet culpe correspōdere. De⁹ enim qui modos et mensurā peccatorū et penarū nouit penā cū culpa cōmensurat: et vel temporis diuturnitate: vel pene acerbitate: et si vel hi gratia de petiti cōmisisset propter qd̄ per annū in purgatorio stare deberet: et vsque ad diē iudicii: nō nisi mēsis vn⁹ restaret: q: sic purgatorium finiri oportet: de⁹ sic propter temporis breuitatē aggrauaret pene acerbitatem. ¶ Quātū vero ad subuētionem securam quatuor videnda sunt: scilicet quib⁹ subuenitur

uenitur. Per quos subuenit. per que z qualr subue-
nit. ¶ Circa primũ sciendũ ꝙ damnatis nullo modo
subuenit: nec quo ad liberationẽ: vt scz ab ipsis penis
liberent: nec quo ad mitigationẽ: vt scz in eis diminua-
tur: nec quo ad suspensionem: vt scz ad tps etiam mini-
mũ eorum pena suspẽdatur: nec quo ad fortificationẽ:
vt scz ad tolerandũ leuius roborent. Quantũ eñi ad ali-
quod bonum in inferno nulla est redẽptio. Subuenit
autem illis qui in vita sibi meruerunt vt eis talia pro-
desse possint: vt scz illis qui in statu gratie decedentes ali-
qua secũ purgãda tulerũt: de quib' supra dictum est.
¶ Circa secundũ sciendũ ꝙ debet istis subueniri per
hoies q̃ sint in tali statu: quali z illi decesserũt: scz in sta-
tu gratie. Alioquin si suffragia fiant pro defunctis exi-
stentib' in mortali: nihil aiabus ꝓsunt: sicut nec sibi
ipsis prodesse possunt. Hoc autem fallit in duob' casi-
bus. ¶ Primo cũ qs decedẽs in charitate ordinat sibi
de ꝓprĳs facultatib' per aliquẽ subueniri: quãuis eñi
talis voluntatẽ defuncti exequẽs sit in pctõ mortali: ꝓ-
sunt tñ illi tales elemosyne: qz fiunt in ꝑsonã existẽtis
in statu gratie. ¶ Secũdo cũ quis defunctis subuenit
in personam ecclesie: vt si sacerdos existẽs in mortali
etiã sponte celebret ꝓ defunctis: qz enim hoc facit in ꝑ-
sonã ecclesie: prosunt defunctis illa suffragia: qz nomi-
ne ecclesie fiunt: q̃ semꝑ sine macula cõsistit: z oia ꝑ spi-
ritum sanctũ operatur. ¶ Circa tertiũ sciendũ qd suf-
fragia ꝓ defunctis quedã sunt realia sicut elemosyne
z oblationes: quedã personalia: vt ieiunia z peregrina-
tiones. q̃dã vero mixta: vt ecclesie orationes z potissi-
me missarũ celebratiões. ¶ Qd autẽ primũ scz elemo-
syne ꝓsint pro defunctis: ptz ex eo qd legitur scdo Ma-
chabeo. xii. Quũ vir fortissim' iudas collatione facta xii.
drachmas argenti misit Hierosolymã offerri ꝓ pecca-
tis mortuorũ zc. ¶ Quod vero secundũ scz ieiuniorũ
obseruatio z oratio eis prosit Grego. probat in. iiii. dia-
logorũ ꝑ multas authoritates z exẽpla q̃ causa breuita-
tis omittunt. Qd aũt tertiũ scz missarũ celebratio eis
prosit: probat idẽ in eodẽ libro: ꝙ dum quidam frater
mortuus esset: z. iii. aureos habere repertus fuisset: ius-
sit eum Gregori' in sterquilinio sepeliri: z ꝓ eo vsqz ad
dies. xxx. missaz celebrari: quib' expletis aia illius cui-
dã fratri apparuit: z se ꝓpter talẽ missarũ celebrationẽ
a purgatorio liberatũ esse dixit. ¶ Circa quartũ vero
scz qualr subueniẽ: sciendũ est ꝙ suffragia aut fiũt pro
mortuis gñaliter: z tũc gñaliter prosunt aut specialiter
z tunc specialr prosunt illis pro q̃bus fiũt: si indigent:
si aũt nõ indigent sm diuinã dispensationẽ illis q̃ ma-
gis indigẽt attribuuntur. Et hoc intelligas quãtũ ad
expiationẽ. Nam suffragia mortuoz habẽt vltra expia-
tionẽ virtutẽ in penis cõfortandi. Et hoc oib' equalr
prodest siue fiant gñaliter siue specialiter: sicut patet
exẽplũ in candela q̃ accensa pro vno existente in carce-
re sic aliis lucet ac si pro singulis accensa fuisset.

¶ De sancto Iusto martyre. Cap. ix.



Iustus martyr a-
pud Tergestinã ciuitatẽ aquileie ꝓ-
uincie passus est temporib' Diocle-
tiani z Maximiani imperatorũ sub
Manatio prefecto. Qui dum ad ꝓfa-
tã vrbẽ deuenisset. Iustũ cõprehendi
fecit: z sibi presentato cepit suadere
vt dĳs sacrificaret. Qui cum dño ie-
su xpo se sacrificare diceret: iussit eũ
in carcerẽ trudi. Cũqz tota nocte in
orone ꝑseuerasset: mane eductũ et imolare recusantẽ:
fecit eũ Manatius extẽsum neruis crudis cedi: sed cũ
illũ oino inuictũ cerneret mandauit in collo eius z ma-
nibus ac pedib' plumbi pondera ligari: z sic in profun-
dũ maris demergi. Qui quasi ad epulas inuitatus ip-
se sibimet pondera plumbi deferebat: z vale dicẽs fra-
tribus festinando ad littus pergebat. Sicqz ad locuz
ducit z plumbo ei alligato in scapha modicissima po-
nitur ductusqz in altum pelagus: oratione facta in mare
demergit: vt aũt spm deo reddidit: mox funco eius cũ
plumbo dirupti sunt z corpus ad littus Tergestine ci-
uitatis ab vndis deductũ est ante solis occasum. Ea-
dẽ nocte apparuit sanctus martyr cuidam presbytero
noie Sebastiano: iubens vt corpus eius tolleret: z cũ
indulgentia sepeliret. Qui cõuocatis plurib' xpianis:
corpus ipsius in littore inuentũ: iuxta ipsum locũ ho-
norifice tumularũt. Qui passus est. iiii. noñ nouẽbris.

¶ De sancta Eustochio virgine z martyre. Cap. x.



Eustochiuz virgo
z martyr apud Tarsuz Cilicie passa
est sub Iuliano imperatore. Qui cũ
ibidẽ existens cũ omni pplo dĳs gẽ-
tiũ sacrificasset Eustochiũ sacrifi-
care nolentẽ primo neruis bubali-
nis cedi fecit: deinde cornib' capreo-
larum vngulari precepit: partibusqz
carnes eius cõcidi. Deinde caput ei'
cũ capillis excoriari: z clauos infigi.
Et cũ hec omnia constantissime to-
lerasset: z imperator sententiam protulisset vt mem-
bratim concisa in sartagine torreretur orans ad domi-
num emisit spiritum. Sepultaqz est a matre propria
in abditissima crypta. iiii. nonas nouembris.

¶ De sancta Eustochio virgine. Cap. xi.



Eustochiuz virgo
sacratissima paule nobilissime ro-
manoz filia z beati Hieronymi di-
scipula fuit. De qua idem testatur
Hieronymus ꝙ in sanctis locis vir
ginitatis z ecclesie monile ꝓciosissi-
mum fuit. Cum vero mater eius os
relicto seculo z mũdanis diuitĳs ac
filĳs cunctis ex vrbe roma ꝓgressa
Hierosolymã deo seruitura nauigaret: hec sola eius ꝓ-
positi z nauigationis comes extitit: sicut supra actum
est in vita paule. vi. kalend. februarĳ. Et cum eadẽ eius
matre apud oppidũ Bethleem cenobiũ cõstruxit: z cũ
eadẽ z aliĳs sctis feminis sub beati patris Hieronymi
disciplina deo deuote seruiuit: atqz post dormitionem
genitricis. L. et eo amplius puellarũ mater extitit. Cui
btũs doctor regulã deo viuendi cõstituit z dictauit. Ip-
sa aũt ieiunĳs z orõnibus sacrorũqz librorũ studĳs in-
tenta solicite: post agones plurimos ꝓ xpo superatos
in virginitatis proposito in pace q̃euit. Sepulta apud
Bethleem. iiii. nonas nouembris.

¶ De sancto Victorino epo z martyre.
Capitulum. xii.



Victorin' Picta-
uiensis episcopus sub Diocletiana
persecutione martyriũ passus est: q̃
scientia z doctrina clarus opuscula
nonnulla sacre fidei perutilia com-
pilauit. Commentarios eñi edidit
in genesim Exodum: Leuiticum:
Esaiam: Ezechielẽ: Abacuch: Ec-
clesiastẽ. Cantica canticorũ: z Apo-
calypsim. Aduersum oẽs fere here-
ses libros plures conscripsit: multaqz alia grandiori
bus sensibus ꝙ compositione verborũ: neqz eñi eque
latina: vt greca lingua pollebat. Sub prefato tandem
principe pro eiusdem defensione fidei: martyrio vitam
apud eandem vrbẽ finiuit. Ibiqz tumulatus iacet. pas-
sus est autem. iiii. nonas nouembris. Hec Hieronym'
libro de viris illustribus.

¶ De sanctis Alcindino Pygasio z Anepothisto
martyribus. Cap. xiii.



Alcindinus: Pygasius: et Anepodistus apud psidā passi sunt sub Sapore rege psarū: q̄ eidē regi delati ꝙ xp̄m colerēt: et multos cōuerterēt: inuēti sunt in cella orātes: et a ministris regis capti educti sunt. Dū aūt xp̄m cōfiterent: primo vectib⁹ durissime cesi sunt: mutatis sup singulos eorū incedēdo .x. viris. Rex vo̅ cecidit quasi exanimis: tandē ad se redieñs: eos sursum appēdi: et deorsuʒ extēdi: ac ignē subterponi fecit. Sctī vo̅ xp̄o eis apparente illesi ab igne ꝑmanserūt: et a vinculis absoluti sunt. Rex aūt mutus effect⁹ est: et ministri quasi amētes erāt: ita vt nec nutibus cū intelligere possent. Post hec apparuit sanctis martyrib⁹ exercit⁹ angeloꝝ: qb⁹ orantib⁹ lingua regi restituta est. Tūc mādante rege sctī sup lectos ferreos sternūtur: et carbones subtermittunt: sed a voce celica cōfortātur: plurimi ad dn̄m cōuertunt. Deinde pluuia maxima inundāte: et angelis eis in albis de celo aduolātib⁹ ignis extinguit: et sctōꝝ vincula dirūpunt. Cūq̄ eis rex blādiret vt sacrificarent: eosq̄ in curru suo leuasset: et ad templū iouis adduxisset orōne fuderūt ad xp̄m. Statimq̄ facto terremotu magno idolū cecidit et rex territ⁹ fugit. Iterū quoq̄ sctōs martyres detentos nudos et cathenis obligatos rex mitti fecit in cacabos plūbo: resina: et pice bullietibus plenos: vez orōne ad deū fusa: sctōꝝ cathene diracte sunt: et cacabi vacui sunt reptī: ac olio tepefacti. Qd̄ cernens miles q̄dam noīe Anton⁹ cōuersus est: et in xp̄i ꝯfessiōe a rege decollatus: atq̄ a fidelib⁹ sepult⁹. Deinde mandauit Sapor martyres corīs tauroꝝ includi et in mare iactari. Et cōtinuo sctīs marty: Antonin⁹ cis cū tribus angelis apparuit: et coria scī dirūpit: sctōsq̄ illesos super vndas maris ambulātes ad littus ꝑduxit. Quo miraculo .xx. viri gētiles ad fidē xp̄i conuersi sunt. Sed iratus rex sctōs martyres vna cū ꝑfatis .xxviij. nup conuersis in ignē copiosum mitti ꝑcepit. Qui solas alas xp̄o reddentes corporibus inustis olno ꝑmanentib⁹: ipsi multis cernentibus ab angelis in nubibus suscepti sunt odorq̄ mir⁹ ex corpib⁹ refragrauit q̄ passi sunt .iiij. no. nouē.

De sancto Theodoro epō. Cap. xiiij.



Theodor⁹ episcopus cyrie ciuitatis a cyro cōdite: non solū ꝟbis sʒ etiā reb⁹ et virtutib⁹ extitit coronat⁹. Qui multa volumina scripsisse dr̄: sed de plurib⁹ paucorū illoꝝ ad nos notitia ꝑuenire potuit: vt gēnadius de viris illustrib⁹ testatur. Nam scripsit de incarnatiōe dn̄i aduersuʒ Eutycē hēreticū et dioscoꝝ alexādrinum epm̄ dicta fortia. Itē eccl'astice historie libros imitat⁹ Eusebiū: et a fine multorum eius incipiens vsq̄ ad leonis senioris tp̄a deduxit. Sub quo et apud laodiciam ciuitatem in xp̄o quieuit .iiij. nonas nouembris.

De sancto Ambrosio abbate. Cap. xv.



Ambrosi⁹ abbas monasterij Agaunensis: pri⁹ apud Lugdunum ciuitatem monasterij insule barbare pater fuit et magnis illic vite ac sanctitatis virtutibus clarus. Cum ad dictum cenobium Agauni ob egregie religionis normā translat⁹ fuisset btō fine in dn̄o requieuit .iiij. noñ. nouēbris. Cui⁹ corpus apud idem monasterium sepultum iacet: et signis atq̄ miraculis gloriose refulget: vt dicit Ado.

De sancto Quarto discipulo. Cap. xvj.



Quartus discipulus ex .lxxij. a christo elect⁹ vnus fuit: qui sub disciplina postmodum .xij. apostolorum claruit: vt abbas Dorotheus tradit. De hoc etiam apostolus ad Romanos .xvj. mentionem facit. Hic episcopus Beriti ab apostolis constitutus extitit: et officio predicationis se exercitans apud eandem ciuitatem quieuit .iij. noñ. nouembris.

De sanctis martyribus qui dicunt massa cādida. Capitulum .xvij.



Martyres sancti: q̄ dicunt massa cādida fuerit innumera martyrū multitudo in ciuitate Cesar augusta hispanie prouincie sub Daciano preside pro christo passorū. Cū eni ꝑfatus ꝑses in ipsa vrbe .xviij. martyres interfecisset cum virgine eugra. de quib⁹ dictū est in eorū passione .xvj. kalē. maij. Videns ꝙ q̄to plus conabat xp̄ianos extinguere: tanto magis eoꝝ multiplicat fides: et collegiū augebat: simulata pace ecclesijs reddita: misit edictū ficte vt xp̄ianis latentib⁹ liceret suis legib⁹ vti. Quibus ad publicū ꝓdeuntib⁹: et xp̄m laudātibus eorū multitudine in predicta ciuitate conueniente cōgregauit exercitum paganorū: ianuasq̄ vrbis claudi iussit: ne quis eorū euaderet. Omnes quoq̄ christianos ibidem repertos armati gentiles ex abditis exeuntes gladijs trucidarūt. Corpa vero in aceruos maximos collecta cōbusserunt: et cineres in ventū dispersērūt. Qui propter eorū innumerabilē multitudinē massa candida appellant: vbi dicit frater Vincentius. Quorum passio recolitur .iij. nouēbris. Sunt alij .ccc. martyres: qui massa candida dicuntur: de quibus supra dictū est .ix. Kalen. septembris.

De sanctis Germano et socijs martyrib⁹. Capitulum .xviij.



German⁹ Theopolus: Cesarius et vitalis martyres apud Cesaream cappadocie sub ꝑsecutiōe decij Cesaris optime duxerūt martyriū. Quo tp̄e vt scribit Hieronym⁹ voti erat xp̄ianis ꝓ xp̄i nomine ꝑcuti: verū etiā callid⁹ hostis tarda ad mortē supplicia cōquerēs aīas cupiebat iugulare nō [illegible] et ipse qui ab eo passus est [illegible] volentibus non permittebatur occidi. [illegible] tempore passi sunt illi duo iuuenes de quibus in vita sancti Pauli primi eremite dicitur: vt supra dictum est in ei⁹ vita .iiij. idus ianuarij. Passi sunt prefati sancti martyres Germanus et socij .iij. noñ. nouembris. Hec Hieronymus in martyrologio suo.

De sancto Chenelmo martyre. Capitulum .xix.



Chenelmus martyr in Anglia passus est. Hic fuit filius Cenulphi merciorum regis. Quem ille moriens Dryde sorori sue tunc septennem commisit alendum. Illa vero mortuo rege falso sibi regnum presagiens infantulum occidendum satelliti: qui eius erat alūnus tradidit: precioq̄ promisit.

Qui puerum venatum ducens inter frutecta obtruncauit. Hoc aũt celatũ in Anglia statim diuinit' innotuit. Nã colũba de celo aduolans sup altare sancti petri rome descendit: et membranã anglicis elemẽtis scriptam detulit: atq; in altare deposuit: cuius tenor necem pueri martyris: et sepulturã per ordinem prodidit. Que a quodam Anglico interpretata est. Statimq; papa per epistolam regib' Anglie directam compatriotam martyrem indicauit vnde frequenti cultu corpus innocentis de loco vbi iacebat solenniter leuatum est. Cum autem ferretur vincecũbã clericis et laicis canentibus: Dryda parricidialis e fenestra cenaculi caput extulit. Et forte psalteriũ legens peruenerat ad p̃s. Deus laudẽ meam ne tacueris: quã a fine nescio quo presagio retrograde dicens nitebatur cantantes infringere. Tũc virtute diuina oculi illius a capite euulsi versus illum. Hoc opus eorũ qui detrahunt mihi et cetera cruore polluerũt. Et in ipso libro vsq; hodie extãt cruoris insignia immanitatem mulieris et vltionem dei spirantia. Passus est autem sanctus martyr tertio noñ. nouemb. Hec Guilel.

¶ De sancta Alpaide virgine. Cap. xx.



Alpaides virgo de Tudoto circa annũ domini. M. clxx. sanctitate nimia claruit. Que multis annis in corpore degens infirma sine vllo cibo p̃mãsit. Hec genere infima officioq; bubulca: sanctarum scripturarum intelligentiam diuinitus obtinuit: et mire prudentie consilium habuit. Que flagello domini diutius attrita est adeo vt propter effluentẽ de corpore saniem etiã suis fieret in horrorem: patientia aũt summa p̃dicta nec aliq̃n cõturbari visa fuit. Nullũq; cibũ p ãnos multos traijcere valuit: nisi solũ eucharistiã sacrã: et lecto decubans non nisi ab altero moueri potuit. Hec ṽit a deo accepit: vt sepissime in excessu rapta angelo duce: et loca penaz et gloriam sanctoz p̃curreret: et occultas visiões aspiceret. Frequẽter aũt in solẽnitatib' xp̃i vel ei' matris rapta mundũ totũ quasi in pile speciez intuebatur: et ea que in mũdo fiebant cõtẽplabat. Ad corpus quoq; rediẽs multa occulta et secretissima dicebat: et quedã ex his q̃ viderat reuelabat: quedã v̄o a deo premonita occultabat: plerũq; etiam futura predicebat. Quieuit autem in pace apud Tudotũ iij. noñ. nouembris. Hec ex gestis Frãcorum.

¶ De sctis Vitale et Agricola marty. Cap. xxj.




Vitalis et agricola martyres passi sunt in prouincia italie in ciuitate Bononiẽsi tẽporib' diocletiani et maximiani ĩperatorũ: quorũ passionẽ sanctus scripsit Ambrosius. Fuit autem Vitalis seruus agricole nunc v̄o p̃or: et collega martyrij: precessitq; seruus vt preuideret locũ: secutus est domin' secure: quo datã fidẽ seruulã inueniret paratã nõ alienã. Cum ergo sanct' Vitalis cogeretur a p̃sequẽtib' vt christũ negaret: et ãpli' dñi fidẽ p̃fiteret: oĩa tormẽtorũ genera in eũ exercentes: vt nõ esset in corpore ei' sine vulnere locus: oratione fusa ad dominũ emisit spm̃. Sãctus v̄o agricola mitior habebatur moribus ab ipsis etiã inimicis diligeretur: ideoq; differebãt ei' passionẽ. Deniq; vbi nõ acquieuit p̃secutorib': sanctus agricola crucifixus est. Quorũ corpora ĩ iudeorum solo sepulta sunt. ¶ Post multos aũt annos idem locus sancto Ambrosio episcopo mediolanensi reuelatus est. Qui veniens bononiã cõuocatis clero et populo ad locum accessit: et effosso solo martyrum reliquias inuenit. Easq; deuote leuata in eadem ciuitate sepeliuit. Passi sunt autem pridie nonas Nouembris.

¶ De sancto Amantio presbytero. Cap. xxij.



Amantius presbyter apud Tyfernũ Tyberianã ciuitatem claruit tẽpore beati Gregorij pape. Qui hoc spãle in se virtutis habebat: vt apostolorũ more manus sup egros imponeret et saluti restitueret: et q̃libet vehemẽs egritudo ad tactuz illi' absccderet. Hic insuper hoc in se habebat miraculũ: q: ĩ quolibet loco q̃uis immanitissime asperitatis serpẽtẽ inueniret. mox vt euz signo crucis signaret extinguebat: ita vt diruptis visceribus moreret. Quẽ si quando serpens in foramine fugeret: signo crucis os foraminis bñdicebat: statimq; ex foramine serpẽs iam mortuus trahebat. Hic tp̃e quedã ad beatũ est adductus Gregoriũ quẽ in domo infirmorũ beatus pontifex diebus aliquibus ad manendũ posuit: vbi quidã inter egros alios mentecapt' et frenetic' iacebat. Qui nocte quadam cum magnas voces: sicq; vt insanus ederet: cunctos egros immẽsis clamorib' p̃turbabat: ita vt nulli illuc somnũ capere liceret. Tũc sanct' p̃sbyter de strato suo surgẽs ad locũ frenetici accessit: et sup eũ positis manibus orauit: moxq; illũ melius habentẽ tulit atq; in superiora domus secũ ad oratoriũ duxit vbi pro eo liberi' oratiõi incubuit: et statim eum sanum ad lectũ p̃prium reduxit: ita vt nullas vlteri' voces ederet: neq; egrotorũ quẽq̃ aliquo clamore turbaret: q̃ et apud predictã ciuitatẽ in pace quieuit pridie nonas nouembris. Hec Gregorius tertio dialogorum cap. xxx.

¶ De sancto Herio presbytero. Cap. xxiij.



Herius presbyter apud Alexandriam claruit. Hic vir acerrimi ingenij in diuinis scripturis notabiliter erudit' fuit: vitaq; purissimus ad diuinamq; philosophiã penit' expedit' doctor ecclesie incõparabilis maxima sapientia refulsit. Qui tractatũ longissimũ sup Esaiã p̃phetã edidit. Et tp̃e Philippi imp̃atoris apud eandem ciuitatẽ in pace quieuit pridie nonas nouembris: vt ait Hieronymus libro de viris illustribus.

¶ De sancto Zacharia sacerdote. Cap. xxiiij.



Zacharias sacerdos et propheta pater Joãnis baptiste in dieb' Herodis regis iudee claruit: de cuius sanctitate in principio euangelij Luce plurima p̃clara testimonia describũtur. Fuit enim de vice abie ex filijs Aaron de tribu leui: sicut dictum est supra de eo in natiuitate sancti ioannis baptiste. viij. Kal. iulij. et in eius conceptione. viij. Kalẽ. octob. vbi etiã de ortu filij: et de miraculis q̃ in eius natiuitate apparuerũt: et de p̃phetia ip̃i' Zacharie tractatũ est. Cũ igitur xp̃s puer ab Herode q̃reret occidẽd': et ex hoc ip̃e Herodes innocẽtes p̃imeret. Helisabeth audito q̃ Joãnes ei' fili' similiter q̃reretur q̃ xp̃m etate sex mẽsibus precedebat: accepit paruulũ: et cũ eo aufugit. Ascenso autem excelso mõte iudee circumspiciẽs vbi eũ absconderet: visis interfectoribus se insequẽtibus timuit: et orationẽ ad deũ pro filij salute fudit. Statimq; mõs se aperuit: et Helisabeth cum filio intra filio intra sui abdita suscepit: atq; persecutores exclusit. Quib' intra montis tenebras lux diuinitus apparens eos p̃fortabat: et angel' dñi illis necessaria ministrabat. ¶ Cũ autem missis satellitib' ab Herode: Zacha

rias vbi filius esset interrogatus esset: ⁊ ille se cum vbi foret ignorare diceret: atq; impietatem Herodis redargueret: ex x̄p̄m q; natū ex virgine predicaret: qui regnum israel accepturus esset: Herodes iratus misit nocte carnifices: qui Zachariā inter tēplum ⁊ altare: vbi virgo beata educata fuerat iugularūt. Mane aūt facto dū ceteri sacerdotes tēplum adeūtes Zachariā vt ad eos exiret: more solito expectarēt: ⁊ iam hora tardior esset: vnus illorum intrās sanctuariū reperit sanguinē Zacharie: vt lapidem coagulatū. Auditaq; est vox de celo: quod Zacharias occisus esset: ⁊ ꝙ sanguis eius ex israel nō esset delendus: donec exurgeret qui eū vindicaret: qui foras egressus hec oīa ceteris nūciauit. Illi ꝓ timētes quasi frangorē lapidū audierunt: ⁊ corpus sancti nō inuenerunt. Passus est autem sanctus martyr nonas Nouembris. Corpus autem eius post longa tēpora apud hierosolymorum templum inuentum: ibidemq; dudum tumulatū iacuit. Nunc vero quiescere dicitur venetijs in monasterio dominarum eius nomini fundato.

¶ De sctā Helisabeth vxore Zacharie. Ca. xxv.



Helisabeth vxor Zacharie sacerdotis p̄dicti ⁊ mr̄ Joānis baptiste fuit de filiabus Aarō: cuius sanctitas in euāgelio luce cōmendatur. Hec autē cū Joanne nato paruulo in latibulo speluce: de qua supra proxime dictū est: latuit donec immanitatis Herodis persecutio [illegible] in nece paruulorū cessauit. Et hic filium vsq; ad annos septē enutriuit: ꝗ eadē etate antra deserti petiit. Mater ꝓ modicū post tēpore superuixit: ⁊ sanctitate ⁊ gratia plena ad x̄p̄m in pace migrauit. Sepulta in domo propria in mōtana iuda. Dicitur autē Helisabeth cognata virginis marie: quia cōsobrina eius fuit. Anna enī ⁊ Esmeria fuerūt sorores filie agarin: de anna nata est ꝟgo maria: de Esmeria nata est Helisabeth ⁊ eliud: de eliud natus est eminceu: de eminceu natus est sanctus Seruatius eps traiectēsis: de quo supra dictum est tertio idus maij.

¶ De sancto Zacharia papa. Cap. xxvj.



Zacharia papa natione grecus ex patre Pollochronio: Gregorio. iij. romano pōtifici in episcopatu successit: ⁊ sedit annos x. mēses. ij. dies. xv. vir mitissimus atq; suauissimus oīq; bonitate ornatus: amator cleri ⁊ populi totius: tardus ad irascendū: ⁊ velox ad miserādū: nullis malū pro malo reddidit: suis etiā persecutoribus bona pro malis restituit. Hic inuenit oēm italiā turbatā simul ⁊ ducatū romanū: persequente liudprando longobardorū rege: ac romane ecclesie iura auferente. Tantā vero deus huic pape grām cōtulit: vt etiā pro salute populi aīam ponere nō dubitaret. Qui primus missa legatione ad eūdē regē: post ipse personaliter veniens salutaria illa verba predicauit. Cuius admonitione inclinatus rex ciuitates romane ecclesie pertinentes: q̄ p annos. xxx. ablate fuerant reddidit: ⁊ pacē cū pontifice fecit: captiuosq; plurimos romanorum quos tenebat dimisit. Ipsa quoq; pax per annos viginti perdurauit. Hic autem pontifex magni meriti ⁊ sanctitatis clerum suum valde dilexit: vtpote pater et bonus pastor oēs amplectens ⁊ vtiliter fouens ⁊ neminem eorū tribulari: vel egere permittēs. Cuius temporibus in magna securitate et letitia populus a deo ei commissus degens vixit. ¶ Hic constituit vt filij compatrum se in matrimonio nullatenus iungerent. Hic dialogorum libros de latino in grecum transtulit: quia vtriusq; lingue peritus fuit. Hic etiam in lateranē ecclesia corpus beati Georgij martyris cum epitaphio grecis literis exarato reperit: ⁊ cū magna solēnitate ad velum aureum ecclesiam sui nominis condidit. Ibiq; ipsum reposuit. Et omnibus plene ⁊ perfecte dispositis in summa pace moritur: ⁊ apud sanctum Petrū sepelitur. Ibiq; virtutibus pollet.

¶ De sancto Malachia episcopo. Cap. xxvij.



Malachias episcopus in hibernia claruit tp̄e Eugenij pape. iij. Cuius vitā beatus Bernardus scripsit. Hic ex parentibus christianis i hibernia natus: sacrisq; literis a pueritia eruditus in ciuitate Armachia. xxv. annorū presbyter factus verbum dn̄i instantius predicare cepit. Deinde marcum senē episcopum lesmor adiens: vt ab eo diuinis plenius informaretur: qui etiā episcopus miraculorū signis clarebat: cū eodem p aliquot mansit annos. ¶ Dum aūt p sorore sua defuncta quotidie celebraret: et occupatus alijs per dies. xxx. missam intermisisset: nocte sequanti vidit p spiritum sororem se diebus totidem nihil gustasse conquerentē. Et cum pro eius expiatione celebrationis missarum resumpsisset: visa est sibi vsq; ad limen ecclesie peruenisse. Iterumq; in eodem perseuerās vidit illā ecclesiam introisse sed altare contingere non posse. Et rursus missas prosecutus vidit eam inter candidatorum numerū aggregari: ⁊ sic eam intellexit ad celos euolasse. Postmodum autem in loco bencor sibi a diuite quodam oblato monasteriū reparauit: qd̄ dudū antea fuerat deuastatum: de quo olim sanctus Columbanus ascenderat. Ibiq; cū decem monachis abbas ipse deo seruire cepit: vbi dum vnus ex eis operarijs ligna cederet: ⁊ securis ferrum de manubrio exilisset. inuocato Malachia ferrum vestes illius solummodo concidit: sed carnem omnino nō tetigit. Ibi etiam oppressum quēdam cui insanienti demō suadebat: vt abbatem cultello percuteret ab infestatione maligni spūs liberauit. Et michaelem clericū a graui dysentaria sanauit. ¶ Cumq; esset annorum. xxx. episcopus inuitus electus est eps conneroth. Et cum electioni renunciare vellet: tandē mandato sui magistri episcopi lesmor acquieuit: ⁊ episcopatus curam suscepit: vbi populū valde rebellē deo ⁊ clero: ac ecclesijs infestū: ad penitentiam summa sapiētia ⁊ mira difficultate reduxit: ⁊ ad bene viuēdum informauit. Post hec dū celsus Armachianus archiepiscopus infirmatus esset: seq; mori conspiceret: suis clericis persuasit: nullum nisi Malachiam episcopum eligendum ad extirpādam potissime quorundam prauorum potētum consuetudinem: q̄ neminem nisi de eorū parentela archiepiscopum eligi permittebant. Jamq; per. xv. episcoporum successiones talis corruptela inoleuerat. Mortuo igitur archiepiscopo celso Malachias ab eis electus est. Qui licet diu renitēs tandem vt ecclesiam eorum a seruitute eriperet acquieuit: promissione tamen ab illis presuscepta vt delecto pessimo more: liceret sibi aliū in ecclesia armachañ substituere: ⁊ ad suam connerothensem ecclesiam redire. Hoc autem malachias magis ad ꝯsentiendū mouit: q: paucis antea diebus viderat speciosam mulierē se sponsam celsi archiepiscopi asserentē: sibiq; celsi baculū cōmendantē. Interea vero mauritius quidam de iniqua progenie in archiepiscopatū intrusus est. Sanctus autem vir scandalum euitare cupiens illo presidente furori cessit. Sed mauritius diuino iudicio post annos. v. decessit. Dum autem nigellus quidā de eadē progenie succedere niteretur. Malachias in brachio populi ab ipso rege in archiepiscopatū deducitur: ⁊ oēs emuli repelluntur. Cum autē nigellus cum fautoribus ⁊ armatis viris resistere presumeret: ⁊ tam ipsum ꝙ regem interficere vellent: subito nimia tempestas exoritur: ⁊ auctorq; litis ⁊ seditionis cum tribus consortibus a fulmi

ribus occidunt: ceteri quoq; hincinde disperguntur. Sexus p̄o Malachias anno:ii.xxxviii.in ciuitatē et ecclesiā introducit: et in archiepatu sublimat. Multas aūt postmodū psecutiōes ab emulis passus: oēs tandē deo largiēte deuicit: et nigelliū ad penam et obedientiā reduxit qui etiā sacra quedam q̄ de ecclia asportauerat retulit. Mulier q̄dam de attinentibus aduersariorū: q̄ archiepo predicanti cōuicia multa intulit: subito cunctis videntib⁹ in amētiā cōuersa: post dies paucos infeliciter expirauit. Sicq; armachanā ecclesiā vir dn̄i a pestifera cōsuetudine purificauit. Dū aūt ad ecclesiā primā redire vellet: et pplis omnio reclamaret gelasiū quendā presbyterū p̄ se in ecclesia prima substituit. Multis quoq; in vita sua miraculis claruit. ¶ In Eboracensi ciuitate equū quē dure portantē a nobili quodā oblatū dū aliquantulū equitasset: cōmodus subito et sufficiēs factus est ac de nigro pilo in albū cōuersus. ¶ Deinde clarauallense monasteriū accedens sanctū Bernardū visitauit: qui ab eo mire edificatū se dicit. In hyporegia ciuitate filiū hospitis sui in extremis laborantē cōtinuo sanū effecit. Et dū papā innocentiū scōm romam veniēs visitasset quatuor ex ei⁹ socijs clarualle dimissuros predixit: et vt p̄dixerat: sic euenit. Nā duo ex ipsis ibidē decedētes sepulti: alij p̄o duo effecti sunt monachi. ¶ Repatriās autē cū scotiā puenisset filiū David regis scotorū ad mortē decūbentē: aqua aspersum benedicta sic sanauit. Et in villa q̄ dr̄ crudelis puelle mute loquelā restituit: atq; aliā freneticā liberauit. ¶ Dū infirmus quidā in hybernia: q̄ multo iacuerat tpe lectū Malachie solūmodo ascendisset: cōtinuo ab omni languore sanat⁹ surrexit. In lāginia puerū a demonio liberauit: et freneticam mulierē cōpotē mentis effecit. ¶ Aliā quoq; matronā ad se accedentē: q̄ mēsib⁹ quindecim et dieb⁹ viginti p̄gnans fuerat: et adhuc fetum in vtero gestabat: sua oratiōe ad puerperiū in momento adduxit. ¶ Cortagia ciuitate epo vacante: cū de eligendo p̄sule discordes essent: et in archiepm armachanū vt eligeret oēs cōuenissent pauperē quendā presbyterum alienigenā elegit: q: vitā ei⁹ per spm̄ agnouit. Qui dum sibi egrotare nūciatus esset: mādauit ei vt illico surgeret: qui statim ab infirmitate sanat⁹: et in epm̄ cōsecrat⁹. ¶ Dū cuiusdā nobilis coniugem in extremis positā inungere vellet: et illi expectandū in crastinum cū rogarent assensit: et mulier post horā modicā expirauit. Ipse autem se reū criminis accusans cum lachrymis iuxta corpus in oratione se posuit: et ibidē orans pnoctauit. Mane aūt facto mulier resurrexit: quā sctūs vir inunctam ad quietē ire precepit: morteq; illa iterū obdormiuit. ¶ Secularis cuiusdā cōquerentis: q̄ lachrymare nō poterat maxillā tetigit: et ad tantā illū deinceps lachrymarū effusionē prouocauit: q̄ vix fletus cōtinere valebat. Spiritu quoq; prophetico habuit: et cordiū secreta cognouit: et diem et locū sui obitus predixit. Sepius quoq; eo celebrante: colūba de celo circumuolās cruci sup altare posite insidebat: quā diaconus ei⁹ et quamplures aliq; videbant. ¶ Cū aūt papa Eugeni⁹ in gallijs venisset: et Malachias ad eū visitandū accederet: et nauem intrare disponeret: quidā epilenticus nole catholicus: eius recessum deplorabat: eo q̄ in eius p̄sentia nunquā a morbo cadebat. Quē dum ille signasset: et eidem pmisisset q̄ donec ipsum reuideret: nunquam de cetero caderet: sic vt predixerat: euenit. Nā sanct⁹ vir ante regressum obijt et ille de cetero a morbo nunquam cecidit. ¶ Sed eodē tpe dum cuidam clerico promisisset. vt quicquid ab eo peteret obtineret: et ille sancti archiepiscopi reuersionem petisset. Sanctus de hoc plurimum tristatus est eo q̄ nunquam se rediturum presciuerat: et ad deum ire cupiebat. Nauem tamen ascendens: vt clerico promissa redderentur: orta tempestate redire compulsus est. Facta vero tranquilitate iterum nauem conscendit: et de cetero nō rediturus transfretauit. Venit autē clarauallem: et a sancto Bernardo deuote susceptus est. Cūq; in festo beati Luce euāgeliste celebrasset: febre correptus decubuit: et in ipso loco plenus sanctitate die qua p̄dixerat ad xp̄m a carne migrauit scilicet non. nouembris. Sepultusq; in monasterio clarauallensi miraculis et signis refulgens.

¶ De sanctis Felice et Eusebio martyribus.
Capitulum.xxvij.



Felix p̄sbyter et Eusebius monachus apud taracinam Campanie ciuitatē passi sunt tpe Claudij īperatoris sub Leontio filio leontij presidis. Cū enī prefati sancti viri corpora sanctorū martyrū Cesarij et Juliani sepelissent: de quibus supra dictū est kalēdas nouembris: et multos gentiles ad xp̄m cōuersos baptizarent Leontius filius quondā leontij p̄sidis: qui ad xp̄m etiā cōuersus statim vt baptismum perceperat ad xp̄m migrauerat: de quo etiā dictū est supra.iij. Kalen. nouēbris: predictos sanctos martyres detinuit: et timens populi tumultum: misso spiculatore nocte eos in carcere decollari fecit. Quorū corpa ad litt⁹ proiecta: quart⁹ p̄sbyter iuxta corpa sanctorū Cesarij et Juliani sepeliuit non. nouembris.

¶ De sancto Leonardo confessore.
Capitulum.xxix.



Leonardus confessor apud aquitanie p̄uinciā: ciuitatē lemouicēsem claruit tpe anastasij imperatoris q̄ in p̄uincia galliarū claris parentib⁹ ortus collateralibus rex clodouci regis frācorū: ab eodē rege de sacro extitit fonte leuatus ob nobiliū parentū amorē charissimū quē sctūs remigi⁹ remēsis archiepo baptizauit: et in discipulū susceptū salutaribus disciplinis instruxit. Cū aūt idē archieps a regib⁹ francorū obtinuisset: vt q̄ncūq; ipsi reges ad ciuitatē remēsem venirent: oēs inclusi in carceribus libere dimissi abire possent. Ad imitationē boni magistri iuuenis leonardus hoc ip̄m a rege ipetrauit: vt quicūq; in carcerib⁹ tenerent si eos ip̄e visitare vellet: cōtinuo soluerent. Et vbicūq; carceratos esse audiebat ad eorū liberationē festinus pperabat. Cūctos etiā egros ad se venientes: quacūq; detentos infirmitate sanabat. Rex igit̄ ad se accersiuit eū quē secū in palatio aliquo tpe manere coegit rogās vt inde nusq̄ discederet: donec tpe cōgruo ipsi epatum aliquē donaret. Erat enī tā clericus humilis et mansuetus. Leonard⁹ p̄o pontificatū renuit: et solitudinē potius affectās palatiū regis reliquit: et cū fratre suo lipbardo verbū dei annūcians aurelianū deuenit: atq; apud quēdā cenobitā noīe maximinū aliquo tpe mansit. ¶ Cum aūt lipbardus sup ripā ligeris mansionē solitariā elegisset de quo supra in ei⁹ legēda dictū est.iij. non. iunij. Leonardus p̄o p admonitionē ipsius sancti in aq̄tania p̄dicare disponeret: osculantes se abinuicē discesserūt. Leonard⁹ igit̄ p biturricā ciuitatē transiēs nouelle fidei xp̄ianos sanctis p̄dicationib⁹ cōfirmabat: et multa operādo miracula plurimos adhuc incredulos cōuertebat. ¶ Demū in quadā sylua noīe pauū habitare cepit q̄ a ciuitate lemouicensi p decē miliaria distabat: et quo rex sepius causa venationis accedebat et in aulā regiā in media sylua cōstructā diuertebat. Accidit aūt vt die quadam rex ibidē cum regina et familia venaretur: et regina pregnans illuc causa delectationis egressa partu periclitaretur. Cum autem rex et familia reginam iam pene defunctam lugerent: nec ei per medicos qui cum rege erant subueniri posset: et vir dei per nemus

transiēs lux etiam voces audisset: pietate commotus illuc accessit et a rege vocatus introiuit. Interrogatus autem quis esset cum se remigii discipulum respondisset. Rex ex bono magistro bonū de discipulo spem assumpsit: et ipsum ad reginā introduxit rogans vt suis precibus de recuperata coniuge et edita prole duplex gaudiū obtineret. Tūc sanctus oratione fudit: et quod rex petebat protinus impetrauit. Cui rex multa in auro et argento obtulit: sed ille oīa recusauit: dicēs se nullis indigere: nisi vt tantū in aliqua syluarū soli cultu famulari posset. Cum aūt rex totū illud nemus ipsi tradere vellet noluit nisi tantū accipere quantū vna nocte posset cum suo asello circuire. Quod rex libētissime adimpleuit: vbi cum duobus sibi adiunctis socijs monasterium construxit: et in multa ibidē abstinētia deuotus deo seruiuit. Ecclesiā etiā in honore dei genitricis fabricauit et altare sancti remigij in ea posuit. Cū autē aqua sibi per vnum miliare distaret puteū siccum ibidē fodi fecit: quē suis orationibus aqua vsq in presens scaturiēte repleuit: locū autē ipsum a nobili ipsi rege cōcessum nobiliacū appellauit. Ibi ergo tantis miraculis coruscauit vt quicūq eius nomē in carcerib' inuocassent: mox ruptis vinculis nullo cōtradicēte liberi abirent: et suas eidē cathenas aut cōpedes presentarēt. Quorū plures secū manebant: et eius exēplo sanctitatis ibidē dño seruiebāt. Familie quoq septem ex eius stirpe venditis oībus et pauperib' distributis ad eū venerūt: et distributo eisdem nemore ibi cum ipso in dei seruitio permanserūt: exēplo quoq suo plurimos ad simile attraxerunt. Deniq vir dñi Leonardus multis clarus virtutib' ad dñm feliciter migrauit octauo idus nouembris: circa annū dñi quingētesimū. Sepultusq est in ecclesia dei genitricis quā ipse cōstruxerat. Cum aūt ibidem infinita miracula fierēt: clericis illius ecclesie reuelatū est: vt qr locus ille propter multitudinis frequētiā cōcurrentē nimiū arctus erat alibi ecclesiā fabricarēt: et eodē sancti Leonardi corp' trāsferrēt. At illi vna cū populo triduano ieiunio et orationib' institerūt: quib' elapsis totam prouinciam niue nimia que ceciderat opertam viderūt: locum aūt in quo sanctū corp' quiescere volebat oīno vacuū cōspiciūt: vbi ecclesia de nouo fabricatur: et corp' eodē trāsportatur. Quāta vero miracula per eū dñs faciat potissime circa incarceratos: immensa ferri varietas ante tumulū ei' dependens testis existit.

Cap. xxx. De sancto Felice martyre.



Felix martyr apud Tunissam ciuitatem aphrice passus est. Qui a persecutoribus pro xpi nois cōfessione detent' et carceri durissimo mācipatus: dū eū a tormēto differrent: orās ad dñm emisit spiritū octauo idus nouēbris. Cui' corpus sequenti die exanime repertum est et a xpianis cōdigno recōditū honore. In hui' solēnitate sanct' Augustin' eius psalmū quendā ad populū exposuit: quem et in eius ecclesia publice predicauit.

Cap. xxxi. De sancto Felice monacho.



Felix monachus in monasterio fundensi claruit. Qui magne sanctitatis vir erat: et eiusdem cenobij hortum colebat. Fur vero quidam venire consueuerat: et ad ipsum hortum per sepem ascenderet: et occulte olera auferre. Cūq ille multa plantaret: et que minus inueniret: et alia pedib' conculcata: alia direpta cōspiceret: totum hortum circuiens inuenit iter vnde fur venire cōsueuerat. Qui eundem hortum deambulans repperit etiam serpentem. Cui precepit: vt se sequi deberet. Ad aditum autē furis perueniens: ex nomine dñi serpenti precepit vt aditum illum custodiret ac furem ingredi nō permitteret. Protinus serpens se in itinere transuersum tetēdit: et se ille ad suā cellam rediit. Meridie ergo cunctis quiescētibus more solito fur aduenit et sepem ascendit. Et dū in horto pedem poneret vidit qr serpens extēsus viam clausisset. Et tremens post semetipsum cōcidit: eiusq pes per calciamentū in sude sepis inhesit. Sicq donec hortulanus rediret deorsum capite pependit. Qui veniens furem in sepe pendentē reperit: et deo grās agēs serpentem licentiauit ad furem quoq veniens ipsum de dudū oleribus exportatis redarguit: pedem quoq illius a sepe dissoluit: sicq sine lesione deposuit. Olera etiā que furto auferre conabatur: cū nimia dulcedine prebuit: eūq ne amplius furaretur admonuit: sed eū necesse haberet ad eum veniret: qr ipsi deuotus daret: que cum peccato tollere laborabat. Hic ergo sanctus monach' clarus multis virtutibus migrauit ad christum. Hec Gregorius. j. dialogo. cap. iii.

De sanctis decem martyribus. Cap. xxxii.



Decem martyres in oriente apud ciuitatem theopolim passi sunt. Qui a saracenis comprehensi christumq dominum confitentes crucibus appensi coronam martyrij a domino percipere meruerunt octauo idus nouembris. Beda in martyrologio suo.

De sancto prosdocimo epo. Cap. xxxiii.



Prosdocimus episcopus apud ciuitatem patauinam claruit tempore neronis imperatoris. Hic natione grecus nobilibus parentibus ortus literarū studijs eruditus: cum adhuc esset iuuenis cum marco euangelista et apollinare antiochiā adijt: et btō petro aplō in discipulū se tradidit: atq cū prefatis duobus cōdiscipulis vna secū tēpore Claudij imperatoris romā accessit. Cum autē apostolorum princeps beatū marcum misisset aquileiam et apollinarem rauennam ad predicandum. Beatum quoq prosdocimum annorum viginti in episcopum consecratum licet satis ex humilitate recusantem misit ad patauinam ciuitatem. Et perueniens ad ipsam vrbem: multitudinem languentium diuersarum egritudinum ante portā inuenit: quibus pacem annūciauit: et oratione ad deum fusa omnes ab eorū infirmitatib' liberauit eosq omnes ad christum conuertit. Quo viso miraculo centū et sexaginta gentilium cōuersi ad dñm: et ab eodem beato viro baptisati sunt. Sicq sanctus episcopus prosdocimus ciuitatē ingressus cepit verbum dñi predicare et multos paganorū ad fidem christi perducere. Cum autem de virtutibus eius fama ad regem vitalianū peruenisset: qui graui infirmitate pressus dudū lectulo decubuerat prosdocimū ad se accersiuit: et an ipsum sanare posset interrogauit. Qui eidē rñdit qr si in christū crederet et idolis renūciare paratus esset cōtinuo sanitatē reciperet. Cūq rex se velle in christū credere rñdisset baptizauit cum prosdocimus cū vxore eius prediguā et vniuersa eius familia: et sic rex statim ab oī languore curatus est. Qui cōtinuo per vniuersum vrbis et vicinarū villarū populum edictum misit vt oēs in xpm crederent et ad beatum prosdocimū baptizandi cōcurrerēt. Taliq modo vniuersus populus ciuitatis et oppidorū circūadiacentium cōuersus est ad dñm. Rex vero ecclesiā in honore scte soph hic hoc est alme sapiētie fabrica

nistri in qua eps pbros ac diacones et clericos plurimos ordinauit. ¶ Post hec cū rex vitalian⁹ ple careret oratione viri sancti regina cōcepit et filiā peperit quā beatus prosdocimus baptizauit: et iustinā vocauit eāqȝ sacris literis erudiuit et i virginitatis pposito pmanere docuit. ¶ Deinde sanctus eps ad ciuitatē atesiem adijt ibiqȝ xpm euāgelizans multos cōuertit. Inde ad ciuitatē vincentiā ad predicandū perexit et exinde ad castellū noie asyrus pperauit vbi similiter pplm docēs in fide: ecclesiā in honorē dei genitricis edificauit atqȝ dedicauit. Inde egressus ciuitatē feltrēciem intrauit vbi populi maximā multitudinē baptismo sacro renouauit. Et post hec p altinā ciuitatē et p alia oppida et castella pergēs fidelib⁹ monitis populū imbuit: et relictis idolis verū deū colere fecit. In quib⁹ oib⁹ basilicas cōstruxit: et pbros ac inferiorū ordinū clericos cōsecrauit. Ac demum ad taruisiū ciuitatē deuenit et susceptus in domū cuiusdā militis noie euphrosyni filiā ei⁹ cecā signo crucis edito illuminauit eāqȝ cū parentibus et alijs plurimis in silere fluuio baptizauit. Cū aūt comes ciuitatis qui vxorē habebat theodorā p annos plurimos graui infirmitate detentā nunciante ei milite euphrosino de miraculis tāti pōtificis audiuisset eū ad se vocauit: et vt eius cōiugē sanaret humiliter exorauit. Cui⁹ manū apprehendens vir dni eā cōtinuo de lectulo in christi noie sanā erexit: et ipsam vna cū comite et filijs ac omni familia numero. cxx. credētes in xpm baptizauit. ¶ In ipsa quoqȝ ciuitate multū populū ad fidē xpi reduxit et multorū nobiliū filios sacris literis erudiuit. Ecclesiā quoqȝ in honorē beati petri apli iam p christo passi ipse fundauit in qua et pbros et diacones et alios clericos ordinauit. Deinde ad sedē suā patauin redijt. Et post modicū tēpus rex vitalianus christianissimus et vxor ei⁹ regina speciosa ad dnm migrauerūt. Quos sanctus prosdocimus sepeliuit: filiā quoqȝ illorū eius discipulā iustinā virginē sacrā sibi a parentibus cōmendatam optima cura gubernauit. Eam quoqȝ per martyriū assumptā cum suis clericis honorifice sepulture tradidit. De qua supra in ei⁹ passione actū est non. octobris. Ad suasionē beati epi patricij quidā noie opilius christianus ecclesiam in honore sancte iustine virginis supra corp⁹ illius erexit et iuxta eam oratoriū beate virginis cōposuit quā ecclesiā simul cū oratorio prosdocim⁹ eps cōsecrauit. Qui postqȝ a multis obsessis demonia eiecit et plurimos infirmos a diuersis languoribus eripuit cum in sede patauine vrbis sedisset annis. xxiij. mēse. j. dieb⁹. xv. etatis sue anno. cxuj. ad dominū migrauit. vij. idus nouembris. Et in oratorio pfato dei genitricis clarens miraculis sepultus quiescit.

¶ De sancto Achilla episcopo. Cap. xxiiij.




Achillas episcopus alexandrinus alexandro in episcopatu successit. Qui ambo beati petri eiusdē ciuitatis episcopi et martyr discipuli et ab eodē fuerūt presbyteri ordinati. Et cum idē beatus petrus pro fidei catholice defensione in carcere detētus esset: diuina reuelatione eosdē presbyteros sibi in episcopatu successores prenouit et eisdem quod presciuerat reuelauit: vt dicetur infra in eius passione. vij. kalen. decembris. Et sicut ipse predixerat sic euenit. Nam primus achillas secundus alexander eidem in pontificatu successit. Et primus quidem annis. xv. secundus vero annis. vij. sedem ipsam tenuit. Quorum vterqȝ eruditione fide et conuersatione ac morib⁹ insignis extitit. Et de secundo quidem sancto in eius festo actum est. iiij. kal. martij. Primus vero vez achillas in pace quieuit. vij. idus Nouembris. Quorum corpora in eodem tumulo alexandrie quiescunt.

¶ De sancto Amarantho martyre. Cap. xxv.



Amaranthus martyr apud albigēsē ciuitatem passus est tempore Decij imperatoris. Qui exacto agonis fidelis cursu capitis obtruncatione eius coronatus est triumphali corona et sic ibidē sepultus viuit in glia. Passus est autem vij. idus nouemb. Hec Ado.

¶ De sanctis Claudio Nicostrato et socijs martyrib⁹. Cap. xxvj.



Claudius: Nicostratus: Symphorianus: Castorius atqȝ Simplici⁹ martyres passi sunt apud pānoniā sub diocletiano imperatore agente lampadio tribuno. Nā cū idem imperator pannoniam perrexisset vt diuersa metalla ad edificia in sui presentia de mōtibus abscidi faceret: oēsqȝ artifices artis quadratarie congregasset: inuenit inter eos peritissimos quinqȝ operarios predictos. Quorū quatuor primi scilicet Claudi⁹ Nicostratus Castorius et Symphorianus occulte christiani erant. Simplicius vero adhuc idola adorabat. Prefati autē quatuor quicquid artis operabant in nomine dni iesu christi sculpebant oiaqȝ sibi in arte succedebant. Cū autē die quadam omnes artifices numero. dccccxxij. cum quinqȝ philosophis ad venas lapidis excidendas in vnū conuenissent: et mira inter illos contentio esset: nec venas excidēdas reperire possent. Symphorianus qui predictorū quatuor aliorū magister erat inuocato christi nomine secretius textum lapidis reperit: et fm augusti preceptū sculpturam perfecit. Columnas quoqȝ plurimas et capitella ex porphiretico lapide imperatori exciderunt et cōcas cū sigillis ex diuersis marmoribus eleganti⁹ fabricarūt. Sed cū ferramēta simplicij adhuc gētil. s sepius frangerent: interrogauit symphorianum quare ceterorū quatuor lapicidarū ferramentis permanentibus solidis ipsius solūmodo exciliora ex lapidum fortitudine durare nō possent. Symphorianus vero dixit ei qualiter oē opus suū in nomine christi incohoabant et ad votum eis oia succedebant. Predicante itaqȝ symphoriano cum socijs simplicius in christū credidit et baptismi gratiā postulauit. Qui duxerunt illum ad quendam cyrillum episcopum qui pro christi nomine in carcere dudum detentus erat. Episcopus vero simplicium in fide docuit et sacri baptismatis vnda perfudit. Reuersi igit ad opera concas ex porphiretico caelabant et columnas mirabiles faciebant. ¶ Post dies aliquot iussit diocletianus vt simulacrū asclepij exciderent et multorum animaliū imagines sculpendo formarēt. Ipsi vero oia cetera perfecerūt asclepij autem idolū minime sculpserunt. Imperator vero ab eis quesiuit cur oib⁹ alijs operibus ad eius voluntatē excisis solā imaginē magni dei nō perfecissent. Tunc quidā ex philosophis et alijs lapidū celatoribus eorū peritie inuidētes accusauerunt illos imperatori qd christiani essent et ex signo crucis premisso ac christi noie inuocato oia perfecerēt et idcirco simulacrū asclepij excidere noluissent. Diocletianus aūt qui propter eorum magisteriū ipsos acceptos et charos habebat: dissimulauit verba delatorū vt illos sibi saluare posset et ad idolū asclepij sculpēdū induceret. Et eis eos rursum mādaret vt predictū simulacrū exciderent. Illi eqȝ imaginē nūqȝ se facturos responderunt. Interrogauit augustus philosophos si alij tam periti hoies eiusdem artis inueniri possent. Tunc philosophi alios artifices quadratarios elegerunt qui simulacrū asclepij ex pro concesso lapide intra mensem fabricauerunt et perfectū diocletiano obtulerūt. Quod vidēs imperator sanctos martyres qnqȝ pdictos accersi

uit ⁊ an christiani essent interrogauit. At illi publice cõ
fessi sunt ꝙ serui iesu christi domini erant: in cuius no-
minis inuocatione oĩa sibi in arte sua sm̃ coꝝ volunta-
tem succedebãt. Tũc imperator tradidit eos lampadio
tribuno vt moderatis verbis eos induceret quatenus
diis sacrificarẽt. Et cũ a philosophis ⁊ operariis mul
ta instantia accusarentur: reclusit eos lampadius in
custodia publica. ¶ Die vero sequẽti iussit eos ante se ad-
duci ⁊ accusatores coꝝ aduocari. Auditisqꝫ partibꝰ nun
ciauit diocletiano ꝙ christiani essent: ⁊ deos adorare re
cusarent. Qui mandauit lampadio vt si diis sacrifica-
re nollent scorpionibꝰ eos cedi faceret. Post dies vero
quinqꝫ lãpadiꝰ ꝓ tribunali sedit ⁊ eos sibi exhiberi pre-
cepit oĩaqꝫ tormẽtoꝝ genera illis ostẽdit. Sed cũ eos
nulla ratione posset ad immolãdũ inducere: iussit illos
grauiter scorpionibꝰ flagellari. Statimqꝫ tribunus ar-
reptus a demonio expirauit. Qđ audiẽs eiꝰ vxor ⁊ fami
lia cũ mugitu ad philosophos recurrerũt ita vt diuulga
retur diocletiano qui iratus vehemẽter iussit loculos
plũbeos fieri ⁊ eos viuos intꝰ recludi ⁊ in flumine ia-
ctari. Nicetus vero quidã ex assessoribꝰ lampadii impera
toris mãdatũ exequẽs loculos fieri fecit ⁊ sanctos mar
tyres Claudiũ Nicostratũ Castoriũ Symphorianum ⁊
Simpliciũ intꝰ reclusos in flumẽ precipitauit. Qđ au-
diẽs Cyrillus eps̃ qui erat in carcere ex nimia afflictio-
ne expirauit. Post dies vero quadraginta duos quidã ni
codemus christianus loculos cũ corporibꝰ occulte leua
uit et sanctorum reliquias honorabiliter sepeliuit. Qui
passi sunt sexto idus nouembris.

¶ De sanctis quatuor coronatis mar
tyribus. Cap. xxxvii.



Quatuor coronati

videlꝫ seuerus: seuerianus: carpopho
rus ⁊ victorinus rome passi sunt sub
Diocletiano imperatore ꝙ cum essent
cornicularii et ad sacrificia vna cum
aliis imperatorum officialibus cõpel
lerẽtur cum omnino consensum im-
piis prebere nollent nunciatũ est dio-
cletiano. Quos ilico iussit vt ante ip-
sum plumbatarum ictibus tãdiu cede-
rẽtur donec spiritum emitterent. Quorũ corpora iussit
in platea canibus iactari: que etiam quinqꝫ diebus ibi
dẽ iacuerũt illesa. Sed a melchiade papa ⁊ a beato seba
stiano martyre collecta: sepulta sunt in via lauicana mi-
liario ab vrbe tertio cũ aliis sanctis in arenario. Passi
sunt autem post duos annos a passione dictorum quin
qꝫ martyrum supra proxime positorũ eodem scꝫ die hoc
est sexto idus nouembris. ¶ Horum nomina cum mi
nime possent inueniri quatuor coronati vocati sunt. Sta
tutum est autem a melchiade papa vt memoria eorum
sub nominibꝰ aliorum quinqꝫ martyrum predictorum
⁊ dies anniuersaria recolatur. Et licet processu tempo-
ris eorum nomina reperta fuissent: vsus tamẽ obtinuit
vt quatuor coronati deinceps vocarentur.

¶ De dedicatione basilice salua
toris. Capitulum. xxxviii.



Dedicatio basilice

saluatoris hoc est sancte ecclesie late-
ranẽsis rome a beato papa siluestro
facta est. v. idus nouẽbris. Qui sanctꝰ
episcopus consecrationes altarium ⁊
ecclesiarũ sm̃ ritum quem nunc ro-
mana tenet ecclesia primus fieri insti
tuit. Fuisse tñ ab ipsis apostoloꝝ tem
poribꝰ loca deo dicata ꝙ a quibusdaꝫ
oratoria a quibusdã ecclie appellabant
vbi collecte fierent per vnam sabbati
et in quibus populꝰ christianus ad audiendum verbũ
dei et ad percipiendum dominici corporis sacramentũ
conueniret ⁊ apostolorum edocemur epistolis ⁊ sancto
rum patrum instruimur gestis. Que licet sale ⁊ aqua be-
nedicta exorcizabantur: non tñ chrismate vngebantur
nec altare lapideum adhuc stabat erectũ chrismate de-
libutum in figura domini nostri iesu christi ꝙ est altare
nostrum ⁊ sacerdos et hostia. ¶ Postꝙ vero Constan-
tinus imperator a lepra mundatus a beato siluestro pa
pa baptismi meruit sacramento purificari vt supra di-
ctũ est in legenda siluestri pape pridie kalen. ianuarii ⁊
constantini imperatoris. xii. Kalendas iunii. tũc primũ
lege ab ipso promulgata concessum est omnibꝰ sub ro-
mano imperio degẽtibus licite ecclesias fabricare. Et
ad id faciendum suo vt alios hortaretur exemplo in pro
prio lateranẽsi palatio ecclesiam in honorem saluatoris
mundi fabricauit. Basilicam quoqꝫ appendiciam iuxta
palatium fecit in honorem sancti ioannis baptiste in
loco vbi in quo baptizatꝰ meruit a lepra mũdari. Quaꝫ
quidem ecclesiã mirificis donis ⁊ ornamentis in auro ⁊
argẽto ⁊ lapidibus preciosis infiniti precii magnifice di
tauit quã beatus papa siluester die predicto publice con-
secrauit. Tunc quoqꝫ imago saluatoris diuinitus depi-
cta in tribuna ecclesie primũ visibilis oĩ populo roma-
no apparuit. Que quidẽ imago deuotissima in ipso loco
vsqꝫ hodie perseuerat. Et lꝫ ecclesie eiusdem parietes
vsqꝫ ad fundamenta plerunqꝫ dissoluti fuerint ⁊ iteruꝫ
reparati. Ipsa tñ tribuna cũ imagine sacratissima nul-
la vnꝙ̃ potuit vetustate deleri nullaqꝫ nouitate dissol-
ui. Cum tñ aliquãdo ecclesia ipsa incẽdio totaliter sit in
dicio diuino consumpta. Hec igitur est illa festiuitas in
qua primum rome ecclesia publice consecrata est: quaꝫ
etiam ecclesiam idem pontifex ad instantiam constan-
tini augusti omnium ecclesiarum totiꝰ orbis caput es-
se constituit eandemqꝫ tam larga benedictione dotauit
vt si quis hominum quocunqꝫ anni tempore vere con-
fessus ⁊ penitens eam intrauerit omnium peccatorum
suorum generalem remissionem ⁊ indulgentiam conse-
qui mereatur.

¶ De sancto Theodoro martyre.
Cap. xxxix.



Theodorꝰ martyr

passus est apud amasiam ciuitatem
marmaritanoꝝ sub diocletiano ⁊ ma
ximiano imperatoribꝰ. Qui cuꝫ esset
miles ex ciuitate hellespõti deprehen
sus est qđ xp̃ianus esset ⁊ adductꝰ est
ad bricam ꝓpositũ legionis. Qui cuꝫ
prepositus diceret vt sacrificaret ⁊ mi
litiam pristinaꝫ reciperet illeqꝫ se deo
patri oĩpotenti ⁊ iesu xp̃o filio eiꝰ mi-
litare se respondisset ad suggestionem posidonii vicarii
prepositꝰ ei inducias concessit diebꝰ paucis vt semet-
ipsum admoneret ⁊ diis immolare consentiret. ¶ In-
terea theodorꝰ plures xp̃ianoꝝ in carcere detẽtos visita
bat eosqꝫ in fide xp̃i hortans eidẽ necessaria ministra-
bat. Nocte igit̃ quadam templũ martis introiuit ⁊ igne
supposito totũ illud succẽdit. Qui a quodã gordiano ta
bulario visus ⁊ detentus ac presidi presentatꝰ est. Quẽ
preses fecit cedi ⁊ cesum in carcerem mitti pedibusqꝫ in
cippo recludi ac ostiũ carceris consignari vt ibi fame
deficeret. Cui dominus iesus christus nocte cum lumi
ne apparuit ⁊ ipsum in eius amore confortauit. Tunc
multa turba virorum dealbatorum ad eũ venit ⁊ secum
psallere cepit. Quod custodes audientes ⁊ ostiũ signa-
tum aspicientes iudici nunciare festinauerũt. Ille vero
ad carcerẽ cucurrit ⁊ ostium carceris signatũ inuenit
voces vero psallẽtium cũ theodoro audiuit. Et circũpo
sitis militibus carcerẽ aperiri fecit ac introgressus so-
lum sanctum martyrem in ligno detrusum aspexit. Rur-
sumqꝫ eidẽ recluso vncias panis ⁊ modicũ aque ꝑ dies
singulos ei ministrari precepit sed ipsum celesti cibo do
minꝰ enutriuit. ¶ Post dies vero. xv. theodorũ adductũ

⁊ dijs sacrificare nolētē iussit preses in ligno suspendi ⁊ latera eius vnguibus crudeliter radi: donec coste illiꝰ nudarent. Et cū hec omnia ꝓ christi nomine superasset dedit preses in eum sententiā vt ignibꝰ traderet. Accēso igit̃ igne ꝑ semet ip̄m vestimēta deposuit: ⁊ vinctis post tergū manibꝰ in flammas sponte ꝓsiliuit. Et circunspiciēs in turba quēdā cōmilitonē nomine cleonicū lachrymantē vidit: quē cōfortās secū ip̄m secuturū ꝓdixit. Cū aūt oratione fudisset ad dn̄m flamma in specie camere facta est tanꝗ velū nauis a vento repletū ⁊ circūuallauit eū: vt esset nō quasi corpus ꝗ cremat̃: sed quasi panis qui coquit̃. Sicq̧ celesti voce ad gaudia eterna vocatꝰ emisit spm̄. Corpꝰ ꝯo exanime oīno, ꝑmansit incōbustū. Qđ matrona ꝗdā Eusebia noīe tulit: et i possessionē suā ꝗ distat ab vrbe Amasia vniꝰ diei via portauit: vbi eum cū aromatibus sepeliuit in loco qui dicitur euchaita. Passus est autē .v. idus nouembris.

¶ De sancto Theodoro alio martyre. Cap. xl.



Theodorꝰ miles

⁊ martyr apud heracleā ciuitatem macedonie passus est sub licinio imperatore: ꝗ ⁊ occidit .xl. martyres: et .cccix. cēturiones. Eodē tp̄e apud Achaiā erat draco pessimus oēs interficiens ⁊ deuorans transeuntes. Cū aūt Theodorus miles christianus ibi iuxta supra fenum dormitasset: ⁊ drachonē ibidē ignoraret: excitatus est a muliere Eusebia christiana: que ei drachonē ibi iuxta esse nūciauit: ⁊ vt fugeret ex charitate monuit. Quā sanctꝰ hortatus est vt pro se oraret: ⁊ a longe conspiceret. Factoq̧ sibi crucis signo ad os spelūce ꝓcessit: ⁊ draconi vt exiret christi virtute mandauit: ac deinde equū ascendit. Quē exeūtē aggreditur: quoq̧ ipsum supprimēte quatuor pedibꝰ dracho ꝓstratur: ⁊ lancea cordi eius infixa a sancto milite christi occiditur. Quo miraculo viso multi gētiliū ad christū ꝯuersi sunt. ¶ Licinius igit̃ rex cū audisset: ꝙ theodorus xp̄m predicaret: misit de nicomedia in heracleā ciuitatem in qua miles xp̄i degebat: vt cū honore militaturꝰ ad eū accederet. Ille vero nūcios grate recipiēs remisit imperatori per epistolā vt ꝑsonaliter veniret heracleā: vbi nimia affectione ip̄m populꝰ videre cupiebat: ꝙ si illuc veniret: ip̄e cū eo ⁊ oī populo sacrificare paratꝰ esset. Quo audito licinius heracleā venit: cui sanctꝰ miles in equo quo drachonē occiderat obuiauit quē imperator corā oī pp̄lo plurimum honorauit. Rogauit autē eū vt ꝓ victoria draconis obtēta dijs offerret grata libamina. Ille aūt deos regis sibi dari petiit: quasi in domo sua vellet eos thuribꝰ placare. Quibus eidē ab imperatore traditis oīa idola aurea ⁊ argentea cōfregit ⁊ frusta pauperibꝰ distribuit. Hoc audiēs licinius iratꝰ eū teneri fecit: ⁊ sacrificare nolentē: precepit eū spoliatū ⁊ in quatuor lignis extēsuʒ virgis cedi: deinde plumbatis contundi durissime. Postmodum etiaʒ carnes illiꝰ vngulis ferreis radi: ⁊ faculas igneas vulneribꝰ superponi: atq̧ testis acutissimis cōfricari. Et sic in carcerē vinculatū recludi. Iterum autē post dies quinq̧ eductū mādauit crucifigi: ⁊ crucifixū a pueris sagittari: eius quoq̧ genitalia precidi. Quē liciniꝰ existimās interfectū: dimisit in cruce in crastinū deponendū. Eucharius vero quidā xp̄ianus occultus scribebat passionē eius. Angelꝰ aūt dn̄i Theodoro pendēti per noctē apparuit: ⁊ vulneribus eius sanatis illesū deposuit. Cum autem iussu regis duo centuriones cū pluribus ad eum deponendum mane venissent: eumq̧ viuentē ac oīno sanatū vidissent cū militibꝰ .lxxxi. ad xp̄m cōuersi sunt. Qđ audiēs licinius misit antipatrem ducē cū .cccc. viris ad eos occidēdos. Tunc inter christianos ⁊ paganos seditio orta est: sed martyr christi tumultum sedauit: ⁊ christianos ad patientiam informauit: deinde ad custodiā accedēs: fideles oēs i christi noīe apertis ostijs ⁊ dirutis vinculis absoluit: ⁊ pluribus ad se veniētibꝰ egris sanitatē restituit. Qđ rex intelligēs: ip̄m decollari mādauit. Sʒ cū ad passionē duceretur euchariū rogauit vt corpꝰ eiꝰ i achaiā deferret: ⁊ in paterna hereditate sepeliret. Qđ ꝗdē ille sūma diligentia adiplere curauit. Passus ē aūt sctūs martyr .v. idꝰ nouēbris. ¶ Tempibꝰ vero ꝓcessu corpꝰ eius de partibus illis a venetis raptū venetiasq̧ delatū: atq̧ in ecclesia saluatoris: q est canonicorū regulariū sepultū est.

¶ De sancto Ursino episcopo. Cap. xli.



Ursinus episcopꝰ

apud Bituricēs ciuitatem claruit. Qui rome a successoribus apostolorū pontifex ordinatus: primus eidē vrbi destinatus est episcopus. Ipse namq̧ predicationis officio diligēter intentus maximā partem ciuitatis illius populi cōuertit ad dn̄m: ⁊ fide ⁊ sapientia atq̧ vite sanctitate probatꝰ migrauit ad christū .v. idus nouembris: vt dicit Ado.

¶ De sanctis Tryphone ⁊ Respitio martyribus ⁊ Nympha virgine. Cap. xlii.



Thryphon et Re-

spicius martyres et Nympha virgo apud vicum absadon Saxonie passi sunt. Qui tryphon ex eodem ortus oppido pastor anserum fuit. Tempore igitur Gordiani imperatoris filia eutychetis nobilis romanorum obsessa a demone clamabat Tryphonem pastorem anserum eius liberatorem futurum. Cū autē de mādato imꝑatoris eutychetē plurimū diligentis: talis homo ꝑ vniuersum mūdū quereret: tandē in prefata ciuitate inuentꝰ est: ⁊ ad vrbē romā adductꝰ: ꝗ statim vt limen domꝰ eutychetis attigit: puella liberata fuit. Sanctus aūt orans iꝑatori ⁊ eutycheti demonē ꝗ puellā infestabat in specie canis ostēdit: ⁊ cū eis humana voce loq̄ fecit ⁊ demū in abyssum misit: ⁊ ab imꝑatore honoratꝰ ad ꝓpria cū honore regressus est. ¶ Tp̄e vero decij Cesaris imminēte persecutiōe Tryphon a ꝑfecto occidētis retētus est vt sacrificaret: qui dū xp̄m cōfiteretur: primo quidē appensus est et vngulis cōfossus: deinde per pedes ligatus: ⁊ per maximas niues ⁊ glacies tractus est: ita vt pedes frigore scinderētur. Postmodū autem acutis ignitis pedibꝰ cōfixus ⁊ fustibꝰ cesus atq̧ lāpadibꝰ ad latera appositis exustꝰ lumine tā ingēti de celo sup infuso cōfortatꝰ est. Qđ vidēs respiciꝰ quidē tribunus credidit: ⁊ xp̄m cōfiteri cepit: quē preses detentū vna cū tryphone fortiꝰ exungulari mādauit: dehinc ambos ad tēplū fecit adduci: ⁊ vt cesaris aut iouis statuā adorarēt. Sʒ orante tryphone idolū corruit: ⁊ mox nympha ꝗdā ꝗ virgo vestalis erat ibidē assistēs fidem xp̄i percepit ⁊ xp̄m deū verū voce publica ꝓclamauit. Tūc ꝑfectus sanctos martyres vna cum nympha virgine plumbatis diutiꝰ cedi cosq̧ oēs nouissime mandauit pariter decollari. Quorum corpora a christianis



iuxta ipsam vrbeʒ sepulta sunt .iiij. idus nouembris.

¶ De sancto Theodoro martyre. Capitu. xliii.

Theodorus mar-

tyr apud ciuitatem Antiochiā passus est sub Iuliano imperatore apostata. De quo .x. libro ecclesiastice historie .c. xxiii. habet̃. Cū enī Iulianus xp̄ianus permisisset vt corpus

babile martyris auferrent: de quo supra in eius passione actum est .iiii. kalendas februarii. Illiqꝫ exultantes corpus per sex miliaria detulissent cantantes psalmum. Confundantur omnes qui adorant sculptilia ⁊c. Cum imperator hoc audisset iratus die altero iussit omnes christianos teneri ⁊ torqueri. Quod salustius eius prefectus licet paganus tamen inuitus exequitur. Et primum sibi theodorum occurrentem a prima luce vsqꝫ ad vndecimam horam tanta crudelitate ⁊ tot mutatis carnificibus torsit vt nulla etas simile fore factum meminerit. Ipsum tandem p̄ oia cōstantē ⁊ ieiunū in carcere teneri fecit ⁊ imperatori que fecerat recitauit taliaqꝫ oīno fieri dissuasit alioquin christianis gratiam ⁊ cesaris ignominiam quereret: cuius suasione imperator theodorum liberum dimisit: qui referebat in tormentis se modicam penam sensisse assistente sibi celesti iuuene ⁊ ipsum cōfortāte: necnon lintheo cādido sudorē suum exsiccante ac sepius sibi aquam frigidam instar nectaris in poculum porrigente. Hic autem sanctus martyr post aliquot menses migrauit ad dominum iiii. idus nouembris. Hec Eusebius libro quo supra.

¶ De sancto Theodoro epō. Cap. xliiii.




Theodorus episcopus Sicensis fuit. Hic dum esset annorum .xii. ⁊ facta esset epidemia valida ex bubone i ipsa ciuitate theodorus vsqꝫ ad mortem infirmatus est qui delatus in oratorio sancti ioannis baptiste quod est iuxta villam ⁊ prostratus ad altaris introitum: cum ad crucifixum desuper stantem in tabula pictum orasset de imagine christi tres gutte roris ceciderunt: statimqꝫ bubonē soluerūt. Et cōtinuo extincta febre cōualuit: ⁊ domum propriis pedibus repedauit. Cepit autem psalterium in mente discere velle. Cumqꝫ vsqꝫ ad psal. decimūseptimū didicisset: ⁊ vlta memorie cōmēdare nō posset: in ecclesia sancti christophori ante crucifixū orans obtinuit ⁊ celeritatem in addiscendo ⁊ firmam memoriam in retinēdo. Sicqꝫ in breui diuina gratia psalterium totum memorie commēdauit ipsumqꝫ quotidie legere cepit. Factusqꝫ est clericus ⁊ processu tēporis successiue episcopus qui populum dei verbo ⁊ exemplo instantius refouens clarus sanctitate migrauit ad christum.

¶ De sancto Probo episcopo. Cap. xlv.



Probus episcopus rauennatis .vii. apud eādē ciuitatem claruit. Hic enim mitis ⁊ pius fide religiosissimus clarus in speciem fulgidus in opere sapiēs eloquio: plenus gratia spiritussancti: omnes langui dos ad se venientes quacunqꝫ detentos egritudine curabat: spiritusqꝫ immundos de obsessis corporibus expellebat. Qui postquam sue ad occasū vite istāte tpe āgelica aspecit agmina: stati elapsa est de corpe eius scta aīa quarto idus nouembris. Sepultusqꝫ est a filiis suis in ecclesia suo nomini dedicata vbi in miraculis ⁊ virtutibus viuit.

¶ De sanctis Tiberio Modesto ⁊ Florentia mar. Cap. xlvi.



Tiberius: modestus: et Florentia martyres passi sūt apud agathensem ciuitatem sub diocletiano imperatore. Fuit enim tyberius eiusdem vrbis belei nobilis sꝫ pagani filius: qui valeriano imperatori plurimum erat dilectus. Anno igitur .viii. eius imperii valerianus beleo suasit vt filium quem christianis nouerat ad sacrificia prouocaret. Quod dum ille p̄ dies plurimos facere studeret ⁊ Tyberius puer in fide christi immobilis pseuerarct. Cum imperator hec audisset fecit ipsum teneri ⁊ in catomo fustibus durius cedi. Cum autem cedentium brachia aruissent: ⁊ ipse imperator in manu tortionē maximā sensisset: cepit exclamare: ⁊ Tyberium magum appellare. Pro quo Tyberius orauit ⁊ continuo sanitate recepit: quē Valerianus emendatum patri tradidit. Pater vero iuuenē in triclinio delitiis ⁊ musicis ac ioculatoribus ⁊ puellis pleno diuersisqꝫ gēmis ornato posuit: vt animum eius alliceret ⁊ a christianitate reuocaret. Orāte vero sancto claritas ei de celo refulsit: odorqꝫ maximus refragrauit. Quod dum pater ad videndum iuisset: putās qꝫ dñi eius filium consolaturi visitassent: cōtinuo excecatꝰ ⁊ ab imperatore p̄ lumine recuperādo ad tēpla deorum adducitur sꝫ sine vlla gratie impetratione reuertitur: oratione autem filii illuminatur. Cum autem belcus filium tanquam magum perdere vellet: ab angelo cum modesto quodam christiano rapitur: ⁊ ipso duce vltra flumē eucharum trāsuadantur: atqꝫ sub quercu arbore collocātur: vbi ambo degentes vsqꝫ ad diocletiani tpa p̄dicabāt: ⁊ miraculis clarētes multos puertebāt. ¶ Eodē autē tempe cum filius maximiani imperatoris a diabolo oppressus esset: ⁊ a nemine nisi a Tyberio se eiciendum clamaret requisitus sanctus ⁊ romā cum modesto pductus imperatoris filium a demonio liberauit. Sꝫ diocletianus collega maximiani eos detinuit: ⁊ p̄dicta magicis artibus attribuēs dum sacrificare recusarent ipsos onustos ferro p̄ dies plures in carcere arctauit et fame nimia affixit. Quos angelus dñi celesti de celo fuso lumine cōfortauit. Sed cum iussu imperatoris bestiis expositi essent ⁊ in nullo ab eis lesi fuissent in clibanum ignis mittuntur in quo psallentes dño inuiti penitus conseruātur. Inde leoni ferocissimo subiiciuntur: sed ab eo intacti p̄ omnia custodiuntur. Quod videns florentia quedā matrona in christum credidit: ⁊ statim cum predictis martyribus detēta fuit. Quos dum diocletianus mandauit in catasta leuari ⁊ durissime cedi. Orantibus vero sanctis terremotus factus est nimius ⁊ templo deorum corruente plurimi gentilium oppressi sunt: imperator vero cum paucis euasit. Sancti vero martyres ab angelo de catasta erepti ⁊ ad locum iuxta pristinum flumium eucharum territorii agathensis in momento sunt reducti vbi oratione fusa ad dominum migrauerunt quarto idus nouembris.

¶ De sancto Martino episcopo ⁊ confessore. Capitulum. xlvii.




Martinus Sabarie pannoniorum oppido nobilibus parentibus et gentilibus oriundus sed intra italiam papie alitus: cum patre suo tribuno militum sub Cōstantio et Iuliano imperatoribus militauit. Non tamen sponte quia ab infantia diuinitus inspiratus annorum decem inuitis parentibus ad ecclesiam cōfugit: seqꝫ cathecuminum fieri postulauit. Et tunc etiā eremum intrasset nisi etatis infirmitas obstitisset. Sed cum cesaris filios militum veteranorum ad militandum scriberent: martinus annorum quindecim ad militiam vrgetur vno tantum seruo contentus: cui tamen versa vice dominus seruiebat: sepiusqꝫ ministrabat: ⁊ calciamenta detrahebat. ¶ Quodā hyemali tempore in porta ciuitatis ambianensis obuium habuit pauperē nudum. Qui cum a nullo eleemosynā accepisset: ⁊ martinus iā oīa in pauperes cōsumpsisset: clamydē qꝫ sibi sola restabat diuisit ⁊ dimidiā nudo tribuit: reliqua vt poterat se vestiuit. Sequēti nocte xpm clamydis sue parte qua pauperē texerat indutum vidit ipsumqꝫ ad angelos circūstātes loquētē audiuit martinus ad huc cathecuminus ipsa se veste te-

risse. Unũ ex hoc vir dei diuinam gratiam recognoscens
cũ esset annorum .xviij. baptizari se fecit: et postmodum
duob⁹ annis ad preces sui tribuni: q̃ expleto sui tribu-
natus tempore renunciare seculo ꝓmittebat: solo no-
mine militauit. ¶ Interea barbaris intra galliã irruẽ
tibus iulian⁹ cesar cõtra eos pugnaturus stipendium
militib⁹ erogabat. At martin⁹ nolẽs deccetero in secu-
lo militare: stipẽdiũ recusauit recipere: sed impator ip
sum putabat renũciare militie nõ religione fidei sȝ me-
tu imminentis belli. Martinus vero se ante acies iner
mem signo crucis solo munitum in crastino se staturũ
spopondit propter quod a Cesare custodiri iussus fuit.
Sȝ die sequẽti hostes se et sua omnia spõte imperio sub
diderunt. ¶ Deinde relicta militia ad sanctũ hilarium
pictauensem episcopum perrexit: a quo acolytus ordi-
natus monitus a deo ꝑ soporẽ parentes suos adhuc gẽ
tiles visitare decreuit: multaqȝ se aduersa passurus pre
dixit. Nam inter alpes incidit in latrones: et cum vnus
in capite ei⁹ securim vibrasset: alter ferientis ictũ susti-
nuit: vinctis tamẽ post tergũ manibus vni eorũ custo-
diendus traditur. Cui vir dñi christum predicauit et cũ
ad fidem cõuertit: ipseqȝ martinũ dimisit et laudabilem
vitã duxit. Veniens aũt ad parẽtes matrẽ cõuertit: pa-
trem vero in malis perseuerantem reliquit. Sed cum
heresis arriana ꝑ totum orbem pullularet: martinus
dum obsisteret publice cesus et de ciuitate eiect⁹ medio
lanũ rediit: et ibi monasterium sibi statuit. Sed inde ab
arrianis eiectus ad insulam gallinariã cũ vno solo pres
bytero abiit: vbi helleborũ venenati gramen in cibũ ex
ignorãtia sumpsit: quod virtute orationis nil ei nocuit.
¶ Audito vero q̃ beatus hilari⁹ pictauensis de exilio
rediret: obuiã ei profectus est et iuxta pictauiam mona-
sterium ordinauit: vbi dum parũper a monasterio dis-
cessisset reuersus quendã sine baptismo defunctũ inue-
nit: cui⁹ corpus in cellaȝ suã duxit: ipsumqȝ sua oratiõe
suscitauit: q̃ annis plurib⁹ postea superuixit. ¶ Aliũ etiaȝ
seruũ cuiusdã lupicini nobilis viri qui se laqueo suspen
derat vite restituit. Cũ autem plebs turonica epo care
ret: ipsum sanctũ virũ q̃uis plurimũ renitentẽ sibi or-
dinari poscit. Quidã autẽ ex epis noie defensor plurimũ
resistebat eo q̃ martin⁹ vultu nimiũ despect⁹ appare-
bat: qui tamẽ a populo est cõfutatus et martin⁹ in epm
sublimatus. Verum cũ populi cõcursum nõ ferret per
duo miliaria extra vrbẽ monasteriũ cõstituit: vbi cum
monachis .lxxx. in multa abstinentia vixit. ¶ Dum qui
daȝ sub noie martyris coleretur et martino nihil de ei⁹
vita vel martyrio constare posset orauit ad dñm vt cui⁹
esset meriti sibi indicaret cõuersusqȝ ad leuã vidit vm-
brã que martino dixit se esse latronis aĩam q̃ in altari
colebatur qui a sceleratis percussus fuerat et in inferno
dãnatus: et cõtinuo epus altare destruxit. ¶ Tertiũ quo
qȝ mortuũ suscitauit iuuenẽ videlicet quẽdã q̃ ad sepul
turã ferebatur: et in medio cãpi a matre et multitudine po
puli plangebatur. Quẽ quidẽ adolescentẽ matri cõpatiẽs
a mortuis excitauit: et multitudinẽ paganorũ astãtẽ con
uertit. ¶ Cũ quedã nauis periclitaretur: negociator q̃dã
licet gẽtilis martinũ vocauit et statim trãquillitas ma-
gna successit. ¶ Dũ i quodã loco tẽpliũ idoloȝ diruisset
et arborẽ pini demoni dedicatã excidere vellet: et rustici
gẽtiles obsisterẽt: tandem in hoc cõuenerunt vt arborẽ
inciderent: et super martinũ ligatũ cadere dimitterent:
quã si ille signo crucis cadentem in partẽ aliã cõuertaȝ
cõcidere faceret: ipsi oẽs in christum crederent: qḋ dum
factum esset oẽs ad fidẽ cõuersi sunt. ¶ Cũ in alio pha
no ignẽ misisset et ventus irruens flammas in domum
vicinã mitteret: signũ crucis opposuit: et cõtra vim ven
ti ignẽ in oppositã partẽ excussit. ¶ In vico leprosoruȝ
aliud idolorũ templũ destruere volebat sed ei pagani
resistebant. Tuncqȝ dieb⁹ plurib⁹ orasset: angeli eidẽ ar-
mati astiterũt: et in gẽtiles impetũ facientes eos i fugam
verterũt: sicqȝ martin⁹ ꝓpositũ adimpleuit. ¶ Cum in
pago eduẽsi aliud phanũ dissiparet: et gẽtiles i eũ irrue-
rẽt: vnusqȝ ipsum gladio aggressus esset nudũ verticeȝ
exposuit: ilicoqȝ continuo supinus corruit et veniã postu
lauit. ¶ Alibi etiã cum idẽ opus perficeret et quidã nu
dato ense in eũ irrueret: in ipso ictu ferrũ de manu ex-
cussum nusq̃ cõparuit. ¶ Apud treuerim puellã quan
dam paralyticã que annis plurimis iacuerat et ad extre
ma iam deducta fuerat: sua oratione continuo sanauit.
¶ Seruum etiã cuiusdã tetradii maligno obsessum spi
ritu imposita ei manu ab infestatione liberauit: et ipsuȝ
tetradiũ gẽtilẽ ad xpi fidẽ reduxit. ¶ In eadẽ etiã ciui-
tate ingressus domũ cuiusdã diabolũ vidit et se illũ vide
re dixit. Mox qȝ demon quẽdã de familia arripuit quẽ
sanct⁹ vir stridentẽ et strepentẽ immisso in ore ei⁹ digi-
to ilico liberauit. ¶ Apud parisios leprosum quendaȝ
horribilẽ aspectu deosculans cõtinuo a lepra munda-
uit. Fimbrie quoqȝ vestimentorũ ei⁹ et cilicii egris alli-
gate omnẽ infirmitatẽ expellebãt. ¶ Cũ filia cuiusdaȝ
arborii quartana laboraret: et epistola quedam viri san
cti manu cõscripta casu ad arboriũ delata esset: pater il
lam supra pect⁹ filie posuit: et protinus sanitatẽ recepit.
¶ Paulinũ etiã quẽdã nobilẽ qui vni⁹ oculi lumẽ ami
serat panniculo suo pupillã oculi tangẽs cõtinuo a ceci
tate eripuit. ¶ Eidẽ quoqȝ viro qui alte per grad⁹ scale
corruens pene iacebat exanimis martinũ inuocãti an
gel⁹ ꝑ noctẽ apparuit: et illicium mane de lecto leuauit.
¶ Quadam die eidẽ diabol⁹ astitit: et cornu bouis ei uẽ
tum in manu tenens vnum de suis peremisse asseruit.
Qui cõcitus mittẽs vnũ ex ei⁹ rusticis pene extinctum in-
uenit: quã bos inguine dũ pũgeret cornu vulnerauit:
quẽ ad se delatũ sanct⁹ martin⁹ mox sanatũ eleuauit.
¶ Animalia etiã irrationabilia ipsi obediebant. Nam
canes leporem insequẽtes subsistere fecit: et serpentem
flumẽ natantẽ retrocedere cõpulit: et canis etiã latrans
sola ei⁹ iussione obmutuit. ¶ Ab angelis et apostolis se
pius visitabatur: et in eoȝ colloquio cõsolabatur. ¶ Quodã
tempore ꝓ necessitate quadã valẽtinianũ imperatoreȝ
adiit: sed ille sciẽs ipsum velle petere quod nolebat con
cedere: fores palatii ei claudi fecit. Sed cum talẽ repul
sam tertio passus esset: orationẽ premisit: et vsqȝ ad au-
gustũ veniẽs nemo ianuas ipsi claudere valuit. Impe
rator vero turbat⁹ ei assurgere noluit donec ignis sellaȝ
regiã arripiẽte et ipsum iam in posteriorib⁹ infla⁻mã
te assurgere cõpulsus fuit: eiqȝ postulata oia ac munera
cõcessit. Cũ ab eodẽ imperatore inuitatus esset: et epo
primo pot⁹ oblat⁹ esset martin⁹ postq̃ bibit presbytero
suo calicẽ dedit dicẽs nullũ digniorẽ post se debere bi-
bere et indignũ esse vt imperator presbytero preferret.
¶ Quadã vice dum in veste hispida asello lat⁹ incede-
ret et equites ecõtra venirẽt pauefactis equis ꝓpter ei⁹
deformitatẽ a militantib⁹ grauiter verberatur. Sȝ cũ
illi viã suã prosequi vellent equi nulla ratione moueri
potuerũt quousqȝ illi culpã suã recognoscẽtes a marti-
no veniam petierunt: et ab eodem vt abire possent obti-
nuerũt. ¶ Dum in quodã loco clerici lectũ tenuem sibi
strauissent et ipse mollicẽ declinans sup nudam humũ
iuxta morẽ dormiret nocte media camera accẽdit et dũ
surgere nõ posset vestimẽta ei⁹ cõburuntur: sed ipse in
igne illesus conseruatur. Monachi igitur concurrunt
et ipsum intactum omnino de medio ignis educũt. In
quadam solennitate celebraturus ad ecclesiam pergẽs
pauperi nudo vestem secreto tribuit: et capa se vtcunqȝ
potuit contegere. Et cum se preparandum spoliare capa
non auderet eo q̃ nudus esset archidiaconus quasi in
dignatus vestem ei breuem et strictam attulit quã mar-
tinus humiliter induit: et missem celebraturus acces-
sit. Et dum celebraret: et sacramenta offerret: globus
igneus apparuit super caput eius. Et cum manus in
missa: vt moris est: eleuaret et manicis lineis labentib⁹
ex breuitate tunice brachia nuda apparerent miracu-
lose torques aurei et gemmati ab angelis deferuntur: et
brachia eius operiuntur. Multe autẽ subtilitatis fuit
erga demones cognoscendos. Adeo enim ei conspica-

biles reddebātur: vt aperte sub quacunqȝ imagine ab eo cognosceret. Cū aūt eidem diabolus in forma regis purpuratus ⁊ diadematus apparuisset ⁊ christū se esse diceret martin⁹ eidē dubitans respondit ꝙ christus se nec purpuratū nec diademate renitentē venturū predixit: ꝙ nisi xp̄m in ea forma qua passus est cerneret ipsum xp̄m minime crederet. Quo dicto diabol⁹ disparuit ⁊ cellā fetore repleuit. ¶ Hic autem vir dei obitum suū longe presciuit atqȝ predixit. ¶ Interea dum Condatensem diocesim causa sedande alicuius discordie visitasset aliquandiu ibidem cōmoratus viribus corporis cepit repente destitui: ⁊ discipulis indicauit se iā resolui. Illis autem gregem domini desolādum flentib⁹ orauit ad dominum vt si adhuc populo suo necessari⁹ esset ipsum laborem non recusantem adhuc in vita presenti dimitteret. Et molestia febrium detentus in cilicio et cinere decumbebat dicens in nullo alio decere christianum decedere. Oculis quoqȝ ac manibus in celum semper intentus inuictum ab oratione spiritū nō relaxabat. Et cum esset migraturus vidit ante se diabolum assistere: cumqȝ mox licentiauit eo ꝙ secum nihil haberet sed ipsum abrahe sinus reciperet. Sicqȝ anno domini. cccclxxxvj. vite ei⁹ anno. lxxxj. episcopatus autem sui. xxxvj. a seculo fideliter transmigrauit. iij. idus nouembris. Archadio ⁊ Honorio imperantibus. Vultus quoqȝ eius quasi iam glorificatus resplenduit ac chorus angelorū ibidem concinens auditus fuit. Ad cuius transitū Pictauienses sicut ⁊ Turonici conuenerunt: ⁊ vtrīqȝ pro corpore habendo piam contemplationem fecerunt. Nocte autem media pictauiēses omnes circa corpus sopiuntur corpusqȝ a turonicis per fenestram eicitur ⁊ per ligerum fluuium nauigio ad vrbem turonensem cum gaudio deducitur ⁊ ibidē honorifice tumulatur. Hora vero eius transitus cū sanctus seuerinus episcop⁹ coloniensis post matutinas loca sancta circuiret: ⁊ voces in celo cantātes audiret vocato diacone interrogauit si q̄d soni vel cantus perciperet. Qui cum aurib⁹ erectis voces in celo audire se diceret: ep̄s ei dixit ꝙ eadē hora martin⁹ turoni pontifex e mundo migrasset quem concinētes angeli tūc cū ad celū adducerēt. Qui diē ⁊ horā notauit tūc martinū trāsmigrasse cognouit. Seuer⁹ etiā monach⁹ qui ei⁹ vitā cōscripsit eadē hora in somnis vidit martinū albis indutū vultu igneo scintillātibus oculis librum tenentē celos velociter ascendentē. Qui euigilans a nunciis venientib⁹ audiuit martinū eadem nocte a corpore migrasse. Die autē depositionis ipsius dn̄s beatus ambrosi⁹ mediolani celebrās inter propheciā ⁊ epistolā obdormisset ⁊ diu expectatus post duas horas subdiacon⁹ lecturus epistolam cum excitasset euigilans dixit populo. Martinū turoni ep̄m decessisse ⁊ se funeris ei⁹ obsequiū fecisse: sed vltimam orationē excitat⁹ cōplere nō potuisse. Illi vero diē notātes ⁊ horā postmodū cōpererūt illū expirasse ⁊ ambrosiū ep̄m ibidē cognitū ei⁹ exequias celebrasse. Scripsit autē hic beatus pontifex librum de trinitate fidem catholicam continentem.

¶ De sancto Mena martyre. Capi. xlviij.



Menas martyr in Scytia metropoli phrigie salutaris passus ē tp̄e Diocletiani ⁊ maximiani imperatorū. Qui ex nobili egyptiorū p̄uincia ort⁹ sub duce agricolao terreno regi militās deinde militie t̄pali renūciās secreta cōuersatione in eremo militauit. ¶ Cū aūt imperatorū natalicia celebrarent et diis ab ol pplo immolarent ad vrbē venit ⁊ ingressus theatrū diis idola execrasset ⁊ se xp̄ianū libere p̄fiteret tētus est a p̄side ⁊ pyrrbo duci p̄squēd⁹ tradit⁹ est q̄ primo cū l custodiā vsqȝ mane reclusit. Celebratis ꝟo festis gētiliū Menā eductum ⁊ sacrificare nolētē extēdi fecit: ⁊ neruis taurinis ac bubalinis atqȝ virgis diutissime cedi mādauit: deīde ip̄m in equuleo leuari ⁊ vngulis laniari ac lāpadib⁹ ad latera appositis inflāmari. Necnō cilicio madidato plagis ei⁹ cōfricari. Et demū carbones ignitos vulnerib⁹ supponi. Et cū hec oīa patiētissime tolerasset: ligatis manibus ac pedib⁹ fecit illū p̄ tribulos trahi donec mēbra ei⁹ dissiparent: deinde plumbatis illū cedi mādauit ⁊ maxillas grauiter cōtūdi. Et dū in oīb⁹ in cōfessiōe dn̄i p̄maneret immobilis nouissime ipsū gladio animaduerti p̄cepit corpus quoqȝ eius igne cōsumi. Qd̄ tn̄ furtiue a xp̄ianis de igne sublatū ⁊ camelo impositū angelo duce ad montē quendā delatū ⁊ ibidē quo de⁹ per suū animal ostēderet sepultū est basilica desup̄ edificata. Processu aūt t̄poris ipsum sanctū corpus cōstātinopolim trāslatū ibiqȝ honorifice conditū est. Passus est autem sanctus martyr. iij. idus nouembris.

¶ De sancto Mena cōfessore. Ca. xlix.



Menas confessor in samniū p̄uincia claruit tp̄e beati gregorii pape. Qui solitariā vitā ducens nihil ad vsum suum nisi pauca apiū vascula possidebat. Huic cū longobard⁹ q̄dā in eisdē apib⁹ rapinas voluisset ingerere: p̄ri⁹ ab eodē viro verbo correct⁹ est ⁊ mox p̄ malignū sp̄m ante ei⁹ vestigia vexat⁹. Sepe vero ex vicina sylua veniētes vrsi fauū ei⁹ comedere conabant. Qd̄ ille deprehēdēs ferula quā portare manu cōsueuerat cedebat. Ante cuius verbera immanissime bestie rugiebāt ⁊ fugiebāt. Et q̄ gladios formidare vix poterāt: ex ei⁹ man⁹ ictus ferule pertimescebant. Oēs vero q̄ ad se charitatis gratia veniebant: ad eterne vite desideria accēdebat. Et si quorū culpas p̄ sp̄m agnosceret nūq̄ ab increpatione cessabat. Consuetudinē vero eiusdē loci incole fecerāt vt dieb⁹ singulis p̄ hebdomadā vnusq̄sqȝ oblatiōes suas transmitteret vt eēt qd̄ ipse ad se venientib⁹ offerre potuisset. Quidam aūt diues noīe catheri⁹ quandā sanctimonialē rapuit: sibiqȝ illā matrimonio coniunxit. Qd̄ mox vt vir dei cognouit: eū per nūcios act⁹ increpauit. Cūqȝ ille sceleris consci⁹ ad eū accedere nō auderet ne forte ip̄m durī⁹ reprehēderet oblationes suas inter aliorū munera ei misit: vt ei⁹ dona nesciēs saltē susciperet. Sed vir dn̄i tacitus sedit: ⁊ oblatiōes oēs considerare studuit: et quas catherius miserat p̄ spiritum cognouit sp̄reuit ⁊ abiecit dicēs ꝙ oblationes illius recipere nolebat qui suā deo oīpotenti acceperat. Qua ex re actū est vt presentes quoqȝ timor inuaderet: cum vir domini tā scienter de absentib⁹ iudicaret. Hic sanctus vir post plurima perfectionis opera ad xp̄m migrauit. Hec gregorius. iij. dialogorum. cap. xxvj.

¶ De sancto Verano ep̄o. Capi. l.



Veran⁹ ep̄s apud ciuitatē gaualitanā galliarū claruit tp̄e imperatoris valētis. Hic ex ipsi⁹ vrbis territorio nobilib⁹ parētib⁹ ort⁹ a puero deo dedit⁹ diuinis literis ībut⁹ adhuc iuuenis sclm̄ dereliq̄t: ⁊ ī eccl'ia mimatēsi iussis parētib⁹ cleric⁹ fact⁹ est. Et ī virtutib⁹ p̄ficiēs ad sacerdotalē ordinē ascēdit. Signisqȝ īgētib⁹ ⁊ multis pollere cepit. Sȝ p̄p multos ad se confluentes fugiēs mūdi gloriā vno tantū assumpto comite ad ciuitatē gaualitanā deuenit: vbi dū esset draco immanissimus qui hoīes ⁊ aīalia deuorabat: veran⁹ orās ipsum de specu in quo latebat exire sequi cōpulit cumqȝ se vt catulū mansuetū sectantē vsqȝ ad herōionē dedu cit atqȝ

eū atq; ibidē terre visceribꝰ introclusit. Deinde in antro draconis ecclesiam dei genitricis edificauit: ibiq; deo seruire cepit: verū cum nec ibi etiā latere posset: nec cōtemplationi vacare cū quibusdā peregrinis Romā pergētibus inde discessit. Veniēsq; ebredunū multos egros sanauit ꝛ obsessos a demonijs liberauit. ¶ Profectus inde cū iuxta pedē mōtis cū latrones cū socijs spoliassent ꝛ occedere vellent vnusq; illorum in capite viri sancti ensem vibraret: ipseq; ictum constanter expectaret brachiū illius sic extensum immobile factum est nec se aliqualiter amouere potuit donec viso miraculo predones penitentiā egerunt ꝛ ablata cuncta restituerunt. Tunc quoq; sanctus vir ꝑ illo orauit: ꝛ sic brachium deposuit. Abeuntes quoq; inde latrones strepitus maximus quasi arborum decidentiū exterruit: ꝛ omnes in fugā cōuertit. ¶ Cū aūt romam peruenisset ꝛ clauarius ecclesiā beati petri nocte ei aperire nollet. subito repulsis repagulis ostia diuinitꝰ cū magno impetu sctō viro aperta sūt: ꝛ eidē aditū prestiterūt: ꝓpter quod miraculū a papa ꝛ populo honorifice susceptus est. ¶ Inde recedens ꝛ rauēnam veniens: energuminos multos clamantes se a verano torqueri: ab obsessione demonū liberauit egrisq; plurimis sanitatem restituit. In mediolano quoq; .xij. arreptitios sanauit: ꝛ cecum quendā illuminauit: atq; mortuū vnū suscitauit. ¶ Inde albigam pergens: pluuiam aride terre atq; fertilitatem a deo obtinuit: in agris duntaxat xp̄ianorū: fundis cunctorū gentiliū in pristina sterilitate relictis. Cū autē illi se idola deserturos ꝓmitterent: si similē gratiā percipere possent oratione sancti eorū agri imbre perfunduntur: ꝛ statim templa deorū suorū ab eis euertuntur. Sed cū draconē quendā ipsi adorabāt veranus de antro produxisset: ꝛ in flumine submersisset: omnem populū ciuitatis ad xp̄m cōuertit: ꝛ in fide doctū baptizauit. ¶ Transiens autem alpes puellam a mortuis reuocauit: cecum quendā a natiuitate illuminauit: ꝛ multos languidos diuersarum egritudinū curauit. ¶ Demum ad ciuitatem gaualitanā applicās in ecclesia beate marie quā cōstruxerat manere cepit. Ad cuius preces valens detentos quosq; in carceribꝰ relaxauit. Post hec defuncto antiste veranus a rege et clero ac populo in episcopum electus est. Qui officio suo administrato omni sanctitate perfectus clarusq; virtutibus in pace quieuit. iij. idus nouembris. Cuiꝰ pheretrū omnes egri tangentes sanati sunt. ¶ Verum dum esset questio inter ciues vbinam corpus eius poneretur: an in cathedrali basilica: an in ea quā fecerat ecclesia extra vrbē. Leuato pheretro subito pallium quo corpus erat opertū in aere se tollens: funusq; precedēs vsq; ad flumen durentie custos deduxit: vbi dum populus vado simul ac naui careret: siccato repente fluuio cunctisq; per siccū alueū transeuntibus: pallium iterū per aera populum precessit: vsq; ad ecclesiā beate virginis: quam sanctus edificauit: vbi dum substitisset corpus eius condigno tumulatum est honore.

¶ De sancto Achia propheta. Cap. ij.



Achias propheta

de silo claruit in regno israel tempore hieroboā regis decem tribuū israel. Cū enim hieroboā seruus salomonis contra eū rebellasset: ꝛ de hierusalem egressus esset: inuenit eum achias propheta in agro: indutꝰ pallio nouo q̄ scidit palliū in .xij. scissuras: deditq; decē partes hieroboā dicēs ꝙ ita dñs deꝰ traderet ipsi decē tribꝰ israel possidendas: eo ꝙ salomon reliquisset dñm ꝛ idola adorasset: duas autē tribus tantū dimitteret roboā filio salomonis: ne regnū ex toto de domo dauid tolleret: iuxta promissionē ei factā a deo. ¶ Post mortē aūt salomonis oīa que achias predixerat euenerunt. Nā decē tribus israel hieroboā in regem assumpserunt: qd̄ dictum est regnum israel. Due vero tribus scilicet iuda ꝛ beniamin roboā filio salomonis adheserunt: quod dictū est regnum iuda. ¶ Cum autē hieroboā rex israel duos vitulos aureos fabricasset et omnem populum ad ipsos adorādos cōpulisset: filius eiꝰ abia grauiter egrotasset misit hieroboā vxorē suā alieno habitu ne cognosceretur indutā ad achiā ꝓphetā in silo: vt indicaret sibi qd̄ futurū esset de puero. Cuiꝰ aduētū ꝓpheta dño indicāte cognouit: eū oculi eiꝰ ex nimia senectute caligassent. Et statī mulierē limē ostij ingressā vocauit ex nolentiq; mortē filij ꝓnunciauit: atq; domū hieroboā ꝓpter idolatrie crimē exterminandā ꝑdixit. Et sic oīa vt ipse ꝑdixerat ad literā cōtigerūt. Hic vt dixit comestor vidit in spiritu populū cōculcātē iuga boum: ꝛ ꝑdixit sacerdotes cōculcādos a populo. Hic etiā salomoni ꝑdixit: ꝙ euertēdus esset a mulieribus. Quieuit autē sanctus propheta in pace: ꝛ sepultus est in silo iuxta ilicem pridie idus nouembris: vt Josephus ꝛ Hieronymus tradunt. Hec ex tertio libro regum cap. xj. ꝛ xiiij.

¶ De sancto Martino papa ꝛ martyre. Cap. iij.



Martinꝰ papa et

martyr huius nominis primus de ciuitate Tudertina prouincie tuscie Theodoro papa primo in episcopatu romano successit. Seditq; annos .vj. menses vnū: dies .xxvj. Huius tempore Paulus constantinopolitanꝰ ep̄s constātini imperatoris .iij. brachio fultus aduersum ecclesie rectum dogma surrexit duas volūtates aut operationes diuersas in christo diffiniēs confiteri. Qua de re martinꝰ papa eidē legatos destinauit: cōmouens eū vt ab heresi sua discederet: alioquin ꝯ ipm̄ procederet. Qui ab īpatore ad suasionē pauli ep̄i diuersis ꝑsecutionibꝰ affecti sūt: ꝛ q̄dā eorū in custodiā detrusi: alij in exiliū missi: alij verberibꝰ subiecti. Quapropter martinꝰ ep̄s rome cōciliū .cv. ep̄orū celebrauit: in quo paulū patriarchā tāquā hereticū dānauit: et ab ep̄atu deposuit. ¶ Tūc impator cōstantinus misit olympiū ducē ꝛ rartblim cubiculariū ad regēdā Italiā: ꝛ ꝑdictā heresim cōfirmandā. Qui olympius vt ab īpatore sibi iussum fuerat: misit spathariū suū ad papā occidēdū. Spatharius aūt inuenit eū in eccl̄ia sctē marie maioris celebrantē in altare qd̄ ꝯ̄ad ꝑsepe: quē dū gladio extinguere niteret: diuina benignitate cecitate ꝑcussus eū videre nō potuit. Hoc audiēs īpator martinū papā a Theodoro ꝛ pellurio ab eo missis detentū cōstātinopolim adduci fecit: quē in exiliū chersonā misit: vbi martyrio vitā finiuit pridie idus nouēbris. Corpus autem eius romā translatū est: ꝛ in eccl̄ia eius nomini cōstructa: q̄ ꝯ̄ sctī martini in montibꝰ sepultum est. Et cessauit ep̄atus dies .xxviij.

¶ De sancto Emiliano ep̄o. Cap. iiij.



Emilianꝰ episcopus

apud Scotiā claruit. Qui ex eadē insula oriundꝰ: dño a puerilibus annis militauit. Et dū esse olim ore laudabilis ad sacros ordines ꝓmotus: operāte dei grā pontificatꝰ suscepit officiū: q̄d ꝑ annos plures ep̄atu optime ꝛ deuote administrato: apl̄orū limina mare trāsfretato peregrinus visitauit: ꝛ rediēs ad patriā suā: ꝛ dū esset in itinere apud fauētiam grauj lāguore decubuit. Et post dies modicos feliciter a seculo migrauit pridie idus nouēbris. Cuiꝰ corpꝰ ciues fauētini iuxta ecclesiā sctī clemētis extra muros vrbis sepelierūt. ¶ Tūc ꝑcedēte dū ciuitas ipsa a tyran-

dro rege lōgobardorū depopulata ꝛ destructa fuisset: corp⁹ sancti epi diudū incognitū māsit. Verū tpe comitis bernadini ꝛ theodolēde eius vxoris repata ciuitate cumulū feni supra sepulturā sancti corpis: qđ erat omnino incognitū cōstitutū est. Ubi dic quadā duob⁹ inuicē cōfabulātibus vn⁹ eorū magnū colaphū se accepisse cōquest⁹: ꝛ illud a socio recepisse putabat: dūqꝫ ille negaret: ma⁹ subito colaphū recepit. Hoc idē refūd⁹ in sociū animo vindicādi. Quod dū iterū ille fecisse negasset nec percussor inueniri potuisset: cognito miraculo: relato comiti facta est: qui diuinū quicq̄ ibidē latere arbitrāo: sublato feno locū effodi mādauit: vbi sacrū corp⁹ cū epitaphio: in quo pdicta cōtinebant inuenit: ꝛ de cadauere sctō mira fragrātia erupit: qđ inde leuatū ad eccliaꝫ sctē marie intra menia ciuitatis delatū ibiqꝫ ꝯdigno honore ꝯditū est: vbi miraculis coruscat.

¶ De sancto Hor abbate. Cap. liiij.



Hor abbas fuit habitator montis nitri deserti egypti. De q̄ fert q̄ nūquā mētitus sit: nūquā iurauerit: nulli maledixerit: nec sine aliqua necessitate locutus fuit: vt dicit heraclides. Et hieronymus dicit de eo: q̄ fuit apud thebaidē nonagenari⁹ venerabilis senex: q̄ ignorans literas oblato ei codice oratione p̄misit: ꝛ statiꝫ infusa ipsi grā subito legere cepit: ac deinde literas nouit. Hic etiā pane angelorū triēnio vixit: queꝫ ei post biduū cōtinue angelus ministrabat. Fratres q̄ secū morātes sepe noctu vigiles angelorū cāt⁹ ꝛ hymnos audiebāt. Qui etiā multa milia hoim ad xpꝫ ꝯuertit. ¶ Quodā tpe demones ad eū in specie militie celestis aduenerūt: ꝛ regē excelsuꝫ secū deduxerūt: quē xpꝫ esse asserētes ipꝫ adorarūt: ꝛ tā rex q̄ circūstātes illum adorādū abbati Hor suaserūt. Cū aūt ille diaboli figmēta dubitaret: ꝛ se q̄tidie regē suū adorare diceret: nec eē op⁹ vt ad h̄ ibi xps corpaliter appareret: ꝓtin⁹ illusio euanuit. Sāct⁹ aūt Hor i pace q̄euit ꝓdie id⁹ no.

¶ De sancto Britio episcopo. Cap. lv.



Britius episcop⁹ Turoñ. successor fuit sācti martini epi: q̄ pmo iuuētutis tpe ei⁹ fuit diacon⁹: plurimūqꝫ eius emul⁹: eo q̄ a btō viro aliquādo redarguebat: cū iuuenilia sequebat. ¶ Cū eñi q̄daꝫ infirm⁹ sanctū martinū q̄reret: vt medelam ab eo expeteret: Briti⁹ illū ei ostēdit: ꝛ eūqꝫ amētē ꝛ delirū appellauit. Cū aūt eger a martino postulata obtinuisset: ep̄s Britiū aduocās redarguit: ꝙ cum delirū dixisset: q̄ pre verecūdia se hoc dixisse negabat: ꝫ martin⁹ aures suas ad os ei⁹: cū hoc dixisset: habuisse affirmabat. Predixit autē illi a deo obtinuisse Britiū sibi in episcopatu successurū: sed multa eū aduersa passurū: qđ magis adhuc Briti⁹ irridebat. ¶ Post mortē igit sancti Martini Britius in epm elect⁹ orationi vacabat: ꝛ licet adhuc superb⁹ tamē erat corpe cast⁹. Anno aūt epatus sui. xxxiij. mulier q̄dam religiose vestita. q̄ ei⁹ vestimēta lauabat: ꝯcepit ꝛ filiū peperit. Tūc ois popul⁹ cū lāpadib⁹ ad ianuam congregatus contra episcopum exclamabat: ꝛ crimen ei obiciebat. Ille autē viriliter negans: iussit sibi infantem adduci. xxx. ab ortu dies habētē. Quē p filium dei adiurauit: vt si filius eius esset: corā cūctis īdiceret. Infans vero diserta lingua respondit: ꝙ nō erat Britius pater suus. Popul⁹ aūt instabat: vt quereret: q̄s pater ei⁹ esset. At ille dixit hoc ad se nō pertinere: satisqꝫ fecisse quod suū erat. Populus aūt hoc totum magicis artib⁹ attribuebat: ꝛ cōtra epm furibundi clamabant.


Tūc ille ad sui purgationē prunas ardētes i byrro suo vsqꝫ ad sepulturā sancti martini deportauit: q̄b⁹ abiectis byrrhū inustū apparuit. Dixitqꝫ q̄ sicut vestimētū illud ab igne pmāserat illesū: sic corp⁹ suū a ꝯtactu mulieris erat mūdū. Adhuc aūt popul⁹ nō credēs epīscopū cōtumeliis ꝛ iniuriis afficiūt: ꝛ a sede sua eiciūt: vt verbū qđ sanct⁹ martin⁹ dixerat impleret. Tūc Britius flens papā adiit: ꝛ septē annis in vrbe pmanēs: q̄cq̄d in sanctū martinū deliquerat: penitēdo deleuit. Turonici aūt iustinianū in epm p̄ficiūt: ꝛ romā ꝯtra Britiū mittūt: vt epatū sibi cōtra Britiū defensaret. Quo cū tenderet iudicio dei in ciuitate vercellēsi obiit peregrin⁹. Popul⁹ aūt armētiū i loco illi⁹ substituūt. Anno aūt septimo sue peregrinatiōis Briti⁹ cū authoritate pape ad sedē suā reuersus est. Et dū ad. vj. ab vrbe miliario hospitaretur: armēti⁹ eade nocte subito expirauit. Qđ Briti⁹ p reuelationē cognouit: suisqꝫ p̄cepit vt surgerēt: ꝛ ad tumulādū turonēsiꝫ pōtificē ꝓperarent. Et cum per vnam portam ciuitatis ingrederet ecce ille per aliā defunctus efferebat. Quo sepulto Britius sedem ecclesie sue reassumpsit: ꝛ septem postea vi uēs annis laudabilem vitam duxit. Et sic. xlvij. epatus sui anno in pace q̄euit idib⁹ nouemb. Sepult⁹ turoni.

¶ De sancto Homobono confessore. Cap. lvj.



Homobonus cōfessor apud ciuitatē cremonēsem claruit. Qui mediocrib⁹ parētibus ex ipa ciuitate ꝓgenit⁹ ab iuuētute etate negociator fact⁹. lucris tpalibus instudebat. Sꝫ opō deus ipsius satis adhuc iuuenē a contubernio peruerse misereqꝫ negotiationis: vocauit ad officium beate contemplationis. Qui commercia deserent temporalium: mercator effectus est regni celorum. Qđ ipse furat⁹ est p fidē rapuit p pniam: mercat⁹ est p elemosynā: vocat⁹ p grām: securus est p obedientiā ꝛ operationē sanctā. Fuit aūt adeo misericors p̄r pauperū ꝛ in tantū circa eos solicit⁹: ꝙ subtracta sibi suisqꝫ necessaria ea familie saluatoris erogabat. Fuit eñ catholic⁹ in fide: patiēs in tribulatione: assidu⁹ in orone: sobrie in semetip̄m: iuste ad ꝓximū: ꝓprie vixit in deū. Cū aūt venisset hora ei⁹: vt de via festinaret ad patriā: dū ipse in orone vsqꝫ ad horā dici primā scdm cōsuetudinē in ecclia pnoctasset: ab introitu misse manib⁹ iūctis: genib⁹ terre cōfixis: ꝓstrauit se aū crucis vexillū: ꝛ dū Gloria in excelsis deo. cantaret: ad instar viuētis in orone ꝓstrat⁹ emisit spm. Et cū se ad euāgeliū nullaten⁹ eleuaret obiisse a circūstātib⁹ dep̄hendit: ꝛ anno dñi. M. cxcvj. idib⁹ nouēbus sepulture deuoti⁹ cōmēdat. Ad cui⁹ tumulū demonia ab obsessis corporibus eiciunt: ꝛ oēs lāguidi a diuersis infirmitatib⁹ liberant. ¶ Cū aūt homobon⁹ adhuc in carne viueret: q̄dā mulier bergomēsis ab imūdo spū vexabat p cui⁹ os demō clamabat a nemine se inde eiciēdū: nisi ab homobono cremonēsi. Sꝫ null⁹ eū intelligere poterat: q̄ adhuc de sctō viro nlla opinio discurrebat. Sꝫ post ei⁹ obitū miraculis ipsi⁹ appariētib⁹ demoniace itellectꝫ: mulier ad tumulū viri dei ducit: ꝛ protinus liberatur.

¶ De sanctis quinquaginta sapientib⁹ martyrib⁹.
Capitulum. lvij.



Quinquaginta sapientes martyres apud Alexandriā passi sunt sub maxentio imperatore. Qui cum ex diuersis partibus ab eodem cesare congregati fuissent vt cum beata katherina virgine concionatrice disputarent sicut dicetur infra in eius passione. vij. kalendas decembris. et sancta virgo a sancto

repleta spū sua illos facūdia supasset. Protinꝰ ad xp̄m ɔuersi sunt ⁊ se katherine oratiōibꝰ cōmēdarūt. Quos maxēciꝰ iratꝰ iussit i medio ciuitatis igne cremari. Cū aūt illi iā ex hiis q̄ virgo perorauerat i fide xp̄i edocti eēnt: ⁊ baptismū sollicite expeterēt: admonuit illos virgo dn̄i nihil hesitare cū i suo forēt sanguine baptizādi. Qui benedictione sancte virginis accepta: signātes se signaculo sancte crucis: et in eadem fidei constantia vnanimes perseuerantes: secundum cesaris decretū in ignē missi: ita dn̄o animas reddiderunt: vt nec corpora illorum: nec capillus: nec vestimēta aliqualiter adusta fuissent. Quo miraculo plurimi paganorum cōuersi sunt: ⁊ corpora martyrum rapientes in eadem ciuitate sepelierūt idibus nouembris.

De sanctis Archadio paschasio ⁊ sociis martyribus. Cap. lviii.



Archadiꝰ paschasiꝰ: probus: ⁊ eutychianꝰ apd̄ aphricā passi sunt sunt sub gerserico rege arriano. Qui ex hispania oriūdi apud eūdē regē chari clariq̄ habebātur. Et cū ex eiꝰ suasione arriane pfidie cōsentire nollēt: primo q̄dē ab eo p̄scripti: deinde in exiliū acti: postmodū aūt attrocissimis suppliciis cruciati: nouissime diuersis afflictiōibꝰ interēpti illustri martyrio occubuerunt. Cum his quoq̄ erat ⁊ puer paulinus nomine frater eutychiani ⁊ paschasij: qui cum similiter a professione catholice fidei perturbari non posset: diu fustibus cessus ⁊ ad infamiam seruitutem damnatus pro christi nomine martyrio coronatus est. Quorum omnium passio recolit idibus nouembris. Hec Ado in martyrologio ex dictis Hiero. sumpto.

De sctō Serapiōe martyre. Ca. lix.



Serapion martyr apud alexandriā passus est sub decio Cesare. Quē psecutores domi eiꝰ repertū: crudelissimis affecerūt suppliciis. Ita vt ei oēs iuncturas mēbrorū pꝰ soluerēt. Deinde ipsū de superioribꝰ p̄cipitauerūt. Sicq̄ colliso capite ⁊ excusso cerebro xp̄i martyr efficitur xviii. kalēdas decēbris.

De sctō Venerādo martyre. Capitulū. lx.



Venerādꝰ martyr apud Trecbasinā ciuitatē passus est sub aureliano imꝑatore. Qui cū eēt filiꝰ fabiani nobilissimi eiusdē ciuitatis gētilis ex curiositate psalteriū xp̄ianorū legebat. Cū aūt versum illum: Asperges me dn̄e ysopo ⁊ mūdabor ⁊c. nulla rōne intelligere posset: ⁊ ex hoc plurimū anxiatꝰ eēt angelꝰ dn̄i eidē apparuit: ⁊ verbū illū de baptismo xp̄ianorū exposuit ac in fide xp̄i iuuenē instruxit. Sz cū exinde idola ampliꝰ adorare nollet: a patre nō modicū obiurgabat. Exiēs aūt ciuitatem die quadā ⁊ veniēs ad fluuiū sequanā eidē xp̄s apparuit ⁊ pfecte credentē in fluuio baptizauit. Dedit q̄ illi baculū aridū mādās vt ipsum in terrā figeret: ⁊ si fluuiū videret. Discedēte ꝟo dn̄o Venerādꝰ baculū fixit: moxq̄ flores et frondes produxit. Quo viso miraculo. cccccccc. x. holes pagani ɔuersi sūt. Audiēs hec imperator aurelianꝰ ad ipsā ciuitatē accessit: ⁊ Venerādū teneri fecit: ac sacrificare nolētē: iussit eū sup scamnū ferreū cathenis ligari: igneq̄ subterponi. oleūq̄ desup iactari. Et dū intactꝰ ab exustione pmāsisset: fecit eū in carcerē recludi vbi xp̄o ei apparēte cōfortat. Mane autē imperator eū ligatū ad stipitē sagittari fecit: sed sagitte in aere pendentes: in nullo ipsum ledere poterant: vna vero ex sagittis cōuersa retrorsū imperatorē vno oculo excecauit. Quē Aurelianꝰ die sequēti decollari mandauit. Verū antequā milites ad carcerē in quo detinebatur venissent ruptis vinculis ⁊ aperto ostio xp̄i martyr per medios milites fugiebat. Illi vero martyrē xp̄i vsq̄ ad flumē sequanā insecuti sunt. Qui sup aquā siccis pedibꝰ ambulauit vsq̄ ad locū. vbi eū christꝰ baptizauit. Sicq̄ flumē ex alia parte trāsiuit. Milites vero transuadentes illū percutere nō audebant. At ille eos hortabat vt sibi iussa complerēt: mādās vt de sanguine suo imperatori deferrēt: de quo excecatū oculū liniret: et sic lumē reciperet. Post hec aūt sanctꝰ martyr suū dn̄o spiritū cōmendauit: ⁊ p̄ se in quacūq̄ necessitate inuocātibꝰ exorauit. Factaq̄ est vox ad eū de celo q̄ ipsum dn̄s exaudisset decollatꝰ est. Cuiꝰ corpus truncatū se leuauit ⁊ caput tollēs manibus per passus. xlix. portauit: ibiq̄ cecidit vbi ⁊ a christianis sepultū est. xviii. kalen. decembris. Imperator vero de eiꝰ sanguine oculum liniens lumen recuperauit.

De sancta veneranda virgine ⁊ martyre. Capitu. lxi.



Veneranda virgo apud galliā passa est sub asclepio preside. Hec fuit filia agathonis ⁊ polytte eius vxoris xp̄ianorū de partibꝰ galliarum. Qui. xxxv. annis in coniugio sine ple manserūt. Oratiōe tandē ad deū fusa filiā obtinuerūt quā pater venerādā vocauit eāq̄ sacris lr̄is erudiri fecit: ⁊ ieiuniis assuefecit. Puella ꝟo in sanctitate vite pficiēs annorū. xxx. cepit verbū dn̄i p̄dicare et p annos. ix. iugiter xp̄ianos in fide dominica confortaret. Anno aūt etatis sue. xl. romā venit: ⁊ ipsum annunciare cepit tp̄e imperatoris Antonini. Prefectus aūt Antonꝰ iudicēs q̄plures propter eius exhortationem conuersos ipsius allectus pulchritudine: vt occasionē eā cognoscendi captaret: cepit puellam ad deorū sacrificia inuitare. Quam sacrificare cōtemnentē: iussit eā in terrā extēdi ⁊ palmas ac pedes lignis affigi atq̄ neruis crudis ventrē eiꝰ cedi lapidem quoq̄ magnū vix a quattuor viris delatum eiꝰ ventri superponi. Orāte vero sancta lapis diuina virtute longiꝰ abijcitur ⁊ claui de ipsius manibꝰ ⁊ pedibus ab angelo euelluntur. Quo viso miraculo multi gentilium conuertuntur. Et dum baptismum expeterent: nube celesti obumbrantur: ac voce de celo lapsa imbre superno perfusi baptizant. Quos omnes prefectus in christi cōfessione iussit decollari. Sanctā aūt virginē in lebetem eneū aqua oleo pice ac sulphure bullientibꝰ plenū immittit: ⁊ diebꝰ. vii. desubter ignē iugiter ministrari quibus elapsis virgo diuina gratia pmāsit illesa. Qd̄ dum p̄fectꝰ ad videndū accederet aqua ebulliens eū excecauit. Illa vero lutū ex sputo fecit: ⁊ oculos eiꝰ liniuit: eiq̄ visum restituit: ⁊ ad xp̄m cōuertit. Inde accedens ad aliam ciuitatē xp̄m annūciabat: ibiq̄ a quodā alio imperatore nomine themio comprehendit: ⁊ ingenti draconi qui omnes deuorabat exponit: que signo crucis edito draconē discerpsit: demone per aera horribiliter perstrepente. Sicq̄ rex ille cū omni populo ad christū conuersus est. Deinde veniens ad tertiam ciuitatē a prefecto Asclepio detinetur. a quo in lebetē eneū pice ⁊ oleo liquētibꝰ plenū mittitur: sed oratione facta inde illesa educitur fracto quoq̄ mox lebete per frustra plures de astantibus paganis letaliter comburunt. Hoc videns Asclepius venerandā decollari precepit: que ad passionem ducta: dum pro cunctis se inuocantibus exorasset: audiuit vocem de celo se fuisse in omnibus exauditam. Sicq̄ conuersis ad christū. cccccccccx. vi-

ris capite cesa est: cuius corpus christianus quidam nomine antimus rapuit: et ipsum venerabiliter sepeliuit. xviii. kalendas decembris.

¶ De sancto Eugenio epo et martyre. Capi. lxii.



Eugenius episcopus et martyr apud ciuitatem Parisius passus est. Qui cum esset discipulus beati Dionysii epi Parisiensis ab eodem tolletanus pontifex ordinatus et ad ipsam vrbem predicationis gratia missus est. Et postquam ibidem multitudinem populi conuertisset desiderio videndo magistrum vehementer accensus Parisius redijt. Cum autem peruenisset ad locum quendam noie diolum quod a ciuitate Parisiensi quatuor milibus distat: a paganis tentus: et ab eidem in concilio nois xpi decollatus est. Corpus quoque eius in flumine berasij proiectum est: ne a xpianis inueniretur. Quod licet diebus pluribus elapsis delituisset: nulla corruptione violatum est. Postquam autem gentilium persecutio cessauit: sanctus martyr cuidam hercoldo ipsius vilie languenti in somnis apparuit: et ipsum ab infirmitate liberauit: atque vt ipsum sepeliret commonuit. Ille vero ad corpus accedens: illud ac si ea die fuisset decollatum inuenit: quod plaustro impositum ad monasterium sancti Dionysij deferre curabat. Sed diuino nutu bobus vltra viri pedium procedere non valentibus: ipsum ibidem sepeliuit: ecclesiam desuper edificauit: vbi et ad presens quiescit miraculis clarescens. Qui passus est. vii. kalendas nouembris.

¶ De sancto Eugenio epo. Ca. lxiii.



Eugenius episcopus cesariensis apud eandem ciuitatem vita et sapientia luculenta floruit qui origenis auditor fuit et eiusdem eius magistri atque pamphili martyris bibliothecas corruptas labore multo in membranis restaurare conatus est. Feruntur et varii multiplicesque tractatus quos nosse non est facile omnibus: qui et apud ipsam cesaree ciuitatem in pace quieuit. Hec hiero nymus libro de viris illustribus.

¶ De sancto Machuto epo. Ca. lxiiii.



Machutus episcopus: vt ait sigibertus: tpe Justiniani imperatoris: in britannia claruit: qui parentibus generosis ortus est matre iam plus quam sexagenaria: que soror fuit Amenis fratris sancti epi sampsonis. Hec enim ad monasterium quod dr caruamina ex deuotione cum esset pregnans deueniens filium machutum siue madonium futurum monachum enixa est: quem sanctus Brandanus ipsius loci abbas baptizauit et educauit: sibique a parentibus commendatum sacris literis erudiuit: ac monachum suum fecit. ¶ Hic dum esset adhuc puer die quodam cum ceteris pueris in littore ludebat: et ab aliis secedens dormitauit: crescenteque mare ceteri pueri recesserunt: et machutum dormientem dimiserunt. Fluctus itaque locum vbi puer dormiebat circundantes quasi insulam dimiserunt: littus quoque diuinitus adeo creuit: vt insula modica quasi monticulus effectus: ne maris elationes sup soporatum puerum: et circa ipsum possent ascendere: descendit. Qui quidem monticulus a mari circundatus in testimonium miraculi ibidem manet vsque in diem hodiernum. Excitatus autem puer et se ab vndis circumdatum videns: ac timens valde orationi se contulit. Cum autem a condiscipulis brandanus audisset quod puerum soporatum dimisissent: pro puero hesitans orare cepit: cui angelus quomodo deus illum seruauerat reuelauit. Illeque ad littus veniens puerum in insula vidit: et cum nauicula illum ad se deferri mandasset: puer vsque in crastinum se ibi dimittendum rogauit: psalterium tamen suum ad legendum sibi mittendum postulauit: quod dum illuc detulissent: iubente puero sup falcem alicae illuc posuerunt: ipsum que alica sup nudas ad machutum detulit incorruptum. Sequenti vero die puer nauicula ad monasterium delatus est. ¶ Quodam mane dum brandanus ad matutinum surrexisset: lumine carens puero iussisset vt carbones ad laternam accendendam sibi ex coquina deferret Machutus ad coquinam descendit: et cum non haberet quo paratum in quo carbones tolleret: in sinu prunas detulit: et vestis eius omnino inusta permansit. ¶ Tempus processu ipse in epm sublimatus est: atque miraculis clarebat. Qui et cum btō brandano pluribus annis per mare nauigauit insulam imaginem paradisus dr exquirentes. Sed eam minime inuenire valentes incolumes ad propria redierunt: vt dictum est supra in legenda sancti brandani. xviii. kalen. iulii. Eodem itaque tpe dum in maris oceani insula quadam sepulchrum mire magnitudinis reperissent: et mirantes illud an alicuius hominis esse potuisset machutus orationem ad deum fudit: et gygantem nimie proceritatis iacentem in tumulo suscitauit. Qui gentilem se esse dixit: et ad inferna damnatum. Sed baptizatus a machuto pedibus per mare vadando nauem fune trahere cepit: vt optatam insulam inuenirent: verum tempestate maris redire coacti: dum ad gygantis insulam reuersi essent. Ille iterum obdormiuit in pace. ¶ Hic etiam die sancto pasche celebrata missa mortuum alterum suscitauit: qui mox excitatus vinum in potum a sancto postulauit. Cum autem parapside marmorea aqua sancto epo oblata esset: ipse signo crucis aquas conuertit in vinum: et marmorem mutauit in vitrum. ¶ Rusticus quidam lapidem iacens sue casu oppresserat: timensque ne a dno ex hoc vapularet nimium deplorabat. Sed vir dei suem ueniens sue ilico suscitauit. ¶ Denique propter ciuium suorum improbitatem britanniam deseruit: et in aquitanie plaga cum cenobitis permansit: vbi dum asinum monasterii ligna deferentem lupus deuorasset: ad nemus accedens lupum inuenit: et incontinenti diuinitus adeo mansuefecit: vt cum monachis domestice habitaret: et aselli onera eiecta decetero baiularet: eiusque opera perficeret. Qui et in pace quieuit. xvii. kalendas decembris.

¶ De sanctis Felice epo et sociis martyribus. Capi. lxv.



Felix episcopus cum sociis. xxx. martyres apud Nolam campanie ciuitatem passi sunt. Hic enim a xv. etatis sue anno miraculorum insignis gratia fuit. Et ad dicte ciuitatis pontificium peruenire meruit. Qui et sub preside martiano cum prefatis sociis. xxx. capitis abscisione pro xpi nois confessione martyrium consummauit. xvii. kalendas decembris: vt ait Ado.

¶ De sancto Fidentio epo et martyre. Cap. lxvi.



Fidentius eps armenius et martyr passus est apud ciuitatem Altinum sub tpe maximiani imperatoris. Qui cum pluribus xpianis detentus et presecto presentatus: dum omnia idola diceret esse demonia: primo diebus pluribus in carcerem reclusus est. Deinde eductus et in ligno suspensus vngulis ferreis in lateribus laniatus vsque ad ossium nudationem: et cum hec omnia constanter tolerasset: iterum in ergastulo iugulatus est. Et apparente sibi xpo ipsumque confortante ab omnibus plagis sanatus est. Custodes vero carceris dum nocte illa voces cantantium audissent per foramen aspiciunt: et multos cum eo in albis psallentes viderunt. Quod dum presecto nunciassent: illeque ad foramen carceris veniens hoc idem vidisset: et christianos


christianos magicis artib⁹ illuc introisse putasset loci armatis circũdauit: vt nullus euaderet. Apertoq; carcere solũ fidentiũ inuenerũt: quẽ fame afflictũ iterũ eduxerũt: et mãdato pfecti cũ sacrificare nollet in ignẽ copiosum vinctũ miserũt: vbi orãs emisit spũ. Corp⁹ vero omnio ab igne pmansit intactũ: q̃ passus est. xvj. kal. decẽbris. ¶ Cũ vero pcedẽte ĩ villa pl̃uerarie duob⁹ bubulcis laborãtib⁹: et ad prãdiũ vicinum se velle ire dicẽtibus. Audita est vox dicẽs: nõdũ esse horã prãdãdi: q̃ neminẽ videntes stupefacti: dũ eãdẽ vocẽ iterato audiẽrent: et tertio quasi pauefacti abirẽt: audierũt eãdẽ vocẽ dicẽtẽ vt irẽt: q: iã hora esset: et q̃ hec ep̃o significarent. Illi vero paduã accedẽtes ep̃o paduano predicta significare curarũt. Qui oratione premissa: et p senẽ quẽdã ei apparentẽ admonit⁹ fuit: vt ad locũ accederet: et corp⁹ martyris inueniret. Venientes igit̃ ep̃s clerus et popul⁹: et terrã sex passib⁹ effodientes: inuenerũt arcã marmoreã cũ corpore sancto et tabulã scriptã cõtinẽtẽ. Hic est corpus sancti fidentij ep̃i et martyris: qd̃ naui imponẽtes vt paduã deferrẽt cũ sero factũ esset: et naute quiescere aliquantulũ decreuissent: excitati diluculo vt abirẽt: inuenerũt se iuxta portã estensem: volẽtes autẽ arcã de naui educere: nequibãt. Tũc apparuit pauper cũ curru hortãs illos vt arcã secure plaustro imponerent: et vaccis dimitterẽt portandã: vbi deo placitũ esset. Qd̃ illi facientes et currum sequẽtes circa padue cõfinium iuxta ecclesiam sancti thome positũ in villa campanie meiadini vacce substiterunt: ibiq; arcam deposuerũt. Et statim pauper cum curru et vaccis disparuerũt: ibi ergo sepulto corpore ecclesia desuper edificata est. Sed ramus querci quem bubulcus ille in curru posuerat vt vaccis vmbrã faceret: ab eo ibidẽ plãtan⁹ in quercũ maximã ilico excreuit: ibiq; manet vsq; in presentẽ diẽ.

¶ De sancto Eucherio episcopo. Cap. lxvij.



Eucherius episcopus apd̃ lugdunũ ciuitatẽ claruit tẽpore valẽtiani secũdi imperatoris: hic nobili senatorũ genere ortus habitu religiõis assũpto seculoq; relicto dudũ in agro suo sup flumẽ durẽtiã in spelũca reclusus xp̃o dño seruiebat. Defuncto vero ludunẽsi ep̃o: dũ clerus et populus p diuina volũtate requirẽda triduo ex more ieiunijs et orationib⁹ instarẽt reuelatur eis p puerũ eucherium senatorẽ eligendũ: qui in tali degebat spelunca. Ad quẽ illi archiadiaconũ et clericos miserũt: vt eũ adducerent. Qui causa eorũ aduẽtus cognita iurauit se spõte inde nõ egressurũ: vnde effracta clausura ãtri ipsum inuitũ trementẽtem eduxerunt et ductũ lugdunum in ep̃z ordinauerũt. Cuius vxor galla cũ duabus filiabus suis: scilicet cõstãtia et iulia: ad speluncam sancti eucherij accesserunt: et ibidem incluse decetero deo seruierunt. Ipse aũt vir domini postquã impleuit ministeriũ christi feliciter ad christũ migrauit. xvj. kalẽd. decembris. Hic ad quẽdã varianum suũ propinquum de cõtẽptu mũdi et secularis philosophie epistolã scholastico sermone cõscripsit. Sanctarũ etiã scripturarũ obscura queq; capitula deseruit: vt dicit Gennadius.

¶ De sancto Eadmundo archiep̃o. Ca. lxviij.



Eadmũdus archiep̃s cãtuariẽsis apud angliã claruit. Qui ex albẽdone villa natus ob reuerentiã sancti martyris Eadmũdi: tali nomine a matre vocat⁹ est. Cuius pater Eduardus de cõsensu cõiugis in monasterio vitã finiuit. Mater vero sancti nomine mabilia ĩ seculo spiritualiter vixit: et filiũ a pueritia disciplinis spũalib⁹ erudiuit: carnẽ ieiunijs domare: et virginitatẽ seruare suasit: quod ille perpetuo obseruauit. Missus aũt parisius ad studiũ breui tẽpore in artib⁹ magistratur. Sed a matre in extremis laborãte domũ vocatur: q̃ filiũ suũ benedixit: eiq; quã viderat visionẽ narrauit: q scilicet vidisset eadmundũ spineã coronã gestãtem: eiusq; radijs vsq; ad sydera protendẽtem. Defuncta vero matre iuuenis rediens vidit agrũ nigerrimus auib⁹ plenũ efferẽtibus corpus teterrimũ. Expositq; socio q̃ rusticus in ipsa villa nuper defunct⁹ fuerat: quẽ demones asportabãt. Qui et ita p omnia cõtigisse inuenerũt: vt aũt perpetuam a virgine gloriosa virginitatẽ obtineret: ei⁹ imagine sculptã anulo subarrauit: in quo ãgelica salutatio exarata erat. Qui quidẽ anulus postmodũ in digito ipsius defuncti miraculose repertus fuit. ¶ Cũ autem filia iuuẽcula hospitis sui parisiẽsis ad se cognoscendũ illum sepius impetisset: et ille eam plerisq; sermonib⁹ redarguisset: nolẽtem desistere secreta hora ad eius studiũ inuitauit: vbi eam spoliatã et aliquãtulum flagello verberatam corripuit: aliam etiã coniugatam dona ei plurima allectiua ad amorem offerentem sprettis muneribus cõminationibusq; ei illatis qd̃ nisi ab inceptis desisteret oĩa viro suo panderet a simili pulsatione compescuit. Ad augẽdum quoq; castitatis propositum omni tempore vite sue carnẽ cilicio domauit: et tempore quadragesimali loricam plumbeam portauit. Ieiunijsq; arduis carnẽ afflixit: feria. vj. semp in pane et aqua ieiunauit: et aliquãdo nihil portauit: nec ppterea aliquando a studio vel lectione cessauit. Quendã auditorem suum egenum et egrotantẽ ad domum suam detulit: et humaniter tractatum vsq; ad conualescẽtiã eius curã egit. Alium quoq; eius discipulũ in brachio languẽtem miraculose sanauit. Cũ autem per annos. vj. in artib⁹ scholas rexisset: apparuit ei mater eius p somniũ: et tres circulos in ei⁹ manus palma signauit: in noĩe patris et filij et spiritus sancti. Qui mox excitatus ad studiũ theologie trãsiuit in quo breui tempore admodum pfecit: et factus magister legere cepit. Nocte quadã in somnio aspexit ex igne sue domus. vij. faculas educi. Et ecce mane. vij. ei⁹ auditores scholis relictis ab abbate cluniacensi abducti et monachi effecti sunt. ¶ Disputaturus semel de trinitate vidit p somniũ columbã de celo eucharistiam sibi in ore mittentẽ: et excitatus mirabiliter disputauit. Nocte quadam in somnio a diabolo vt sibi videbatur oppressus dum crucẽ sibi imprimere vellet illeq; manum eius teneret: adiurauit eũ per effusionẽ sanguinis christi vt se dimitteret: et statim dimissus est. Audiuitq; a demonio malignos spũs nihil tantum timere quantũ adiurationem predictã. ¶ Igitur in sanctitate et doctrina pficiens a summo pontifice legatus ordinatus est ad verbũ crucis in gallijs p̃dicandũ. Qd̃ quidẽ officium feliciter administrauit. Lonicestre autem predicans cum iuuenẽ crucẽ assumere volentẽ vxor eius per pallium abstrahere vellet: manus eius statim contracta est. Que dũ vera cum viro crucẽ ab eadmundo suscepisset: pristinam sanitatẽ recepit. In villa quoq; al strauo iuuenis similiter cruce signari cupiens: ab amasia abstrahebatur: illaq; protinus excecatur. Sed orãte sancto visum recuperauit: et penitẽtiã egit. Cũ apud vigorinam predicaret et nubes aquosa consurgens populum exterreret: vir domini precepit nubi ne verbum dñi impediret. Statimq; pluuia populo dimisso ad circuitum omnis declinauit nemine illorũ perfuso. Nocte quadã ad studiũ dormitauit: et candela accẽsa sup bibliã cecidit: qui post horã excitatus: fauillam exsufflauit: et librũ omnino intactum inuenit. Alias etiã dũ ad lumen studeret eodẽ soporato velũ lum. e extinxit. Sed ille excitatus nomẽ beate virginis inuocauit: statimq; lucerna accensa est. ¶ Apud antrocẽ in pede grauatus: tres sibi cruces in circuitu morbi impressit: et subito sanatũ se sensit: ciliciũ ei⁹ alia sua ex antiquitate detecta ab eius cubiculario in igne posita inusta permãserunt. Post hec electus est archiep̃s cantuariensis

mariensis: qui licet diu recusauerit tandē precib⁹ multorū humiliter assensit. In quo culmine positus humilitatē in omnibus pretendebat: vitamq̄ adhuc arctiorem quam primo seruabat: muneraq̄ omnino respuebat. Multas aūt persecutiones pro libertate ecclesie passus a sede sua se absentare cōpulsus est. Sed ante suū discessum quendā febre laborātē aqua benedicta solūmodo conspersum sanauit. Clericū etiā suū quendem quartana vexatū misso in ore ipsi⁹ bolo mutene a languore curauit. Quendā quoq̄ nobilē in genu guttā patiētē sanitati restituit. Multa etiā futura prophetico spū predixit. Nocte quadā eidē beat⁹ thomas martyr apparuit: volētiq̄ pedē ei⁹ deosculari dixit: q̄ cito os suum osculatur⁹ esset: ipsi⁹ obitū in primo vaticinās. Egressus cū de anglia ad monasteriū pōtiniacum se cōtulit vbi verbū dei annuncians modico tpe mansit. Inde propter grauem egritudinē sortianū delat⁹ vbi sanior aer erat predixit q̄ tali die illuc esset reuersur⁹. Qd̄ q̄dē eo defuncto: corpe ei⁹ pōtiniacū delato euenit. Id sortiano itaq̄ dieb⁹ aliq̄bus languēs sumptis deuote ecclesiasticis sacramētis in pace q̄euit. xvi. kalend. decēbris. Die uero qua predixerat corp⁹ ei⁹ pontiniacū est trāslatū: et in ecclesia collocatū: post dies. vii. intra quos sepulchrum eius parabatur: incorruptū oīno ac multū redolēs inuētum est: et pluribus interim claruit signis: vbi cum honore tumulatum seruatur. Ibiq̄ in miraculis viuit.

De sancto Dionysio epō. Cap. lxix.



Dionysius episcopus: vt habet lib. vi. ecclesiastice historie apud alexandriā in multis cōfessionibus satis clarus effectus est. De quo et Hieronymus libro de viris illustrib⁹ dicit q̄ sub heracla eiusdem vrbis episcopo cui et ipse in episcopatu successit: scholā tenuit: et insignis origenis auditor fuit. Hic a persecutoribus tentus dum caput suū iudici offerret imperatori pro munere destinandū in castro quodā deserti qd̄ cefron appellatur in exilium truditur vbi gentiles oēs ciues erant. Qui cū primo hostili animo excipiētes tandē pars maxima eorū ipsius verbo et exemplo ad christū conuersa est. Quo a iudice cōperto ad locū aliū pene inhabitatū relegatus est. Cūq̄ ad christū multi christiani ex locis vicinis cōfluerent: Dionysius et cū eo caius et petr⁹ diacones cathenis vincti et dudum cruciati in quoddā desertū hebic missi sunt: vbi eos itinere trium dierū vinctos reliquerūt: qui tū ab angelo confortati et soluti sunt. Post aliquod vero tēpus Dionysius anno. xii. galieni imperatoris reuersus alexandriā cōfectus senio quieuit in pace kalendas decēbris. xv. anno sui epatus. Hic multa probatissima opuscula scripsisse traditur. Scripsit enī de penitētia lapsoꝝ ad egyptios. Hortatoriū de martyrio ad origenē. Itē aliud ad laodicenses. Ad armenos de patiētia. Ad corneliū romanū pontificē scripsit plurima. Ad fabianū antiochenum episcopū scripsit de his qui sub decio principe martyriū agones apud Alexādriam passi sunt. Scripsit et ad romanos epistolas de ministerijs. De pace. De penitētia ad quosdā qui nouatū hereticum sequebātur. Item ad eosdem alias duas ex quo ad fidē cōuersi sunt. Sed ad multos alios varia et diuersa scribens studiosis quibusq̄ instructionum et doctrine copiosissimā materiā dereliquit. Scripsit et libros de baptismo ad philemonem. Itē ad Dionysium vrbis romane presbyterum. Item ad romanū pontificem. Item librū de repromissionibus futuris. Aduersus celsum quendā epicurum philosophū: qui contra nos libros scripserat octo voluminibus respōdit. In euangeliū matthei. xxv. cōmentariorum libros edidit. In. xii. prophetis plurima cōmentatus est. Extant et ei⁹ epistole ad philippū imperatorem cuiusq̄ coniugem seuerā. Itē ad fabianū papā et plurimos ecclesiarum principes pro catholica fide. Extant et alie ad diuersos scripte quarum centum numero scribit Eusebius in libros digestos se tradidisse memorie.

De sanctis Ocyscello et Uictoria martyribus. Capitulum. lxx.




Ocyscellus et victoria martyres apud ciuitatē cordubā prouincie hispanie passi sūt: qui post diuersa eis supplicia illata ob cōfessionē nois christiani victoriam martyrij gladio cedente percipere meruerūt: ibiq̄ sepulti coluntur: vbi etiā ob cōmemorationē preciose mortis eorū eodē die ipsoꝝ martyrū rose ore singulis annis diuinitus colliguntur. Qui passi sunt xv. kalendas decembris. Hec Ado.

De sancto Amano episcopo. Cap. lxxi.



Aman⁹ epūs apud aurelianū claruit tpe honorij imperatoris: q̄ beato euurtio in episcopatu eiusdē ciuitatis successit. Ingressus autē ciuitatem postulauit cuidā exagrippino muneri p̄fecto vt vinculis cōpeditos relaxaret: qd̄ dū ille facere renuisset: lapis repēte de turri decidit: et caput exagrippini percussit quē pene exanime domū delato sanctus Aman⁹ ad eū intrauit et orationē pro ipso effudit: statiq̄ sanguis de cerebro manare destitit. Ille aūt mox liberat⁹ et penitēs vt sctūs vir postulauerat cōpeditos absoluit. Cū ecclesiā suā altius extolli faceret: quidā presbyter magister de tecto lapsus q̄si in extremis iacebat extinct⁹: s; postq̄ sctūs epūs eū tetigit: et p manū apprehēdit cōtinuo surrexit illesus. Post hoc aurelianēsis ciuitas ab attila gothoꝝ rege obsessa est. Cū aūt supra muri aditū letanias cū reliquijs sctōrū celebrās cū pplō circuiret sacerdos q̄dā a barbaris capt⁹ eū redarguit dicēs q̄ similia in alijs ciuitatib⁹ fecerūt et nihil eis profuerat: q cū ille dixisset protinus expirauit. Uerū dū gothi vrbē ipugnarēt: Aman⁹ murū ascēdēs cōtra hostes expuit: et subito tāt⁹ sup eos imber descēdit: vt a dimittēdo plio oīno cōpulsi ad castra redierint. Dū aūt epūs ad eos exiuisset: et p pplō intercedēs ab attila nihil penit⁹ obtinere potuisset: s; die sequēti aduersarij vrbē violēter itrātes plaustra coꝝ spolijs onerarēt. Amanus p spm̄ arelatū delatus etiā patriciū romanū in subsidiū cōuocauit: q̄ concit⁹ eodē die diuino nutu cū exercitu suo illuc deueniens: gothos inuadēs expugnauit: hostesq̄ de ciuitate maxima cede fugauit. Dei⁹ autem meritis sui sancti oēs ciues illesos cōseruauit preter illos qui de meritis amani diffisi ianuas aduersarijs reserarūt: quā etiā victoriā vbertas immensa fructuum est subsecuta. Quieuit aūt sanctus in dño anno honorij imperatoris. xii. xv. kalend. decembris.

De sancto Gregorio epō turonū. Cap. lxxii.



Gregori⁹ turonēsis epūs ordinat⁹ est anno iustiniani septimo: vt ait sigibert⁹ in chro. clarus. Hic de aluernia natus dum partes illas trāsiret: et orta tēpestas atq̄ tonitrua et fulmina oēs exterrerēt: ipseq̄ reliquias quas ad collū gerebat tēpestati ostēdisset: diuisus nimb⁹ a dextera ei⁹ et leua iter illesum pretereuntib⁹ dimisit. Ipse aūt ex hoc aliquali inani gloria motus cōtinuo diuino iudicio de equo cecidit et ullisus diebus pluribus decu-

bisit. Sicq3 abinde de ꝓpriis meritis nō esse psumēdum diduxit. ¶ Anno igitur .clxxii. post obitum sancti Martini cathedram turonensem regendā accepit: qui ecclesias plures construxit τ libros plurimos composuit atq3 signorū mirabilibus claruit. ¶ In quadā3 cū villa cum domus pauperis rustici igne accensa esset q̄ aqua deficiēte olno extingui nō valeret pductis de sinu reliquiis ibique oppositis domum cū rebus oībus ab incēdio liberauit. ¶ In remensi oppido referēdarium quendā sigiberti qui dieb⁹ pluribus aure vna surducat diū sermocinaret ad auditū clarū reducit. ¶ Apud pictauium post orationē factam ad sepulchrum sancti hilarij dum radegundē reginam visitasset τ ipsi ambo diuinis colloquiis mutuo instarent: oleum qđ ante crucem sancti hilarij guttatim manare consueuerat intra vnā horā tantū profluxit vt sextariū exundaret. ¶ Et cū inde discessisset τ dicta regina in pace quieuisset gregorius per nunciū requisitus ipsam sepeliuit. Hic annis .xi. ante beatum gregorium papam magnum episcopus factus eo in pontificatu sublimato romā adijt: τ eidem in amicitia coniunctus ab eodem honorifice susceptus τ tractatus fuit. Cum autem gregorius papa gregoriū epm viri statura pusillū miraret tante virtutis virū: audiuit ab eodē versiculū illum. Ipse fecit nos τ nō ipsi nos: qui ei⁹ cogitationē ab eo p spiritū cognitā nouit: τ ab eodē veniam postulauit. Et de viri meritis admirat⁹ eū est amplius reueritus. Quieuit in dño vir sanctus .xv. Kal. decēbris. Sepultusq3 est in ecclesia turonsi ad leuā beati martini. ¶ Hic frācorū regū scripsit historiā incohans a faramūdo primo ipsorū rege τ vsq3 ad theodoricū dagoberti secundi filiū claro τ apto stilo deducēs. Scripsit τ volumē miraculorum beati martini τ alia plura.

¶ De sancto Gregorio epo hispaniensi. Cap. lxxiij.



Gregorius episcopus apud hispanias claruit. Hic liberitensis eps fuit qui ad extremā vsq3 senectā tractat⁹ diuersos mediocri sermone texuit. Et de fide catholica volumē elegās compilauit. Et apud liberitensem ciuitatē vite τ sermone conspicuus in pace quieuit. Ibidemq3 sepultus in virtutibus viuit. Hec hieronymus libro de viris illustribus.

¶ De dedicatiōe basilicar apostolorū petri τ pauli. Cap. lxxiiij.



Dedicatio basilicarū apostolorū petri τ pauli rome a beato siluestro papa facta est .xiiij. Kalē. decēb. Cū em cōstātinus impator ab eodē sancto pōtifice a lepra mūdatus atq3 baptizatus ecclesiā in honorē saluatoris mūdi fabricasset vel in ꝓprio lateranēsi palatio: quā etiā pfatus papa ꝯsecrauit vt dictū est supra in eius dedicatione .v. idus nouēbris pfatus xp̄ianissimus princeps basilicas duas in honore apostolor a fundamētis erexit. fecit em basilicā beato petro apostolo i tēplo apollinis iuxta palatiū neronianū in vaticano: vbi idē aplorū princeps crucifix⁹ est. Itē aliā basilicā beato paulo apostolo extra vrbē in via ostiēsi ppe locū vbi decollat⁹ ē. Et in qualibet ipsar ecclesiarū dū terra foderet ad fundamēta locanda pdict⁹ gl'iosus augustus in exēplū summe humilitatis τ deuotionis duodecim cophinos terre effosse ad honorē .xij. apostolor ꝓpriis humeris baiulauit. Ipsasq3 basilicas mirificis donis τ ornamētis in auro τ argento τ gēmis infiniti pcij magnifice dotauit: quas ambas ecclias beatus Siluester papa vno τ eodē die ꝯsecrauit: τ in altari vtriusq3 ossa aplorū petri τ pauli mixta locauit. Postq̄ eū comei⁹ papa apostolor corpa de catacūbis leuata ad loca vbi prius sepulta fuerāt reportauit sicut dictū ē supra in passiōe petri apl'i .iij. kal. iulij. Et beat⁹ Siluester ecclias eor ꝯsecrare disponeret: ossa amborū apostolorū insimul cōmixta in lāce summa reuerēt. a equaliter pōderauit: τ medietatē i vna ecclia τ reliquā medietatē in alia collocauit. Et vtrarq3 ipsarū basilicar in anniuersariis ipsi⁹ cōsecrationis festo .vij. milibus annor indulgētiis dotauit: atq3 quoq3 tpibus ꝓlurimis spectalē veniā multorū annor ipas ecclias visitātib⁹ cōdonauit. Tradunt romani in eorū chronicis antiqs scriptū cōtineri: qđ dum sanctus siluester ad instantiā constātini augusti et summa deuotione vtrāq3 ecclesiam apostolorū vno τ eodē die cōsecrare decreuisset: vt sicut vno τ eodē die recolit festum eorū passionis: sic ageretur τ eorū basilicar cōsecratiōis. Et primo ecclesiā beati petri ipse pōtifex dedicasset. Deinde ad ecclesiā beati pauli p iiij. miliaria distantē dedicādā cū oī populo accederet: tēpusq3 sibi deficeret: τ tpore qz dieb⁹ tūc breuib⁹ sol ad vesperū ꝓpinquaret timēs siluester ne nox supueniens ei⁹ officiū impediret in virtute xp̄i τ apostolorū soli mādauit ne ad occasum tēderet donec ipe officiū alterius ecclie ꝯsecrāde ꝯpleuisset. Statimq3 virtute diuina sol miraculose stetit nec vlteri⁹ se mouit donec papa cum pplo ad pauli basilicā puenit τ offm̄ ꝯsecratiōis pfecit.

¶ De sancto Romano martyre. Cap. lxxv.



Romanus martyr apud antiochiā passus est tpe maximiani imperatoris sub asclepiade pfecto. Cū em dict⁹ pfect⁹ i ipas vrbē ab imperatore missus ingressus esset vt xp̄ianos imolare ꝯpelleret τ eccliam destrueret. Roman⁹ monach⁹ xp̄ianis suadebat: ne pfectū in eccliam eorū intrare pmitterēt: nec ei i aliquo obedirēt. Qđ cū pfecto nūciatū esset fecit eū ꝯprehēdi τ sibi pīntari mandēs vt diis immolaret iuxta impatoris decretū. Cū autē ille xp̄ianum se assereret: τ nulla ratione diis sacrificaturū dixisset. Iussit eū prefect⁹ in equuleo leuari. Sz audito q̄ esset de pcoirib⁹ ciuitatis fecit eū deponi: τ cepit blādis sermonib⁹ ipm ad suū ꝯsensum puocare eo q̄ nobilitati eius vellet deferre. Ille aūt ecōtra dicebat nobilitatē suā in sola xp̄i cōfessione cōsistere. Tūc pfectus iussit os ei⁹ cū lapidib⁹ pcuti ne tā indisciplinate respōderet. Deinde fecit illū acri⁹ torqri. Cū aūt roman⁹ diceret q̄ deos q̄ ab hoībus facti sunt nemo colere debet τ in hui⁹ testimoniū infantē vnū i platea deābulātē pduceret: puer q̄q3 hec eadē affirmaret. Iratus pfect⁹ puerū teneri fecit τ catominus cedi: matrē quoq3 illius adduci et in ei⁹ conspectu filiū suspēdi τ torqueri: q̄ mater in nullo perturbata filiū in dño cōfortabat. Romanum autem mandauit asclepiades diutius fust igari: deinde ipsum vna cum puero in carcerem recipi ambos in crastinum exurendos. Sequenti vero die fecit extra ciuitatem ignem copiosum accendi: romanum ac puerum eductos de custodia cremandos adduci. Sed eadē hora pluuia copiosa descēdit τ ignē totaliter extinxit. Qđ audiens prefectus precepit puerū capite truncari: romano vero linguam precidi. Mater vero pueri corpus filij sublatum sepeliuit. Romanus autē lingua precisa nihilominus diserte loquebatur: τ de sanguine ꝓprio laudes dei scribēs xp̄ianos astātes hortabat. Prefectus vero cū hoc audisset: carnificem qui linguā eius absciderat teneri fecit eumq3 occidi mādauit eo q̄ linguā eius modico precidisset: qui vt prefecto satisfaceret porci vni linguam excidit: et mox porcus dolore defecit. Sicq3 prefectus carnificem inculpabilem dimisit. Romanū autē fecit incarcerē trudi: eo q̄ populū timeret quia de nobili ꝓgenie esset. Noctu autem mādauit eū asclepiades in carcere prefocari. Cui⁹ corpus a christia-

tis in ipsa vrbe honorifice sepultus est. Passus est autē xiiij. kalendas decembris.

¶ De sancto Hesychio martyre. Cap. lxxvj.



Hesychius martyr apud antiochiam passus est sub maximiano. Qui cū esset miles ⁊ preceptū maximiani audisset: vt si quis nō sacrificaret idolis cingulū milicie deponeret: repente ac sponte cingulum soluit. Ob hanc causam ab imperatore detentus: dum christum cōfiteretur muliebri colobio indutus ligato in collo ei⁹ saxo ingēti in flumine orāte precipitari iussus martyrio coronatus. xiiij. Kalen. decembris. Hec Ado.

¶ De sancto Gelasio papa Cap. lxxvij.



Clemens papa et martyr: huiꝰ nois primꝰ natiōe romanꝰ ex patre Faustino de regione celiomōte clero romano pōtifici in cp̄atu successit: sedit annos nouem: mēses duos: dies .x. Hic cōstituit canonē sup eucharistiā decantari: ⁊ vt ep̄s electiōe cleri ⁊ laude ppl̄i cōstitueretur: ⁊ vt cathedra ep̄alis i eminētiori loco statui deberet: qua residēs ep̄s oēs posset circūspicere: ⁊ ab oibꝰ circūspici. Cōstituit etiā: vt baptizatus ꝙ citiꝰ potest confirmet: ⁊ ne sit perfecte christianus: qui cōfirmationem nō necessitate sed incuria ac volūtate omitteret. Hic etiā fecit septem regiones diuidi notarijs: qui gesta martyrū solicite ⁊ curiose vnusquisqꝫ per regionē suam diligenter perquirerēt. Hic enim quamuis a beato petro electus esset: vt supra dictum est in passione sancti petri. iij. kalen. iulij. Timēs tamē ne talis consuetudo errorē in ecclesia dei induceret linum ⁊ cletum ante se pontificari coegit. Et sic clemens primus fuit post petrum ꝑ electionē: tertius vero per gradum. Qui ita morum ornamento pollebat: vt iudeis ⁊ gentilibꝰ: ac etiam christianis omnibus complaceret. Singularū inopes regionū scriptos habebat: ⁊ quos baptismo nuper mūdatos nouerat: non sinebat publice fieri mendicitati subiectos. Cum itaqꝫ flauiam domitillā virginem neptē domitiani imperatoris sacro velamine consecrasset: de qua supra dictū est in eius passione nonis maij. Et theodorā vxorem sisinnij amici nerue imperatoris ad fidem conuertisset: ⁊ in castitatis eam proposito cōfirmasset. Sisinnius zelo ductus: ecclesiam post suā vxorem occulte intrauit: volens scire propter quid ipsam ecclesiā frequentaret. At vbi a sancto clemēte oratio fusa est: ⁊ a populo. Amen responsum est. Sisinniꝰ cecus ⁊ surdus statim efficitur. Qui dum pueris suis mandasset: vt ei manum dentes foras educerent: pueri per totā ecclesiā gyrantes eū ducebāt: nec ianuas inuenire valebant. Quod videns theodora primū quidem ab eis declinauit: putās ꝙ vir suus eam agnoscere posset: postmodū autē ab eis didicit: quid hoc esset. Tunc illa pro viro suo in orationem se dedit: ⁊ postmodum pueris suis mādauit: vt securi a modo exirent: ⁊ dominum suum domum adducerent. Cumqꝫ illi abijssent theodora clementi quid factū fuerat exposuit. Ad quē sanctus rogatu theodore venit: ⁊ ipsum apertis oculis nihil videntem neqꝫ audientem inuenit: ⁊ cum pro eo orasset ille auditū ad lumē recuperauit. Et videns clementem iuxta coniugem stantem zelo ductus amens efficit ⁊ se magicis delusū artibꝰ arbitrat: precepitqꝫ seruis suis: vt clementem ⁊ clericos eius funibus ligatos traherent. At illi columnas et saxa vincientes trahebant: ⁊ tam ipsi quam sisinnius clementem et eius clericos se trahere putabant. Clemens vero eis dicebat vt quia saxa deos existimabat saxa trahere meruerat. Sicqꝫ vna cum clericis suis inde discessit: ⁊ theodora pro viro in oratione perseuerauit. Cui beatus petrus apostolus apparuit: ⁊ per eius orationem virum eiꝰ saluandum esse promisit. Statimqꝫ sisinnius cōuertitur: ⁊ vna cū vxore castitatē profitetur: accersito quoqꝫ clemente ab eodem in fide instruitur: ⁊ cum trecentis et tribus de domo sua baptizatur. Unde ⁊ postmodum per ipsum sisinnium multi nobiles ⁊ amici nerue imperatoris in domino crediderunt. ¶ Tunc comes sacrorum pecuniā multis dedit ⁊ contra clementem ep̄m seditionem in populo excitauit. Cuius occasione Mamertinus vrbis prefectus clementē quamuis inuiꝰ tenuit: ⁊ imperatori traiano de eo scribēs: respōsum accepit ꝙ aut ipsum sacrificare compelleret: aut in helespōti insulam ipsum in exilium mitteret. Prefectꝰ autem ei cōpatiēs: lachrymas ꝑ eiꝰ exilio fudit ⁊ nauem ei cū omnibus necessarijs delegauit. Quē multi de populo in exilium secuti sunt. Clemens igitur clemens ad insulam plusquā duo milia christianorū ibidē inuenit: iam diudū ad secāda marmora damnatorum. Quem illi cū lachrymis excipiētes: ab eo dulciter cōfortati sunt. Et cū ab eis didicisset ꝙ a sexto miliario aquā in suis humeris deportarent: orationē pro eis fudit: omnesqꝫ orare precepit: vt qui in deserto sinai aquam de petra produxerat: confessoribꝰ suis in ipso loco fontis venas aperiat. Et circunspiciens vidit agnum stantem: dextroqꝫ pede erecto quasi locū ep̄o ostendētē. Quē xp̄m esse intelligēs: ad locū perrexit: ⁊ in nomine trinitatis ibidē fodi precepit. Sed cum nullus locum in quo agnꝰ steterat cōtingeret: ipse accepto breui sarculo: leui ictu saxum sub agni pede percussit. ⁊ statim fons inde magnꝰ erupit: ⁊ vsqꝫ in presens in flumē excreuit. Ad qd̄ miraculum multi confluxerūt: ⁊ plusquam quingenti ab eo baptisma susceperunt. Et idolorum templa destruentes per totam prouinciam intra annum lxxv. ecclesias edificauerunt. ¶ Post annos vero tres imperator traianus hoc audiens quendam ducem nomine aufidianū illuc misit: qui christianos exanimare cepit. Et dū libēter oēs mori cōspiceret multitudini cessit: ⁊ solum clemētē tenuit: ligataqꝫ in collo ipsius anchora: eum in medio mari precipitari mādauit: ne christiani corpus eiꝰ possent sepelire: ⁊ ipsum pro deo colere. Stante aūt omni multitudine iuxta littus: phebus ⁊ corneliꝰ eius discipuli orare ceperunt: vt dominꝰ eis ostenderet martyris sui corpus. Et cōtinuo mare per tria miliaria recedente omnes per siccum ingressi: inuenerūt in modum templi marmorei habitaculum a deo paratum: ⁊ ibi in arca saxea corpus sancti martyris positū ⁊ anchoram iuxta eum. Reuelatum est aūt discipulis ne corpꝰ ipsius inde amouerent. Omni vero anno tp̄e passiōis eius per septē dies mare ad tria miliaria recedebat et siccū iter ad corpus eiꝰ venientibꝰ tribuebat. Quod ꝑ annos plusquā ducētos durauit. Passus est autem .ix. kalē. decēbris. Hic fecit ordinatiōes duas ꝑ mēsem decembris presbyteros .x. diaconos .ij. ep̄os ꝑ diuersa loca numero .xv. ⁊ cessauit ep̄atus dies .xxiij. ¶ Hic plures libros christiane religionis scripsit. Composuit enī librum historie scholastice: quem quidam itinerarium vocant. Scripsit ex persona romane ecclesie ad corinthios epistolam valde memorabilē: ⁊ illi que sub beati pauli apostoli noie ad hebreos scribit: stilo ⁊ sensibus valde cōformem. Fertur ⁊ alia ex eius nomine disputationem petri ⁊ apionis continēs: quā eusebius in .iii. ecclesiastice historie redarguit. Sed ⁊ tertiā eiusdē clemētis fuisse a nonnullis traditū est. Scripsit ⁊ alias duas epistolas que catholice nominant. Hec hieronymꝰ libro de viris illustribꝰ. ¶ Leo ep̄s ostiēsis tradit ꝙ tem

pore michaelis imperatoris cōstantinopolitani quidā philippus sacerdos cersonā veniens: de his q̄ narrant in historia clemētis de maris apertiōe habitatores interrogauit: qui nihil de hoc scire pfessi sunt: eo q̄ aduene plusquā indigene erāt. Siqu. dē miraculū illud iam dudū ob habitantiū culpam cessauerat: ob incursum barbarorū templū destructū fuerat: arca cū corpore marinis fluctib⁹ obruta. Tūc assumpto epo georgie ciuitatis: cū clero z populo accesserūt ad insulā i qua putabāt eē martyris corp⁹: vbi diuina reuelatione fodientes corpus inuenerūt: z ancorā cum qua fuerat in mare proiectum. Quod cersonam deportantes ibidem sepelierunt. Tempore vero nicolai pape primi corp⁹ ipsum a sancto cyrillo sclauorum episcopo inde sublatum z romam delatum: atq3 in ecclesia eius nomine fabricata recōditū est: vbi requiescit miraculis clarēs.

¶ De sancta Felicitate martyre. Capi.xcix.



Felicitas martyr rome sub antonio pncipe passa est agēte publio vrbis pfecto. Hec fuit mater sanctorū septē fratrū martyrum: de quib⁹ supra in eorū passione dictū est. vj. idus iulij. Quos oēs vna cū matre ad suggestionē pontificum idolorū antonin⁹ imperator detēros publio vrbis prefecto tradidit: ad deorū sacrificia compellēdos. Cū aūt felicitas nec blandimētis allici: nec terrorib⁹ frāgi posset quin poti⁹ filios vt in christi confessione persisterent hortaretur. Iussit eā prefectus alapis cedi: deinde in carcere per mēses quatuor z dimidiū macerari. Filios autem ipsi⁹ oēs singulatim vocatos z sacrificare nolētes p diuersa supplicia iussit interimi: vt super⁹ de eis dictū est. Felicitatē vero post dictū terminū eductā in perseuerantia xpianī nominis fecit decollari nono kalēdas decembris. Cuius corp⁹ a xpianis iuxta filiorū corpora rome sepultū est. Hāc bertā mulierē vocat gregorius plusq̄ martyrem: q2 fuit octies martyr. Passa est enī septies in. vij. filijs: z octauo in corpore proprio.

¶ De sancta Faustina regina z martyre. Capitu.c.



Faustina regina apud alexandriam passa est sub maxentio principe. Que cū esset ipsius cesaris vxor: a beata katherina i carcere detenta: vna cū porphyrio principe militie conuersa est: vt dicetur infra in passione katherine. vij. kalendas decembris. Sicq3 in christū corde credens per dies plurimos secretius christianitatem occultauit. Cū autem vidisset miraculū qualiter angelus domini de celo veniēs rotas gladijs circumseptas diuellendo dissipasset: z beatam dei virginē a tam duro mortis periculo liberasset. Regina que vix3 tunc se celauerat: ad imperatorem descendit: z de eius duritia ipsum constantius increpauit. Et cum se christianam diceret: z sacrificare contempsisset. Maxentius ira repletus iussit eam extractis prius mamillis decollari. Que dū ad martyrium duceretur: katherinam rogauit vt pro se dominum precaretur. Quas illa in domino cōfortauit: z ad passionem constantius animauit. Ministri igitur faustinam tollentes: z eamq3 extra ciuitatem educētes mamillas ipsius hastilibus ferreis euellunt: z postmodū ei caput precidunt. Cuius corpus porphyrius rapiens sepeliuit. ix. kalendas decembris.

¶ De sancto Chrysogono martyre. Capi.cj.



Chrysogon⁹ martyr apud aquileiā passus est sub diocletiano imperatore. Qui apud vrbē in vincula cōiectus sancte anastasie alimonijs fouebat. Que non solū ei: sed etiam alios xpianos in carcere detētos necessaria soluite ministrabat. Unde hac occasione vir ei⁹ publius gētilis anastasiā in arctissima custodia reclusit: ita vt etiam ei alimoniā denegaret. Ipsa autē chrysogono epistolas amaritudinis sue narratiuas destinabat: z ille vero cōsolatorias remittebat. Sed interea vir eī legationē ad psidē missus anastasie custodiā triplicauit: ita vt lucē ipsaz et victū ei negari iussisset: vt sic ipsa fame tabefacta deficeret: z ille oīz facultatū ei⁹ dñs p̄maneret. Que cū se putaret deficere a beato chrysogono p epl'as cōfortata: vt sperās in xpo celerē ei⁹ mariti obitū parturit. Interea post dies paucos vir ei⁹ apud psidē moritur: z ipsa de carcere liberata: q̄ iterū carceres visitare cepit z xpianis pauperib⁹ subuenire. ¶ Cū ergo imperator diocletian⁹ apō aquileiā resideret: z epl'as romā scripsit: vt oēs xpiani vincti deberent interfici: ad se x̄o chrysogonum destinari. Cui cū sibi p̄sentato p̄fectura dignitatē z p̄fus sui cōsulatū offerret: tātū vt dīs sacrificaret: illeq3 ola simulachra demoniū thecas affirmaret. Iussit eū Diocletian⁹ duci ad aquas gradatas atq3 ibidē decollari. Corp⁹ autē ei⁹ ad litt⁹ iactatū est iuxta possessionē que dicit ad salu⁹: caput vero in mare proiectum. Zoilus autē presbyter sancti chrysogoni corp⁹ collegit: z in domo sua in loco subterraneo posuit: eiu p reuelationē indicatū est quo caput martyris mare iactasset. Pergēs ergo ad egrotere: inuēta illud inuenit: quasi eadem die fuisset abscissum: quod auferens corpori ipsi⁹ compaginauit. Passus est autem sanctus martyr. viij. kalendas decembris.

¶ De sancto Crescentiano martyre. Capi.cij.



Crescentian⁹ martyr rome passus est sub maximiano filio diocletiani imperatoris: agente carpasio vicario. Qui maximianus crescētianū clericū cū sanctis cyriaco largo z smaragdo detinuit: eosq3 carpasio vicario puniēdos tradidit sicut dictū est supra in passiōe sanctorum cyriaci z sociorū. vi. idus augusti. Cū ergo carpasius oēs p̄dictos martyres decollasset: z crescentianū dudū in custodiam detinuisset: ipsum tandē eductum z idolis immolare nolentem: iussit in equuleo suspēdi z fustibus cedi: atq3 vngibus ferreis crudeliter lacerari. Et cū in his deo gratias ageret: precepit flammas ad latera eius apponi. Et cum diu incendio constrict⁹ vreretur emisit spiritum. Cuius corpus in platea ante templum palatij iactatum a ioanne presbytero noctu recollectum: z in cimiterio priscille via salaria in arenario sepultum est. viij. kalendes decembris.

¶ De sanctis Porphyrio z socijs martyribus. Capitu.ciij.



Porphyri⁹ martyr cum socijs suis videlicet militibus ducentis apud alexandriam passus est sub maxētio cesare. Hic cū esset princeps militie imperatoris: a regina faustina rogat⁹ eā ad beatā katherinā in carcere detētā nocte quadā adduxit z videns mirabilia que in carcere fiebāt apud virginē vna cū p̄dicta regina christi fidem

ſti fidē percepit:vt dicetur infra in paſſione ipſius virginis.vij.kalendas decembris. Cū aūt regina ꝓ chriſti noīe paſſa eſſet. Porphyri⁹ corp⁹ eius rapiēs ſepeliuit:vt ſupra dictū eſt in paſſione fauſtine.viij. kalend. decēbris. ¶ Sequenti vero die dū de corpe regine queſtio fieret:⁊ multos propter hoc ad ſupplicia pertrahi maxēti⁹ iuſſiſſet. Porphyri⁹ ꝓrumpēs in mediū exclamauit ꝙ ipſe eſſet qui chriſti famulā ſepeliſſet:⁊ chriſti fidē ꝑcepiſſet. Et cū oīa q̄ cōtigerant:ſuis cōmilitonibus ducentis numero retuliſſet:illi ſimiliter diuinit⁹ compuncti ſe chriſtianos eſſe velle dixerunt:⁊ vna cū ſuo ꝑncipe ſe mori paratos obtulerunt. Tunc ceſar furibūdus eos omnes precepit vna cū Porphyrio decollari:⁊ corpora eorum canibus deuoranda dimitti:q̄ tamen a chriſtianis nocte collecta ⁊ extra muros ciuitatis ſunt tumulata octauo kalendas decembris.

¶ De ſanctis Flora ⁊ Maria virginib⁹ et martyribus Capitulum.ciiij.



Flora ⁊ maria virgines apud cordubam ciuitatem hiſpanie paſſe ſunt: que primo diuturnos carceres pro chriſti nomine paſſe:multaq̄ famis ⁊ inedie maceratione affecte: nouiſſime autem gladio interempte coronam martyrio perceperunt.viij.kalendas decēbris. Hec Ado.

¶ De ſancta Katherina virgine ⁊ martyre. Capitulū.cv.



Katherina virgo ⁊ martyr apud alexandriam ciuitatem paſſa eſt ſub maxētio imperatore. Hec enī coſti regis alexandrie filia vnica in eius decrepita etate nata:puella admodum ſpecioſa intra annū.xviij.oīb⁹ liberalibus ſtudijs imbuta eſt quā pater moriens ſuccetricē in regno reliquit. Cū aūt patre defuncto a quodā maximo principe in cōiugiū peteret:⁊ ipſa de hoc a matre inſtantius pulſaret:virgo adhuc gentilis:ſuperba mente denegabat:dicēs ꝙ nenunē vnquā in vnū aſſumeret:niſi eū vt ipſa nobilis:ſpecioſus:diues:ac ſapiēs eſſet. Sꝫ dū princeps ille amore virginis capt⁹ inſtaret:cōminās ciuitatē alexādriā inuaſurū:niſi eā mater ſibi traderet ⁊ mr̄ ex hoc nimiū formidaret:rogauit filiā vt quēdam eremitā xp̄ianū atq̄ p̄ſbyterū virū boni ꝯſilij ⁊ prudētie famoſum extra vrbē habitatē adirēt vt ſup inde ꝯſiliū ei⁹ reqrerēt ⁊ audirēt. Sperabat enī mater cū eſſet xp̄iana:vel filiā ad coniugiū inducēdā vel saltē huius occaſione ad fidē chriſti cōuertēdā. Nā puella philoſophorū ſtudijs dedita chriſtū cōtēnebat:nec de eo a matre quicquā audire volebat. Cū ergo mater ⁊ filia ad eremitam veniſſent:illeq̄ ad preces matris virginē de coniugio pulſaret:⁊ ipſa eadē ei que matri dixerat reſpondiſſet eremita ſpiritu dei tactus:eidē ꝓmiſit quod ſponſum ei dare volebat ne dū ei ſimilē ſꝫ ipſa ⁊ creaturā quālibet in oīb⁹ excedētē. Queꝫ dū puella ſibi oſtendi petiuiſſet:ille tabulā pictā eidem tradidit deferēdā:in qua erat imago deuota virginis chriſtū puerū baiulātis:dixitq̄ virgini illas eſſe imagines ſponſi ⁊ genitricis:q̄s ſi deuote oraret ſe ab ea videri permitteret. Virgo aūt reuerſa dū nocte illa ante tabulā orās aliquātulū obdormiſſet:vidit in ſomnijs cū matre virgine chriſtū vltra oēm pulchritudinē ſpecioſum. Cui dū dei genetrix Katherinā offerret in ſpōſaꝫ:chriſt⁹ eā repudiauit:eāq̄ nō eſſe pulchrā aſſeruit. De quo dū virgo excitata ⁊ iā amore ſponſi capta triſtis eſſet ad mortē:facto mane matrē vocauit:⁊ concita ſecū ad eremitā acceſſit:cui oīa viſa expoſuit. Quā ille de chriſti fide plenius informauit:⁊ cōuerſam baptizauit:⁊ promiſſione ei ꝓculdubio facta ꝙ ipſo amato eſſet grata. Cū igit virgo rediſſet ⁊ proſtrata ante iconā oberorauiſſet. Iterū eidē mr̄ cū filio ſole ſplēdidior:⁊ cetu angelorū apparuit:mr̄ filio ſponſaꝫ obtulit. ⁊ ipſe eā vt pulchrā ⁊ decorā ac purificatā accepit:eamq̄ celeſti anulo ſubarrauit. Excitata virgo anulū ſibi in digito reperit ⁊ mr̄i ſue cū gaudio oſtēdit ⁊ viſa retulit:ſicq̄ deinceps xp̄i amore ſuccēſa:mūdi pōpas ꝯtēnere cepit. In palatio tū diuitijs ⁊ pueris pleno ꝑmāſit:donec mater a ſeculo migrauit. ¶ Cū aūt maxenti⁹ impator oēs tā diuites quā pauperes ad alexādriā cōuocaſſet: vt idolis immolarent:⁊ chriſtianos nolētes immolare puniret: Katherina cū eſſet in palatio audiēs animaliū diuerſorū mugit⁹:⁊ cātātiū plauſus:miſſo illuc nūcio inquiri iuſſit celeriter quid hoc eſſet. Qd cū didiciſſet: aſſumptis ſecū aliquibus de palatio ſigno crucis ſe muniēs illuc acceſſit. Ibiq̄ multos chriſtianos metu mortis ad ſacrificia duci cōſpexit. Que vehementi dolore cordis ſauciata ad imperatorē ſe audacter ingeſſit: nullāq̄ ei ſalutationē premiſit. Sꝫ ſtans ante ianuā tēpli ꝑ varias cōcluſiones ſyllogiſmorū allegorice ⁊ philoſophice multa cū ceſare diſputauit. Deinde ad cōmune colloquiū rediēs:ipſum cōfidenter redarguit ꝙ incaſſuꝫ tātā multitudinē cōgregaſſet ad colendā ſtultitiam idolorū:veruq̄ deū celi ⁊ terre atq̄ creaturarū omniū creatorē eſſe cōprobans:chriſtū dei filiū incarnatuꝫ et paſſuꝫ atq̄ in celis glorioſuꝫ aſcendiſſe cōſtāti⁹ p̄dicauit. Et cū ſapienter plurima diſputaſſet. ſtupefact⁹ ceſar ad hec reſpondere nō valens:eam rogauit vt ſacrificiū ſuū cōpleri fineret:⁊ poſtmodū ei reſpōſa daret:precepitq̄ eā ad palatiū duci ⁊ cū diligētia cuſtodiri: admirans eius prudentiā ⁊ corporis elegātiā. ¶ Veniens ergo ad palatiū imperator eā ſibi preſentari iuſſit:⁊ ipſaꝫ de eius ꝓgenie requiſiuit. Que reſpondit ſe filiā regis coſti fuiſſe:⁊ in purpura natā ac liberalibus diſciplinis plениter inſtructā eſſe:omnia tamē propter chriſtū cōtēpſiſſe:deos aūt quos imperator colebat nec ſe nec alios iuuare poſſe. Cū aūt ꝑ multa poetarū exempla:⁊ philoſophorū argumenta deos gentium apertis rationibus cōfutaret:pluraq̄ cū ceſare diſputans ipſuꝫ in oībus viciſſet:vidēs ille ꝙ ei⁹ ſapiētie obuiare nō poſſet:mandauit ꝑ literas vt oēs rhetores ⁊ phi de circūſtātib⁹ regionib⁹ ad alexandriā feſtinarent diuerſa munera recepturi ſi concionatricē virginē ſuperarent. Adducti ſunt igitur de diuerſis partib⁹ quinquaginta oratores:qui oēs mortales in mūdana ſapientia excellebāt. Quib⁹ interrogantib⁹ cur de remotis illuc partib⁹ vocati fuiſſent:⁊ cauſam eoꝝ cōuocationis didiciſſent:deridentes quod vnius mulieris occaſione tanta illuc ſapientia cōueniſſet puellā ad ſe adduci iuſſerūt:vt ſua temeritate conuicta:nunquā ſe ſapientes vidiſſe cognoſceret. Que cū certamē ſibi imminēs audiſſet domino ſe cōmēdauit. Quā angelus in chriſto cōfortauit:⁊ vt conſtanter ſtaret admonuit:quia nedū ab illis vinci nō poſſet:ſed etiā illos victos ⁊ cōuerſos ad palmam martyrij deſtinaret. Cū ergo coram oratoribus adductā fuiſſet:⁊ cū eis ſapiētiſſime diſputaſſet ac deos apertiſſime demones aſtruxiſſet:obſtupefacti ⁊ illi quid dicerēt non habentes:muti penitus ſunt effecti. Tunc imperator furore repletus eos redarguit. ꝙ ſic turpiter ab vna puella ſe vinci permitterent:vn⁹ autem magiſter aliorū ſic reſpondit ꝙ licet null⁹ adeo ſapiens ante eos nunquam ſtare potuiſſet:tamen ipſa puella in qua dei ſpiritus loquebatur:ſic eos in admirationē conuerterat:vt cōtra chriſtum aliquid omnino dicere neſcirent aut penitus formidarent. Et cum omnes vna voce eadem aſſererent. Iratus imperator omnes in medio ciuitatis cremari mandauit:de quibus ſupra in eorum paſſione dictum eſt idibus nouēbris. ¶ Poſt hec imperator virginem chriſti ad ſacrificia inuitare cepit:promittens ei ꝙ poſt reginam in

palatio ipsius secunda vocaretur:imagine illius fabricata a cunctis vt dea veneraretur. Cui cū virgo diceret:vt talia nefanda loqui desisteret:z christum dn̄m se adorare dixisset. Jussit eā imꝑator spoliatā scorpionibus cedi:z celas in obscurū carcerē recipi:ibiq; dieb᷑. xij. fame cruciari. Rege autē extra regionis cōfinia ex causa procedente:regina nomine faustina maxētij vxor nimio virginis amore succensa:cū principe militū nomine porphyrio:dato custodibus precio media nocte ad carcerē properauit. Uiderūtq; carcerē mirabili claritate fulgentē:z angelos plagas virginis perungētes. Quibus katherina eterna gaudia ꝑdicauit:z ad fidem cōuertens martyrij coronā eis predixit. Sicq; eorum vterq; ad pedes eius procidit:z porphyrius cū ducentis militib᷑ fidem recepit. Interea christus per columbā de celo missam celesti cibo virginē refouit. Deinde cū multitudine angelorū z virginū ei apparuit:z vt cōstans esset blando colloquio confortauit. ¶ Rediens aūt imperator eam sibi presentari iussit:z videns splendidam quā tanto ieiunio extimabat afflictam: custodes torqueri volebat. qz eos ei ministrasse putabat. Jlla vero se a christo celitus enutritā ꝓhibebat. Et cum suadente maxentio illa omnino dijs imolare recusaret z ex hoc cesar nimiū fureret. ꝑfectus quidā ei suasit vt intra triduū quatuor rotas serris ferreis z gladijs circunseptas preꝑararet:vt tā terribile tormentū puelle membra dissecaret z ceteros christianos terreret:q z factū est. Tūc virgo beata dominū exorauit. vt ad cōuersionē circūstātis populi ipsaz machinā dissiparet. Et ecce angelus domini molē ipsam tanto impetu diuellendo cōcussit q quatuor milia gentiliū interemit. Quo miraculo paganorū multitudo ꝯuersa ē. Regina aūt faustina:q̄ vsq; tūc se occultauerat:descēdit z imperatorē de tāta duritia increpauit. Propter q ab ipso detēta z xp̄iana ꝯperta:ab eodē martyrizata ē vt dictū ē supra in ei᷑ passiōe. ix. kal. decēb. Sz cū porphyri᷑ corp᷑ regine sepelisset:ex hoc cū ducētis militib᷑ se xp̄ianū cōfessus esset iubente eodē imꝑatore ipse cū dictis militib᷑ decollant᷑ vt supra dictū est in eorū passione. vij. kalendas decembris. ¶ Deinde imperator katherinā aduocans eidem ꝓposuit vt aut statim dijs sacrificaret:aut caput amitteret. Sed cum sacrificare renueret: decollari iubetur. Ducta igitur ad locū passionis cū lachrymis orauit:z xp̄m specialiter pro se in quacūq; necessitate inuocātib᷑ exorauit. Factaq; est ad eā vox de celo: q ei celi ianua aperta esset:z q in suis petitionib᷑ exaudita fuisset. Cū aūt decollata foret de eius corpore pro sanguine lac emanauit. Cuius corp᷑ ab angelis per aera subleuatū:z itinere dierū viginti ad montē synai in momēto deuectū ibiq; honorifice tumulatū est. vij. kalend. decembris. Ex cuius tumulo oleuz indesinenter emanat quod cunctorum debilium membra sanat.

¶ De sancto Mercurio martyre. Cap. cvj.



Mercurius martyr apud cesareā capadocie passus sub decio cesare: cuius tpe dū barbari romanorum fines inuaderent. Decius cū multis militib᷑ ꝯtra cos bellaturus ꝑcedit: inter quos erat mercurius miles. Cū aūt aliquātulū certassent se subtraxerūt. Tūc apparuit vir q̄dam splēdid᷑ mercurio militi dicēs se missum esse a deo ad eū in bello iuuādū:dedit q; ei lāceam qua barbaros ꝓsternandos ꝓmisit:z vt habita victoria dei sui recordaretur:admonuit. Initoq; prelio mercurius eadē lācea regē ipsorū occidit:aliosq; multos ex hostib᷑ strauit. Qd barbari vidētes in fugā cōuertūtur:z a romanis expugnāt. Deci᷑ aūt post triūphum mercuriū accersiuit z interrogauit eū q̄s esset:cui᷑ virtute victoriā ipe obtinuisset. Qui respōdit se genere scythamoriū armenia:patre gordiano ꝓgenitū:z a cunabulis philopatorē a militib᷑ mercuriuz nominatū:ex militia que marchia nuncupat᷑. Decius ergo ipsū exercit᷑ sui principē cōstituit. Cū aūt romā cū decio reuersus esset. Angel᷑ iterū ei ꝑ somniū apparuit:z excitauit: ipm q̄z de negligentia quā circa verū deū cognoscendū percepta victoria habuisset:acriter increpauit:z nisi cōuerteretur minas subiūxit atq; disparuit. ¶ Mercurius autē ex dictis angeli ad fidem conuersus idola abhorrere cepit z baptismū latenter suscepit. Et inuitat᷑ ab imperatore vt secū ad sacrificādū accederet:tertio venire cōtempsit. Post imolationē vero eū accersitū interrogauit:cur ad sacrificāndū venire contēpserit. Ipse aūt chlamidem expoliatā z cingulū solutū cesari restituit seq; xp̄ianū viua voce professus est. Tūc cesar ipm in carcerē mitti fecit:vbi angelica visitatione cōfortatus est. Inde eductus est:dū deos omnes confutaret:pronus extendit᷑:z brachijs z pedibus ad quatuor palos a terra suspensus alligatur:z diutius fustibus verberatur:deinde igne ipsi ardente substrato ad modicū assatur:q̄z ex sanguinis multa effusione carbones extinguebant. Inde in cubiculo modicū spiramen habente reclauditur:z ab angelo visitatus:omnia ipsius vulnera solidantur. Cū aūt mane eū productū et sanatū decius conspexisset:et hoc magice arti attribuisset. Jussit illū extēsuz candēti ferro vti cauterio ꝑ lōgū exuri:z subulis igne torrentibus latera eius ac terga terebrari. Deinde ipsuz versis pedib᷑ altius a terra suspēdi:z ad mentū eius grauissimū lapidē alligari. Et cū nihilomin᷑ xp̄m voce qua poterat confiteretur:mādauit saxū amoueri:z os eius obturari ne xp̄m aliqualiter nominaret. Dehinc fecit eū a quatuor viris tā diu flagellari:donec cutis eius sanie flueret. Et dū hec oīa cōstantissime superasset:iussit eū decius apud capadocie ꝓuinciaz in exiliū duci z ibidē capite truncari quē milites ꝑ dies plurimos terra mariq; trahētes cesaream ꝑuenerunt:vbi christus dn̄s eidē apparuit:eūq; benigne cōsolatus est. Mane vero extra vrbē a militib᷑ ducitur:z ibidē decollatur. vij. kalend. decēb. Cuius corpus in hora sui transitus lucidissimū splēduit:odorq; mirus ex eo fragrauit. Quo miraculo plurimi ad fidē cōuersi sūt. Sepultus est aūt a xp̄ianis in cesarea ciuitate:basilicaq; supra tumulū ei᷑ in ipi᷑ noīe edificata est:vbi z arma eius reposita ꝓ reliquijs cōseruantur.

¶ De sancto Mercuriale ep̄o. Cap. cvij.



Mercurialis episcopus liuien. fuit qui apud eādē ciuitatem vita z doctrina z miraculis claruit. Cū aūt inter populiēse z liuiēse oppidū draco immanis degeret q̄ homines z aīalia deuorabat:z flatu suo venefico multos ꝑimebat mercurialis oī ꝑplo suo ieiuniū triduanū indixit:z orōne ꝑmissa cū oī clero z plebe vna cū ieiō rophilo ep̄o populiēsi ad locū accessit. Ibiq; ambo ep̄i draconē vt agnū mansuetissimū stolis suis alligātes: i puteo ꝓximo demerserūt. eoq; recluso i ꝑpetuū memoriale miraculi desup īposuerūt:sicut de h̄ supra dictū est in gestis rophili ep̄i. xv. kalend. augusti:beatus



vero mercurialis ad diem propinquans extremum in pace quieuit.

¶ De sancto Romano ꝑsbytero. Capitulum. cviij.

Roman᷑ presbyter z ꝯfessor apđ castrū blaniū claruit. Qui vita z scītate ꝯspicu᷑ insigniter effulsit:z scīa atq; doctrina multiplr polluit. Qui z apđ eandē ciuitatem in pace quieuit. vij. kalē.

decdoris. Cui⁹ sctitatis preconiū miraculorū gloria declarat. Hec ado in martyrologio suo ex cronicis hieronymi sumpto.

De sancto petro alexandrino epō ꝛ martyre. Capi.cix.



Petrus alexandrinus epš ꝛ martyr: apud ipsam ciuitatē passus est sub maximiano impatore. Hic beato theone alexandrino pōtifici i epatu successit ꝛ a btō marco euāgelista .xvj. epš eiusdē ciuitatis sedē gubernauit: sapiētia ꝛ sanctitate insignis admoduꝫ effulsit: multasq̄ ꝑ fide xp̄i ꝑsecutiōes pertulit. Ita vt pene omni vite sue tempore in diuersis afflictionib⁹ probat⁹ extiterit. Nā plurics ꝑsecutorū declinās rabiē: de loco ad locum ꝑfusus adiit plurimū in mesopotamia latitauit: ac perinde apud syriā ꝑ phenicē: in vtraq̄ etiā palestina atq̄ in insulis maritimis exulauit. Qui ꝛ quinquaginta epōs ordinauit. Cū aūt ad sedē suā reuersus multa miracula euasisset: ꝛ melet⁹ lycopolytanus epš ab vnitate eccle̅ie discessisset. petr⁹ ei⁹ metropolitan⁹ celebrato catholico: ꝛ epōrum cōcilio ipsuꝫ vti hereticū dānauit. verum cū arri⁹ heretic⁹ a quo ꝛ arriani dicunt adhuc laic⁹ dicto meletio adhereret: ꝛ ab catholicos odiret: quasi simulate meletiū deserēs: cōfugit ad petrum. Qui eū in diaconē cōsecrauit. Postq̄ aūt beat⁹ petrus oēs meletianos ad eccl̅ia segregasset. Arriusq̄ hoc moleste ferens epō multa ob loquēdo detraheret. Petrus epš arriū hereticū catholica cōmunione priuauit: ꝛ vt hereticorū fautorē dānauit. Cū aūt atrocitate persecutiōis i xp̄ianos seuiēte: plurimi in ꝓuincia egypti martyrio coronarent: ipsosq̄ oēs sanct⁹ epš vti bon⁹ athleta ad passionē hortaret: maximian⁹ imperator hoc audiēs misit quosdā tribunos: vt epm alexandrie detinerent ꝛ detētū in carcere decollarēt. Tribuni aūt illū captū in custodia recluserūt. Ad quē xp̄ianorū multitudo vtriusq̄ sexus ꝛ oīs etatis cōcurrerūt: ꝛ lachrymas fundētes carcerē circūuallarūt: die noctuq̄ ibidē persistentes: vt ne quis paganorū ad eū occidēdum ingredi posset vicissim custodiētes. Qđ vidētes tribuni habito cōsilio statuerūt vt milites armati xp̄ianos carcerē obseruātes violēter irrumperēt: ꝛ aditū denegare volētes trucidarēt: atq̄ ita ad epm occidēdū ingredi possent. Interea arri⁹ timēs ne post exitū tanti viri nullatenus recōciliari posset: nobiliores ex clero ad epꝫ misit vt simulātī penitētiā veniam impetrarēt. Sanct⁹ autē epš ꝑ spm̄ eis ꝓdixit arriū a gloria dn̄i semꝑ alienū futuꝝ. Deinde secret⁹ achillā ꝛ alexādrū seniores in clericis: ambos pb̄ros cōuocauit: eisq̄ ꝓdixit q̄ vterq̄ eorum post se epš alexādrie futur⁹ esset: ꝛ q̄ primo quidē achillas: postea vō alexāder in ei⁹ sedē succederet: admonēs ne ꝗs eorū arriū hereticū pestiferū futurū: aliq̄n ecclesie dei recōciliare ꝓsumeret. Narrauitq̄ eis qualr̄ in ipsa nocte xp̄m iuuenē quasi duodenē vidisset: vestitū cādido colobio a summo vsq̄ deorsum cōsciso: quia vtraq̄ manu illuc circa pectus suum coniungebat ꝛ quasi nuditatem suam operiebat. Qui ab eodem interrogatus quid hoc esset. Respendit q̄ arrius hoc fecisset: qui vnitatem fidei sacre conscidisset: qui et in corporabile scisma in dei ecclesia generaret. Cum autem beatus petrus omnem populum predicasset: eos in pace dimisit. Videns vero q̄ sui occasione omnibus christianis cum custodientibus mortis periculum immineret: misit ad tribunos per quendam seniorē presbyterū: vt nocte sequenti ad carcerem accedant: ꝛ in loco quo abintus ipsum pulsare senserint parietem effodiant: ꝛ inde illum sponte exiturum suscipiant: sicq̄ sine aliorum dāno in se solū sibi iussa percipiant. Qui venientes nocte ꝛ sine tumultu militū locum obseruantes: vbi virū domini in oratione pernoctantem pulsantem audierunt: ibidem parietem effoderunt: et cunctis christianis circa carcerem soporatis petrum episcopum per foramē eduxerūt. Verum cum domini voluntas esset vt seruum suū ad se per martyriuꝫ aduocaret: ꝛ ne quis eius passionē impediret: tam validus tunc imbrium turbo collisioneq̄ ventorū perstreperūt: vt nemo eorum qui obseruabant carcerē: sonū effodientiū audire potuisset. Egressus igit̄ martyr xp̄i ſm qđ eis promiserat: ꝛ ab eis detent⁹ ad locū buculi deduct⁹ est: vbi olim beatus marc⁹ passus fuerat: vbi ab vno ex militibus ense per femora transfixus migrauit ad dn̄m .xvj. Kal. decemb. Sepult⁹ q̄ꝫ est a xp̄ianis in alexādria ciuitate in loco q̄ dicit̄ leocados: in cimiterio qđ ip̄e edificauit.

De sancto petro epō ꝛ confessore. Cap.cx.



Petrus episcop⁹ apud edessam ciuitatē claruit tēpore anastasij primi impatoris: q̄ sanctitate multa ꝛ sapiētia luculēta polluit ipsiusq̄ ciuitatis sedem tenuit: ꝛ virtutumq̄ iubar fidelib⁹ tam opere q̄ sermone dereliquit. Declamator eni insignis fuit. Variaruꝫ causarū tractat⁹ edidit. Et in morē sancti effrē eiusdē ecclesie diaconi psalmos metro composuit: et apud ipsam ciuitatem in christo quieuit. Hec gennadius de viris illustribus.

De sancto Leonardo cōfessore. Ca.cxj.



Leonardus cōfessor: apud corbiacensem ciuitatē claruit. Hic eiusdem professionis ꝛ virtutis extitit cuius ꝛ alius sanct⁹ leonardus de quo supra dictū est in ei⁹ legenda .viij. idus nouēbris. eidēq̄ sancto quasi per oīa similis in miraculis fuit. Cū eni in monasterio prelatus esset: tāta se humilitate deiciebat: vt oībus inferior videret̄. Sed cū omnis pene populus ex ei⁹ fama ad illū conflueret. Quidam emuli regi clothario suggesserunt: q̄ nisi ei ꝓuideret regnum francie detrimentū non modicum sustineret. Nam leonardus multos sub obtentu religionis colligebat: ꝛ sic in dolo regi insidias parabat. Quibus rex credulus eū expelli iussit. Venientes autem milites adeo verbis ei⁹ cōpuncti sunt: q̄ se suos futuros discipulos obtulerunt. Rex quoq̄ penitens veniā petiit: ꝛ detractores rebus ꝛ honorib⁹ priuauit ꝛ leonardū valde dilexit: ad cui⁹ etiā ꝓces emulos eius dignitatib⁹ eorum restituit. Qui adeo similiter impetrauit: vt quicūq̄ in carcere tenerent̄ mox inuocato suo nomine soluerentur. Cū autē die quadā orationi incūberet: serpens marin⁹ a parte pedū vsq̄ in eius sinum intrauit. Qui ꝓpter hoc nullatenus ab orōne surrexit. Cōpleta vero orōne dixit ei vt si sibi data sibi fuisset vlla ptās: in eo faceret quicquid meruisset. Post hec autē cū duos episcopos discordātes sedasset: ꝛ in crastinū se finiēdū ꝓdixit. Qui ꝛ apud vendoperā monasteriū in pace feliciť obdormiuit .vj. kalē. decēb.



De sancto Jacobo intercisō martyre. Cap.cxij.

Jacobus martyr cognomēto intercisus apud persidē passus est. Qui nobilis gn̄e ſꝫ fide nobilior: ex regiōe ꝑsarū ꝛ ciuitate elapeorum: d⁹ xp̄ianis pentib⁹ ꝓgenit⁹ xp̄ianus ꝛ ip̄e vxorē habuit xp̄ianā. Eratq̄ notissimus regi ꝑsaꝝ ꝛ inter optimates prim⁹. Accidit aūt vt a principe

nimio amore seduct⁹ ad colēda idola flecteretur. Qđ mater ⁊ vxor audiētes amaras literas ei scripserunt: in quibus eū de idolatria acriꝰ redarguebāt: ⁊ eidē de cetero adherere repudiabant. Cum autē Iacobus literas legisset: amare fleuit: ⁊ pro errore suo penitentiam agens se dūri⁹ afflixit. Quod dum p nuncium quendā principi nunciatū esset illic iacobum aduocans interrogauit eum an nazarenus ⁊ per consequēs magus effectus fuisset. Qui respōdit se christianū esse: magum aūt minime. Et cum eidem multa supplicia minaretur: et ille se nulla tormenta formidare protestaretur. Princeps de consilio amicoꝝ hanc sententiā super iacobū tulit: vt ad aliorum terrorem membratim puniret. Et cū quidam ex cōpassione super eum flerēt ille dicebat ne plorarētis: quia ipse ad vitam: ipsi vero ad interitum festinarent. Tunc carnifices a manu dextra inchoātes primū pollicē: deinde quatuor alios digitos eidē successiue preciderunt: deinde ad leuam accedētes oēs similiter eidē quinq digitos sigillatim abstulerunt. Et deinde ad pedem dextrū se curuātes oēs digitos ipsi⁹ pedis successiue absciderunt. Qđ postmodū similiter ⁊ sinistro pedi fecerūt. Ad quorū singulorū oīm digitorū precisionē sanct⁹ martyr deo gratias agebat: ⁊ semp aliqua noua ⁊ vtilia pferebat: tormētaq cūcta quasi p nihilo ducebat. Tūc accedētes ministri pedē dextrū absciderunt ⁊ deinde sinistrū. Absciderūt ⁊ dextrā manū ⁊ deinde sinistrā. Absciderūt etiā brachiū dextrum vsq ad humerum: ⁊ sic postmodū ⁊ sinistrū. Jamq carnifices defecerāt: eo q a prima hora diei vsq ad nonā in ei⁹ cesiōe sudassent. Tūc accedētes sciderunt surā dextri cruris: scindētes vsq ad femur. Deinde cōuersi sinistri cruris surā prescindēdo vsq ad femur sciderunt. Beat⁹ vero iacob⁹ ineffabili dolore pregrauatus ad dñm exclamabat: ⁊ gratias agēs xpo finē suo martyrio imponi exorabat. Eratq sicut truncū nullū habēs sustētaculū nihilq in eo hoīs apparebat nisi sola lingua: qua dñz collaudabat. Multi quoq de astātib⁹ ei⁹ tormētis cōpatiētes deflebāt: ⁊ nō audētes illū aspicere faciē suā operiebāt. Tūc mādāte rege vn⁹ ex carnificib⁹ ei⁹ accessit: ⁊ caput ei⁹ amputauit. Cui⁹ corp⁹ xpiani in ei⁹ ciuitate clā sepelierūt. v. kalē. decembris.

¶ De sancto Clemēte Flauio epō. Cap. cxiij.



Clemens episcopus cognomēto Flaui⁹ apud metēsem ciuitatē claruit. Hic consul romanoꝝ ⁊ patru⁹ clemētis pape fuit. Qui a btō petro apostolo baptizat⁹ ⁊ discipul⁹ effect⁹ ⁊ ab eodē epō ordinat⁹ ad galliā belgicā euangelizandi gratia missus est cū plurib⁹ aliis epis. Et dū ad metēsē ciuitatē puenisset ⁊ quodā viro hospitio officiose suscept⁹ fuit. Cui ⁊ christū ei incognitū ⁊ inauditū pdicauit: in quo oīa signa se facturū pmisit: a quo ⁊ didicit in arenario olim ab octauiano in ipsa vrbe cōstructo draconē ingentē degere: qui alios dracunculos ex se genuerat: quorū flatu morifero aer adeo pestilēs ⁊ infect⁹ erat: vt multis iā extinctis ciuitas ols in bolo⁹ ⁊ alib⁹ morbida foret multiq languore depressi decūberēt. Cū aūt sanct⁹ clemēs liberationē ciuitatis pmisisset: hospes primos vrbis ipsi⁹ aduocat: et audita narrat. Et concurrēte omni populo sanct⁹ epūs primo qđ de egris oratiōe sua sanitatē restituit. Deinde ad amphitheatrū accessit vbi inuocato christi noīe draconem aliis maiorē stola sua circa collū cinxit: eūq vt māsuetum canē post se trahere cepit. Omnib⁹ aūt et a sancto docti karaxāt: kyrie eleeson clamātibus: et clemētem sequētibus: ipse vsq ad flumē vbi contiguū qđ salia dicit draconē traxit: ⁊ in eodē fluuio demersit. Omnis vero alia draconū ⁊ serpentū multitudo maiorē beluā secuta: ⁊ in eodem amne a sancto submersa fuit. Sicq sanctus oēm populū ad christum conuertit: ⁊ baptizauit. Ibiq plurib⁹ annis sedē episcopalē tenuit. Et post felix pastoris regimē in pace quieuit. v. kalē. decēbris. Et in eodē oppido tumulatus iacet.

¶ De sanctis Barlaam ⁊ iosaphat confessoribus. Cap. cxiiij.



Barlaam et iosaphat eremite quorū vitā ioannes damascenus cōpilauit apud indiā claruerunt. Cū eñi vniuersa illa patria christianis ⁊ monachis impleta eēt. Rex quidā auenir xpianos oēs ⁊ pcipue monachos persequebatur. Interea regi puer pulcherrimus nascit ⁊ iosaphat appellat: pro cui⁹ natiuitate rex cū omni populo dñs immolauit: ⁊ quinquaginta quinq astrologos quid futurū esset de puero interrogauit. Qui oēs ipsum magnū in potētia ⁊ diuitiis futurū predixerunt: tamē christianā religionem quā pater oderat colturū pronosticati sunt. Quod rex plurimū expauescens in ciuitate seorsum palatiū speciosissimū construi fecit ⁊ ibi puerum ad habitandū posuit. Ibi secum iuuenes pulcherrimos collocauit: mādans illis vt nec mortem nec infirmitatem nec senectutē nec paupertatē vel aliquid quod posset afferre tristitiā nominarent eis: sed omnes iocūdē illi preponerēt: quaten⁹ nihil de futuris cogitare posset. Et si quis ex ministris infirmabat: cōtinuo ipso amoto alius surrogabat: nec christ⁹ ab aliquo nominari presumebat. Cum autem iuuenis adoleuisset in omni sapiētia edoctus admirans cur pater eū taliter reclusisset: quendā de cōseruis sibi familiarioꝝ de hoc interrogauit dicēs se in multa tristitia positū eo q sibi foras egredi non liceret. Quod pater audiens ⁊ dolens equos parari fecit ⁊ choros plaudētes ante eū mitteret: ne quid ei fedū occurreret diligenter prohibuit. Ipso ergo aliquando procedente vnū leprosum ⁊ vnū cecum obuios habuit. Quos videns ⁊ stupens qđ hoc esset inquisiuit: ⁊ a ministris didicit q passiones sunt q hominib⁹ accidunt. De quo ille propter insuetudinē talia vidēdi vel audiēdi anxius esse cepit. Alio die senē rugosum ⁊ incuruatū ⁊ balbutiēdo loquentē inuenit: ⁊ admirans de hoc etiā requisiuit. Audiuitq q propter annorū multitudinē ad talem statum deuenit: cui⁹ finis est mors quam omnes vel in ipsa etate vel in minori experiri oporteret. Que omnia iuuenis notans in multa erat tristitia: sed corā patre pretendebat letitiam desiderans in via salutis edoceri. Cum autem hec oīa monachus quidā noīe barlaam habitās in deserto terre sennaar per spiritū cognouisset admonitione diuina mercatoris habitū assumpsit: ⁊ ad ciuitatem illam deuenit. Locutusq est pedagogo iosaphat: dicēs se lapidē preciosum venalem habere: qui sua virtute quascūq infirmitates curabat: quē regi iosaphat vendere volebat. Ille aūt cum sibi primo lapidem ostendi petiuisset. Barlaā respōdit q lapis ipse talem virtutē haberet vt si quis qui corpore nō esset integer ipsum aspiceret cōtinuo lumē oculorū amitteret: ⁊ q filius regis virgo erat prout ipse audierat: ideo ipsi soli lapidē ostēdere intēdebat. Igitur pedagogus hoc iosaphat nuncians ipsum ad eum in cōclaui q totius introduxit: quē rex humanissime ⁊ reuerēter suscepit. De quo barlaā ipsum plurimū commendauit: ⁊ incipiens eum alloqui a quibusdā persuasionib⁹ ⁊ exemplis predicauit ei de mūdi creatiōe: ⁊ hominis preuaricatione: ac filii dei incarnatione: passione ⁊ resurrectione: necnon de die iudicii bonorum ⁊ malorum retributione longum sermonem contexuit: seruiētesq idolis plurimum exprobrauit: ⁊ de illorū fatuitate exempla proposuit. Cepit etiā cōtra vanam ⁊ falsam mūdi delectationē multa disputare: ⁊ finem omniū mortes cōprobare: ⁊ plura ad hoc in modū fabularum exempla

inducere.

inducere. Cũ autē eum rex interrogasset quot annorũ esset: ⁊ vbi habitaret. Ille respondit se esse annorũ .xlv. ⁊ in deserto sennaar degere. E cōtra autē iosaphat illũ plusq̄ .lxx. annorũ ex apparentia iudicabat. Cui barlaā ait: ꝙ si a natiuitate sua omnes eius annos querebat. recte existimabat. Si vero a tpe quo relicto seculo christo viuere ceperat nō plus q̄ .xlv. ānos habebat: quos in eremo exegerat. Cũ autem eum iosaphat ad eremũ sequi vellet: noluit barlaā eo ꝙ ex hoc rex indignatus mortem oībus christianis inferret: sed tpe opportuno ad ipsum in posterũ veniret. Barlaā igitur regis filiũ baptizans ⁊ in fide optime instruens eũ osculatus est ⁊ ad locum suum reuersus est. Postq̄ autē rex audiuit filium suũ christianum factum audiuit: in dolore nimio positus est. Quem quidā amicus eiꝰ nomine arachis consolans dixit quendā senem paganum nachor noīe barlaā per omnia similem esse: quē suasit vt rex aduocaret vt ipse christianũ ⁊ barlaā se simulans cũ philosophis disputās primo christianorum fidem defenderet: deinde se superari permitteret: et omnia que docuerat retractaret et sic iosaphat ad deorum cultum rediret. Igitur dictus princeps cũ exercitu ad querendũ barlaam iuit ⁊ nachor capto se barlaam cepisse dixit. Qd̄ filius regis audiens magistrũ suum captum amare fleuit: sed deo reuelante postmodũ ipsum nō esse cognouit. Cum autē rex filiũ minis ⁊ blāditijs per dies plurimos propulsaret: vt ipsum ad suam volũtatem inflecteret. ⁊ ille nec minis terreri nec adulationibꝰ seduci posset. Tandē rex dicit ei ꝙ ad hoc ipsum declinare volebat vt barlaā qui eum seduxerat ⁊ qui in carcere erat cum gentilibus ad disputādum conueniret: ⁊ siquidē ille obtineret rex ei cederet: sin autem ipsi cum ceteris christianis ipsi cōsentirent. Quod cum regis filio placuisset: illi cum nachor ordinant vt se barlaā simulans prius fidē christianorum defendat: ⁊ tandem se superari permittat. Cum ergo omnes in vnum cōuenissent: Iosophat simulās se credere ꝙ nachor barlaam esset: ei dixit ꝙ si doctrinam suam quam eum docuerat defenderet: in ipsa perpetuo ꝑmaneret. Sin autem superatus esset ipsum mala morte puniret: ne vnq̄ aliquis filios regum decipere presumeret. Qd̄ audiens nachor vehementer expauit videns se in foueam incidisse quā fecit: ⁊ deliberauit meliꝰ filio regis adherere ⁊ sic periculū mortis euadere. Rex aũt iam palam ei dixerat vt fidem suā sine timore defenderet. Incepta igitur disputatione cepit nachor fidē christi euidenter defendere: ⁊ rationibus cōmunire: ita vt philosophi muti effecti nihil omnino respondere scirent. Iosaphat autem exultabat eo ꝙ per veritatis hostem dominus veritatē defendebat. Rex igitur furēs iussit consiliũ dissolui quasi de his sequenti die denuo tractaturus. Iosaphat autē a patre magistrum suũ sibi dari petijt: vt de responsionibus adinuicem ea nocte conferrent: ⁊ ipse secũ suos econuerso assumeret. Quem rex ei concessit: spem habens ꝙ eum seduceret. Cũ ergo regis filius nachor in domũ duxisset: ei manifestius ait ꝙ eũ quis esset non ignoraret: quia videlicet nō barlaam sed nachor astrologus foret. Cui ⁊ fidem christi predicauit ⁊ cōuersum mane ad eremum misit: vbi baptismum suscipiēs eremiticam vitam duxit. Hec audiēs quidā magus theodas nomine regi promisit ꝙ filiũ suum ad patrias leges reduceret. Consuluit ergo regi vt a filio cunctos remoueret ⁊ ornatas ac decoras mulieres ad eum intromitteret: vt cum eis cōtinue cōuersari posset. Ipse vero spiritus libidinis ad eum mitteret: qui eum ad concupiscētiam inflammarēt: eo ꝙ nihil facilius hominem q̄ mulier seducere posset. Qd̄ cum rex perfecisset: puelle quidē iuueni semper assistentes blandis colloquijs demulcebant. Maligni vero spiritus a mago missi caminum ignis in eius animum accendebant. Iuuenis vero se totum deo cōmendans omnes tentationes superabat. Deinde quandā puellam pulcherrimā vnius regis filiam a patre orbatam rex ad eũ misit. Cui dũ iosaphat predicare vellet illa ei respondit vt si eam ad christum vellet adducere: ipsam in coniugem deberet assumere: et sic eam a damnatione perpetua liberare. Nam ⁊ christiani matrimonia cōtrahebant ⁊ in eo statu se saluari dicebāt. Hec dicens puella turrim animi illius fortiter concussit. Igniq̄ concupiscentie a demonibus accensus intus ardere cepit. Iosaphat autem in angustiis positus cum lachrymis in oratione se dedit: et orans aliquantulum obdormiuit vndiq̄ se duci ad pratum amenissimũ floribus ⁊ cũctis delectationibus exornatum. Deinde in ciuitatem auro et gemmis rutilantem se intromitti conspexit: in qua tot diuitie ⁊ delitie relucebant ꝙ ibi perpetuo se dimitti postulabat. Dictumq̄ est ei ꝙ ille locus esset beatorum ad quem cum maximo labore ipsum deuenire oportebat. Deinde ad loca aspera teterrima adductus audiuit ea loca esse impiorum ⁊ damnatorum. Euigilans autē ⁊ horum memorans pulchritudinem puellarum velut stercora cōtēnebat. Maligni autem spiritus ad theodam reuersi retulerũt ꝙ signo crucis ab eo ⁊ oratione fuerant effugati. Ad quem dum magus vna cum rege introisset vt ei persuaderet ipse ab eo conuersus baptisma suscepit ⁊ laudabilem vitam duxit. Rex igitur desperans de cōsilio amicorum dimisit ei dimidium regni sui. Ille aũt q̄uis desertum affectaret: tamen propter fidei dilationem ad tempus regnum suscepit: ⁊ in suis ciuitatibus ecclesias fecit: ⁊ cruces erexit: ⁊ omnes ad christum conuertit. Pater etiā tandē predicationibus filiũ fidem suscepit: ⁊ baptizatus regnum totum filio dimisit: ac penitentie operibus vacans laudabiliter vitam finiuit. Iosaphat autem barachiaz regem prenunciās pluries fugere ad eremum voluit: sed a populo coactus remāsit: vix tandem ab eis dimissus desertum petijt ⁊ regalem habitum pauperi tradens ipse in pauperrima veste remansit. Cui diabolus multa impedimenta opposuit: aliq̄n in eum euaginato gladio irruens aliq̄n in forma diuersarum ferarum in eum frendēs. Que omnia ipse inuocato christi nomine superauit. Biennio igitur iosaphat per eremum vagatus est: nec barlaam inuenire potuit. Tandem ad eius speluncam veniens: stansq̄ ab extra se ab eo benedici postulauit. Cuius vocem barlaam cognoscens et foras exiliens osculantes se inuicem cum lachrymis et amplexibus constringebant. Iosaphat autē que acciderant omnia referebat. Ille vero immensas deo gratias agebat. ¶ Mansit autem iosaphat ibidem annis multis in abstinentia mirabili ⁊ sanctitate. Completis vero diebus vite sue barlaam in pace quieuit. Iosaphat autem in anno .xxv. regnum deserēs .xxxv. annis eremiticum laborem sustulit: et sic multis clarus virtutibus in pace quieuit et cũ corpore barlaam sepultus fuit. Quorũ amborum corpora barachias rex reuerēter inde assumpsit: ⁊ in ciuitatem transferens honorifice collocauit .v. calend. decembris: ad quorum tumulum miracula fiunt.

¶ De sanctis Fausto Diuo ⁊ Amonio martyribus. Capitulum .cxv.



Faustus ꝑsbyter Diuus ⁊ Amonius cũ aliis pluribus xp̄is ex egypto: ⁊ clericis ⁊ laicis sexcentis ⁊ sexaginta apud alexādriam ciuitatem passi sunt. Qui cũ beato petro eiusdem vrbis episcopo cōprehensi ⁊ in carcerē trusi iubente Maximiano imperatore post ipsiꝰ beati martyris passionē oēs gladio trucidati sunt .v. kalen. decēb. Quorũ olim corpora apud alexandriam tumulata seruantur. hec Ado.

¶ De sancto Sosthene discipulo. Capitulum .cxvj.



Sosthenes disci-pulus aplo⸗ꝝ fuit: de quo btūs paulus prime ad corinthios .j. cap. mētionē facit: vbi dicit raban⁹ in glossa ꝙ iste Sosthenes corinthius doctor erat multūq̃ ꝓ fratrib⁹ solicitus ideo specialr ab aplo est assumptus scꝫ ꝓpter suam humanitatē ⁊ ꝓpter firmiorē narrationis ꝯfirmationē vt in ore duoꝝ vel trium testiū staret oē ỽbū. Hic fuit vn⁹ ex .lxxij. xpi discipulis: vt ab bas dorothe⁹ tradit ꝗ ⁊ colophonie epūs fuit: ⁊ apud corinthū ciuitatē suā scō fine quieuit .iiij. kalē. decēbris.

¶ De sancto Gregorio papa .ij. Cap. cxvij.



Gregorius papa hui⁹ nois scōs natione syrus ex patre ioāne cōstantino pape primo in ep̄atu romano successit: ⁊ sedit annos sexdecim: menses .viij. dies .ix. Hic fuit vir castissim⁹ diuine scripture eruditus: loq̄la facūdus: aio cōstans: ecclesiasticoꝝ erroꝝ destructor: ⁊ cōtrarijs fide fortissimus impugnator. Hic Bonifacium monachū a britannia venientē ep̄m cōsecrauit: et ꝑ eū gentē germanoꝝ sedentē in tenebris ⁊ vmbra mortis doctrina lucis ad xp̄m cōuertit. ¶ Hic etiā ꝑ petroniū ciuē brixiēsem cenobiū beati Benedicti apud castrū cassinū reedificauit: qḋ plusꝙ̄ centū annis a t̄pe lōgobardoꝝ fuerat desolatū. Hic etiā cū Leo imperator imagines xpi ⁊ beate virginis ⁊ alioꝝ sctōꝝ in ciuitate cōstātinopolitana igne cremari iussisset: idē ipsi facere precipiēs nō solū facere renuit: sed etiā imperatorē ꝓ ipso facto anathematizauit. Deinde distributis oibus ecclesijs ⁊ monasterijs atq̃ omni clero in pace quieuit. Sepultus est ad sanctū petrū: ⁊ cessauit ep̄atus dies tres.

¶ De sancto Gregorio papa tertio. Cap. cxviij.



Gregorius papa huius nominis tertius natione roman⁹ ex patre Marcello gregorio pape secūdo in pōtificatu romano successit: ⁊ sedit annos decē: menses octo: dies triginta. Hic erat vir mitissimus et valde sapiēs: in diuinis scripturis sufficienter instruct⁹: greca latinaq̃ lingua erudit⁹ atq̃ exercitatus in sensibus diuinaꝝ scripturarū subtilissima exhortatione dimatus: exhortator omniū bonoꝝ: plebiq̃ florentissima catholice fidei ac salutaria predicās: corda fideliū dicto factoq̃ corroborans orthodoxe fidei emulator atq̃ defensor fortissimus: christianā religionē diligenter complectens: paupertatis amator: erga inopū prouisionem non solū mentis pietate: sed etiā studij labore solicitus. Captiuorum redemptor ⁊ debitorū orphanis quoq̃ et viduis cū oi diligētia largiter necessaria tribuēs. Quamobrem deo fauente nō solū ad sacrum presbyteratus ordinem peruenit: sed etiā dum in exequijs sui decessoris ante pheretrū ei⁹ fuisset inuētus: omnis romanus populus a magno vsq̃ ad paruum diuina inspiratione subito permoti per eum auferētes in pontificatus ordinem elegerūt tempore leonis ⁊ cōstantini imperatorū. Hic addidit in canone. Quorum solennitas hodie in conspectu maiestatis tue celebratur domine deus noster in toto orbe terrarum intra quorum nos cōsortium ⁊c. Hic etiam dum Leonem imperatorem ob depositionem imaginum christi ⁊ sanctorum incorrigibilē vidisset qui ab ei⁹ predecessore anathematis pena fuerat inuolutus: romā ⁊ italiā ⁊ hesperiam totā ab eius iugo discedere fecit: ⁊ vectigalia interdixit. Synodūq̃ fere mille ep̄oꝝ rome celebrās venerationē sanctarū imaginum confirmauit atq̃ violatores generali sentētia anathematizauit. Hic etiā cum roma a rege liuprādo lōgobardoꝝ obsideret: misit nauigio ad Karolū pipini patrem regem frācoꝝ claues cōfessionis sancti petri rogans vt romanā ecclesiā a lōgobardis liberaret. Nolens ab imperatore cōstantinopolitano heretico quēadmodū hactenus fuerat cōsuetudo auxiliū postulare. Et extunc constātinopolitani imperatores romane ecclesie patrocinium amiserunt. Et postꝙ̄ omnia feliciter perfecisset ipse sanct⁹ vir in pace quieuit .iiij. kalen. decembris: ⁊ sepultus est ad sanctum petrum. Et cessauit episcopatus dies .ix.

¶ De sanctis Papyrio ⁊ Mansueto episcopis et martyribus. Capitulum .cxix.



Papyrius ⁊ Mansuetus episcopi ⁊ martyres t̄pe vandalice ꝑsecutionis sub gerserico rege arriano passi sunt. Qui ꝓ defensione catholice fidei candētib⁹ laminis ferreis toto corpe adusti gloriosū agonem cōsummauerūt .iiij. kalēdas decembris. Quo vero t̄pe ⁊ alij sancti episcopi: scꝫ Eugenius carthaginensis: Valerianus: Urbanus: Crescēs: Eustachius: Crescētianus: Cresconius: Felix hortolan⁹: et Florentianus: propter veritatis eandē predicationē damnati exilio in confessione pietatis cursum vite sue consummauerūt: de quibus supra dictū est tertio idus Julij. Hec Victor Aphricanus.

¶ De sancto Ruffo et socijs martyribus. Cap. cxx.



Rufus martyr ⁊ cū alijs pluribus de domo sua rome passi sunt sub persecutione diocletiani imperatoris. Hic nobilitate generosa insignis cū esset patrici⁹ vrbis ꝑdicatiōe ⁊ exēplo beati Sebastiani martyris ad fidem christi cōuersus et cū oi domo sua a sctō Policarpo presbytero baptizat⁹ est. Quē cū oib⁹ alijs diocletian⁹ detentū ⁊ capitali sñia punitū xpi martyres eos fecit .iiij. kalen. decembris. Hec Ado.

¶ De dedicatione ecclesie materialis. Cap. cxxi.



Dedicatio ecclesie solēniter inter alias festiuitates sanctoꝝ celebratur: que ideo vltimo ponitur quoniā certum diem non habens anniuersaria dies cōsecrationis cuiuslibet ecclesie suo tempore recolitur. Et quoniā duplex est ecclesia siue templum scꝫ materiale ⁊ spirituale. Ideo primo agendum est de dedicatione tēpli materialis: deinde de dedicatione tēpli spūalis. ¶ Circa dedicationem autem ecclesie siue templi materialis tria videnda sunt. Primo quare dedicatur. Secundo qualiter consecratur. Tertio per quos prophanatur. Et quia in templo duo sunt que consecrantur scilicet altare ⁊ ipsum templum. Ideo primo videndū est quare consecretur altare. Secundo quare templum. ¶ Altare autē consecratur ad tria. Primo ad sacramētum dñi offerēdū. Gen. viij. Edificauit noe altare dño: ⁊ tollens de cunctis pecoribus ⁊ volucribus mundis obtulit super altare. Hoc autem sacramentum est corpus ⁊ sanguis christi quod in memoriā passionis dñice immolamus. Habemus eñ triplex memoriale dñice passionis scilicet: passionis christi imaginibus depicte ꝙ̄rā

ad visum:quia picture sunt quasi libri laicorum. Pas
sionis christi sermonibus predicate spiritum ad auditū.
Et passionis christi in sacramētis representate spiritum
ad gustum odoratum z tactū:vt per omnes corporis
sensus passionis christi memoriā mētib⁹ fidelium impri
mat. Scđo ad nomē dñi inuocandū. Gen.xij. Edifica
uit abraā altare dño qui apparuit ei et inuocauit ibi no
men dñi. Hec aūt inuocatio šm apostolū habet fieri p
obsecrationes q̄ fiunt p̄ malis remouēdis. Per orōnes
que fiunt pro bonis impetrandis. Per postulationes
q̄ fiunt pro bonis cumulandis. Et per gratiarū actio
nes que fiunt pro bonis conseruandis. Inuocatio autē
que fit sup altare dicitur missa:ex eo q̄ celestis missus
scilicet christus a patre mittitur:qui ipsam hostiam
cōsecrat z idem per nos ad patrē mittitur vt pro nobis
intercedat. Que quidē missa tribus linguis canitur sci
licet hebraica greca z latina. Hebraica sunt alleluya:a
men:sabaoth:osanna. Greca Kyrie eleeson. latina reli
qua oīa. Et hoc ad representandū titulū dominice pas
sionis dictis tribus linguis descriptum:vel q: omnis
lingua debet christū confiteri:quorū oīm he tres sunt
principaliores. ¶ Tertio ad cantandū Eccl.xlvij. Stare
fecit cantatores contra altare zc. Tres aūt sunt species
soni q̄ faciunt tres modos:vt dicit Hugo de sancto vi
ctore. Fit eñi sonus pulsu flatu z cātu. Ad cytharā perti
net pulsus:ad organū flatus:ad vocē cant⁹:et huic pso
nantie sonorum refertur pcordia morū. Si referat ad
pulsum cytbare manuū operatio:ad flatum organi mē
tis deuotio:ad cantū vocis sermonū exhortatio. Hoc au
tem triplex genus musicorum refertur ad triplicē dif
ferentiā officij ecclesie vt dicit in mitrali. Nā officiū ec
clesie psistit in psalmis in cātu:z lectionib⁹. ¶ Ad primū
genus quod fit pulsu vt in psalterio et similibus refert
psalmodia. Ad scđm quod fit voce referūtur lectiones.
Ad tertiū quod fit flatu sicut in tuba refertur cantus.
¶ Templum autem siue ecclesia consecratur propter
v. rationes. ¶ Primo vt inde diabol⁹ z eius potestas
expellat:sicut refert Gregorius in lib. dialogo. de que
dam ecclesia arrianorū in nomine beati Sebastiani cō
secrata:de qua visibiliter demones in forma porcorum
inde exisse pluribus apparuerunt. ¶ Scđo vt ad eam
cōfugientes saluentur. vnde dicit canon. Reos sangui
nis defendit ecclesia:ne vitam perdant et membra. Ta
li eñi priuilegio ecclesie dedicate de iure communi po
tiuntur. Et ob hoc ioab fugit in tabernaculū domini:
z apphendit cornu altaris. iij. Regū. ij. ¶ Tertio vt ibi
dem orationes exaudiantur. iij. Regum. viij. Quicūq̧
orauerit in loco isto:tu exaudies eos in loco habitaculi
tui in celo:z cum exaudieris propiti⁹ eris vnde in ora
tione dicit ecclesie. Quisquis hoc templum benefi. peti.
ingre. cuncta se impetrasse letetur. Adoramus autem in
ipsis ecclesijs ad orientem. ¶ Primo vt patriā nostrā
nos requirere ostendamus. Nam deus in oriēte para
disum plantauit:ibiq̧ hominē posuit:transgressum ve
ro ad occidentem eiecit. ¶ Secundo vt ad ipsum cru
cifixum respiciamus. Nam domin⁹ crucifixus ad occi
dentem respiciebat:z ita adoramus ad ipsum respicien
tes. ¶ Tertio vt venientem iudicē expectare monstre
mus. Nam assumptus ad orientē sursum ferebat:et ita
veniet ad iudicandum ad occidentem aspiciens. Hec
omnia damascenus libro. iiij. c. v. ¶ Quarto consecrat
vt ibidem deo laudes soluantur:hoc autem fit in septē
horis canonicis inter alias priuilegiatis. Nā in nocte
media qua matutinū celebratur:xp̄s nat⁹ est:capt⁹ z il
lusus a iudeis:z in hac hora infernum spoliauit. In me
dia etiam nocte z ad iudicium venturus asserit. Addū
tur etiam matutinales laudes:quia in mane egyptios
submersit in mare:mundū creauit z resurrexit. ¶ In
hora prima christus ad templū conueniebat:pilato pre
sentat⁹ fuit z surgens mulierib⁹ apparuit. In hora ter
tia a pilato ad columnā flagellat:morti adiudicat:z spi
ritussanct⁹ in apostolos mittitur. ¶ In sexta clauis in
cruce configitur:tenebre per totum mundū fiunt:z sol
obscuratur:z in die ascensionis cum discipulis recum
bens conuersat. ¶ In nona christus spiritum emisit:
miles latus eius aperuit:cetus apostolorum ad oran
dum venire consueuit:z christus in celū ascendit. ¶ In
vespera christ⁹ in cena sacramentum sui corporis insti
tuit:pedes discipulorū lauit. de cruce deposit⁹ fuit:disci
pulis in habitu peregrini se ostēdit. ¶ In cōpletorio
christ⁹ sanguineas guttas sudauit:in monumēto posi
tus quieuit:resurgens pacem discipulis nunciauit. In
his ergo horis predicta beneficia recolimus:z pro ip
sis deo gratias reddimus. ¶ Quinto consecrat vt ibi
dem sacramenta ministrantur:quorū quedā ministrā
tur intrantibus vt baptism⁹:quedā exeuntib⁹ vt extre
ma vnctio:quedam commorantib⁹:z horū quidē sunt
ministrātes:his datur ordo:quidam pugnātes:z horū
quidā succumbunt:his dat penitētia:quidam insistunt
z hoc cōfert audacia animi vt roborent:z hoc p cōfir
mationē:xib⁹ vt sustentent:z hoc p eucharistie sumptio
nem:fit remotio impedimēti ne deficiant:z hoc p ma
trimonij cōiunctionē. ¶ Secūdo vidēdū est qualiter
consecretur:z primo de altari:secundo de ipsa ecclesia.
¶ Ad consecrationē autē altaris quinq̧ concurrunt:
primo quatuor cruces de aqua benedicta in quatuor
cornib⁹ configurant:secūdo ipsum altare septies cum
aqua eadē aspergit:tertio incēsum i ipso cremat:quar
to chrismate inungitur:quinto mundis pannis operit.
Hec aūt representant ea que debēt habere ad altare ac
cedētes. Debēt enim habere charitatē quadruplicē sci
licet ad deū:ad seipsos:ad amicos:z ad inimicos:z hec
significant quatuor cruces quatuor cornib⁹ altaris fa
cte. de his Gen. xxviij. Dilataberis ad orientem z occi. z
septemtrio. z meridiē. vel p quatuor cruces ostenditur
q̄ christ⁹ p crucem quatuor mundi partes saluauit:vel
vt ostēdatur q̄ quatuor modis debemus crucē porta
re. s. in corde per meditationē:in ore p confessionem:in
corpore per mortificationem:in facie per impressionē.
¶ Septes autem aque aspersiones sunt. vij. sanguinis
christi effusiones:quarū prima fuit in circuncisione:se
cūda in oratione:tertia in corporis flagellatione:quar
ta in capitis coronatione:quinta in manuum perfora
tione:sexta in pedum cruci affixione:septima in lateris
apertione. Circuitus autem altaris significat vigilātiā
z curam quam debēt habere ministri altaris erga sub
ditos ne incidant in. vij. vitia capitalia. Canti. Inuene
runt me vigil. qui custo. ciuitatem zc. ¶ Debent etiam
habere orationē feruentem z deuotam:quod significa
tur:per cōcremationem thuris. Habet enim thus vir
tutem ascēdendi ex fumi leuitate:consolidandi ex qua
litate:constringendi ex glutinitate:cō fortādi ex aroma
titate. Sic oratio ascendit in dei memoriam:animā con
solidat quantum ad culpam preteritam impetrando
medelam:constringit quantum ad futurū:impetrando
cautelā:confortat spiritum ad psentē impetrando tutelā.
¶ Vel pōt dici quod deuota oratio per thus significat:
q: habet ad deū ascendere. Ps. Dirigat oratio mea sicut
incen. zc. apoca. viij. Data sunt ei incēsa multa:vt daret
de orōnib⁹ sctōrū zc. ¶ Debent insup hře nitorē cōsciē
tie z odorē bone fame. qđ significat per chrismatis vn
ctionē:qđ conficit ex oleo et balsamo. Oleum eñi est ni
tor conscientie quam debēt habere puram. Gal'. Glia
nřa hec est testimoniū conscientie nostre. Balsamū. est
odor bone fame quā debent habere clarā. j. thimo. iij.
Oportet eū testimoniū habere bonū:z ab his q̄ foris
sunt zc. ¶ Debēt preterea hře mūdiciā operationis scē:
qđ significat per pānos albos z mundos q̄b⁹ altare ve
stitur. Apoca. iij. Vestimentis albis induaris:vt nō ap
pareat confusio nuditatis tue. Bernar. Modicū valet
accedēti ad altare:cū hs dignitatē summā z vitā infimā.
¶ Scđo vidēdū est de eccl'ia qualit' consecraret:ad qđ
quatuor cōcurrūt. ¶ Primo eñi ep̄s ecclesiā ter circuit:z
q̄libet vice ad ianuā veniēs baculo pcutit dicēs. Tolli

te portas ⁊c. ¶ Secūdo interi⁹ ⁊ exteri⁹ aqua bñdicta ecclesia aspergit. ¶ Tertio in pauimento crucem de cinere facit ex transuerso angulo oriētis vsq3 ad angulū occidentis ⁊ ecōuerso: ⁊ ibidem literis grecis ⁊ latinis alphabetum describit. ¶ Quarto in parietibus ecclesie. xij. cruces depingit: an quas cereos. xij. accendit ⁊ ipsas chrismate inungit. ¶ Primum ergo sc3 triplex circuit⁹ significat triplicem circuitū quē fecit christus propter ipsius ecclesie sanctificationem. Primum quo de celo venit in mundū. Secundū quo de mūdo venit ad limbum. Tertiū quo de limbo resurgens ascendit ad celū. Primum fuit ad saluationem peccatorum. Secundum ad liberationem damnatorum. Tertium ad glorificationem beatorū. ¶ Uel triplex circuitus fit ad ostendendū ꝙ ecclesia cōsecrat ad honorem trinitatis. ¶ Uel significat triplicem statum saluandorum qui sunt virgines: continentes: ⁊ coniugati: qui etiam designantur in dispositione materialis ecclesie. Nam sanctuariū significat virgines: chorus continentes: corpus nubentes: strictī⁹ est sanctuarium ꝙ̄ chorus: ⁊ chorus ꝙ̄ corpus: quia dignior est ordo virginum ꝙ̄ cōtinentium: ⁊ continentiū ꝙ̄ coniugatorum: vt dicit Richar. ¶ Secundum scilicet trina ad ostium ꝑcussio significat triplex ius qđ habet christus in ecclesia. Est eñ sua creatione redemptione ⁊ glorificatione: ⁊ hoc triplici iure ei debet aperiri: vt dicit Ansel. ¶ Tertium sc3 exclamatio. Tollite portas ⁊c. significat trinam eius potētiam. s. in celo: in mūdo: ⁊ in inferno. ¶ Secundum. s. aque benedicte interi⁹ ⁊ exterius aspersio fit triplici de causa. ¶ Primo ꝑpter demonis expulsionē: vt dicitur in exorcismo aque. Fiat aqua exorcizata ad effugandū inimicum ⁊c. Fit autem hec aqua ex aqua: vino: sale: ⁊ cinere: q3 quatuor maxime expellunt diabolum. s. lachrymarū effusio: que per aquam. Spiritualis exultatio: que per vinum. Matura discretio. que per salem. Et profunda humiliatio: q̄ per cinerem. ¶ Secūdo ꝑpter ipsius ecclesie expiationem. Omnia eñ terrena ꝑpter peccatū sunt corrupta: ⁊ ideo locus aspergit vt ab immunditia purgetur: vnde in lege omnia pene aqua mundabantur. Tertio propter remouendam maledictionem. Terra enim a principio cum omni fructu suo maledictionē accepit: aqua vero nulli maledictiōi subiacuit. Hinc est: dominus comedit piscem: sed nunq̄ legitur comedisse carnem nisi agni paschalis propter preceptum legis. ¶ Tertium: scilicet alphabeti descriptio: representat primo ꝯiunctionē vtriusq3 populi: videlicet gentilis ⁊ hebrei per crucē christi factam. Unde ⁊ illa crux ex trāsuerso ducitur ab angulo orientis vsq3 ad angulum occidentis: ad significandum ꝙ populus dexter factus est sinister: ⁊ qui erat in capite factus est in cauda: ⁊ econuerso. Secundo representat paginam vtriusq3 testamenti per crucem christi adimpleri: vnde moriens ait: consummatum est. Et crux ex transuerso ducitur: quia vnum testamentum in alio continetur: quia rota est in rota. ¶ Tertio rep̄sentat articulos fidei: quibus rudes ⁊ neophyti de vtroq3 populo erudiendi sunt: qui se cinerem ⁊ puluerem reputare debent: iuxta illud Gen. xvij. Loquar ad dominū meū cū sim puluis ⁊ cinis. ¶ Quartum scilicet in. xij. locis crucis impressio illuminatio ⁊ inunctio fit triplici ratione. Primo propter demonum terrorem: qui inde expulsi sunt: vt videntes signum crucis illuc ingredi non presumant. ¶ Secundo propter triumphalem ostēsionem. Cruces enim sunt vexilla christi: vt ostendatur enim ꝙ locus ille dominio christi est subiugatus cruces depinguntur: sicut quando ciuitas aliqua ab imperatore capitur imperiale vexillum in ea erigitur. ¶ Tertio propter apostolorum representationē. Nam xij. luminaria ante cruces posita significant. xij. apostolos qui per fidem crucifixi mundum illuminauerunt. Cruces autem chrismate vnguntur: quoniam apostoli fidem passionis christi ad cognitionem inflammauerunt: et ad amorem vnxerunt videlicet ad conscientie nitorem: qđ per oleum: ⁊ ad bone fame odorem: qđ per balsamum. Tertio videndum est qualiter ⁊ ꝑ quos ecclesia prophanetur. Sciendum ꝙ domum dei ꝑ tres legimus prophanari: scilicet per hieroboam: per nabuzardam: ⁊ per antiochum. Hieroboam sicut legitur iij. regum. xij. duos vitulos fecit ponēs vnum in dan et alterum in bethel: que dicitur domus dei: ⁊ hoc ꝑpter auaritiam fecit: ne scilicet regnum ad roboam rediret. Nabuzardam sicut legitur. iiij. regum. xxv. domum dei combussit. Nabuzardā princeps coquorum significat gulam ⁊ lasciuiam. Rex antiochus qui fuit superbissimus ⁊ ambitiosus domum dei polluit ⁊ cōtaminauit: sicut habetur primi machabeorum primo. ⁊ significat ipsam superbiam. Ad denotandū ꝙ per hec tria vitia clericorum domus dei. i. ecclesia prophanatur. s. ꝑ auaritiam gulam ⁊ superbiam: primū communiter viget in religiosis: secundū in clericis: tertiū in prelatis. Et sicut ꝑ tres ecclesia fuit prophanata: ita ⁊ per tres alios extitit dedicata: scilicet per moysen: salomonem: ⁊ iudā machabeū: per qđ insinuatur ꝙ dedicantes domū dei debent habere humilitatē q̄ in moyse: sapiētiā ⁊ discretionem que in salomone: vere fidei confessionē q̄ in iuda machabeo denotatur.

¶ De dedicatione ecclesie spiritualis. Cap. cxxi.



Dedicatio ecclesie siue templi spiritualis: quod sumus nos: iuxta illud apostoli. Templum enim domini sanctū est: quod estis vos. Et iterum. Nescitis q2 corpora vestra templum sunt spiritussancti. Sub solennitate dedicationis materialis templi ab ecclesia celebratur. Nam sicut ait augustinus. Quotiescunq3 altaris vel templi festiuitatem colimus: si fideliter ⁊ diligenter attēdimus ⁊ sancte ac iuste viuimus: quicquid in templis manu factis agitur: totum in nobis speciali edificatione completur. Ipsa enim spiritualis ecclesia construit ex lapidibus viuis. prime petri secundo. Tanquam lapides viui superedificamini ⁊c. Et lapidib⁹ quadris. Nā quatuor latera lapidis spiritualis sunt fides/spes/charitas/⁊ operatio: que equalia sunt: quia vt dicit Gregori⁹. Quantū credis tantū speras: q̄tū credis ⁊ speras tantum diligis: ⁊ quantum credis speras ⁊ diligis tantum operaris. In hoc quidem templo altare est cor nostrum: supra quod tria debent deo offerri. primū ignis dilectionis perpetue. Leuitici vndecimo. Ignis nunq̄ deficiet in altari. scđm incensum orationis odoriferē. primi Paralip. vj. Aaron ⁊ filij eius adolebunt incensū super altare ⁊c. tertium sacrificium iustitie: quod sacrificium consistit in oblationibus penitentie in holocausti dilectionis perfecte ⁊ in vitulos carnis mortificate psalmista. Acceptabis sacrificium iustitie oblationes ⁊ holocausta: ⁊ tunc imponent super altare tuū vitulos. Templum autē spirituale quod sumus nos ad instar templi materialis consecratur. Primo enim summus pontifex christus ostium cordis clausum inueniens circuit: dum peccatum oris cordis ⁊ operis ad memoriam eius reducit. De hoc triplici circuitu dicitur Esaie. xxiij. Sume citharam quo ad primum circuit ciuitatem scilicet cordis: quo ad secūdum: meretrix obliuioni tradita: quo ad tertium. Secundo ipsum ostium cordis clausum ter percutit vt sibi aperiat. Percutit enim ihs cor ictu beneficij consilij ⁊ flagelli: de qua triplici percussione dicitur prouerbiorum. j. Extendi manum meam quo ad primum: despexistis: loquitur ad malos: omne consilium meum quo ad secundum: et increpationes meas neglexistis: quo ad tertiū. Uel ter percutit dum

rationalem mouet ad peccati cognitionem: concupiscibilem ad dolorem: irascibilẽ ad vindictam ⁊ detestationẽ. Tertio ipm̃ tẽplũ spũaliter aqua in et⁹ ⁊ extra debet irrigari. Hec aũt trina irrigatio trina est lachrymarũ effusio: mẽs em̃ viri sancti vt dicit Gregori⁹ dolore afficitur p̃siderãdo vbi fuit: vbi erit: vbi est: ⁊ vbi nõ est: vbi fuit inquit in pctõ: vbi erit in iudicio: vbi est in miseria: ⁊ vbi nõ est in gloria. huic aũt aque admiscenť sal vinũ ⁊ cineres: q: cũ his lachrymis debet admisceri vinũ spũalis exultationis: sal mature discretionis: ⁊ cinis p̃funde humiliationis. Vel p̃ vinũ limphatũ intelligitur verbũ incarnatũ: p̃ salẽ sanctitas eius vite q̃ est in oĩb⁹ cõdimentis: p̃ cinerem passionis eius suppliciũ. His igitur debemus cor nostrũ aspergere scz beneficio incarnationis: p̃ qd̃ p̃uocemur ad humilitatẽ exẽplo ei⁹ cõuersationis p̃ qd̃ informemur ad sanctitatẽ: ⁊ memoria eius passionis p̃ quã incitemur ad charitatẽ. Quarto in hoc tẽplo cordis scribiť spũale alphabetũ siue spũalis scriptura. Que quidẽ triplex est: scz dictamina faciẽdoꝝ: testimonia diuinoꝝ beneficioꝝ: ⁊ accusatio p̃prioꝝ delictorũ. Romanoꝝ. ij. Cũ eñi gẽtes q̃ legẽ nõ habent: naturaliter ea q̃ legis sunt faciũt: hui⁹ legẽ nõ habentes, ipsi sibi sunt lex qui ostendũt opus legis scriptũ in cordibus suis: ecce primũ testimoniũ. reddente cõscientia ipsoꝝ: ecce scdm̃. ⁊ inter se cogitationũ accusantiũ: ecce tertiũ. Quinto debẽt pingi cruces: id est assumi penitẽtie asperitates: q̃ debẽt inungi ⁊ illuminari: q: non solũ ferende sunt patiẽter: sed etiã libenter: qd̃ p̃ vnctionẽ: ⁊ ardẽter qd̃ p̃ ignẽ. Unde Bernardus. Qui minaſ timore crucẽ xp̃i portat: qui amore portat patiẽter: qui p̃ficit in spe portat libẽter: sed qui cõsummãtur in carne amplectitur iam ardẽter. Qui igitur hec oĩa habebit: vere tẽplum ad honorem dei dedicatũ erit: dignus plane in quo christus in via habitet per gratiam vt tandem in eo in patria habitare dignetur per gloriam. Quod ipse prestare nobis dignetur: qui viuit ⁊ regnat deus per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Explicit liber decimus.

Incipit prologus vndecimi libri.



Undecimus huius voluminis liber cõtinet gestorũ ⁊ passionũ sanctorũ differentias quatuor. ¶ Primo illorũ sanctoꝝ quorum dies festiui nobis fuerũt penit⁹ ignoti: sed neqꝫ eorũ legende potuerũt in aliqua superiorum librorum parte cõmode collocari. Scripsimus enim fauẽte domino gesta sanctorum quorum festa per anni circulum occurrunt. Quibus etiam addimus quedam alia sanctorum quorũdam: qui vel ex nominis equiuocatione: vel ex alia circa materiam dependẽtia: vel ex alia rationabili causa potuerunt ceteris sanctorum legendis coniungi: sicut presentem legentibus catalogum parere potest. Restabant autẽ aliquę legende q̃ nulla occasione poterãt certis diebus anni locari: quas in hoc vndecimo libro reseruauimus describendas. ¶ Secundo illorum sanctorum gesta que per obliuionem aliquam suis inserenda locis fuerunt omissa: quod diffiteri nõ presumo. Cui enim adeo prestantis memorie occurrat cuncta que legerit vel audierit per singula cordi recondere: suoqꝫ recolẽda tempore facile in promptu ad votum habere. Neminem certe arbitror tali potiri priuilegio: nisi spiritu prius fuerit afflatus diuino. ¶ Tertio illorum sanctorum quorum gesta ⁊ passiones post ceptum opus: mihi de nouo apparuisse contigisset: aut in posterum mihi vel posteris appareret: qd̃ propter sanctorum infinitatem et librorum numerositatem accidere de facili satis esset. Quarto etiam illorũ sanctorum qui per futurorum temporum successiones ab ecclesia militãte canonizandi ⁊ in sanctorũ numero conscribendi forent: quod vsqꝫ ad presentis seculi finẽ credimus affuturum. Cum non sit abbreuiata manus domini: que ⁊ in terris homines de nouo sanctificare ⁊ in celis multiplicare potest. Horum etiam igitur gesta presenti conserenda volumini: nõ tam nobis quam posteris reseruamus. Qua de re nec ipsum opus nostrum certo fine concludimus: eo qꝫ sanctorum infinitas vsqꝫ ad seculi finem augenda: nec finem habet nec numerũ. ¶ Ad festa igitur que presentialiter habemus exponenda veniẽdum est. Et primo quidem librum ecclesiastice historie transcurrentes: quedam que ex ipso circa sanctos aliquos omissa fuerant recolamus.

¶ Explicit prologus decimi libri.

Incipit liber vndecimus.

¶ De sanctis duobus nepotibus christi s̃m carnem confessoribus. Capitulum. j.



Duo nepotes domini saluatoris scd̃m carnem ex linea collaterali: videlicet ex ei⁹ carnali genere nepotes iude qui dicebatur frater domini quorum nomina Eusebius silẽcio tetigit tempore domitiani imperatoris sub secunda christianorum persecutione apud iudeam florebant. Cum autem domitianus iussisset perimi omnes de genere dauid et stirpe regia descendentes: hi duo delati sunt triplici inuidia: videlicet qꝫ ex dauid genere: ⁊ ipsi⁹ christi propinquitate nati essent. Quos reuocatus quidã qui in hoc missus fuerat perduxit ad domitianum. Nam ⁊ ipse de aduẽtu christi sicut talis herodes formidabat. Interrogati autẽ a cesare si essent ex familia dauid cõfitenť. Interrogati quãtis essent facultatibus vel possessionibus prediti. Respondent qꝫ vtrisqꝫ nõ amplius esset iꝫ hemis nouem milibus denariũ. Ex quib⁹ singulis pars media p̃ portione debebatur: nec hec sibi in pecunia: sed in estimatione terre subsisterant: quã habebant in triginta nouẽ iugeribus cõstitutã: quã que suis manibus excolebant ad victũ consequendũ ⁊ tributum persoluendũ. In cuius testimoniũ manus labore rigidas ⁊ callis obduratas p̃ferebant. Interrogati de christo quale est regnũ eius: vel quis ipse: aut vnde: vel quãdo venturus. Respõdent qꝫ neqꝫ huius mundi regnum neqꝫ huius

terre ei designetur imperium: sed celeste ei regnum per angelorum ministeria in cōsummatiōe seculi preparetur: quādo scilicet venturus in gloria de viuis ac mortuis iudicabit. Domitian⁹ aūt cū neq; in eis quicq̄ criminis inueniret ꝛ vilitatē corū ac verba maxime cōtemneret: abire eos libere iubet. Illi vero dimissi vel martyrii merito: vel tante propinquitatis prerogatiua: pacis tempore duces ecclesie effecti vsq; ad traiani tēpora permanserunt.

¶ De sanctis romanis pontificibus et eorum successione. Cap. ii.



Romani pontifices et eoꝝ successiones ideo hic ponunt: vt que ecclesiastice historie libro restabāt: hic recolligant: ꝛ ipsi ordo libri p singula summarie trāscurrat: quaten⁹ ad quosdā sanctos epos romanos pontifices qui in catalogo sanctorū cōserti sunt ꝛ hactenus omissi fuerūt perueniat. Liber itaq; historie ecclesiastice romanos pontifices enserat a btō petro aplo vsq; ad syricium papā qui successit damaso p successiones sctōrum epoꝝ numero. xl. Sub quo syricio liber prefatus finem facit. Omnes autē pape qui in dicto libro describunt sanctificati habētur: aut in ordine martyrū aut confessoꝝ: excepto liberio qui heresis arriane labe maculatus sctōꝝ pontificū cetū fedauit: sicut alter iudas apostoloꝝ collegiū: ꝛ nicolaus sacrū numerū leuitarū. Primus igit in sede romana beatus petrus apostolus pontificatū tenuit: ꝛ primo q̄dā sedit antiochie annis septē: deinde cathedrā episcopalē in vrbe roma tenuit annis. xxv. mēsib⁹ quinq; et dieb⁹ tredecim: de quo. s. actū est in festo cathedre sancti petri octauo kalendas martii: ꝛ in festo passionis ipsius tertio kalē. das iulii. ¶ Scđs eps fuit linus: de quo supra dictum est in eius passione. ix. kalen. octobris. ¶ Tertius fuit cletus: de quo supra in eius passione sexto kal. martii. ¶ Quartus fuit clemens: de quo supra in eius passione nono kalē. decembris. Quintus fuit anacletus: de quo supra. iii. idus iulii. ¶ Sext⁹ fuit euaristus: de quo supra. vii. kalen. nouēbris. ¶ Septimus fuit alexāder: de quo supra. v. non. maii. ¶ Octauus sixtus primus: de quo supra octauo idus aprilis. ¶ Non⁹ telesphorus: de quo supra nonas ianuarii. ¶ Decimus iginus: de quo supra quarto idus ianuarii. ¶ Undecim⁹ fuit pius: de quo supra. v. idus iulii. ¶ Duodecim⁹ anicetus: de quo supra. x. kalendas maii. ¶ Tertiusdecimus sother: de quo. s. x. kalendas maii. ¶ Quartusdecim⁹ eleutheri⁹: de quo supra. vii. kalē. iunii. ¶ Quintusdecimus victor: de quo. s. v. kalen. augusti. ¶ Sextusdecimus zepherinus: de quo. s. vii. kalen. septembris. ¶ Decimusseptimus calixtus: de quo. s. pridie idus octobris. ¶ Decimusoctauus vrbanus: de quo supra. viii. kalend. iunii. ¶ Decimusnonus pōtianus: de quo. s. xiii. kalen. decēbris. ¶ Uigesimus antheri⁹ fuit: de quo. s. actum est non. ianua. ¶ Uigesimusprim⁹ fabianus de quo supra xiii. kalē. februarii. ¶ Uigesimussecūdus fuit corneli⁹: de quo. s. xviii. kalē. octob. ¶ Uigesimustertius luci⁹: de quo supra. iii. non. martii. ¶ Uigesimusquartus stephanus de quo. s. iiii non. augusti. ¶ Uigesimusquintus sixtus secūdus: de quo supra. viii. idus augu. ¶ Uigesimussextus dionysius de quo supra. vii. kalē. ianuarii. ¶ Uigesimusseptim⁹ felix primus: de quo supra. iii. kalē. iunii. ¶ Uigesimusoctauus fuit marcus primus: de quo supra nonis octobris. Et hic solus de numero tantorum pontificū: vcꝫ tam supra positorū q̄ infra ponendoꝝ vsq; ad siluestrū papam martyriū euasit. ¶ Uigesimusnonus eutychian⁹: de quo supra. vi. idus decēbris. ¶ Trigesimus caius: de quo supra. x. kalēd. maii. ¶ Trigesimusprimus marcellin⁹: de quo supra. vi. kalend. maii. ¶ Trigesimussecundus marcellus: de quo supra. xvii. kalen. februarii. ¶ Trigesimustertius eusebius: de quo supra. vi. kal. octob. ¶ Trigesimusquart⁹ melchiades: de quo supra. iiii. idus decebris. Oēs prefati pōtifices excepto marco p martyriū assumpti fuerūt. ¶ Trigesimusquintus fuit siluester primus inter epos confessores: de quo supra actum est pridie kalen. ianuarii. ¶ Trigesimussextus fuit marc⁹ secundus: de quo supra non. octobris. ¶ Trigesimusseptim⁹ iulius: de quo supra idibus aprilis. ¶ Trigesimusoctauus fuit liberius hereticus tēpore cōstantii imperatoris: q̄ primo quidem dū nollet arriane heresi consentire ab eodem augusto in exilium missus est: vbi stetit per annos. iii. Sed demū consentiens heresi predicte: ab eodē constantio reuocatur ꝛ in epm cōfirmatur: ꝛ felix qui in eius locū a clero ꝛ populo romano constitutus fuerat papa martyrio coronatur. ¶ Sicq; xxxix. eps fuit felix scđs martyr: de quo actum est. iiii. kalen. augusti. ¶ Quadragesim⁹ fuit damasus papa ꝛ cōfessor: de quo supra actum est. iii. idus decēbris. ¶ Quadragesimusprimus syricius sub quo liber ecclesiastice historie finē facit. Et hūc omissum immediate infra supponemus.

¶ De sancto Syricio papa. Cap. iii.




Syricius papa natione romanus ex patre tyburtio damaso pape in episcopatu romano successit: ꝛ sedit annos. xv. mēses. xi. dies. xxv. Hic constituit vt monachi fierēt clerici vtilitatis causa vel sūme necessitatis. Et vt null⁹ p̄sbyter missas celebraret nisi in sacratis ab epo locis. Hic manichęos in vrbe inuenit quos exilio damnauit: et constituit vt nō participarent cū fidelib⁹ cōmunionem. Sed precepit vt si quis ex eadē secta redire ad ecclesiā ꝯuersus nullatenus cōmunicaretur: nisi tāꝫ religioni monasterii oibus dieb⁹ vite sue obnoxius teneret ieiuniis ꝛ orationib⁹ maceratus ꝛ p̄bat9 sub omni examine vsq; ad vltimū diē transit⁹ sui: ꝛ sic viaticum recipiat. Hic quoq; synodum celebrauit apud cōstantinopolim. ccl. epoꝝum. Et postq̄ sedem apostolicam feliciter gubernasset: dormiuit cum patribus suis. Et sepultus est ad sanctum petrum plenus sanctitate. Et cessauit episcopatus dies. xx.

¶ De sancto Zozimo papa. Capitulū. iiii.



Zozim⁹ papa natione grecus ex patre abramio innocētio pape primo i pōtificatu romano successit. Seditq; annos. ii. menses. iii. dies. xxv. Hic multa sctitate polluit: ꝛ pauperū largus beneficus extitit. Hic cōstituit vt seruus nullo modo clericus fieret. Et in sabbato sctō cereū in oib⁹ titulis vrbis benedici p̄cepit. Et oēs clericos vinū in publico vēdere p̄hibuit. Et hic plenus sctitate i pace q̄euit. Et sepult⁹ est i via tyburtina iuxta corp⁹ btī laurētii mar. Et cessauit epat⁹ dies. xi.

¶ De sancto Simplicio papa. Cap. v.



Simplici⁹ papa natiōe tyburtinus ex patre castino hilario pōtifici i epatu romano successit ꝛ sedit annos. xv. mēses. i. dies vii. Hic vir beatissimus dedicauit ecclesiā sancti stephani iuxta basilicam sancti laurētii et basilicam sancte sabine martyris: vbi corpus eius requiescit cum quatuor mille ducētum sexaginta duo sanctorū corpora

tibus. Hic. xxviij. presbyteros per titulos in urbe roma constituit: propter penitentes et baptisma. Et ut. vij. episcopi per hebdomadas ad ecclesias patriarchales sive ad earū regiones manerent. Et fecit. v. regiones presbyteris urbis dividendas. Primā regionem ad sanctum ioannē lateranēsem. Secundā ad sanctū petrum. Tertiam ad sanctū paulum. Quartā ad sanctum laurētium extra muros. Quintā ad sanctam mariā maiorem. Cōstituit quoq; ut nullꝰ clericus investiturā a laico reciperet. ¶ Sub cuiꝰ epatu venit relatio de grecia per epistolam ab acacio constantinopolitano epo: simul et a timotheo catholico et affirmavit petrum alexandrie urbis epm esse eutychianus hereticum: plurima de eo crimina affirmans. Quo audito simplicius dānavit petrū ita tamē ut penitētie servaret tēpus. Et post hec sanctꝰ eps quievit in dño: et sepultꝰ est iuxta corpꝰ beati petri apostoli in vaticano. Et cessavit epatus dies septem.

¶ De sanctis Alexandrinis episcopis et eorū successione. Cap. vj.



Alexādrini episcopi quorum successiones in ecclesiastice historie libro describuntur et qui in sanctorum catalogo connumerātur fuerunt numero. xviij. videlicet a beato Marco euangelista usq; ad theophilum: videlicet a prima ipsiꝰ ecclesie fundatiōe usq; ad tēpora archadij et honorij augustorū. ¶ Quorum pontificum primus ipsius ecclesie fundator fuit beatꝰ Marcus apostolus et euangelista: de quo in secūdo libro ecclesiastice historie habetur: et de quo supra in eius passione dictū est. vij. kalen. maij. ¶ Secundus fuit sanctus anianus p̄fati marci discipulus: de quo supra dictū est. iiij. non. octobris. qui tenuit ipsam sedem per annos. xxij. ¶ Tertius fuit abilius de quo supra dictū est. viij. Kalē. martij. qui sedit in ipsa sede annis. xiij. ¶ Quartus successit cerdo de quo habetur. iiij. lib. ecclesiastice historie cap. j. et hic ibidē sedit annos. xviij. ¶ Quintus fuit primus de quo eodē lib. cap. iiij. et hic sedit in ipsa sede annos. xij. ¶ Sextus fuit iustus: de quo eodem cap. v. et hic annos. xj. sedit. ¶ Septimus successit eumenides: de quo prefato libro cap. xj. qui et sedit ibidē annos. xiij. ¶ Octavus fuit marcus: de quo eodem libro et capitulo: qui et sedit annos. x. ¶ Nonus fuit celadion de quo eodem libro cap. xix. qui et sedit annos. xiiij. ¶ Decimꝰ fuit agrippinꝰ de quo ecclesiastice historie libro. v. cap. ix. et hic sedit annos. xij. ¶ Undecimꝰ successit iulianꝰ: de quo eodē libro. v. cap. ix. et hic sedit annos. x. ¶ Duodecimus fuit demetrius: de quo libro. vj. capi. xix. qui et sedit annos. xliij. ¶ Tredecimus fuit eraclas: de quo habet eodē li. cap. xxvi. q fuit unus ex discipulis origenis p̄batissimus: cui et preceptor eius ex alexādria profugus: veniens cesareā auditoriū suū reliquerat. Et cū hic apud cesareā moraretur: innumeri ad eū nō solum regionis ipsius viri: sed ex provinciis procul positis cōcurrebant et relicta patria ac parentibus sequebantur eū tanq̄ deū docentē. Et hic in ipsa ecclesia prefuit annos sex. ¶ Decimusquartus huic successit dionysiꝰ: de quo libro. vj. ecclesiastice historie multa cōscribuntur. et de hoc supra actum est in gestis eius. xv. Kalen. decembris. Hicq; sedit annos. xvij. ¶ In sequentibus vero ecclesiastice historie libris adduntur et alij. viij. pontifices alexandrini. ¶ Ex his autem quintusdecimus in ordine fuit maximus qui sedit annos. xiij. de quo supra. v. Kalen. iunij. ¶ Sextusdecimꝰ theonas qui sedit annos xix. de quo supra. x. Kalē. septembris. ¶ Decimusseptimus petrus: de quo supra in eius passione actū est. vj. Kalend decemb. qui sedit annos. xij. ¶ Decimusoctavus achillas: de quo supra in eius legenda. vij. idus novemb. qui sedit annos. ix. ¶ Decimusnonus alexāder: de quo similiter supra in gestis eiusdē. iiij. kal. martij. q sedit annos. vij. ¶ Vigesimꝰ athanasiꝰ doctor insignis: qui sedit annos. xlvj. de quo supra actū est in gestis eiꝰ vj. nonas maij. ¶ Vigesimusprimꝰ petrꝰ secūs: q licz martyr nō fuerit: de sede tamen eiectus ad tempus per quēdā luciū hereticū: qui alexandriā ecclesiā invasit. ¶ Vigesimussecūs huic successit thimoteꝰ: sub quo liber prefatus ecclesiastice historie concludit. Omnes aūt p̄nominati gliosi pontifices in sanctorū numero collocātur.

¶ De sanctis Antiochenis epis et eorum successione. Cap. vij.



Antiocheni episcopi quorum successiones ex tempore in eodem ecclesiastice historie lib. cōserta sunt: et qui in sanctorum catalogo ponuntur: sunt numero. xxiij. videlicet a beato petro apostolo: qui primus antiochie sedit usq; ad episcopum flavianum: qui floruit tempore quo dictus liber conclusionis suorū temporū finem accepit. ¶ Eorū autē pontificū primus fuit beatus aplūs petrus: qui primā eius ecclesie antiochene cathedrā accipiens ibidem sedit annos. vij. sicut dictū est supra in cathedra sancti petri. viij. Kalend. martij. ¶ Secundus fuit zacheus: cui idem apostolorū princeps antiochia discedens: eādem ecclesiam cōmendavit: sicut habetur in itinerario beati clementis. et de hoc supra dictum est. x. Kal. septemb. Hic autem eps in libro ecclesiastice historie non ponitur forte ex eo quia non vere successor petri: sed quasi eius vicarius fuerit: cum ut dictū est: ei petrus dictam ecclesiam commendavit: et modico tempore ibidē presidens forte ante petruz occubuit. ¶ Tertius fuit enodius episcopus et martyr: de quo supra in eius passione actum est pridie non. maij. ¶ Quartus fuit ignatius episcopus et martyr: de quo etiā actū est in eius passione kal. februarij. ¶ Quintus fuit hero episcopꝰ et martyr et de hoc supra actum est. xvj. kalend. novembris. de his habetur in tertio ecclesiastice historie libr. ¶ Sextus successit cornelꝰ. ¶ Septimus fuit hero secundꝰ. ¶ Octavus theophilus: qui sextus post apostolos describitur occasione memorata. Et de hoc supra actum est tertio idus octobris. Et de his habetur mentio ecclesiastice historie lib. iiij. ¶ Nonus successit maximus ¶ Decimus serapion: et de his duobus in lib. v. ¶ Undecimus fuit asclepiades de quo supra. xv. kalend. novembris actum est. ¶ Duodecimus philetus. ¶ Tredecimus aūt fuit zebenꝰ. ¶ Quartusdecimus babilas martyr: de quo supra actum est in eius passione. x. kalend. februarij. Et de his in lib. vj. ecclesiastice historie tractatur. ¶ Decimusquintus his successit fabianus et de hoc etiam in prefato lib. mentio habetur. ¶ Decimussextus autem fuit demetrianus. ¶ Decimusseptimus fuit dominus. ¶ Decimusoctavꝰ successit timeꝰ. ¶ Decimusnonus quiriꝰ ¶ Vigesimus autez fuit dorotheus: vir eruditissimꝰ: et in scripturis divinis satis intentus: qui pro multa diligentia etiam hebraicā linguā didicerat. Greca autē eruditione liberali a puero fuerat institutus. Hic eunuchus a nativitate fuit: quem diocletianus imperator in admiratione et veneratione habebat: et ei contulerat preposituram. Cuius et eusebiꝰ cesariensis ecclesie conscriptor historie auditor fuit ut de seipso tradit. ¶ Vigesimusprimꝰ huic successit tyrānus: sub quo ecclesiarū persecutio increviꝰ ¶ De his agitur ecclesiastice historie libro. viij. ¶ Vigesimussecūdus fuit eudoxius. ¶ Vigesimustertius autem successit meletius. de quo supra dictum est pridie non. decemb. Et de his duobus habet in. x. ecclesiastice historie lib. ¶ Vigesimusquartꝰ autē et ultimus cōscribitur flavianus in eiusdem historie lib. xj. Quo ipse liber ipse ut dictū est: finem facit: et sue narrationis conclusionem.

¶ De sanctis hierosolymitanis epis et eorum successoribus. Capitulum.viij.

Hierosolymitani



episcopi et eorum successores ac tpa eodem lib. ecclesiastice historie ordine sequuntur: qui et sanctorum numero conscribunt. Et hi a beato iacobo apostolo usque ad temp' quo sue historie liber ipse finem facit. xxxiiij. numero colligunt. Ex his aut. xv. priores fuerunt et hebreorum populo pontifices constituti: priusquam aliquis ex gentibus ad episcopatum ipsius ecclesie assumeretur: qui omnes in ipsius ecclesiastice historie libro iiij. ex ordine ponuntur. Et de his mentio habita est supra in gestis zachei episcopi hierosolimitani. x. kalend. septembris. ¶ Primus quorum fuit iacobus frater domini: de quo supra actum est in eius passione. kalend. maij. ¶ Secundus fuit symeon et de hoc supra dictum est. xij. kal. martij. ¶ Tertius fuit iustus. ¶ Quart' successit prenominatus zacheus de quo supra. ¶ Quint' vero fuit tobias. ¶ Sext' beniamin. ¶ Septim' ioannes. ¶ Octauus mathias. ¶ Non' philippus. ¶ Decimus seneca. ¶ Undecimus vero successit iustus secundus. ¶ Duodecim' leuius. ¶ Tredecim' efrem. ¶ Quartusdecimus ioseph. ¶ Quintusdecimus et finis horum iudas. ¶ Post istos autem cepit ex gentibus ibi ecclesia congregari: sub helio adriano imperatore. Et prim' quidem ex gentibus ipsius ecclesie sacerdotium suscepit Marcus martyr simul et epus de quo supra in eius passione actum est. xj. kal. nouembris. ¶ Secundus vero successit assianus. ¶ Tertius publius. ¶ Quart' autem maximus. ¶ Quintus vero fuit iulianus. ¶ Sextus caius. ¶ Septimus iulianus scds. ¶ Octauus capiton. ¶ Non' valens. ¶ Decim' volitianus. ¶ Undecimus successit narcissus. De quo supra actum est in gestis eius. iiij. kalend. nouembris. hi omnes prefate historie ecclesiastice lib. v. successiue ponuntur. ¶ Duodecimus his successit alexander olim episcopus capadocie de quo in eius legenda supra. xv. kal. aprilis. Et hic martyrio coronatus est: vt de eo habetur ecclesiastice historie lib. vj. ¶ Tredecimus successit mazabanes. et de hoc eodem libro. vj. ¶ Quartusdecimus fuit himeneus. ¶ Quintusdecim' zabdas: et de his libro. vij. mentio fit. ¶ Decimusseptimus successit cyrillus de quo supra. iiij. kalend. februarij. ¶ Decimusoctauus autem et vltim' ioannes: de quibus duobus in libro. xj. mentio habetur. Et cum horum vltimo liber ipse terminatur.

¶ De sanctis Cesaree palestine epis. Cap. ix.

Cesarenses episco



pi illi' videlicet cesaree que est in palestina: que in prefato ecclesiastice historie libro sancti ponunt et successiue sibi connumerantur fuerunt quattuor. ¶ Primus quorum est theotist' de quo habetur lib. vj. qui auditor fuit origenis: et vna cum sancto alexandro hierosolyme epo omne pene vite sue temp' ad audiendum ipsum mancipabant: atque ipsi soli diuinis scripturis et ecclesiastica doctrina summa magisterij concedebant. ¶ Secundus fuit dominus: qui post breue tempus defunctus est. Tertius theotignus qui etiam origenis auditor fuerat. Et de his duob' fit mentio libro. vij. capitulo. xviij. ¶ Quartus successit agapius multo labore multaque diligentia in gubernatione populi adhibita: et precipue erga indigentes paterna prouidentia ferebatur. A quo et vir per omnia prudentissimus vita eruditione et moribus adornat' pamphilus ipsius ecclesie presbyter surrogatus est vt habetur libro. vij. ecclesiastice historie. cap. xxvij.

¶ De sanctis Laodicie episcopis. Cap. x.

Laodicienses san



cti episcopi qui sanctorum numero conscribuntur in premisso libro. v. nominatim explicantur. ¶ Primus quorum fuit socrates. ¶ Secundus eusebius alexandrin' genere qui in causa pauli samosateni ad partes syrie cum venisset: quod esset in scripturis diuinis eruditus a fratribus studiosis velut thesaurus quidam repertus vltra nusquam abire permissus est: sicut dionysius in epistolis suis scribit. ¶ Tertius huic successit anatolius: de quo supra actum est in eius festo. vj. idus martij. De his agitur lib. vij. cap. xxvij. ¶ Quartus fuit sext' episcopus. ¶ Quintus autem successit stephanus qui non fuit sanctus. Nam de eo habetur quod licet eruditione et eloquentia prioribus non inferior fuerit: sed fidei virtute longe dissimilis: sicut persecutionis ignis probauit. Nihil enim philosophie in necessitate tentationis ostendit. ¶ Sextus autem et vltimus qui et sanctus nominatur theodorus. vir non solum verbis: sed rebus et virtutibus ornatus. Hic ante quidem medicus fuit. Sed et animarum a dno translatus est in medicinam vere incomparabilis: qui super omnes pene homines fide misericordia studio vigilantia atque omnibus optimis institutionibus claruit. In scripturis quoque diuinis laborem quam plurimum gessit. Hic in pace quieuit. iiij. non. nouembris. Hec in prefato libro vij. cap. xxviij.

¶ De sancto Modesto confessore. Cap. xj.

Modestus confes



sor vita et doctrina apud antiochiam claruit tempore marci antonij imperatoris. Qui diuinis scripturis non mediocriter eruditus magnificentius ceteris aduersus martionem hereticum eiusdem ipsi' deceptiones et fallacias: retecto quo velabatur nequitie tegmine denudauit: et apud ipsam vrbem in pace quieuit. Sub seuero principe humanitatis debitum soluens. De hoc ecclesiastice historie libro quarto capitulo. xxv.

¶ De sancto Musano presbytero et confessore. Cap. xij.

Musanus presby



ter et confessor apud alexandriam eodem tempore claruit. Cuius apostolice fidei et sane doctrine monumenta ad eusebium cesariensem peruenisse dicunt. Eius etiam fert libellus multa elegantia scriptus ad quosdam fratres qui declinauerant ad heresim: que dicitur encratitarum tunc nuper exorta. Cui' authorem fuisse tacianus sermo asserit. Hic autem sanctus confessor apud Alexandriam in pace quieuit. De hoc habetur ecclesiastice historie. libro. iiij. capitulo. xxj. et xxviij.

¶ De sancto Pagato et sociis martyribus. Cap. xiij.

Pagatus martyr



cum sociis suis et quodam christiano nomine vectio apud lugdunum ciuitatem gallie passi sunt sub persecutione antonini imperatoris. Cum enim ex acclamationibus vulgi preses in christianos nimia crudelitate deseuiret. Pagatus martyr: cui' vita ab adolescentia fuerat examinata et probata ex perfe

cta charitate quam deum custodiebat et proximum cum tam crudelia supplicia servis dei vidisset inferri poposcit se pro civibus suis audiri: quibus nihil impietatis commissum probari poterat. Erat enim nobilissimus inter suos et eruditissimus. Verum eius defensionem iudex non recipiens inquisivit tantum si esset christianus: qui cum se christianum clara et libera voce professus esset. Iussit illum tanquam christianorum advocatum vinctorum numero sociari. Dum autem defensionem libertatis: que in nostra religione consistit: exequitur domini cum secutus exemplum animam suam pro ovibus suis posuit et amicis: et cum vectio quodam civitatis eiusdem nobile glorioso martyrio coronatur. Quibus optimis et fidelissimis ducibus vius omnis reliquus sanctorum eiusdem urbis chorus prompti et alacres animas suas pro fidei libertate posuerunt. Hec ex libro. v. cap. j.

De sancto Alcipiadde martyre. Cap. xiiij.



Alcipiaddes martyr apud Lugdunum galliarum oppidum passus est sub persecutione iam dicta: de quo habetur ecclesiastice historie libro. v. cap. iij. quod dum esset in numero eorum qui pro christi vincti tenebantur: vitam satis arduam gerebat: nihil sibi volens accipere: sed tantum sale et pane cum aqua vtebatur. Cumque talem vite rigorem vellet etiam in carcere positus obtinere. Attalo martyri in carcere etiam posito divinitus revelatur: quia non recte faceret Alcipiaddes creaturis dei non utitur aliis formam scandali derelinquere. Quibus ille cognitis cepit omnia cum gratiarum actione percipere. Et hic demum pro confessione nominis christi in vinculis positus vitam martyrio consummavit.

De sancto Apollonio confessore. Capitulum. xv.



Apollonius confessor et ecclesiasticus scriptor tempore Commodi imperatoris claruit apud alexandriam. De quo fertur ecclesiastice historie libro. v. ca. xviij. quod adversus cathaphrygas libellum ediditum quo satis vigilanter prophetias ipsorum falsas esse convincit: et singula in eius verba coarguit: simul et vitam moresque eorum: qui auctores huius hereseos extiterunt. Ex quibus omnibus aliis quam plurimis vehementer supredicta heresis confutatur. Et hic vite sanctitate non infimus in pace apud eandem urbem quievit.

De sancto Polycrate episcopo. Capitulum. xvj.



Polycrates episcopus apud ephesum claruit tempore commodi imperatoris antedicti. Qui nobilis episcopus ipsius civitatis vita et doctrina conspicuus una cum bacchilo corinthiorum episcopo de quo infra dicetur ab eusebio in v. libr. ca. xxiij. plurimum commendatur. Hic ex persona omnium episcoporum asie de pascha celebrando beati Joannis et veterum fretus authoritatibus ad victorem romanum pontificem synodicam scripsit epistolam. Et hic inter sanctos illius temporis chorum preclarus ephesiorum sedi feliciter prefuit: gregem quoque domini verbis et exemplis impinguavit. Sepultus apud eandem civitatem.

De sancto Heraclito confessore Capitulum. xvij.



Heraclitus confessor et ecclesiasticus scriptor claruit tempore severi imperatoris: de quo Eusebius. v. lib. capitulo. xxvij. dicit quod inter alia eius sapientie opuscula in apostolo paulo commentarios edidit. Et in sanctitate vite in pace quievit.

De sancto Maximo confessore. Capitulum. xviij.



Maximus confessor et ecclesiasticus scriptor claruit tempore prefati severi principis: hic virtutibus et sapientia non minimus de famosissima illa omnium hereticorum disseruit questione: qua semper inquiritur unde sint mala: vel unde malitia. Et quod materia facta sit et non infecta. Et hic sanctus in christo cum pace dormivit: de quo et eusebius premisso libro et capitulo scribit.

De sancto Candido confessore. Cap. xix.



Candidus confessor et ecclesiasticus scriptor eodem quo supra dicti imperatoris tempore floruit: de quo et antedictus Eusebius eodem libro capitulo xxvij. mentionem facit: quod in exameron id est principio genesis scripsit. Et operibus perfectus effulgens cum pace dormivit.

De sancto Apione confessore. Ca. xx.



Apius confessor et similiter ecclesiasticus scriptor tempore eiusdem severi augusti floruit. Et hic sapientia et sacrorum librorum intelligentia insignis in apostolum paulum et in genesim libros nobile commentum exaravit: ut habet Ecclesiastice historie lib. v. ca. xxvij. predictis. Et hic in fidei confessione clarus humanitatis debitum virtutibus pollens exsolvit.

De sancto Sexto confessore. Ca. xxj.



Sextus confessor et ecclesiasticus scriptor. de quo et ante factus author premissis libro et capitulo loquitur: claruit eodem tempore severi imperatoris. Hic de resurrectione tam christi quam mortuorum generali luculenter disseruit. Aliaque nonnulla opuscula edidit: et sanctis fulgens operibus in christo requiescit.

De sancto Arabiano confessore. Cap. xxij.



Arabianus confessor et ecclesiasticus scriptor eodem antedicti Severi principis tempore floruit. Hunc et ex vite sanctitate et doctrina preclara Eusebius eodem quo supra libro et capitulo inter sacros eius temporis connumerando ponit. Hic enim in suis libellis plurimas exortas in diebus suis hereticorum insidias: confutans fidem rectam et apostolicam

monumentis suorum mandauit voluminū. Et hic in pace diem clausit extremum.

¶ De sancto Leonide martyre. Cap. xxiii.



Leonides martyr apud alexandriā passus est sub Seueri imperatoris persecutione. Hic pater fuit origenis famosi doctoris et ecclesiastici scriptoris. Qui tentus a persecutoribus et in carcerem trusus est. Cui Origenes de domo adhuc adolescens annorum. xvii. epistolam exhortatoriam scripsit ipsius ad fidei constantiam et passionis tolerantiā exhortans. Cumq̄ diis gentiliū immolare nō acquiesceret: et xp̄m negare renueret: pro martyrio xp̄i capite plex' est. Alexādrieq̄ a xp̄ianis tumulat' iacet. Hec ecclesiastice historie libro. vi. cap. ii.

¶ De sancta Mammea regina et martyre. Cap. xxiiii.



Mamea regina mater fuit imperatoris alexandri. Cuius tempore origenes in ecclesia dei sapientia et eloquentia ac vita floruit. Hec vt de ea scribitur libro. vi. capi. xvi. de raris religiosis feminis: cum de origene fama magnifica vbiq̄ celebris haberetur. Ita vt nec principum quidem lateret aures: missis militaribus viris antiochiam: vbi per idem tempus ipsa regina degebat: cum omni honore et supplicatione ad se famulum dei orat venire vt sacrarum literarum et fidei ab eo perciperet documenta. A quo et ipsa catholice religionis et diuini verbi monimenta suscepit: et baptismi christiani latenter sacramentum excepit. Ob quod ab imperatore alexandro filio suo christiani nominis psecutore interfecta est et martyr domini consecrata.

¶ De sancto Firmiliano epo et confessore. Cap. xxv.



Firmilian' episcopus apud cesaream capadocie claruit tpibus alexandri imperatoris. Hic eiusdē vrbis ep̄s fuit et Origenis auditor. Tātūq̄ venerationis erga ip̄m preceptorē suū habuit vt indesinēter scie et doctrinis ei' grā: tū constringeret secū morari. Sz et ip̄e derelicta eccl'ia ad eā pperabat: et vtebat religiosa quadā vicissitudine: dum ip̄m modo ad instructionē ecclesie sue ad sū euocaret: modo ipse sui pfect' gratia ad eū pergeret: et docēti ei iugiter dieb' ac noctib' assisteret. Hic ad antiochie plebē gratā scripsit epistolā cōtra paulū presbyterū samosatenū tūc nup in cōsilio antiochen. de heresi dānatū. Processu vero tpis ipse btūs ep̄s cū occasione dicte heresis penitus extirpande veniret antiochiam: dum esset apud tarsum in pace quieuit: cuius corpus cesaream translatum ibidem sepultum est. Hec Eusebius libr. vi. capitulo. xix. et libro. vii. cap. xxvi.

¶ De sanctis Theodoro et Anthinodoro ep̄is. Capitulum xxvi.



Theodorus et Anthinodorus episcopi fratres germani apud ponti prouinciam claruerunt temporibus maximiani imperatoris. De quibus tradit eusebius libro. vi. cap. xxx. q̄ maior horum natu Theodorus vir famosissimus fuit: qui in episcopis apud pontum gregorius nominatur: fide et virtutibus atq̄ scientia per omnia apostolic'. Sed eius frater anthinodorus quos origenes de auditorio rhetoris retractos: studia communium literarum in diuinam suasit philosophiam commutare. Qui q̄ apud eū per quinquennium verbo dei operam dantes: tantum profectum diuine eruditionis atq̄ scientie peruenerunt: tantumq̄ vite merito et cultu enituerunt: vt ab his scholis eius immatura adhuc etate ad episcopatus prouincie ponti sacerdotium vterq̄ raperetur. Qui et ambo ibidem in christo quieuerunt.

¶ De sancto Syro martyre. Capitulum. xxvii.



Syrus martyr apud alexandriam passus est sub decii cesaris persecutione. Hic cum rex cuiusdam potentis sub mercede procuraret: iubetur ab eo idolis immolare. Recusans cogitur iniuriis. persistens rursum mulcetur blanditiis. Cum vero vtrumq̄ contemneret: preacuta sude validissime transuerberatus: et per media viscera neci traditur: et martyrio coronat. Hec eusebi' lib. vi. cap. trigesimoprimo.

¶ De sancto Cheramone ep̄o et martyre. Capitulum. xxviii.



Cheramō martyr et episcopus venerandus senex apud alexandriā fuit. Hic pontifex vrbis egypti fuit que dicit nicopolis. Qui tempore deciane persecutionis: cum ad arabicum montem vna cum grādeua coniuge discessisset nulli vltra apparuit. Et cum ad perquirendum eum plurimi christianorum frequētissime processissent: perscrutatis omnibus locis neq̄ ipsos vltra quispiam neq̄ corpora eorum potuerunt inuenire. Hec eusebius vbi. s.

¶ De sancta matre quedam et filiabus virginibus et martyribus. Capitulum. xxix.



Sancta quedam mater cum duabus filiabus virginibus apud alexandriam passe sunt sub persecutione diocletiani et maximiani augustorum. De quibus refert eusebius libro. viii. capitu. xiii. q̄ cum esset pulchritudine et pudicicia formosa genere nobilis et copiosa facultatibus: filias duas virgines habebat ad materne pudicitie regulam enutritas: specie simul et moribus se imitantes. Quas religiosa mater secundum preceptum domini et timorem diuinum dedicauerat. Cum autem declinande persecutiōis gratia sui absentiam procurarent: missi a preside milites repertas eas venire antiochiam cogunt. Sed cum peruenientib' militibus vehiculo iter agerent: religiosa et pudica mater filias lamentatur: q̄ eas gētiles studeant aut a deo aut a pudicitia separare. Hortaturq̄ illas ne non per timescant: ne despecta pudicitia viuere cum turpitudine cupiant: admonetq̄ illas necem eis aut opprobrium paratum peruenire et impudicorum cursu preripere. Cum autem filias ad tale propositum videret accēdens et ad quēdam fluuium peruenissent necessitatis causa se descendere velle simularunt. Et dum custodes paululum naturali verecundia secessissent: fluuiū se rapidissimis fluctibus iniecerunt. Sicq̄ immaculatum domino spiritum reddiderunt. Hec eusebius.

¶ De sanctis Adaucto et sociis martyribus. Cap. xxx.



Adauctus martyr cum innumerabilibus vtriusq; sexus et omnis etatis sociis apud phrygiam passus est. De quo eusebius libro. viij. capitu. ij. tractat: quod erat dux cuiusdam ciuitatis in phrygia posite in qua erant omnes populi christiani: ipse autem in natione italus super vniuersum erat populum constitutus. Cum autem diocletianus imperator gentilium legiones militum illuc misisset: vt omnem ciuitatis illius plebem immolare compelleret: illique omnes vnanimes se christianos esse dicerent: et omnino sacrificare contempsissent. Adaucto duce et curatore ciuitatis populum exhortante: porte vrbis a gentilibus clauduntur: ipsaq; ciuitas omni ex parte ab eis circundatur: et immisso igne oppidum vna cum viris omnibus ac mulieribus paruulis pater ac senibus concrematur: ita vt nullus penitus ex illa vrbe etiam cum optimo volentibus daretur abscederet. Sicq; omnes ciues prefati celestis hierusalem ciues effecti glorioso martyrio coronantur.

¶ De sanctis pluribus martyribus apud alexandriam. Capi. xxxi.



Martyres plurimi apud Alexandriam passi sunt sub persecutione antedicti diocletiani. De quibus eusebius. viij. libro cap. xij. refert quod truncatis auribus atq; inhonesto vulnere naribus manuum quoq; ceterorumq; membrorum summitatibus amputatis: truncum sinebant abire derisum. Quidam vero in craticulis prunis subterpositis torrebant. Inter quos duos nobiles iuuenes dum comprehensi simulacris immolare cogerentur: se ad aras duci postularunt. Et cum fuissent adducti manus suas ardenti igni superponentes: et quousq; omnis caro in igne deflueret: inmobiliter perdurarunt. Alij vero cum ad sacrificandum quererentur: sacrilegam pollutionem vitam precipitio finierunt. Minore quidem tolerantie fiducia: sed conseruande fidei maiore cautela.

¶ De sanctis quatuor episcopis martyribus. Capitulum. xxxij.



Quatuor sancti episcopi apud alexandriam passi sunt sub diocletiana persecutione. Quorum nomina hec sunt: primus phileas: secundus hesychius: tertius pachonius: quartus theodorus. Hi ex vrbibus egypti episcopi pro confessione nominis christiani glorioso apud ipsam vrbem sunt martyrio coronati. Hec Eusebius libro viij. capitulo. xiij.

¶ De sancto Pafnutio episcopo. Capitulum. xxxiij.



Pafnutius episcopus ex egypti partibus vnus fuit ex numero confessorum illorum episcoporum: quos maximianus imperator dextris oculis effossis: et sinistro poplite precisso per metalla damnauerat. De hoc libro. x. ecclesiastice historie scribitur quod interfuit concilio primo sanctorum patrum prius apud niceam sub constantino augusto christianissimo celebrato. In quo tanta virtutum inerat gratia: et signa per eum non minus quam olim per apostolos fierent. Nam et demones tantum verbo fugabat: et egros sola oratione curabat. Sed et cecis dicitur visum reddidisse: et paralyticos ad stabilitatem corporis reuocasse. Quem constantinus in tanta veneratione et affectu habuit: vt sepius cum intra palatium euocatum complecteretur: et illum oculum qui in confessione fidei fuerat euulsus: auidioribus oculis demulceret. Et hic ad ecclesiam suam reductus senioq; confectus. post vitam virtutibus insignem in pace quieuit.

¶ De sancta quedam captiua apud iberiam. Capitulum. xxxiiij.



Sancta quedam mulier captiua tempore constantini magni imperatoris claruit apud gentes iberorum: que sub axe pontico iacens: per quam deus ipsas gentes primum ad notitiam fidei conuocauit. Cum enim ipsa mulier christiana apud ipsos populos captiuata: fidelem et sobriam ac pudicam duceret vitam: et diebus et noctibus in orationibus persisteret: et ex hoc barbari tanquam quid noui mirarentur: ac quid sibi hoc vellet curiosi percunctarentur. Illa se christum deum suum tali ritu colere fatebatur: qui velut sibi ignotam nouitate nominis mirabantur. Erat autem moris apud eos vt si quis paruulus egrotaret a matre per singulas domos circumferretur: ab omnibus videlicet quicquam experti remedij postulante. Cum autem mulier quedam paruulum suum languidum per omnes circumtulisset et nemo ei nec aliquid remedij cepisset. Uenit ad captiuam vt si quid sciret ostenderet. Illa se nihil remedij humani scire testatur: et christum tamen deum suum quem colebat: salutem hominibus desperatam posse ipsi dare confirmat: paruulum itaq; cilicio suo superpositum oratione fusa sanum reddidit matri sue. Sermo defertur ad plures factiq; famam magnifici ad aures regine grauissime egrotantis et iam de salute quasi desperantis perlabitur que rogat ad se mulierem deduci illa negat accedere: ne nimis de se videretur presumere. Regina facit se ad mulierem portari. Que similiter supra cilicium eius posita: inuocato christi nomine continuo surrexit sanata. Docet captiua reginam christum esse summi dei filium: qui auctor est incolumitatis et vite: qui et regibus regna distribuit et mortalibus vitam. Quo domum regressa marito regi percontanti causam subite sanitatis aperit. Ille mulieri munera presentari iubet. Regina vero ei respondet quod mulier nihil in auro vel argento appetit sed ieiunio quasi cibo pascitur. Nihilq; aliud pro munere querit nisi vt christus a rege et omni regno eius colatur. Ad hoc autem rex segnior fuit: et quamuis ad christum affectum haberet conuersionem distulit. Ad quod tamen vxor illum sepius commonebat. ¶ Quadam die in siluis venante: subito aer densissimus offuscatur: dies in terre noctis caliginem vertitur: cunctiq; regis comites nescientes quo se verterent hincinde dispergunt. Solus rex obscuritate nimia circundatus desperatione salutis anxius mente christum inuocat: vt si vere deus est quem captiua vxori predixerat: nunc se de his tenebris eruat: vt ex hoc ipsum omissis omnibus colat. Ilico lux terre redditur: et rex incolumis ad domum reuertitur. Qui regine per ordinem gesta omnia pandit. Euocat captiuam: et nullum alium preter christum se venaturum confirmat. Illaq; regi poscenti colendi venerandiq; modum inquantum erat femine pandit. Fabricari ecclesiam monet formamq; describit. ¶ Igitur rex omni populo conuocato que gesta cuncta fuerant exponit: fidemq; doctus nondum tamen initiatus aperit: sueq; gentis primus apostolus fit. Credunt viri per regem: femine per reginam cunctisq; id volentibus ecclesia instanter instruitur. Eleuato igitur iam murorum ambitu: duas intra columne collocari deberent erectis duabus primis: cum tertia iam media parte fuisset erecta consumptis omnibus machinis hominumq; ac boum viribus attritis omnibus nec loco quidem moueri potuit. Sed cum iterum de

tu noctis omnes abscessissent: sola captiua mulier in oratione pernoctauit. Facto summo mane rex et populus antri introgressu vident columnam quam tot machine totiusque populi mouere nequiuerant erectam: et supra basem suam librate suspensam vnius pedis spacio in acre pendentem: Omnesque populi admirantes veram esse fidem christi acclamabant. Et ecce in oculis omnium mirantium nullo contingente: columna sensim supra basim suam depositam summa cum liberatione consedit. Post hec reliquus columnarum numerus cum summa facilitate suspensus est adeo vt omnes que super fuerant ipsa die locarentur. Fabricata igitur ecclesia et perfecta populi maiori ardore fidei salutem sitientes totius gentis legatos ad constantinum imperatorem mittunt qui rei seriem exponunt: sacerdotes sibi delegari petunt: qui ceptum erga se dei munus impleret. Quibus ille cum omni gaudio et honore transmissis: amplius ex hoc letatus est quam incognitas illas romano imperio gentes iunxisset. Sic ex doctrina nonorum predicatorum: nouus populus fidem christi vna cum rege et regina suscipiunt: et baptizati christum exinde adorare ceperunt: mulier vero illa apud easdem gentes: prima ibidem sacre fidei auctrix: in sanctitate vite et miraculorum operatione perseuerans confecta senectute quieuit in pace. Hec eusebius libro .x.

De sancto Machario confessore. Cap. xxv.



Macharius confessor in nitrie partibus in deserto videlicet egypti profundissimo claruit tempore valentiniani imperatoris. Qui tertius fuit macharius preter illos duos: de quorum vno actum est supra. iii. non. ianuarii: et de secundo. xviii. kal. februarii. Hic enim discipulus magni Antonii fuit. Qui vna cum isidoro et heraclide et pambone cum discipulis suis in pacifica eremi vastitate degebat. Cum autem persecutionis arriane tempore prefati omnes insimul conuenientes ad mutuam charitatem ostendendam: in suis tabernaculis positi orantes interfectores suos expectarent: oblatus est ad eos homo membris omnibus et precipue pedibus aridus. Qui ab eis oleo perunctus inuocato christi nomine continuo sanus exurgens reuersus est benedicens deum. Cecus quidam ad cellam macharii itinere dierum trium in deserto positam se adduci fecit. Quo postquam multo labore peruenit: macharium domi non inuenit. Contristatus autem: sed feruore tempore fidei crescens fecit se applicari ad partem illam parietis vbi senior cubare solebat. Et exinde parum luti aridi: vbi paries oblitus erat assumpsit: et palme sue superposuit: aquam quoque de puteo vnde vir sanctus bibebat haustam sibi deferri rogauit: et cum qua soluens glebulam luti fecit: oculosque inde perunxit: et aqua diluens repente visum recepit: nulloque ducente regressus domum cunctis populis rem gestam publicauit. Habebat autem macharius leene speluncam cellule sue vicinam. Hic quadam belua catulos suos cecos ad eum produxit et ad pedes eius posuit. Qui cum intellexisset pro cecitate catulorum bestia filios applicare: orauit ad deum et protinus catuli receperunt visum. Et sequentes matrem ad speluncam redierunt. Et paulo post ipsa cum catulis regrediens pelles ouium plurimas velut munus pro gratia ad senem morsu oris auectas detulerunt. Cum autem lucius quidam prefectus alexandrie christianos persequeretur. Jussit predictos omnes patres a grege suo raptos in insulam egypti paludum deportari: in qua neminem esse cognouerat christianum. Sed cum senex nocturna insulas deducti fuissent: in qua erat templum idolorum ab incolis summa veneratione obseruatum. Illaris vt nauicula applicuit: sacerdotis templi filia arrepta spiritu clamare cepit stridens et rabiens: et per populos hincinde discurrens. Qui populus deferam ad senum nauiculam deduxerunt. Et cum ante pedes eorum vlularet: et sanctos viros cur ad demones loci illius expellendos venissent: interrogaret: illi malignum increpantes spiritum effugarunt et puellam sanam parentibus reddiderunt. Qui vna cum insule populis conuersi ad christum et templum antiquissimum destruxerunt: et ecclesiam edificauerunt. Quod cum lucio alexandrie nunciatum fuisset: timens ne ex sanctorum patrum presentia fides christi amplius cresceret: occulte eos ad eremum remitti iubet: vbi macharius ieiuniis et orationibus iugiter intentus in christo feliciter obdormiuit: cuius corpus alexandrie tumulatum est.

De sancto Piatone presbytero et martyre. Cap. xxvi.



Piaton presbyter et martyr apud tornacum ciuitatem passus est sub domitiani imperatoris persecutione. Hic alio noie piatus dicitur. Qui ex vrbe roma oriundus: indeque egressus a beato dionysio episcopo apud gallias presbyter ordinatus: et ab eodem ad tornacensem ciuitatem ad predicandum directus est: vbi multitudinem paganorum euangelizans ad christum conuertit. Ad hunc comprehendendum prefectus nuncios destinauit: qui ab eisdem apparitoribus detentus et iudici oblatus: quod christum confiteretur primo quidem fustibus cedi: deinde iussus est capite truncari. Cuius corpus truncum et exanime caput propriis manibus acceptum plusquam per duo miliaria deportauit: vsque ad locum vbi diuinitus sepulturam elegit: vbi et gloriose occumbens tumulatus quiescit. Quo miraculo vltra mille gentilium conuersi sunt.

De sancto Didymo alexandrino confessore. Capitulum. xxvii.



Didymus alexandrinus confessor et doctor floruit tempore valentiniani imperatoris. Hic in parua etate lumen oculorum amisit: adhuc pene primorum elementorum ignarus: quo non obstante tantum sui miraculum mundo prebuit: vt dialecticam: arithmeticam: geometriam: quarum figurales propositiones et principia per maxime visu indigent: vsque ad perfectum didicerit: omnesque deo docente in bonis diuinarum et humanarum rerum eruditionem ac scientiam percepit. Ad tantem autem perfectionis apicem deuenit: vt schole ecclesiastice doctor extiterit: et illustresque viros auditores habuerit: vt athanasium episcopum: hieronymum presbyterum: basilium cesariensem: ceterosque plures doctores insignes in ecclesia dei sapientia admodum probatos. Sctitate quoque vite non mediocriter effulsit. Qui nunquam turbari visus fuit: et corporeum lumen oculorum perdidisset. Hic plurima insignia edidit. Bibliam enim totam interpretatus est. Commentarios dictauit in psalmos omnes. In euangelio quoque matthei et ioannis. Scripsit de dogmatibus contra arrianos libros .ii. De spiritu sancto librum quem Hieronymus ex greco transtulit in latinum. In esaiam tomos .xviii. In osee scribens ad hieronymum commentariorum libros .iii. In zachariam eundem hieronymi exhortatione lib. v. In iob commentarios. Multaque alia que ipse idem indicare potuit scribentibus. Quieuit in christo .lxxx. anno iam exacto virtutibus et sapientia pollens. Alexandrieque tumulatus iacet.

De sancto Didymo abbate. Capitulum. xxviii.



Didymus senex in deserto interiori nitrie claruit. Qui inter cetera sanctitatis insignia scorpiones et cerastes et serpentes quousque que in illis locis pre calore solis habentur acerrimi tanquam vermiculos nudis pedibus adeo conculcabat et ita extinguebat vt nihil ab eis pateretur mali. Hec in vitis patrum.

De sancto

¶ De sancto Pione abbate. Capitulum. xxxix.



Pion abbas i thebaidis deserto floruit sctitate Qui quotidie ambulans comedebat: vt minorē sentiret delectationē: pgēs ad eremū fodit puteū: & inueniens aquā amarā: & oratione in dulcedinē cōuertit qua oi postmodum tpe vsus fuit. Cum aūt moyses abbas & ei⁹ monachi fodiētes aquā īuenire nō possent. Piō orone pmissa terrā pcussit: & aqua inde immediate scaturijt: de qua tū minime gustare voluit: sed eā ad vsum illoꝝ fratrū dimisit. Hic sub abbate antonio. xxx. annis & eo amplius in sancto istruct⁹ est pposito. Qui de domo parētū egressus nūq̄ ampli⁹ ab eis visus fuit. Reqsit⁹ aūt a sorore vidua: vt eā visitaret: que ipsa languēs videre cupiebat: cū duob⁹ sororis filijs de mādato prīs antonij ad domū illi⁹ accessit: clausisq̄ oculis i ingressu & egressu: sic ab ea videri pmisit: eāq̄ minime respiciens: mox ad eremum repedauit. Hec vbi supra.

¶ De sancto Appelle confessore. Capitulum. xl.



Appelles confessor egyptius ex fabro ferrario cōuersus est. Qui op⁹ hoc exercēs die quadam diabolum sibi in specie mulieris iuuenis & elegantis apparentem ferro candente percussit in faciem q̄ stridens & gemens euanuit. Ex quo die sctūs vir ferrum candens in manu sine lesione tenebat. Vadens autē ad eremū cibū nūq̄ sumpsit nisi tantū dominica die de manu sacerdotis eucharistie sacramentū. Ceteris diebus nihil percipiebat: sed operibus manuū insistens cingula iumētorū de parmarū folijs texebat. De quibus egri tactu sanabantur. Nam dum quidam claudus a natiuitate vt aliquo portaretur camelo impositus dum pedibus cingulum quo iumentum erat quodq̄ vir sanct⁹ texerat tetigisset: cōfestim descēdēs pedibus solidis ambulauit. Hic etiā ab angelo diuina repletus sciētia: multos suis smonib⁹ edificabat: & vitia fratrū ac virtutes latētes per spiritum cognoscebat. Hec in vitis patrū.

¶ De sancto Piamone presbytero. Capitulum. xlj.



Piamon presbyter in eremo de scythi floruit. Qui die quadam missam celebrans vidit angelum stantem contra altare monachos presentes in codice scribentem: absentes scriptos delentē. Et dū illi ad cōmunionem accederent: angel⁹ quotidiā scribebat nola: quotidiā dimittebat. Piamō autē post missam discussis illis q̄ scripti nō fuerant inuenit in singulis corū mortale petm̄. Quibus reuelata narrāo tandiu cū illis fleuit: donec eidē iterū angelus apparuit & eos cū ceteris ascripsit. Hec in vitis patrum.



¶ De sctō Beniamin sene. Ca. xlij.

Beniamin senex i eremo fuit octuaginta annorū qui miraculis clarens quoscunq̄ egros ad se delatos oleo vngebat & cōtinuo sanabantur. Ipse autem adeo hydropicus effectus est vt per ianuam celle sue nisi remotis aliquibus tabulis efferri non posset. Qua passione per mēses. viij. ante suū obitū laborauit. Oēs aūt infirmos ad se venientes sanabat: & unctosq̄ rogabat vt orarēt deū p aia eius de corpe nil curātes eo q̄ dum esset sanus nihil sibi profuisset. Hec vbi supra.

¶ De sancto Coprete presbytero et confessore. Capitulum. xliij.



Copres pſbyter annorū circiter. lxxx. in eremo thebaidis fuit. Cuius dum gentilis q̄dam oleū a furatus esset: & ea ad coquendū compoluisset: nec coqui poterant nec calefieri. Quod ille videns ablata sancto retulit: & cōuersus baptismum suscepit. Eadē nocte fratres superuenerunt ad copretem: vnde sanctus duplices honores domino persoluit duz olera restituta eidem apposuit. Qui dum fratribus ad se veniētibus pro edificatione eorum mirabilia quedam narraret: que vix vnus ex illis credere poterat: dormitanti ipsi visus est liber aureis literis scriptus manibus copretis: & vox senis veneranda audita est fratreꝫ increpantis: cur fidem auditis nō adhiberet illicq̄ euigilās cōpunctus est. ¶ Arena vero pedibus eius attrita per agros cōspersa terre sterilitatē auferebat. ¶ Hic dum quēdā manicheum populum seducentem disputans excludere nō posset: fecit ignē accendi eo pacto vt quisq̄ eorum flammas ingressus inustus exiret eius fides approbata esset: ipseq̄ primum ignem intrans illesus exiuit. Dum autem hereticus intrare nollet a populo in flammas violenter iniectus est. Dum autem mori se videret copretis auxilium implorauit. A quo eductus dum pertinaciter conuerti nollet ab eodem eiectus & dimissus abijt confusus. Hec Heraclides.

¶ De sanctis Syro paulo & Esaia confessoribus. Capitulum. xliiij.



Syrus paulus et Esaias monachi fuerunt in scythi. Qui dum sibi inuicem ad ripam fluminis occurrissent vt fratrem quendam anub nomine visitarēt: orationem fuderunt ne in via impedirentur. Statimq̄ nauiculam sibi apparentē sine remo vel remige iter tridui vna hora contra ictum fluuij p fecerunt. Cumq̄ applicuissent: reuelatum est Esaie q̄ vir ad quē ibant eorū secreta cordium nouerat. Paulo reuelatū est predictū anub post triduū esse migraturū. Syro aūt reuelatū est anub sibi mane occursurū. Cū autē illa nocte in orationibus pernoctassent: anub mane ad eos veniens eorū secreta eis patefecit: quo manentes tribus diebus ab eo edificati sunt Illicq̄ in eorū manibus expirauit: & ab eis sepultus fuit. Hec in vitis patrum.

¶ De sancto Effrate monacho. Capitulum. xlv.



Effrates monachus apud antiochiā claruit tpe valentis arriani imperatoris cōtra catholicos seuiētis. Quē per plateā ciuitatis antiochene ambulantē vili habitu contectū & lōga senectute cōfectū imperator respiciens interrogauit quis esset & quo iret. Cui ille se christianū monachū & p suo pergere īperio oraturū respōdit. Quē spator reda arguit: eo q̄ domi more monachi stare deberet. Ille aūt p ouibus xpi liberādis se egressum dixit. Cubiculari⁹ aūt cesaris sctō viro mortē cōminat⁹ est eo q̄ principi nimis superbe loquereē. Et dū inde recedēs imperatori balneū pararet subito mēte

alienatus furibundus in aquam feruentem se iniecit: et ibi extinctus multis hereticis ad veritatem fidei catholice redeundi exemplum dereliquit.

¶ De sancta Sarra abatissa. Cap. xlvj.



Sarra abbatissa claruit in scythi tempore Theodosij senioris: que. xiij. annis a spiritu fornicationis ipugnata fortissime orabat dominum: nō vt pugna recederet: sed vt sibi fortitudo daretur. Cui tādem super lectulum iacenti spiritus immundus apparuit dicens se ab ea victum fuisse: illa vero non se sed christum illum vicisse respondit. Hec supra alueum fluminis quadraginta annis habitauit: et nunq̄ inclinata est vt flumen aspiceret: ne forte ex tali visione delectationem assumeret. Hec in vitis patrum.

¶ De sancta Syncletice abbatissa. Cap. xlvij.



Syncletice abbatissa vnde fuerit vel vbi in deserto locum pro sua habitatione habuerit nusq̄ reperitur. Putatur tamen q̄ in deserto vbi tunc monachi egypti vt plurimum habitare consueuerūt. Qd aūt vite pbatissime fuerit ex multis dictis eius et authoritatibus que in vitis patrum in exemplum leguntur: satis colligi potest.

¶ De sctā Tabita vgine. Ca. xlviij.



Tabita vgo vna fuit ex sororibus degentibus in monasterio illo grandi thebaidis: quod helias abbas perfecit: in quo et trecētas feminas congregauit: de q̄ supra actū est tertio id' septēbris. Hec aūt in ipo cenobio deuotissima fuit: et in tātū humilis q̄ ab oib' despiciebat et q̄si isana reputabat coquineq; opa et alia quoq; vilia officia ei imponebant: que illa fideliter administrans nec cū aliis ad mensam sedebat. Cui etiā sorores multa cōuitia inferebāt: illaq; oia patientia munita tolerabat. Angelus autē dñi sancto piterio abbati in eremo dudū cōuersanti apparuit eumq; admonuit vt ad dictā sororē visitādā accederet: eo q̄ ipsa illum meritis excederet. Ille autem veniēs dum singulas vidisset: nec eam quam querebat cerneret. Interrogat sorores an alia superesset: ille vero vnā insanam et amentem superesse dicūt. Qua adducta sanctus vir pedibus eius aduolutus ei ac ceteris per angelū reuelata narrauit. Tunc omnes moniales ad pedes tabite pcidentes de illatis iniuriis veniam postulabant. Pro quibus tam ipsa virgo q̄ sanctus abbas orauerunt. Paucis postmodum elapsis diebus virgo ex tali facto inanem gloriam fugiens cenobium latenter egressa solitudinem petijt: et quo fine diem clauserit adhuc ignoratur. Hec Heraclides in paradiso.

¶ De sancto Phyllorhonio presbytero. Cap. xlix.



Phyllorhonius presbyter de regione galatie imperante iuliano seculo renuntiauit. A quo sibi caluitie facta durissime verberibus attritus ac dimissus est: qui mox ad eremum properans et cum fornicatione et ingluuie maximam primo habuit pugnam: quas tandem summa abstinentia et penitentia superauit. Nas per annos xviij. in quadam cella se clausum ferro onerauit: et nec panem nec coctum dicto tempore aliquando comedit. Super hec et xxxij. annis nullo pomorum genere viuus fuit. Deinde postq̄ spiritualia certamina vicerat cum spiritibus etiam visibiliter et corporaliter per annos xl. luctam habuit. Preterea metu mortis per annos vj. intra sepulchra mortuorum se inclusit: vt sic demonem quem et mortuorum memoria metuerat: ex eorum aspectu continuo superaret. Ipse de labore manuū suarum. ccl. solidos elephantiosis prestitit: et romam: hierosolymam: et alexandriam: ac plura alia loca sacra peregrinationis gratia pedester visitauit. In morte ptestatus est se nunq̄ ex sensibus suis adeo fuisse superatum. Hec Heraclides vbi supra.

¶ De sancto Badano sene. Cap. l.



Badan' senex circa iordanem semper sine tecto sub dio habitabat. Contra hunc iudei q̄dam emuli venientes inuidia furibundi et armati: dum vnus illorum eum ferire vellet: dextera quam erexerat subito aruit et ex eius digitis gladius excidit. Hec vbi supra.

¶ De sancta Siluia vgine. Cap. lj.



Siluia virgo rufini alexandrie prefecti soror in eremo thebaidis prouincie superiori degebat: que per annos nouem nec ora nec pedes nec aliquam membrorum partem exceptis digitis aqua lauit. Et dum decumbens languida a medicis ad balneum sanitatis percipiende gratia instantius suaderetur nullatenus acquieuit. Nec aliquando in lecto aut lectica iacuit: sed super nudam humum cubauit. Hec eloquentissima erat et amore sacrarum literarum noctes in diem vertendo legebat. Hec Heraclides.

¶ De sancto Sisinnio monacho.
Capitulum. lij.



Sisinnius monachus discipulus abbatis elpidij: de quo supra dictum est in eius festo iiij. non. septembris. Postq̄ apud eum. vj. vel. vij. annis fuisset intra quoddam sepulchrum se inclusit in quo per triennium semper orauit: et nec die nec nocte deambulauit aut sedit aut iacuit. Qui etiam contra demones specialem gratiam meruit. Adeoq; sine vllo vitio mentis et corporis viuit: vt nullam esse generis distantiam inter mares et feminas cōprobaret. Tandē egressus ad capadociam patriam suam: et presbyter effectus fratres et sorores in vnū cenobium collegit: vbi et in pace quieuit.

¶ De sancto Diocle confessore. Cap. liij.



Diocles olim philosophus secularis ad celestis philosophie studium animatus est. Qui ad eremum superiorem thebaidis accessit: et in artissima spelunca annos multos exegit. Ad se autem venientes admonebat vt sui exēplo eorum desiderio animum semper cum deo esse studerēt: in ipsa quoq; spelunca vite terminū dedit. Hec vt supra.

¶ De sancto Capithone cofessore.
Capitulum. liiij.



Capitbō iuuenis prius latro fuerat. Postmodū autē ad eremū transiens quinquaginta annis in antro quodam habitauit. Nec extunc vsqꝫ ad tertiū vrbis alexādrie lapidē: nec vsqꝫ ad flumē nisi aliqñ accedere voluit dicens ꝙ si se cōuersationi hoīm adhuc ingereret: inimic⁹ quē nondū vicerat ei forti⁹ repugnaret. Hec ille.

¶ De sancta Amata virgine. Capitulum. lv.



Amata v̄go senex annorum. lxxx. abbatissa in monasterio quodā thebaidis fuit habens sub sui cura. lx. virgines in abstinentie puritate eius exemplo ⁊ doctrina viuentes. Inter quas erat virgo quedam nomine tora annoꝝ circiter. xxx. pulchra facie ⁊ decora: sed animi puritate ⁊ castitate formosior: que nisi ꝙ noua tunica vel melota aut nouis calciamentis vti voluit. Omnibus autem sororibus die dominico cenobium egredientibus ⁊ ad ecclesiam procedentibus illa sola cum abbatissa domi manebat. Nam amata per annos. xl. quibus monacha fuit nunꝙ limen cenobij trāsiuit. Cui sanctus martyr coronatus apparuit: eamqꝫ proxima dominica futura in sua ecclesia ad prandium secum inuitauit. Tunc illa primum post annos. xl. ad ecclesiam martyris venit: panem ⁊ olera secum ferens vbi sumpto cibo ⁊ facta oratione ad monasterium redijt filiabusqꝫ visa exposuit: seqꝫ cito migraturam predixit. Et post duos dies nulla egritudine corporis aut dolore capitis vexata se vt erat sepelienda componens emisit spiritum.

¶ De sancto Punifico abbate. Capitulum. lvi.



Punificus abbas cum esset presbyter ⁊ maximi cenobij in egypto pater cunctis honorabilis: fugiens honorem seculi humilitatis gratia iam senex de cenobio latenter fugit: et habitu seculari assumpto solus accessit ad monasterium tabennesiotarum quod in vltimis thebaide partibus arctioris vite esse cognouerat. Ibiqꝫ diutissime pre foribus perseuerās se in monachum suscipi postulabat. Quē illi recipere recusabant eo ꝙ nō deuotionis causa sed vel alende senectutis vel famis reprimēde ipsum iam prouectū ad monasterium accedere velle putabant: tandem summa importunitate ab abbate susceptus iuniori cuidam commendatus est. Cui adeo obediens fuit vt etiā indigna ⁊ aspera officia etiam sibi non imposita exerceret: nunꝙ attendens ꝙ presbyter aut pater maioris cenobij fuisset. Nocte etiam consurgens quedam necessaria furtiue adimplebat: vt authorem operis nemo deprehenderet. Cumqꝫ per biennium incognitus ibi mansisset requirentibus illum vbiqꝫ fratribus suis tandem a quodam dum terram sarculo foderet: ⁊ stercora gestaret vix cognitus est. Qui abbatem ⁊ fratres loci vocauit: ⁊ quis esset punificus vel qualis fuerat eis innotuit. Illi autem veniam postulabant eo ꝙ sancto presbytero ⁊ patri monachorum ignorantes vilia imposuerant. Qui inuitus ⁊ flens ad priorem cenobium gubernandum redijt: vbi et post modicum tempus feliciter in pace quieuit. Hec heraclides.

¶ De sancto Theremone abbate. Capitulum. lvij.



Theremō abbas in eremo de scythi claruit. Qui ibidem centenarius decessit. Hic enim adeo dorsum suum tam temporis vetustate ꝙ orationum iugitate curuauerat: vt quasi in primeuam infantiam submissis manibus in terram traheretur. Hec qui supra.

¶ De sancto Artebio episcopo. Capitulum. lviij.



Artebius eṗs pāphiliensis ex anachoritica vita ad eṗalē iam dictā sedē inuite ⁊ renuēter assumptus est. Qui tamē in episcopatu degens eremi vitā nō deseruit: quinimo se ieiunijs ⁊ orationibus iugiter intentus curā pastoralem sedulo administrabat: et ad eremū sibi dilectā sepius accedēs sctōs anachoritas ⁊ prēs frequēti⁹ psona ⁊ bñdictiōib⁹ visitabat. Hic apud pamphiliam in pace quiescēs ibidē sepult⁹ iacet.

¶ De sancto Habetdeum episcopo ⁊ martyre. Ca. lix.



Habetdeū eṗs lunensis ⁊ martyr: tēpore vādalice persecutionis in italiā martyriū passus est. Qui dum arriane pfidioni resisteret: primo in exiliū relegatus est. Deinde ipsum vandali reuocantes: obturato eidē ore ipsum aqua more arrianorū rebaptizarunt putantes ex hoc eius conscientiam violare. Sed dum adhuc illis forti⁹ obsisteret ab eisdem capite cesus est.

¶ De sancto Cassiodoro confessore. Capitulum. lx.



Cassiodorus confessor ex senatore monachus quondam theodorici regis italie cancellarius natione apulus floruit tempore Childeberti regis francorum. Hic vite sanctitate admodum effulgēs diuina ⁊ humana literatura pollens nonnulla perutilia ecclesie dei digessit. Scripsit nēpe librū de trinitate: De anima: De amicitia: Familiarum epistolaꝝ: De orthographia. Super psalterio centum ⁊ quinquaginta tractatus super centū ⁊ quinquaginta psalmos. Scripsit etiā historiā tripartitam. Et iustiniani primi temporib⁹ humanitatis debitum soluit. Sepultus in miraculis viuit.

¶ De sancto Geremaro abbate. Capitulum. lxi.



Geremar⁹ abbas ortus villa guatandra ex cōfinio belnacēsi super flumē patre rigoberto ⁊ genitrice aga ex nobili francorum progenie orta vnicis parētibus post eorū obitum olbus pro christo pauperib⁹ erogatis monachalem habitum a sancto audoeno episcopo suscepit ⁊ in monasterio pentuli multorum monachorū abbas cōstitut⁹ est. Cuius dū monachi duras correctiones nō ferrent: cultellū sub lectulo ponētes manubrium solo heserunt: acumē vero nudū erecta cuspide supra lectū i aerē dimiserūt: vt rediēs a matutino se super telum cū impetu sternēs semetipsū trāsfoderet. Ib

le autē rediēs ab ecclesia finitis matutinis dum lectum vellet ascēdere diuino instinctu preter morē manū circū ducēs ferrū reperit: et ad ecclesiam reuersus in oratiōe pernoctauit. Mane aūt facto nemini aliquid indicās in capitulo corā fratribus abbatie renunciauit: et ad sctm̄ audoenū pergēs locū solitariū sibi ab eo cōsignādum poposcit. Quibus ambobus per visum nocte angelus locū ostendit. Qui mane ad locū pergētes viderūt nebula totū circuitum vbi erat cōstruendū cenobiū operuisse. Uox de celo sonuit quod ante ānos quadraginta deus locū illū fideli suo geremaro preuidit. Nebulaque sublata locus totus rore psusus quasi si virga per circuitū fuisset designatus apparuit. Ubi edificato monasterio sanctus geremarus cū quibusdā electis discipulis vsque ad obitū suū deo fideliter deseruiuit: ibique sepultus in pace requiescit.

¶ De sancto Rhemaclo epo.
Capitu. lxii.



Rhemaclus eps traiectēsis claruit tpe imperatoris cōstātini iunioris vt dicit sigibertus. Qui postquam cōmissaz sibi ecclesiā aliquo tpe verbis atque exēplis feliciter gubernasset: tandē pressus seculariū tumultuū epatum resignauit: et monachalis vite habitū assumens xpo deinceps iugiter militauit. Et sub monachali obediētia de magistro effectus discipulus in pace quieuit.

¶ De sancto Landelmo cōfessore.
Capitu. lxiii.



Landelmus confessor qui et morosus a sctō ausberto epo cameracēn. ex predone ad xpm cōuersus et monachus effectus a beato martino epo turonēsi ad pdicādum destinatus fundator fuit duorū cenobiorum vz lolobiensis aluci vassaris atque crispinēsis in quo sctō corpore qēscit. In ipso igit monasterio crispinēsi cū duobus discipulis suis adoleno domitiano claruit ibique xpo seruiens in pace quieuit. Quo tpe claruit gillenus cellēsis abbas: maldegarius dux qui et vincentius altimotensis et sorzēsis eius qz cōiunx valdetrudis castri lotensis sororque valdetrudis aldegūdis melbodiēsis. Trudo etiā albaniensis et alii multi de anglia et scotia: qui vbique verbum dn̄i seminabāt. Tunc temporis cenobiū floriacēse a leodobaldo abbate fundat vbi et post annorū decursum corpus sancti benedicti trāslatum est: vt dictū est supra in eius translatione. v. idus iulii.

¶ De sancto Bernone abbate.
Capitu. lxiiii.



Berno primus abbas monasterii cluniacēsis et fundator ipsius ordinis claruit tempore conradi primi imperatoris. Cuius anno primo ordo incepit predictus anno videlicet domini. dcccccxii. Hic aūt multa vite sanctitate polluit: qd ex ipsius ordinis institutiōe satis patere pōt. Or sanctus vir nūquam potuisset aliter docere quam vixerit. Qui dum morti appropiquaret Odonē monachuz suū olim musicū sibi cōstituit successorē ea cōditione vt ecclesia cluniacēsis annuatim solueret ecclie gignia cēsi cēsum. xii. denarioz qd vsque hodie seruatur. Tandē Berno abbas extitiali lāguore detentus: vicinos epos accersiuit: et se reū tāto ministerio iudicās et ab ordine seipsum deponēs odonē ordinat abbatē. Qui dn̄i pro viribus reniteret vi fratrū adductus et epoꝝ mādato sub anathematis pena superatus acquieuit: de quo supra in eius gestis dictū est. xiii. kalē. decembris. Sanctus autē berno post dies modicos in pace requieuit.

¶ De sancto Edgaro rege et confessore.
Capitu. lxv.



Edgarus rex anglorū insignis frater edmūdi cepit regnare anno Othonis imperatoris. xxii. dum adhuc esset iuuentus annorū. xvi. quo nascente dunstanus archiepiscopus cantuariensis audiuit vocem de celo angelice dicentem. Pax anglie quamdiu puer iste regnabit et dunstanus noster vixerit. Regnauit autē annis. xvi. et quolibet anno nouū monasteriū fundauit: totāque insulam in summa pace et iustitia gubernauit. Nam regem scotorum cinandum: cābiorum: malcolinum: archipyratā: mascasium: omnesque reges vualesium numero quinque ad curiam coactos perpetuo sacramēto sibi obligauit. Quos apud legionum sibi occurrentes: et pompā triūphi per fluuium deduxit vna naui impositos quam illi remigabant: et ipse in prora sedebat. Compatriotas suos ex nimia potatione timore et idustria refrenauit. Et adeo seuerus fuit quod ibi nullus fuit priuatus latro nullus popularis predo nisi vellet amittere vitā: quinetiā omnis generis feras sāguinis auidas ex regno exterminauit. Guidualo regi gualdensium indixit: vt sibi omni anno tributum. ccc. luporum solueret. Quod dū ille pluribus annis fecisset: nullum se amplius inuenire professus est. Omni estate post pascha naues per omnia littora adunari precipiebat: et ascendens ipsemet mare circuibat vt pyratas arceret: hyeme vero per prouincias equitabat vt predones deleret: iudicia potentiorum exquirens ne ius violarent. ¶ Quodā tempore venatum perrexerat dunstanum qui secum erat rogans missam differre: quia dominicus dies erat. Appropinquante hora tertia episcopus sacris indutus super altare regem expectabat: subitoque sopore leui depressus: raptus in celum audiuit cantus angelorū cātantes kyrie eleyson. ix. vicibus. Excitatus post modicum adhuc expectans rapitur: et audiuit alia voce Ite missa est. et respōderi: deo gratias. Tunc accurrentes eius clerici regem adesse dixerunt: quibus respōdit quod missam audierat. nec esse opus quod ea die amplius celebraret. Interrogatus a rege cur hec diceret: et quare celebrare nollet visionem aperit. Et hoc sumpta occasione regi prohibēs ne die dominico vlterius venatū pgeret. Quā correptionē sanctus rex benigne suscepit et deceterо obseruauit. Qui gubernato regno post annos. xvi. anno etatis sue. xxxii. in pace qeuit: et miraculis post obitum claruit.

¶ De sancto Deodorico epo. Ca. lxvi.



Deodoricus metēsis episcopus imperatori Othoni primo sanguine et dilectione coniunctus fuit. Qui dum in italia expeditione militaret: et sanctus episcopus cum eo per triennium in ipsis partibus extitisset: ipse vti deuotissimus ex diuersis locis et ciuitatibus plurima corpora et reliqas sanctorū collegit: que ipse secum in partibus suis asportauit. Primū a marsis corpus elpidii cōfessoris sustulit. Cuius socii cadauer: videlicet eutrebū iam ipse imperator sustulerat. Ab amyternis eutrebē martyrem cum reliquiis maronis et victorini sociorū illius. A fulginio felicianum episcopum et martyrem a perusio asclepiodorum martyrem: a spoleto serenum martyrem cum gregorio martyre spoletanensi: a cordinis

pignora

pignora Vincẽtij martyris olim ab hispanijs p duos monachos capuanã: et inde cordubiã delata. A nu- mantia alterum vincẽtium episcopum et martyrem: a vin- centia leontium episcopum et martyrem: a florentia my- niatem martyrem ab vrbe tudertina fortunatum epi- scopum. A sabinis partes corporum prothi et iacincti martyrum: et alia plurima que in ecclesia sancti Vin- centij martyris a se in saltuuallis constructa locauit cum parte cathene sancti petri apostoli: et capillis eius et sanguine sancti stephani prothomartyris: et parte cra ticule sancti laurentij a ioanne papa sibi donatis. Hec omnia prefatus sanctus episcopus in dicta ecclesia de uote reposuit: vbi postmodum ecclesia sua feliciter gu bernata in christo quiescens tumulatus iacet: et mira- culis viuit. Hec sigibertus.

De sancta Etheldrita regina et virgine. Ca. lxvij.



Ethelrita regina et virgo in anglia claruit: vt ait beda. Que duobus nupta viris virgo per- mansit: viros ac castitatis obseruan- tiam suis exhortationibus inducẽs: et semetipsam illibatam custodiens. Huius pater fuit anna rex orientaliũ anglo. qui habuit duas alias filias: et elburgam et sexburgã. Quarũ pri- ma in monasterio gallie: qđ dicitur brigis: sanctimonialis primum: post abbatissa fuit: et semper incorrupta permansit. Altera hercoberto regi cũmariorũ vxor data est. Ex quo ge- nuit duas filias ercongã: de qua beda multa scripsit et hermenildam: que vulsio regi mẽciorũ data est in cõ iugem. Ex quo habuit filiam vemburgam virginem: Mater apud beluiũ post sexburgã abbatissa fuit: filia vero apud legionum ciuitatem quiescit. Que maxime orationes feminarũ et puerorum exaudire creduntur.

De sanctis Nuldruta et Nulburga virginibus. Capitulum. lxviij.



Nuldruta et nul- burga virgines sorores carnales in anglia claruerunt. De quibus beda scribit: p fuerunt filie menguardi fratris gulferij regis: et vxore mem burga filia hermerendi fratris her- coberti: quarũ prima i cenobio san cti augustini cãtuarie: secũda apud venclocb' ãbe signis radiẽtes qcicũt

De sancta Edburga virgine. Capitulum. lxix.



Edburga filia e- duardi regis senioris in anglia cla- ruit. hec ex vore regis edelsipta pge nita pgo sctissima fuit. Que adhuc trima sic a patre pbatur. Posuerat ille in triclinio diuersa ornamenta mulierum naturaliter allectiua: et seorsum crucem et euangelium: ut sa vt quod vellet horũ eligeret tot no aspectu secularia despiciẽs mani bus sunctis crucem et euãgeliũ adorauit: ipsamqꝫ post modum in manibus sumpsit et osculata est. Quod pa ter considerans et virginis puellule aspectum notans: eam adhuc infantem in monasterio virginum in vrbe vicontia dedicauit: vbi ipsa procedente etate laudabili- ter vixit: et humilitatem nimiã in omnib' exhibuit. Nã saccos puellarũ sociarum furtim nocte surripiens: et diligenter lauans lectis earum rursus apponebat: in ipsoqꝫ cenobio in pace dormiuit: et signis effulgens ibi dem corpore quiescit.

De sancta Eggytha virgine. Cap. lxx.



Eggytha filia re- gis adgari anglorũ virgo sancta in viltunensi cenobio iacet: et miracu la ostendit. Dum sanctus dũstanus consecraret ecclesiam dionysij: quã edificauerat: rex vidit hanc puellu- lam pollice dextro frequẽter signum crucis fronti imprimere: et ait. Nun quam putrescat ille digitus: et conti nuo flens floridam illam rosam cito marcentem futu- ram predixit: aucꝫ deo dilectam euolaturam. Quod postmodicum contigit: puella de seculo isto subtracta. De qua sanctus dunstanus per visionem vidit qꝫ san- ctus dionysius illam per manum tenebat: et dũstanum admonebat: vt ipsa virgo a famulis christi sic honora- retur: in terris sicut a spõso honorabatur in celis. Hec in professione sanctimonialis aureis vestib' vtebatur. Cui' corpus virgineũ in terra sepultum dum post ali- quot mẽses altius leuaretur: totum in cinerem solutũ inuentum est preter dextrum pollicem de quo dunsta- nus predixerat qꝫ nunqꝫ marcesceret: et aliũ atqꝫ aliud subiecta que integra reperta sunt. De quo dum omnes admirarentur virgo sancta cuidã dormienti apparẽs dixit non esse mirandum si venter ille non putruerat quem vlla libido non tetigerat. Quiescit in prefata ec- clesia sancti Dionysij: vbi miraculis fulget.

De sancto Hildeberto episcopo. Capitulum. lxxi.



Hildebertus ceno manen. episcopus postea Turonensis archiepiscopus fuit. Hic berẽgarij tu ronensis discipulus versificator et di- ctator egregius librum elegãtem de cõ tẽptu huius vite partim metrice par- tim prosaice dictatum composuit: qui etiam vt ipse de se in quadã sua episto- la refert multas tribulationes et vin- cula pro christo perpessus est ab emu- lis videlicet retrocli comitis cenomanensis qui illum de comitatu eiecerat et comitatum eius vsurpauerat. Qui sanctus a predictis hostibus detentus est iniuste eo qꝫ comitem existentem in carcere visitasset: et testa- mentum ipsius sua manu conscriptum matri detulis set. In ipsa ergo custodia multas passus afflictiõe epi stolas plurimas scripsit. Tandem electus de carcere tu roni archiepiscopus ordinatus virtutibus et sancti- tate refulsit: et apud eandem ciuitatem in pace dormi- uit: ibiqꝫ iacens in miraculis viuit.

De sancto Didacho episcopo. Capitulum. lxxij.



Didachus episco- pus oxomensis magister fuit sancti dominici ordinis predicatorũ fun- datoris cuius et ille fuit canonicus regularis et exinde supprior cano- nice ipsius. Hic cum. xij. abbatib' ordinis cisterciensis et cluniacẽsis et cum quodam apostolice sedis le- gato ad terram albigensem missus est ad predicandum: contra hereti- cos albigenses qui tale consilium collegis in officio prebuit vt qua christum pauperem ibãt predicare: eiusdem se vite ostenderent operib' cõ- formare vt ex hoc alios facilius lucrarent' ad christum. Et sic consilio didachi equitaturas et pomposam su- pellectilem dimittentes in habitu humilitatis et gestu paupertatis incedentes officium predicationis profe- cuti sunt: in quo officio predictus pater cum sancto do minico eius canonice suppriore sibi assistente laudabi-

liter se gessit et multos ad christum convertit. Post biennium autem ad ecclesiam suam redire disponens loco sui beatum dominicum vicarium dereliquit. Dumque post multos labores romam pervenisset pedes transiens per castellum ad extremum vite sue perductus est. Qui post obitum miraculis claruit.

¶ De sancto Bene abbate. Capitulum. lxxij.



Bene abbas fuit in deserto thebaidis de quo hieronymus dicit quod nunquam visus est iurare: neque mentiri: neque irasci: neque ociosum verbum proferre: sed vita eius erat in summo silentio: mores tranquilli: ut per omnia quasi angelici ordinis videretur. Humilitas quoque immensa pro nihilo in omnibus semetipsum ducens. Hic dum bestia quedam nomine hippopotamus regionem sibi proximam vastaret et rogatus ab agricolis venit ad locum et bestie in nomine iesu precepit ne amplius terram illam vastaret. Bestiaque statim recedens nusquam comparuit. Similiter modo cocodrillum ab eo alio tempore fugatum perhibebant. Hec in vitis patrum.

¶ De sancto Pitrione abbate. Capitulum. lxxiiij.



Pitrion abbas fuit in thebaide in monte quodam prerupto fluvio imminente in quo erant per ipsa precipitia spelunce difficiles accessu: in his monachorum plurimi commanebant: quorum pater erat pitrion. Hic discipulus sancti antonii fuit et post eius obitum cum amone habitavit: et post huius abscessum in predicto se monte constituit. Qui gratia sanitatum et fugandorum spirituum miro modo clarebat: immundorum demonum notitiam maximam habebat. Dicebat autem neminem posse demones eiicere nisi prius a seipso vitia eiecisset. Et quicumque superasset vitia propria posset de facili demones superare. Hic secundo in septimana reficeret pulmentula ex farre sumens nec aliud iam poterat escam recipere: nec etate neque mansuetudine permittente. Hec ubi supra.



¶ De sancto Hieronio sene. Capitulum. lxxv.

Hieronius senex annorum. cx. discipulus fuit beati antonii. Qui in deserto nitrie in eremo habitavit post mortem magistri summe humilitatis gratia refertus. Et in eadem solitudine plenus sanctitate quievit. Hec in vitis patrum.

¶ De sancto Diogene monacho. Capitulum. lxxvj.



Diogenes anachorita alius beati Antonii discipulus fuit. Hic erat vir summe prudentie in eodem nitrie deserto degens. Cuius sermo et narratio omnes ad se venientes edificabat potissime cum de magistri sui virtutibus loqueretur. Et hic etiam in eodem eremo dormivit in pace. Hec ubi supra.

¶ De sancto Julio aphricano. Capitulum. lxxvij.



Julius aphricanus inter historiographos precipuus ut scribit Eusebius. Alexandri et maximini ac gordiani imperatorum fulsit temporibus: qui scientia et sapientia insignis fuit: scripsit enim ad aristidem de euangeliorum que videntur dissonantia et de genealogiis que a mattheo et luca diverse referuntur composuit librum in quo ceterorum opiniones a veritate discordes coarguit: et verissimam utriusque consonantiam esse demonstrat. Chronicorum de temporibus edidit libros iii quinque voluminibus diligenter admodum et studiose compositis. Ad origenem scripsit epistolam de eo quod in daniele legitur de susanna quasi in hebraeis non habeatur codicibus: ad quam origenes elegantissime respondens ait nequaquam iudeorum adherendum fraudibus sed solum quod septuaginta interpretes scribunt pro veritate tenendum. Hic sub Antonio augusto dormivit in domino. Hec Hieronymus de viris illustribus.

¶ De sancto Archiloco episcopo. Cap. lxxviij.



Archilocus sive Archelaus mesopotamie episcopus tempore probi imperatoris floruit. Qui vita fuit clarus et doctrina conspicuus: librum enim disputationum adversus manicheum scripsit: in quo disputationem ad sensum cum quodam eiusdem heresi illa secum habita syro sermone explicavit. Qui in grecum translatus a multis habetur. Hic denique in ecclesia sua conditus in pace requiescit. Hec ubi supra.

¶ De sancto Agrippa confessore. Cap. lxxix.



Agrippa cognomento castorius confessor et sanctus floruit alexandrie tempore adriani imperatoris. Qui vir doctus et sapientia insignis adversus. cccc. xxiiii. basilidis heretici volumina que in euangelium confecerat et fidei nostre veritati repugnabant fortissimo et eleganti sermone disseruit grande libro catholicam credulitatem defendens. Hic apud alexandriam non minoris vite sanctitate quam doctrine veritate radians diem clausit extremum temporibus adriani imperatoris. Hec Hieronymus libro de illustribus.

¶ De sancto Attico episcopo. Cap. lxxx.




Atticus constantinopolitanus episcopus tempore archadii imperatoris apud ipsam urbem regiam clarus verbis et operibus fulsit. Qui ad eiusdem principis filias de fide et virginitate egregium scripsit volumen. In quo nestoriana dogmata repugnavit. Et apud eandem civitatem in christo quiescit. Hec Gennadius.

¶ De sancto Bacchilo episcopo. Ca. lxxxj.



Bacchilus corinthiorum episcopus: de quo Eusebius ecclesiastice historie lib. v. cap. xxii. mentionem facit apud thas corinthiorum civitatem claruit tempore Severi imperatoris. Qui vir sanctissimus et sapientia preditus insigniter inter cetera doctrine sue opera librum eleganter de pascha ex persona omnium episcoporum qui in achaia erant composuit: et apud ipsum oppidum tumulatus in domino quievit. Hec Hieronymus.

¶ De sancto Pholcate episcopo. Cap. lxxxi.



Pholcas episcop' & martyr apud egyptũ passus est sub persecutione Maximiani imperatoris. Hic egyptius natione de ciuitate campnio vir genere nobilis & opũ nõ modicarũ eiusdẽ ciuitatis episcopatuz humiliter successit. Qui sapientia illustris volumen elegantissimuz de martyrũ laude composuit: de semetipso in eoꝝ numero futuro diuinitus vaticinans. Nam cuz ebulliẽte maximiani persecutione ab infidelib' tentus idolis immolare renuisset: pro christi cõfessione capite trũcatus & apud candẽ vrbem a christianis cõditus est.

¶ De sancto Felitio episcopo. Cap. lxxxii.



Fetitius eduẽsis eps apud ipsam floruit ciuitatem. Hic vita purissima & doctrina fulgida fame in gallia celebris in canticis canticorum cõmentarios edidit insignes: aduersus quoq; nouatianum grande cõpilauit volumẽ: cõstantiniq; magni tẽporib' in ipsa ciuitate satis terminum ponẽs tumulat' iacet. Hec vbi supra.

¶ De sancto Genadio episcopo. Cap. lxxxiii.




Gẽnadius episcopus apud constantinopolim floruit & ipsi' ciuitatis regie pastor extitit. Qui vir sanctitate conspicu' atq; sapientia & doctrina venerabilis fuit. Acris eñi erat ingenĩ & lingua discretus. Hic danielẽ prophetã ex integro ad verbum exposuit. Homelias etiã plurimas edidit: Leonis imperatoris prioris tẽpore vite mortali cedẽs: eternam adeptus est: & corpore tumulatus in ipsa vrbe quiescit. Hec Gẽnadius vbi supra.

¶ De sancto Sulphila episcopo. Cap. lxxxv.



Sulphilas natione goth' gothorum prim' eps fuit. Qui tpe valẽtiniani primi & valentis augustoꝝ vite sctitate & sapia clarẽs a papa damaso ad ipas gẽtes delegat' maximã coꝝ ptẽ cõuertit ad xp̃m: miraculoꝝ q̃q; gl'ia claruit. Nã & cecos plures illuminauit: & demones ab obsessis nõnullis effugauit. Egros quoq; a diuersis ĩfirmitatib' curauit. Hic ad gẽtis sue instructionẽ gothicas literas reperit. Cum ante eñi rustico more sine literis q̃ nouerãt memorie commendabant. Deinde testamentum vetus ac nouum in linguam transtulit ppriã. Et senio longo cõfectus in pace quieuit. Sepultus apud gentem suã vbi miraculis pollet.

¶ De sancto Gemino episcopo. Cap. lxxxvi.



Geminus episcopus nysibensis floruit tpe alexãdri imperatoris. Hic primũ antiochene eccl'e presbyter mox nysibene vrbis sue põtifex effect' vita & doctrina egregius: q: modico tempore in corpore vixit. Ideoq; pauca ingenĩ sui monimẽta dereliquit. Apud nysibense oppidũ iacens virtutibus effulget. Eodem tẽpore heraclas huius in scholis consocius alexandrine ecclesie ordinatus est pastor. Hec Hieronymus libro de viris illustribus.

¶ De sancto Heraclide confessore. Cap. lxxxvii.



Heraclides cõfessor claruit in egypto tempore valentiniani augusti: qui alexandria ori' dum culturam eremi desideraret: Isidorum abbatem apud alexãdriã degentem petiit: eiq; optatũ suum exposuit. Isidorus vero illũ ad abbatem dorotheuz in thebaidis deserto habitãtẽ & contẽplationi vacantẽ adduxit. Sub cui' disciplina & eruditione heraclides annos plures exegit. Die quadam missus ab abbate ad puteũ vt eũ cacubũ ĩpleret dũ ille aquã hauriret hausit simil' cũ aqua serpẽtẽ. Et expauẽs ad abbatẽ accessit eiq; factũ narrauit. Qui eidẽ r̃ndit q' si q̃scunq; diabolus serpẽtis formam sibi dilectam assumẽs lympham intraret: monachi potũ recusarent: fortitan vel nũq̃ aquã biberẽt: & si: q: siti perirent. Et vadẽs ad cacubũ signũ crucis edidit: & ptinuo colubrũ occidit: ipseq; prior debausta aqua bibit: & deinde discipul' secur' potauit. Et extũc heraclides dũ serpẽtẽ videbat exẽplo mgr̃i crucis signũ faciebat: & serpẽs ptinus interibat. Berũ defuncto dorotheo abbate heraclides solus ei' antrũ hereditario iure possedit: ibiq; multo tpe perseuerauit. Hic cellas & tuguria monachorũ & anachoritarũ olim per oẽs regiones deserti multo tpe circuiens vez desertuz scythi thebaidis & nitrie inferioris ac superioris. Vitas & gesta sanctorum patrum singulorũ exquirens & mẽte recondens. Librum postmodum de vita anachoritica compilauit: in quo que viderat & audierat acta descripsit: quem & paradisum intitulauit. Et hic sanctitate cõsummatus in thebaide in pace dormiuit.

¶ De sancto Lucifero epo. Ca. lxxxviii.



Lucifer calaritanus eps apud candẽ ciuitatẽ que in insula sardinie sita est claruit tpe cõstantii imperatoris. Hic cũ arriana heresis pullularet ipseq; a liberio papa heretico requisitus cuz nollet niceni cõcilij dãnare fidẽ: a cõstantio pfato impatore arriano apud palestinã in exiliũ ductũ act' est. Vbi ꝯ fidẽ eiusdẽ imperatoris librũ elegãtẽ cõpilauit quẽ ad eũ misit. Vñ & cõstãtius indignatus acris eidem mortem comminat' est. Sed paulo post cõstantio defuncto vir sanctus sub iuliano reuersus calaris reliquũ vite cum pace trãsegit. Et sub valẽtiniano imperatore fati munus impleuit. Hec Hieronym' libro de viris illustribus.

¶ De sancto Latrociniano martyre. Ca. lxxxix.



Latrocinianus martyr apd galliã pass' ẽ. Hic natiõe hispan' vir ꝑola erudit': & in metricis vt ferũ versib' cõparandus opuscula diuersis metris edita: fidẽ & fas redolẽtia scripsisse tradit: q̃ vsq; ad hieronymi tpa extare adhuc dicebãtur. Deniq; sub q̃dã maximiano tyrãno q̃ impante post theodosio gallias occupauerat: factiõe q̃rũdã p veritate & defensiõe catholice fidei apud treueriz cesus est cũ priscilliane hapille epo & amboꝝ corpora apud eccl'iã treuerẽsis ciuitatis cõdita sunt. Hec vbi supra.

¶ De sancto Malchione presbytero. Cap. xc.



Malchion antiochene ecclesie presbyter disertissimus floruit apud ipsam ciuitatem temporibus claudij et aureliani imperatorum. Hic vita scitus et sermone luculentus in eadem vrbe rhetoricam florentissime docuit. Qui aduersus paulum samosatenum prefate ciuitatis episcopum prauum ebionum dogma restaurantem fortissime disputauit. Cuius disputationis scribis excipientibus dialogus extat. Sed et alia opuscula ex persona synodi ab eo sunt edita ad dionysium et maximum romane et alexandrine vrbis episcopos directa. Hic apud eandem antiochiam sanctitate et doctrina preclarus beato fine quieuit ibidem tumulatus. Hec vbi supra.

De sancto Sophronio confessore. Cap. xci.



Sophronius confessor natione grecus claruit tempore leonis secundi imperatoris. Hic vir per omnia eruditissimus grece et latine lingue peritus adhuc puer Bethleemitice ciuitatis laudes descripsit: et postea de eius subuersione librum composuit. Ipse librum de virginitate ad eustochium et hilarionis monachi vitam que beatus hieronymus romana lingua compilauerat opuscula ex latino vertit in grecum. Psalterium quoque et prophetas que hieronymus ex hebreo in latinum transtulerat hic idem conuertit in grecum. Et postmodum ad eremum transiens et vitam anachoriticam ducens contemplationi iugiter vacans quieuit in domino.

De sanctis Philippo et Philippo imperatoribus martyribus. Capitulum. xcij.



Philippus imperator Philippus cesar eius filius ambo martyres anno domini. ccxxxix. ab vrbe vero condita anno. ccccccccc. xcvij. Gordiano augusto in imperium successerunt. Cum enim Gordianus imperator obtenta victoria in bello parthico rediens circa fluuium euphratem fraude suorum fuisset interfectus philippus ibidem imperator a romana militia creatus. Philippum filium suum consortem regni fecit: exercitumque ex syria incolumem ad italiam reduxit: Imperauitque annos. vij. Hic primus imperator olim christianus fuit: quem beatus pontius episcopus et martyr vna cum filio ad fidem christi conuertit et in nicea ciuitate prouincie baptizauit: vt dictum est supra in passione pontij episcopi et martyris pridie idus maij. Post tertium hoc eius imperij annum millesimus a conditione rome annus expletus est vt augustissimus omnium preteritorum. Hic natalis annus christo potius quam idolis dedicaretur. Qui quidem annus fuit a romanis cum ingenti ludorum et spectaculorum apparatu celebratus. Nec dubium est quin philippus imperator christianus huius tante deuotionis gloriam et honorem ad christum et ecclesiam reportaret quod ipsum vel ascensum in capitolium immolatasque ex more hostias nullus auctor ostendit. Eodem autem tempore philippus imperator decium militarem virum et in rebus bellicis strennuum cesarem fecit. Cuius precepto vt corpora apostolorum petri et pauli de catacumbis a cornelio papa transferri deberent: totius senatus consultu concessum est romano pontifici ceterisque christianis libere ad sepulturas apostolorum fiendas insudarent: et ad id faciendum data sunt eis de fisco reipublice adiutoria. Hoc autem decius cum esset paganissimus simulate fecit vt dominis suis christianis complaceret: et sic ab eis magis honoratus occasionem mortis illorum prudentius pertractaret.

Cum autem imperatores decium ad gallias subiugandas que nuper rebellauerant misissent. Isque prospere cuncta gessisset: et ad libitum potius victoriam romam rediret. Imperator philippus eum honorare cupiens eidem a roma vsque veronam obuius fuit. Decius autem iam cum quibusdam ex principalioribus militie sue de morte imperatorum conspirauerat et ne proditor dominorum suorum notaretur occasionem christianitatis assumpserat: suadens quod non esset decens super romanam militiam imperare homines qui deorum cultum deseruissent et a romanis antiquis legibus discedentes noue ignoti et reprobati dei cultui adhesissent. Sicque de consensu illorum imperatorem in stratu suo quiescentem et christum confitentem latenter occidit et cum exercitu muneribus et precibus subducto romam venit ac senatui cur dominum suum occidisset exposuit. Sed dum necem philippi maioris senatus ratam habuisset philippus iunior rome degens hoc audiens timuit: thesaurosque paternos ac suos beato sixto secundo tunc rome pontifici ecclesie et pauperibus dispensandum tribuit et se a facie Decij occultauit. Decius autem ad proditionem suam palliendam christianos cepit crudelissime persequi: mandans illos sine vlla misericordia trucidari: in qua persecutione multa milia martyrum passi sunt. Inter quos et philippus imperator iunior ab eo tentus: et in christi confessione iugulatus est. Sicque ambo ipsi pater scilicet et filius martyres christo consecrati sunt. Iste philippus senior adeo in fide christi profecerat: vt prompte peccata sua confitens in festo pasche a beato sixto papa coram omni multitudine communionem eucharistie sumeret. Philippus vero iunior in tantum seueri animi fuit vt nullius cuiusque commento ad risum solui potuerit: patremque ludis secularibus aliquando cachinnantem vultu annotauerit auerso.


De sancto Theodosio magno imperatore. Capitulum. xciij.



Theodosius imperator senior imperium accepit circa annum domini. ccccxxxi. et imperauit annos. x. mensem vnum solus. Nam primum cum fratribus se natu maioribus imperauerat per annos. v. Hic in catalogo sanctorum a grecis conscribitur et confessoris sanctissimi nomine veneratur. Nam christianissimus et sanctissimus vita fuit. Omnia antiqua prophana et templa idolorum destruxit: et per totum orbem romanum destrui mandauit: cultumque christi et fidei mirabiliter auxit: hostes autem imperij non tam ferro vel multitudine quam ieiunijs et orationibus confisus prostrauit. Fuit autem reipublice propagator moribus et corpore et animo simul clemens misericors die operibus iugiter intentus: communis apud cunctos solo habitu se differre a ceteris putans in omnes homines honorificus: verum effusis in bonis simplicia ingenia diligere erudita mirari ostendebat: largiri magno ac diligenti animo magna: amare ciues etiam priuatos contubernio eosque potissime dignos pecunia beneficijsque ceteris munerari: violentiam et cupiditatem detestatus est. Bella non mouit sed inuenit que et pro posse sedauit. Ministeria lasciua saltatriasque comessationes lege prohibuit: consobrinarum nuptias tanquam prophanum interdixit. Literis mediocriter doctus sagax multum diligens ad noscenda gesta maiorum. Execrabatur cum legisset gesta dominantium superba. Ira rebus indignis sed subito flecti emolliebatur. Inerat enim ei cura eximie pietatis. Interdum autem seuera precipiens a nature munere magis quam a deliberante ratione. Hic etiam propter virtutum perfectionem ab ipsis barbaris summe diligebatur: vnde multe gentes ad ipsius inductum relictis erroribus et idolis ad christum conuersi sunt. In bel-

bis cunctis que ad fidei christiane aug mentum et paga-
norum exterminiū potissime gessit semper triūphum
obtinuit: vnde ob eius insignes victorias poeta quidā
eximius sed infidelis his versibus in eius laudem ceci-
nit. O nimium dilecte deo tibi militat ether. Et cōiu-
rati veniunt ad classica venti. ¶ Huius prima suasio-
ne et hortatu papa damasus officium in ecclesia dei per
beatum hieronymū mandauit: cum vsq ad tps illud
nullū esset in eccl'ia officiū ordinatū. Quanta aūt in eo
apud homines mansuetudo: et apud deum extiterit deuo-
tio: patz in illo exēplo: de quo dictū est supra in vita scti
ambrosij epi et doctoris. vij. idus decēb. Cū enī apud
mediolanū missarū interfuturus solēnijs voluisset in-
trare ecclesiā: btm ambrosiū p quodā facinore introi-
tū sibi phibētē: nisi publice peniteret: humiliter tulit:
et satisfactionē nō erubescens: nec publicā facere penitē-
tiam cōfusus indictū a sancto epo modū deuot' exce-
pit atq pōtificē de iustitia et magnanimitate animi cō-
mendauit. Hic ex flaccilla cōiuge archadiū et honoriū
xpianos et iustos filios imperio sublimandos genuit.
Qua defuncta galliā valētiani iunioris sororē in matri-
moniū duxit: que ei placidā pcreauit: cui postea de ma-
tris nomine galle cognomentū accessit. Hic orientis et
occidentis partes pacifice possidens: quinquagesimū
etatis sue annū agens annū sui imp. j. xj. apud medio-
lanū in pace quieuit cuius corpus eodē anno ɔstanti-
nopolim translatum est: vbi et miraculis viuit.

¶ De sancto Charolo magno imperatore.
Capitulum. xciiij.



Charolus magn'
imperator huius nominis primus
apud francigenas intra sanctoz nu-
merū scribitur: et colitur: et propter
eius sanctissima gesta q sancti noie
veneret ab eccl'ia toleratur. Nam et
viuens miraculis claruit et post mor-
tem signis virtutū effulsit. Hic pri-
mus francorū rex pipini filius: mul-
ta felicia bella gessit. Nā aquitaniā et
vasconiā subegit. Saracenos in hi-
spania christianos depopulātes vsq ad iberum amnē
vincens fugauit. Terras eorū plurimas acquisiuit: et
victorias plures contra ipsos obtinuit. De quibus su-
pra actū est in gestis sctōz rotholādi et sociorum. xvj. ka-
lend. iulij. Ubi inter aliud memorabile illud de Karo-
lo miraculū legitur: q dum corpora sctōrū militū a sa-
racenis occisoz requireret apud rūciauallē: et sol ad oc-
casum tenderet: ad eius oratione et mandatū sol in ce-
lo stetit: et spacio quasi horarū trium in nullo se mouit
donec sanctus rex oēs suos interfectos recollegit. Hic
etiā saxones infideles adhuc et xpianis infestos prius se-
pius requisitos vt ad fidē xpi redirent: aut saltē xpia-
nos in pace dimitterēt: dū in sua ptinacia essent obsti-
nati triplici bello deuicit et regno suo submisit: et tandē
coactos ad fidē xpi reduxit. Tpe vero adriani pape pri-
mi reqsit' ab eo vt contra desideriū regē lōgobardorū
sibi et ecclesie dei subueniret dimisit bellū q contra sa-
xones iam inceperat: et cū multo exercitu a francorum
et finitimarum nationū veniēs in adiutoriū eccl'e dei
superato alpiū iugo. Desideriū regē frustra sibi resiste-
re conātē: cōmisso bello vicit et fugauit: ticenoq inclu-
sum obsedit: dimissoq ibidē exercitu romā voti gratia
proficiscit. Et veniens ad montē gaudij vsq ad sancti
petri ecclesiā pedester properauit. Et eundo per vrbem
oēs ecclesiarum postes humiliter osculatus est: qui ab
adriano papa honorifice suscept' a populo quoq et cle-
ro vrbis vltra modū honoratus et ab eisdem patricia-
tus honore sublimatus: ecclesie beati petri et alijs in
vrbe ecclesijs et monasterijs multa copiose largiēs tan-
dem ad exercitum reuersus papiam diudum obsessam
ad deditionem compulit. Ceteras deinde lōbardie ci-
uitates subijciēs desideriumq regem captiuū ducēs:
et ecclesie dei cūcta ipsi a longobardis ablata restituēs:
in galliam reuersus est. Indeq saxonicū bellum prose-
quēs: eos tādē vt dictū est: indomitos domuit: et inuin-
cibiles superauit: atq ad fidem xpi vel coacte reduxit.
¶ Hic terram sanctam occupatam a saracenis legatis
patriarche hierosolymitani et cōstantini imperatoris cō-
stantinopolitani receptis audiēs et terre sancte compa-
tiens: cū magno exercitu illuc vsq peruenit: et recupe-
rata terra sancta cū per constantinopolim rediret: au-
rum et argentum preciosasq gēmas a constantino impe-
ratore exhibitas: cū nollet recipere solas xpi reliquias
et sanctorū postulauit: premissoq ieiunio et oratione re-
cepit de corona domini partē que ipso vidente floruit
et clauū vnum passionis dñi: et partē crucis dominice:
cum alijs sacrosanctis reliquijs que omnia comitan-
tibus miraculis secū detulit et aquisgrani in basilica
sancte marie quā construxerat recōdidit: vt dictū est su-
pra in historia translationis corone dñi. iij. idus augu-
sti. Ad numerū etiam elementorū. i. literarū in alpha-
beto cenobia fundauit. Et in vno quoq per ordinem
vnā literā de auro fabricatā plusq centum libre turo-
nensium valentem reliquit: vt ex ordine literaz tēpus
fundationis cuiusq monasterij cognosceretur. Que li-
tere adhuc in plerisq monasterijs reperiunt. Hic etiā
quatuor archiepiscopatus videlicet treuerensem: co-
loniensem: maguntinensem: salczburgensem diuitijs et
honoribus ampliauit. ¶ Mortuo vero adriano papa:
et leone. iij. in pontificiū sublimato q dum die quodā
ad alctaniā procedens de laterano pergeret a romanis
captus et erutis oculis lingua quoq amputata: nudus
ac semiuiu' in monasteriū missus est. Sz deus omni-
potēs miraculose ei loquelā ac visum restituit: de quo
supra dictum est in eius gestis. iiij. kalē. iulij. Qui dein-
de ad regem Charolū pergens: ab eodem valde hono-
rifice vt beati petri vicarius exceptus est et cū ei omnia
que facta fuerāt intimasset: rex pre nimio dolore fleuit.
Et cum papa romam adijt: et cum honore ipm in locū
suum restituit: vbi et papa coram rege de quibusdā sibi
obiectis criminibus se purgauit. Sed cum die natalis
domini ad missarum solēnia in beati petri basilica as-
sisteret: leo papa charolū in romanorum imperiū co-
ronauit: cuncto populo romano laudes ei imperiales
acclamante. ¶ Postmodum autem charolus impera-
tor factus: eos qui in summum pontificem manus in-
iecerant de crimine conuictos capitali damnauit sen-
tentia. Sed leone pontifice pio affectu pro eis interue-
niente: in exiliū perpetuo sunt dānati: vitaq eis de mi-
sericordia concessa. Sicq omnibus recte pacatis cha-
rolus in imperiū sublimatus in galliam reuersus est.
Ex quo tpe imperium constātinopolitanū in galliam
translatū dignoscitur. ¶ Post hec charolus reuersus
contra mauros classem in corsicam misit: quam et ab
eis liberauit. Hic edificauit basilicā dei genitricis ma-
rie aquisgrani opere mirabili. Apud maguntiā quoq
in rheno flumine pontem ducentorū passuum longitu-
dinis fecit. Nam tanta est ibi fluminis latitudo. Toti'
quoq occidētis omnes pene regiones sibi subegit. Au-
xitq mirabiliter gloriā regni sui: quibusdam regibus
ac gentibus per amicitiam sibi consiliatis. Adeo nāq
alfonsiū regem galitie regesq scotorū sic habuit apud
suam volūtatem per munificentiā inclinatos: vt cum
nunq aliter nisi dominū: seq seruos: et subditos eius
pnunciarent. Cum aaron rege persaz qui excepta in-
dia totū pene tenebat orientē: talē habuit in amicitia
concordiā: vt per legatos suos inter vestes et aromata
et ceteras orientaliū terrarū opes: ingentia illi dona di-
rexerit: et sacratissimū locū in quo est saluatoris nostri
sepulchrum: vt ipsius imperatoris ascriberet potesta-
ti cōcessit. Nā ipse imperator ad eundem locū p singu-
los annos plurima donaria mittebat. Imperatores
quoq constātinopolitani nicephorus: michael et Leo

ultro amicitiam ei⁹ expetentes:multotiens cum muneribus ad eū suos miserant legatos. Erat eīn in amicitijs optime temperat⁹ vt eas ⁊ facile admitteret:⁊ constantissime retineret. Tanto omnium amore et fauore omni vite sue tēpore cōuersat⁹ est:vt nunꝙ ei vel minime seueritatis ꝗequā fuisset obiectū religionē xpianā quā ab infantia imbuit:sanctissime ⁊ cum summa pietate coluit. Ecclesiam mane ⁊ vespere itē noctur ni ⁊ sacrificij tempore:dum cum valitudo permitteret quotidie frequentabat. Curabatq; vt oīa que in ecclesia gerebātur magna fieret honestate. Amabat peregrinos:⁊ in eis suscipiēdis summā curam habebat:vestitu patrio vtebatur:peregrina quoq; indumenta nunquā vestire patiebat. In festiuitatib⁹ quidē precipuis:vestib⁹ auro gēmisq; contextis:diademate quoq; precioso ornatus incedebat. Alijs vero dieb⁹ habitus eius parū a cōmuni ac plebeio distabat. In cibo tēperat⁹ ī potu temperatior erat. Inter cenandū nunꝙ histriones:sed aut sapientes:aut lectores audiebat. Legebantur ei historie ⁊ antiquor res geste:ac libri precipue sancti augustini:in quib⁹ maxime delectabat. Erat eīn eloquētia copiosus ⁊ artibus liberalibus solerter imbutus:litteratū ꝑ sapientes veneratus magnis ditabat honoribus. Circa pauperes sustentādos gratuitā liberalitatē habuit:adeo vt non solū in patria ⁊ in regno suo largissimas elemosynas facere curauerit:verū in transmarina in syriam egypto ⁊ aphrica hierosolymis alexandrie atq; carthagini:vbicūq; xpianos in paupertate viuere comperisset:penurie eorū compatiens pecunias transmittebat. Sacerdotes honorabat:sacra ac venerabilia loca colebat:⁊ precipue romanā ecclesiam:in cuius donaria magna vis pecunie in auro argento ac gemmis ab illo congesta est. Cui⁹ ⁊ pontificib⁹ multa largitus est. In oībus autem ꝗbus regnauit annis quater voti causa tm̄ romā ꝓfectus est. Filios suos quā cito etas patiebatur faciebat equitare ⁊ armis intendere:filias vero lanificio coloq; ac fuso assuescere ne ocio torpescerent. Miraculorū gloria claruit. Nam ⁊ leprosos tactu et oratione ferunt ab eo fuisse mūdatos:et cecos duos illuminatos. Postquā autem regnū francorū atq; imperium:qđ regendum susceperat feliciter ampliasset:dum ad mortem langueret vocatis ecclesiarū prelatis quos habere potuit:oēs thesauros eis tradidit per ecclesias et pauperes distribuendos:⁊ sic in omni sanctitate perfectus ī pace migrauit anno etatis sue.lxxij.regni aūt.xlvij. Subacteq; italie.xliij.ex quo ṽo imperator ⁊ augustus appellatus est anno.xiiij.in cuius transitu audita est concinēs angelica melodia. Sepultusq; est honorifice aquisgrani ī ecclesia sancte marie:quam ipse construxerat. Ad cuius tumulum diuersarū egritudinum sanabantur infirmi.

De sancto Libertino abbate. Cap.xcv.



Libertin⁹ abbas monasterij fundēsis:ꝙ est ī ꝓuincia samnij cōstructū:discipulus fuit scti honorati abbatis:⁊ fundatoris ipsi⁹ loci:de quo supra dictū est.xvij.kalē. februarij. Claruit autem tēpore totile regis gothorū:⁊ miraculis effulsit. Nam cū esset monachus ex abbatis iussu ꝗ honorato successerat quodā tēpore rauennā pergebat. Pro amore vero honorati olim eius magistri quocunq; libertinus ibat caligulam illius in sinu deferebat. Dum ergo pergeret:accidit vt mulier extincti filij corpusculum ferret:que seruum dei intuit ⁊ iumentū illius per frenum tenuit:atq; iurando asseruit:ꝙ illum inde abire nō permitteret:nisi filium eius suscitaret. Ille vero inusitatū miraculum expauit ⁊ declinare mulierē voluit:sed omnino nequit. In ei⁹ quoq; pectore pugnabāt inuicē humilitas cōuersationis ⁊ pietas matris:timor ne inusitata presumeret:dolor ne orbate non subueniret. Vicit tamen in ei⁹ corde pietas:que quia vicit:āhuit ⁊ humilitas defend.:orauit:caligulas de sinu protulit:eamq; supra corpus extincti pueri posuit. Moxq; defunctus surrexit:quem sicuti matri viuum reddidit:⁊ iter inceptum peregit. Quadā die prefatus eius abbas qui honorato successerat cōtra virum dei in grauem iracūdiam exarsit. Et quia virgā quā eū ferire posset an prō ptu nō habuit. Comprehēso scabello suppedaneo ei caput ac faciē tutudit vultūq; eius tumentē ac liuidum reddidit. Die vero altera cū libertinus ad causam sibi monasterij commissam ire deberet:expletis matutinis ad lectum abbatis venit:⁊ licētiam ab eo humiliter petiit. Ille vero sciens quantum a cunctis dilectus esset:pro iniuria quā in eū tulerat:recedere eum de monasterio velle putabat:eūq; quo vellet ire interrogabat. Ille autē ei causam cenobij hesterno cōmissā ait:quā dimittere non valebat:q: se ad eā profecturū promiserat. Tunc ille a fundo cordis considerans duritiā suā:⁊ patientiā libertini:ex lecto prosiliit.⁊ ad pedes ei⁹ procidēs:de illatis ī eū veniā supplicauit. Et cōtra libertinus se in terrā prosternēs sue culpe nō illius sancte fuisse referebat qđ ipse iuste pertulerat. Sicq; ad mansuetudinem adductus est abbas:humilitasq; discipuli facta est magistra magistri. Cū autem libertin⁹ egressus a multis cum venerantib⁹ nobilibus ⁊ notis interrogatur quidnā hoc esset:ꝙ liuidam ⁊ tumētem faciē sic haberet. Qui hesterno in sero se in scabello suppedaneo impegisse peccatis suis exigentibus respōdit. Sicq; nec abbatis prodidit vitium:nec falsitatis incurrit peccatum. Postquā autem abbas ille decessit libertinus eidem in regimine abbatie successit. Qui dum die quadam pro vtilitate monasterij iter ageret:eidē quidam clarida gothorū comes obuiauit. At dei seru⁹ ex caballo suo ab hominibus illius deiectus:iumenti damnum libenter ferens etiā flagellū qđ tenebat raptorib⁹ obtulit:⁊ statim se in orationē dedit. Cursu aūt rapido ꝑdicti ducis exercit⁹ ad fluuium vulturnū deuenit:ibiq; dū singuli equos suos hastis tūdentes calcarib⁹ cruentantes nullo modo obtinere poterāt vt equi moueri possent:sed aquam fluminis tangere quasi mortis precipitium pertimescebant:donec vno ipsorū ceteros informante cognouerunt:ꝙ ex culpa quam dei seruo in via tulerant:talia sui dispendia tolerabant. Qui statim reuersi libertinū orātē inuenerūt:eiq; equū ei⁹ obtulerūt. Ille ṽo caballo op⁹ nō habere respōdebat. At illi descendētes eū in equo ei⁹ ꝗsi inuitū reposuerūt:⁊ dū retrocessissent:equi illorū alueū fluminis velocissime transierunt. Eodem tēpore in partibus campanie quidā bucylin⁹ cum francis venit. Sed dū:rumor de cenobio libertini exisset.ꝙ abbas pecunias multas haberet. Ingressi franci oratoriū seuientes libertinum querebant:vbi ille orans prostratus iacebat:in ipsum quoq; ingredientes impingebant eūq; pacientē videre nequibant. Sicq; sua cecitate frustrati a monasterio vacui sunt reuersi. Sāctus aūt vir post vitā laudabilē quieuit in xpo. Hec gregorius primo dialogo.cap.ij.

De sancto Equitio abbate. Cap.xcvi.



Equitius abbas in valerie ciuitatis partibus claruit:qui multorum monasteriorū pater fuit. Qui etiam dum adhuc iuuenis acri certamine carnis temptaretur:et in hac re ab omnipotenti deo remedium cōtinuis precibus quereret. Nocte quadam assistente angelo eunuchizari se vidit:eiusq; visioni apparuit:ꝙ omnē motum ex genitalibus eius absciderit. Atq; eo tempore ita alienus extitit a tentatione:ac si sexum nō haberet in corpore. Et extunc sicut antea viris sic cepit

z feminis p̄cessit:nec tñ discipulos admonere cessabat: ne se ipsius exemplo in hac re facile crederent:z casuri tentarent donum:qd̄ non accepissent. Quodam vero tempore quidam basilius magus a roma fugiēs in habitu monachi:valeriam petijt:z pergens ad castorium epm̄ amiternine ciuitatis ab eo obtinuit:vt ipsius equitio abbati committeret ac sociandus monasterio illi⁹ cōmendaret. Equitius aūt epo pro hoc instante respōdebat ꝙ illū quez ipse sibi commendabat non monachum sed diabolū esse videbat. Cum autē eps diceret ꝙ abbas occasionem quereret:ne sibi petita p̄staret. Uir domini iterum p̄testatur ꝙ qualē illum dixerat:talē agnoscebat. Sed ne velle obedire epus extimaret iussa ipsius facere paratus esset. Susceptus itaꝙ ille in monasterio est:sed non post multos dies discedente abbate longius:contigit vt in monasterio virginum:cui equitius preerat:quedam illarum speciosissima febribus arrepta clamaret se cōtinuo morituram nisi basilius monachus veniret:z per eius curationis remediū salutē sibi redderet. Sz cū in absentia abbatis nullus ad cōgregationē virginū auderet accedere: missum repente est z dei famulo nunciatū. Quo audito vir dn̄i dedignatus dicebat: qd̄ vtiqꝫ illum nō monachum sed diabolū esse p̄dixerat. Mandauitqꝫ ipsum de cella fratrū expelli. ¶ De ancilla vero dei predixit nuncijs ꝙ ex illa hora neqꝫ esset decetero febribus laboratura:neqꝫ basiliū q̄situra. Regressi aūt monachi eademqꝫ hora salutē virgini restitutā qua sanctus dixerat cognouerūt z basilium de monasterio continuo repulerunt. Qui repulsus dixit frequenter cellulam equitij magicis artibus in aere suspēdisse:nec tñ eorū quēpiam ledere potuisset. Qui z postmodū in vrbe roma zelo fidei a xp̄ianis igne crematus est. ¶ Quedā monialis monasterij p̄fati hortum ingressa lactucā conspiciens concupiuit:eamqꝫ signo crucis oblita benedicere auide momordit:sed protinus a diabolo arrepta et vexata cecidit. Quod dum equitio nunciatum esset:ille concitus venit:z vt ab ea demon abscederet cum indignatione precepit. Qui continuo ab ea exiuit:nec eam vltra contingere preualuit. Cum autem die quadam felix abbas cenobij castorij:qd̄ intra menia vrbis sitū est familiariter quodammodo quasi redargueret:eo ꝙ sacrum ordinem non habens nulla licentia a summo pōtifice obtenta: vbiqꝫ predicando discurreret:compulsus vir sanctus qualiter licentiam accepisset eidem indicauit:decens seipsum etiam secum predicta aliquando tractasse. Sed nocte quadam speciosus iuuenis ad eum accesserat:atqꝫ medicinale ferramētum in os ei⁹ posuerat:z vt ad predicandum egrederetur: deinceps ex parte dei mandauerat. Et ex illo die etiam si voluisset tacere non potuisset. Hic in vestibus vilis atqꝫ despectus apparere studebat:z quoties ad alia loca tēdebat: sumēto viliori omnibus:qd̄ in cella reperiri posset insidebat. In quo etiā capistro pro freno:z veruece cū pellibus pro sella vtebatur. Sacros codices in sacculis pelliceis dextro leuoqꝫ latere secū portabat z quocūqꝫ p̄uenisset scripturarū fontem aperiebat. Cum aūt fama predicationis illius vndiqꝫ discurreret:clerici quidaz romani summo pōtifici sunt conquesti:ꝙ quidā vir rustic⁹ auctoritatem sibi predicandi arripuisset:z officiū apostolicū indoctus sibi vsurpare p̄sumeret. Ad quoꝝ suggestionē iulianū quēdā defensorē misit vt equiti⁹ ad romanā vrbē duceret:z qua rōne p̄missa attētaret cognosceret. Mādauit tñ vt honore ei exhibito nullā prorsus iniuriā pateret. Qui festine ad monasteriū veniēs codē absente fratres scribentes reperit:z vbi abbas esset inq̄siuit. Illiqꝫ r̄nderūt ꝙ in valle cenobio subiacēte fenū secabat. Misitqꝫ ad eū iulianus puerū suū cōtumacē z supbū:cui vix ipse poterat dn̄ari vt abbatē ad se celeritate p̄duceret. Perrexit puer z quis esset abbas ab aliis quesiuit. Moxqꝫ vt audiuit q̄s esset:adhuc longe posit⁹ ad eū vadēs immēso timore correpti⁹ cepit lassescere. Ita vt gressus vix eū possent portare:veniensqꝫ ad virū dei:ad genua illius procidit:suūqꝫ dominum ipsi occurisse nunciauit. Abbas vero illi mandauit vt fenū secatū leuaret:z pabulum iumentis in quibus venerāt deferret:ipseqꝫ immediate post eū opere completo veniret. Quod dum puer fecisset:z iulianus puerū cū feno venientem conspexisset. Iratus eum increpauit:qd̄ miserat illum hominem ducere non fenum baiulare. Sed dū puer equitium post se venientē dn̄o suo ostendisset:vidēs eū iulianus ex habitu despexit:z qualiter illum proteruis verbis alloqui deberet:cogitare cepit. Ut autem seruus dei cominus affuit intolerabilis pauor iuliani animum inuasit:z humiliatus ad pedes ei⁹ procidit:z quia apostolus ipsum videre vellet:vix mansueta lingua exposuit. Quod audiens equiti⁹ gratias deo egit:ꝙ se per summum pontificē superna gratia visitasset:statimqꝫ mandauit iumenta ad iter arripiendum parari. Cumqꝫ iulianus se illo die non posse exire ex lassitudine diceret. Abbas se in hoc contristari respondit: predicens quia si die ipsa non exirent nec in crastinum ire possent. Sicqꝫ eadem nocte iulianus ex lassitudine in monasterio quieuit. Factoqꝫ lucis crepusculo equo in cursu ad modum fatigato puer ad iulianum cū epistola venit in qua papa sibi mandauit ne seruum dei de monasterio mouere vel exire vllatenus faceret. Cuius autem ille requireret cur sentētia esset mutata cognouit quia nocte eadem qua ipse illuc missus fuerat per visum pontifex exterrit vehementer exterrit⁹ cur ad exhibendum virum dei mittere p̄sumpsisset. Tunc iulianus surrexit:z se abbatis orationibus commendauit:atqꝫ ne cetero fatigaret ex parte pape precepit. Qd̄ audiēs ille contristatus est:z que predixerat vera nunc cōtigisse probauit:qꝛ si die p̄cedēte nō statim pergerēt iam p̄gere minime liceret. Et executorē suū cū summa charitate aliquantulum secum detinuit:ipsumqꝫ plurimum honoratū ad summum pontificem remisit. Qui z plenus sanctitate in pace quieuit. ¶ Rusticus quidā super sepulchrū eius archā cū frumento posuerat nec qualis vir ibidem iaceret p̄pendere curauit. Sed repēte turbo celitus factus:rebus illic omnibus in sua stabilitate manētibus archā superpositā cū grano extulit longeqꝫ proiecit. ¶ Eandēqꝫ prouinciam valerie longobardis intrantibus monachi ex cenobio illo ad sepulchrū viri sancti in oratorio positū confugerūt. Longobardi vero seuiētes oratoriū ingressi ceperunt monachos foras trahere:vt eos aut tormentis afficerent: aut gladiis necarent. Quorū dū vnus ingemisset z sanctū equitiū ad sui defensionē aduocasset:protin⁹ lōgobardos spirit⁹ immūd⁹ inuasit:q̄ corruētes ad terras tam diu vexati sunt donec ceteri foras existētes cognoscerēt:quaten⁹ locū sacrū temerare vlteri⁹ nō auderēt hec gregorius primo dialogorum. cap. quarto.

¶ De sancto Nonoso abbate. Cap. xcvij.



Nonosus preposi tus siue prior fuit cuiusdam monasterij:quod in soractis monte situm est:qui sub asperrimo eiusdem cenobij abbate degebat:sed eius mores mira semper equanimitate tolerabat:sicqꝫ fratribus in mansuetudine preerat:vt patris sepius iracundiam ex humilitate mitigaret. Quia vero monasterium in summo montis cacumine situz est:ad quēlibet paruum hortum fratribus colendum:nulla planicies patebat. Sed vnus locus breuis in latere montis erat:quem ingentis saxi moles egrediens ab vna parte occupabat. Cū aūt die q̄dā nonosus cogitaret ꝙ saltē ad olera nutriēda loc⁹ idē apt⁹ esset:si tñ moles illa nō teneret:quam z.l. boū paria mouere nō potuissent: nocturno se illic silētio orationi dedit. Cum mane fa

cto ad eundem locum fratres venerunt: et inuenerunt molē tante magnitudinis inde longius recessisse suoque discessu largū fratribus spaciū dimisisse. ¶ Alio quoque tempore dūs nonosus lampades vitreas in oratorio lauaret: vna ex eius manibus cecidit: et per partes innumeras cōfracta dissiluit. Qui furorem abbatis nimiū timēs lampadis fragmētaque colligens corā altari prostratus orauit. Et exurgens sanam lampadem reperit: quam antea timens per fragmenta collegit. ¶ Cum in cenobio oleum vetus defecisset: et colligende oliue tempus incumberet: sed fructus in oliuis nullus appareret: mandauit abbas fratribus vt in colligendis oliuis ad exhibenda extraneis opera pergerent: vt vel saltem de mercede operis aliquātulum olei deportarent. Qd vir domini fieri cū magna humilitate prohibuit: ne ex hoc fratres exeuntes: dum olei lucra querunt damnum animarū paterentur. Oliuasque paucas q̄ in monasterii arboribus apparebant: colligi precepit et in pilo missas contundi: atque inde quantūlibet par olei exiens sibi deferri. Quod in paruo vasculo sibi delatum ante altare posuit: cunctisque egressis orauit: atque postmodū a dictis fratribus oleum illud modicū per cuncta monasterii vasa exigue infundi iussit. Que protinus: vt erant vacua claudi fecit. Die vero altera aperta ola vasa plena oleo reperta sunt. Sanctus autem vir post laudabilia multarum virtutum opera dormiuit in dn̄o. Hec gregorius vbi supra capitulo septimo.

¶ De sancto Martyrio confessore.
Cap. xxviii.



Martyrius confessor in valerie prouincia sanctitate et miraculis claruit. Qui tale de virtutis sue testimonio signū dedit. Dū quadam die fratres eius subcinericium panem fecissent: eique signū crucis imprimere obliti essent: sicut in ipsa prouincia crudi panes ligno signari solēt: vt per quadras quatuor quodāmodo partiti videantur. Idē dei famulus affuit: eisque referentibus nō fuisse signatū agnouit. Cūque iam prunis et cineribus opertus esset: signū crucis digito cōtra prunas edidit. Quo signante protinus panis immēsum crepitū dedit: ac si in ignibus olla crepuisset. Qui postmodū coctus et ab igne subtractus ea cruce signatus inuētus est: quā nō tactus: sed fides fecerat. Hec gregorius vbi. s. cap. xi.

¶ De sancto dacio episcopo. Cap. xxix.




Dacius episcopus mediolanen. apud ipsam ciuitatem claruit tempore Justiniani imperatoris. Qui dum causa fidei exactus ad constantinopolitanam vrbem pergeret: corinthūque veniēs largā domum pro se et eius comitiua ad hospitādū quereret: et vix inueniret: visam eminus domū cōgruētis magnitudinis sibi ad hospitiū preparari iussit. Cumque incole loci ei dicerēt in ea hūc manere nō posse: quia multis iam annis eam diabolus inhabitauit: atque ideo vacua remāsit. Vir sanctus ideo magis in ea debere velle hospitari r̄ndit: vt sui aduentū malignus effugatus spiritus domū hominibus iterū habitandam dimittat. In ea igitur sibi parari fecit securusque hostis antiqui certamina toleraturus intrauit. Noctis aūt silentio dū vir dei quiesceret: antiquus hostis immēsis vocibus cepit imitari rugitus leonū: balatus pecorū: mugitus boū: ruditus asinorū: sibila serpentiū: porcorum stridores et soricū. ¶ Cū repēte dacius tot bestiarū vocibus excitatus: surrexit iratus: et contra demonē magnis vocibus cepit clamare: eidēque exprobrare quod bene ei cōtigisset: vt qui dixerat. Ponā sedem meā ab aquilone: et ero similis altissimo: per superbiam eius similis porcis et asinus factus esset. Et qui deum indigne imitari voluerat vt dignus erat: bestias imitabatur. Ad quam vocē ad deiectionem spiritus malignus adeo erubuit: quod protinus conticuit: atque eandē domum ad exhibenda monstra consueta vlterius nō intrauit. Sicque postmodum fidelium habitaculum facta est. Hec gregorius tertio dialogo. capitulo quarto.

¶ De sancto Argentario monacho. Cap. c.



Argentarius monachus apud ciuitatem aureliaz claruit. Qui vir sanctissimus vita et miraculis effulsit: habitūque quē prętendebat specie: moribus explebat. Hic ab argētario monte a quo nomē sortitus est apostolorū limina rome reuisenda annis singulis venire psueuerat: et veniēs ad quendā subdiaconū q̄dragesimū noie q̄ in mōtibus oues pascebat sepius hospitalitatis grā declinabat. Cū aūt semel hospitiū huius quod nō lōge erat ab ecclia itrasset cuiusdā paupercule mulieris maritus iuxta defunctus ē. Quē cilicio ex more indutū: superueniēte sero sepelire nequerunt. Cū ergo vidua mulier iuxta defuncti corpus nocte sederet: et magnis fletibus et lamētis dolori satisfaceret: nec a lamētis cessaret: vir dei argentarius dolori illius compassus: assumpto quadragesimo ad ecclesiaz perrexit: seque in orationē dedit. Deinde ab altaris crepidine puluerē collegit et cuz socio ad defuncti corpus accessit. Et cū ibi ambo diutius orassent ipse surrexit: benedictionē dedit: et reuelatā defuncti faciē q̄ sudario operta fuerat: aspiciente vxore ac mirāte: puluere quē detulerat fricauit. Qui dū fricaret: animā recepit: oscitauit: oculos aperuit: seque eleuans resedit: ac si de graui somno excitatus fuisset. Qd mulier cernēs cepit ex gaudio magis flere: sed vir domini eam vt taceret cōpescuit: mandās vt si quis eam quereret qualiter hoc factū fuisset diceret: quia dominus iesus christus hoc fecisset. Et continuo ab hospitio exijt: quadragesimuz reliquit: et temporalem honorem fugiēs in loco illo vltra nō cōparuit. Hec gregorius. iij. dialogorū. cap. xvij.

¶ De sancto Valentio presbytero.
Capitulum. ci.



Valentius presbyter apud prouinciaz valerie floruit. Qui cuz clericis suis dei laudibus bonisque operibus intentus sancte cōuersationis vitam duxit. Superueniēte autem vocationis eius die defunctus est atque ante ecclesiā sepultus. Eidem vero ecclesie caule ouiū inherebant: atque idem locus in quo sepultus est: ad easdem oues tendētibus iter erat. Quadam autem nocte fur quidaz venit: et ingressus caulas veruecē tulit et concitus exiuit. Sed dū peruenisset ad locū vbi sanctus vir iacebat repēte hesit: et gressum mouere nequiuit: veruecē de loco deposuit: cumque dimittere voluit: sed manu laxare nō potuit. Sicque cum preda reus et ligatus stabat: nec veruecem poterat dimittere: nec cum eo accepto exire. Factoque mane egressi ab ecclesia clerici hominē veruecē tenētē inueniunt: et an animal auferre: an offerre venisset dubitare ceperunt. Ille vero culpe reus citius indicauit penā. Mirati oēs quia viri dei ibidē iacētis fuisset virtute ligatus se pro eo in orationē dederunt: suisque precibus obtinuerūt vt q̄ res eorū venerat rapere: vel saltē vacuus posset exire. Hec vbi supra cap. xxij.

¶ De abbate quodam sancto.
Capitulum. cij.




Abbas quidā sanctus cuius nec nomen expressum inuenio claruit in monasterio quodam beati petri apostoli quod situm est in monte prenestine ciuitati preeminente. Qui monachū quendaz nutriens vsq ad reuerēdos prouexit mores. Quem cum vidisset in timore domini excreuisse in eodem monasterio fecit illuz in presbyterum ordinari. Cui post ordinationē suam: quia non longe abesset eius exitus reuelatum est. idcirco ab abbate petijt vt sibi sepulchrū pararet. Ille vero eidem predixit: q ante eum se moriturū preuenerat: sed tamen eidem concessit: vt sicut vellet sepulchrum sibi pararet. Recessit igitur z preparauit. Sed post multos dies abbas febre preuentus ad extrema deuenit: atq presbytero suo iussit: vt in suo sepulchro se poneret. Cūq ille diceret: q ipsuz mox secuturus esset: z sepulchrum vtrumq capere nō posset. Abbas respōdit q secure faceret: vt dixerat: qr sepulchrū suum ambos capiebat. Defunctuz itaq abbatē in sepulchro qd sibi presbyter parauerat posuerunt. Moxq z presbyterū languor corporis secutus est: z post modicū vitā finiuit. Cum autē ad sepulchrū qd sibi parauerat corpus eius esset delatū: eoq aperto viderunt astantes locum nō esse vbi poni potuisset: qr corpus abbatis omne illud sepulchrū teneret. Tūc vnus ex fratribus abbati defuncto quasi īproperare cepit: q verbū eius qd pdixerat deficeret: eo q sepulchrū ambos nō caperet. Ad cuius vocē subito cūctis vidētibus: abbatis corpus qd supinū iacebat: se virtit in latere: z vacātē locū corpori presbyteri prebuit: z qr vtrosq caperet sicut prius promiserat: mortuus impleuit. Hec gregorius tertio dialogorū. cap. xix.

¶ De sancto Acontio cōfessore. Cap. ciij.



Acontius confessor apud vrbem romā claruit: q basilice principis aplorū custos siue māsionarius fuit vir magne humilitatis atq grauitatis deo oīpotēti fideliter seruiēs z miraculorum signis effulgens. Nā cū quedā puella paralitica in ecclesia beati petri pmanēs manibus reperet: z dissolutis renibus corpus p terrā traheret: atq vt sanari mereret dudū a btō petro apostolo petijsset: nocte qdā eidē p visionē astitit: eiq iussit vt iret ad acōtiū māsionariū: ipsumq rogaret: q ipsi salutem restitueret: illa de tāta visione certa: sz qs esset acōtius ignorās cepit se p ecclie loca distraheret: z qs esset acontius inuestigare. Cui cū ille factus esset obuiā: z interrogatus se acōtiū esse dixisset. Illa eidē exposuit: qualiter beatus petrus apostolus illā ad ipz miserat: vt ab infirmitate ipsā liberare deberet. Et ille cōtinuo iussit vt in noie xpi z mittentis surgeret: eiusq manū tenuit: eāq sanā ptinus erexit: ita vt solutiōis illius signa nulla vlterius remanerēt. Hic post alia sanctitatis opa vitāq laudabilē rome in pace quieuit: z sepultus apud btī petri basilicā in virtutibus viuit. Hec vbi. s. li. iij. c. xxv.

¶ De sctō Sāctulo pbrō. Cap. ciiij.



280 ¶ Nicasius eps et sociĩ martyres in pago vilcassino ipso die passi sunt.

281 ¶ Canicius abbas codẽ die in scotia quieuit.

282 ¶ Hedistius martyr apud rauennam via laurẽtina passus est. iiii. idus octobris.

283 ¶ Eustachius presbyter ipso die ĩ syria in christo dormiuit.

284 ¶ Epion presbyter eodem die biturice claruit.

285 ¶ Uilstidus episcopus et cõfessor codẽ die quieuit in pace.

286 ¶ Venātiꝰ abbas quieuit turonis.iij.idus octob.
287 ¶ Marcellus adrianus ⁊ marcus eodē die martyrio coronantur.
288 ¶ Saturninus et lupus martyres passi sunt pridie idus octobris.
289 ¶ Fortunatus martyr rome via aurelia passus est idibus octobris.
290 ¶ Lupbilus et fortunatus martyres ipso die capue passi sunt.
291 ¶ Saturninus presbyter ⁊ nereus cum aliis trecentis sexaginta quinq̧ passi sunt.xviij.kalendas nouembris.
292 ¶ Florentinus episcopus ciuitate aurasica claruit qui multis clarus virtutibꝰ in pace quieuit.xvj.kalend.nouembris.
293 ¶ Victor episcopus:alexander ⁊ marianus martyres ipso die passi sunt.
294 ¶ Alexander et victor.xv.kalen.nouembris martyrio coronantur.
295 ¶ Beronicus ⁊ pelagia ⁊ alij quadragintanoueꝫ in antiochia syrie passi sunt.xiiij.Kalendas nouembris.
296 ¶ Proculus ⁊ nicea mater eius ipso die in ciuitate putcoli martyrij palmam perceperūt.
297 ¶ Dasius zoticus ⁊ caius cū duodecim militibꝰ apud nicomediam passi sunt.xij.Kalendas nouembris.
298 ¶ Seuerianꝰ episcopus eodem die burdigallis quieuit.
299 ¶ Philippus episcopus:eusebius ⁊ hermes martyres apud andronopoliꝫ thracie passi sunt.xj.Kalendas nouembris.
300 ¶ Vitalis confessor quieuit in christo.ix.kalendas nouembris.
301 ¶ Hilarius epūs ⁊ confessor in ciuitate gauallis quieuit in pace.viij.Kalen.nouembris.
302 ¶ Amandus lucianus ⁊ florus confessores quieuerunt in pace.vij.kalen.nouembris.
303 Rusticus episcopus eodem die dormiuit in ciuitate narbona.
304 ¶ Florentius martyr apud tile castrum passus est.vj.Kalen.nouembris.
305 ¶ Hiacinthus quintus felicianus ⁊ lucius martyres in lucania prouincia passi sunt.iiij.Kalendas nouembris.
306 ¶ Ducenti et viginti mar.apud aphricam passi sunt.iij.Kalendas nouembris.
307 ¶ Seuerinus monachus de tyburtina ciuitate quieuit in christo Kalen.nouembris.
308 ¶ Amantius episcopus in galliis ciuitate rhedonis claruit pridie non.nouēb.Cuius vita sanctitate ⁊ miraculis extitit gloriosa.
309 ¶ Proculus martyr ipso die augustuduni passus est.
310 ¶ Letus presbyter aureliani quieuit non.nouēb.
311 ¶ Atticus confessor in aphrica quieuit octauo idus nouembris.
312 ¶ Vilebrordus episcopꝰ in frixia deponitur.vij.idus nouembris.
313 ¶ Victorius episcopus ⁊ confessor vnduni quieuit.v.idus nouembris.
314 ¶ Demetrius epūs:amatus diaconus:eustochiꝰ ⁊ alij.xx.martyres antiochie passi sunt quarto idus nouembris.
315 ¶ Monitor episcopꝰ eodē die aureliani quieuit.
316 ¶ Cunebertus episcopus in ciuitate agrippinensi deponitur pridie idus nouembris.
317 ¶ Paternus martyr eodem die in territorio senonico passus est.
318 ¶ Leo confessor in castello milidano ipso die claruit.
319 ¶ Valentinus solutor ⁊ victor martyres rauenne passi sunt idibus nouembris.
320 ¶ Mitrus martyr in prouincia ciuitate Aquis eodem die passus est.
321 ¶ Clementinus theodorus ⁊ philomenus mar. apud thraciā ciuitate heraclea passi sunt.xviij.calen.decembris.
322 ¶ Ruffinus marcus valerius ⁊ honoratus martyres in aphrica triumphū perceperunt.xvj.calen.decembris.
323 ¶ Maximus episcopꝰ ⁊ martyr rome passus est persecutione maximiani:⁊ positus est ad sanctum tyburtiū.xiij.calen.decembris.
324 ¶ Simplicius epūs eodē die quieuit in pace.
325 ¶ Mampelus ⁊ caius mar.apud siciliā in ciuitate mesana passi sunt.xij.calen.decembris.
326 ¶ Taurinus salutor ⁊ auentor eodem die martyrio coronantur.
327 ¶ Pragmaticus epūs augustuduni claruit.x.calēdas decembris.
328 ¶ Rhodon presbyter ⁊ cōfessor quieuit in pace in pago aspanio.ix.calen.decembris.
329 ¶ Seuerinus monachus ⁊ solitarius eodem die parisius deponitur.
330 ¶ Lucretia virgo ⁊ martyr i ciuitate emerita ipso die passa est.
331 ¶ Felicissimus cōfessor apud perusium claruit.viij.calen.decembris.
332 ¶ Erasmus martyr antiochie passus est.vij.kalendas decembris.
333 ¶ Amator epūs augustuduni quieuit in domino vj.calen.decembris.

Hi omnes ⁊ infiniti alij quorum numerum ⁊ nomina solius dei sapientia nouit:regnant in celis ⁊ cum christo gaudēt in eternum. Cuius regnum ⁊ imperium sine fine permanet in secula seculorū. Amen.

¶ Explicit liber vndecimus.

Incipit prologus libri duodecimi.



Duodecimꝰ liber ⁊ vltimus presentis catalogi continet tabulam omniū ⁊ singulorū sanctorū quorū gesta et passiones aut acta in hoc volumine cōscripta sunt ad hoc vt vnicuiq̧ legēti facile occurrat quod querit. Circa quā tabulā ⁊ ipsius ordinē expo-

tendum septem sunt consideranda. ¶ Primo q: noia sanctorū seu festiuitatū posita sunt in hac tabula ſm ordinē alphabeti: vcȝ primo omnia noia incipiētia ab a: scđo a b: tertio a c: ⁊ sic per ordinē vſq; in finē: ita tamē ꝙ etiā in ipsis nominibus incipientibus ab aliqua literarū erit idē ordo de secundis literis ⁊ de tertijs et de quartis: ⁊ de omnibus successiue vſq; in finē nominis. Ita vt in omnibus que incipiunt ab vna litera primo ponantur nomina in quibus secunde vel tertie litere sunt priores iuxta ordinem alphabeti. Et sic de omnibus literis vſq; in finem. Verbi gratia. In nominib⁹ incipiētibus ab a: primo ponūtur noia in quibus post a: sequitur aliud a: sicut aaron. Deinde nomina in quibus post a: sequitur b: Et primo ponuntur illa nomina in quibus post a: sequuntur ba: si sunt: vel duplex b. ⁊ a. vt abbacuch: abbas. Deinde illa in quib⁹ post a. sequūtur bc. si reperiunt. Deinde illa in quibus post a. sequūtur bd. vt abdias: ⁊ sic vſq; in finē nominis. Talisq; ordo seruat̄ in oib⁹ noibus singularū literaȝ alphabeti: sicut manifeste apparebit legenti tabulā ipsam. ¶ Hoc tamē scito ꝙ omittūtur diphthōgi. y. loco i. ponitur: et h. infra dictiones pro nihilo reputat̄: ad faciliorē querētiū inuentionem. ¶ Secundo sciendum est ꝙ nomina omniū sanctorū hui⁹ operis sunt posita in tabula particulariter sigillatim ⁊ distincte. ¶ Unde quāuis in titulo capituli vel rubrica sunt plures sancti insimul coniuncti: sicut multotiens occurrit aliqđ festum plurimorum martyrū vel sanctorū: quorum nomina ibidē sunt nominatim expressa: suis tamē locis tabule posita sunt diuisa ⁊ distincta ſm literas alphabeti. Verbi gratia. Sancti martyres verus et securus qui simul vno capitulo comprehenduntur: nomina tamē illoȝ per se in tabula ponuntur: scilicet nomē veri sub litera v. ⁊ nomen securi sub litera s. Si vero nomina aliquorum sanctorū non expresse in presenti opere sunt posita: tunc ponētur in tabula coniunctim sub illa litera que eis melius conueniat: scȝ vel sub litera numeri: si numerus sanctorum exprimat̄: vel sub litera societatis illius sancti cui sunt copulati verbi gratia. Sancti. xxx. martyres sine alicuius expresso nomine in vno capitulo sunt ꝯiuncti: ideo in tabula ponunt̄. xxx. martyres litera t. Item sancti martyres diodorus ⁊ marianus ⁊ socij in eadē legenda conscribuntur: ⁊ ideo in tabula ponitur diodor⁹ sub litera d. ⁊ marianus sub litera m: socij vero quoȝ nec nomina nec numerus expressa sunt ponuntur sub litera s. sic. Socij diodori martyris: ⁊ sic de alijs. ¶ Tertio sciendum est ꝙ aliqui sancti sunt: q̄ nec in rubrica siue titulo capituli: nec in principio legēde nominantur: nec sub nomine societatis nominantur: qui tamen incidenter occurrunt intra legendas alterius sancti: nec tamē alibi habent aliquod capitulum speciale. Et isti in omnib⁹ locis hui⁹ voluminis sunt signati intra legendam cruce nigra sic. ✠. Et istorum etiam nomina siue singulariter sint expressa: siue sub certo numero: non tamen nominatum expressa ponuntur in tabula sub literis ꝯgruētibus eis: verbi grā. In legenda Bibiane virginis ⁊ martyris occurrit incidēter flauian⁹ martyr: ⁊ faust⁹ martyr: ⁊ isti i eo capl'o signati cruce nigra ponūtur sub litera f. Item darfosa mater bibiane similiter in ipso capitulo nominata ⁊ signata cruce ponitur in tabula sub litera d. Item in legenda iuliani et basilice: in qua incidēter occurrūt vno loco. xx. milites martyres: ⁊ in alio loco septem fratres: ⁊ isti signati cruce ponunt̄ in tabula suis locis: scȝ primi sub litera v. ⁊ secundi sub litera s: ⁊ sic de alijs. Hoc adiecto: q: aliqui ex istis sanctis: qui intra aliorum legendas ponunt̄ incidenter: aliquando in pluribus legendis nominantur. Nec tamē in tabula in pluribus locis ponantur: sinati sunt in illis locis in quib⁹ de ipsis plenior mētio habet̄. ¶ Quarto aduertendum est ꝙ posito nomine sancti in tabula: ponitur loc⁹ vbi inueniri debet. Et hoc dupliciter. Nā primo ex parte dextra legētis: q̄ est in sinistra libri signatum est quoto libro: ⁊ quoto capitulo libri sanctus ille vel legenda debeat inueniri: verbi gratia. Aaron qui est primus in tabula libri. vj. capl'o. xxx. Ex parte vero sinistra legentis que est dextra libri signatū est quo die cuiusq; mensis sanctus ille occurrit: indicibus in superiori margine desuper existentibus. Et sic poterit inueniri: vel in libro vel in calendario ꝯscriptus. Sicut aaron sacerdos: vbi scriptum est ex parte dextra calendas iulij: quo die festum eius occurrit. Sciendum tamen est: ꝙ sancti illi quorum gesta libro. xj. scripta sunt pro maiore parte nullum certum diem anni determinatuȝ habent pro suo festo: sicut superius dictū est. Et ideo istorum nomina in tabula nihil habent signatum ex parte sinistra: videlicet diem festi. Sed ex parte dextra habēt librum ⁊ capitulum libri signatuȝ. Et similiter alij plures sancti aliorum librorum quorum gesta quāuis sub certis diebus anni sint posita propter aliquam ex causis supra in prologo assignatis: tamē dies obitus vel passionis illorum nusquā reperiūtur. Ideoq; isti tales ex parte sinistra nihil habent signatū: sicut apparet ipsam tabulam consideranti. ¶ Quinto sciendum est quod sunt aliqui sancti de quibus nihil aliud potui inuenire: nisi noia illorum ⁊ dies passionis vel mortis solummodo in martyrologio descripta. Et isti omnes superius comprehensi sunt sub vltimo capitulo. xj. libri. Ut autē isti facilius inueniri possint: sciendum est ꝙ capitulum illud vltimum diuisum est per paragraphos. Et isti signati sunt per suos numeros eorum indice in superiori margine desuper existente: vt patet inspicienti. Tales ergo sancti qui sunt in. xj libro cap. vltimo signati sunt in tabula isto modo videlicet: q: a parte sinistra habent dies eorum festiuos sicut habent alij. A parte vero dextra signati sunt per libros ⁊ capitula ⁊ paragraphos. Verbi gratia. Joānes presbyter libro. xj. capitulo vltimo: paragrapho. 40. ⁊ Theodorus episcopus libro xj. capitulo vltimo paragrapho. 100. ⁊ sic de alijs. ¶ Sexto est aduertendū ꝙ vt sciatur quis sanctus in tabula nominatus est primino in principio legende expressus: vel quis secundus aut primo coniunctus: vel quis incidenter intra legendam requirēdus: talis ordo in tabula ponetur. Nam oēs illi sancti qui statim in ipso principio capituli vel legende ponuntur habent ante se sic. ¶ Illi vero qui secundario vel cōiunctim in eodē principio scribuntur habent ante se sic. ¶ Illi qui sunt infra legendam vel capitulum incidēter inserti habebūt in tabula ante se paragraphum sic. ¶ Illi vero sancti de quib⁹ nihil inuenitur nisi dies festi ⁊ nomina solummodo qui sunt in vltimo capitulo. xj. libri habebūt ante se in tabula paragraphum sic. ¶ Qui paragraphi diuersis coloribus possent etiam fieri: ⁊ per talia signa cognoscere quisq; potest vbi vel qualiter sanctorum gesta quorū nomina sunt in tabula debeant inueniri. ¶ Septimo sciendum est quia sicut continetur supra in prologo. xj. libri credendum est plures esse sanctos quoruȝ gesta ⁊ passiones post opus istud perfectum: aut mihi: aut posteris apparerent: quod propter sanctorum infinitatem ⁊ librorum numerositateȝ facile satis esset. Itē forte futurum est per successiōes tēporum sanctos aliquos per militantē ecclesiam canonizandos: ⁊ sanctorum catalogo conscribendos: cum manus domini nō sit abbreuiata que in terris homines de nouo sanctificare: ⁊ in celis multiplicare potest. Si talium igitur gesta in presenti adijcienda forent volumine: eoruȝ quoq; nomina i tabula essent apponēda. Sed talia nomina literarum ordinem alphabeti excepta prima litera seruare non possent. Et ideo in tabula ista post singulas literas alphabeti aliquod spacium dimittetur: vbi nomina sanctorum illorum adijci possint. quorum gesta presenti volumini contigeret de nouo conscribi.

¶ Explicit prologus.

Incipit tabula totius operis: videlicet liber duodecim'. que continet nr. 3261. Et primo ponuntur nomina incipientia ab a.

De litera A

De litera B.

Tempore.		Li.	Cap.	pa.
xvi.calend.augu.	Bessa mar.	vi	cx	
xvi.calend.augu.	Beturius mar.	vi	cx	
iiii.no.decẽbris.	Bibiana vir. z mar.	i	xix	
vi.idus maii.	Blãda martyr	iiii	cl	
iiii.non.iunii.	Blandina mar.	v	lxxvii	
iii.non.februarii.	Blasius cps z mar.	iii	lxxvi	
prid.idus septẽb.	Bona virgo	viii	lxxi	
	Bonifaci⁹ papa pri.	iiii	cix	
viii.idus decemb.	Bonifacius mar.	i	xxxv	
	Bonifaci⁹ pa.iiii.	iiii	clxi	
prid.idus maii	Bonifacius mar.	iiii	clxv	
	Bonifaci⁹ cps z cõ.	iiii	clxvi	
nonas.iunii	Bonifaci⁹ cps z m.	v	lxxxvii	
	Bonifaci⁹ cps z m.	v	lxxxviii	
	Bonifaci⁹ cps	v	lxxxix	
xvi.calend.septẽ.	Bonifaci⁹ dia. z m.	vii	lxxi	
xviii.calen.febr.	Bonifaci⁹ cps	ii	lxxxii	
idibus iulii.	Bonosa vir. z mar.	xi	vltimo	194
xii.calen.septẽb.	Bonosus mar.	xi	vltimo	218
calend.augu.	Bon⁹ psby. z mar.	vii	vi	
xviii.calen.iulii.	Brandanus cps	v	cxvii	
calend.februarii.	Brigida virgo	iii	lxix	
vii.idus iulii	Brutius cps	vi	lxxiiii	
idibus nouemb.	Brutius cps	x	lv	

De litera C.

Tempore.		Li.	Cap.	pa.
iiii.non.martii	Cainam pater	iii	vii	
vi.idus martii.	Caius palatin⁹ m.	iii	clxxiiii	
x.calend.maii.	Caius martyr	iii	clxxxviii	
	Caius pa. z mar.	iiii	lxxiii	
iiii.non.octobris.	Caius presbyter	iiii	lxxv	
	Caius discipu.	ix	xvii	
prid.non.ianua.	Caius episcop⁹	xi	viii	
x.calend.martii.	Caius mar.	xi	vltimo	27
xiii.calen.maii	Caius martyr	xi	vltimo	74
xii.calen.nouem.	Caius mar.	xi	vltimo	125
xii.calen.decẽb.	Caius martyr	xi	vltimo	297
xvi.calend.ianu.	Caius mar.	xi	vltimo	325
v.calend.februa.	Calanicus mar.	i	lxxiii	
iiii.calend.febru.	Calanicus mar.	iii	xxxix	
	Calendinus mar.	iii	xli	
pridie idus ma.	Caleph pater.	viii	ii	
viii.idus februa.	Callimachus mar.	iiii	clx	
xvi.calend.maii.	Calixta.vir. z mar.	iii	ci	
prid.idus octobr.	Calixtus mar.	iiii	lv	
xiiii.calend.apri.	Calixtus papa z m.	ix	lxii	
xiiii.calend.iulii.	Calocerus mar.	iii	ccvii	
calend.august.	Calocerus mar.	v	xvii	
viii.idus iunii.	Calumniosus mar.	vii	vi	
iiii.calend.septẽb.	Candida mar.	v	xcii	
vii.idus martii.	Candida virgo	xi	vltimo	229
x.calend.octobr.	Candidus mar.	iii	clxxxv	
v.idus martii.	Candidus mar.	viii	ciii	
	Candidus mar.	iii	xci	
viii.non.februarii	Candidus confessor	xi	xix	
v.non.octobris.	Candidus martyr	xi	vltimo	46
v.idus octobris.	Candidus martyr	xi	vltimo	270
prid.calend.iunii.	Canicius abas	xi	vltimo	241
prid.calend.iunii.	Cantianilla vir. z m.	v	lxx	
prid.calend.iunii.	Cantianus martyr	v	lxx	
iiii.calen.augusti.	Cantius martyr	v	lxx	
	Campanus mar.	vi	clvii	
	Capithon cps	xi	viii	
	Capithon cõfessor	xi	liiii	
xiii.calen.nouẽb.	Caprasius mar.	ix	lxxxvi	
calend.iunii.	Caprasius abbas	xi	vltimo	162
	Captiua quedã sctã	xi	xxxiiii	
x.calend.iunii.	Carcerius martyr	v	cxxxvii	
calend.iulii.	Carilephus cõfessor	vi	xxxvii	
xiii.calend.maii.	Carilipus mar.	xi	vltimo	131

Tempore.		Li.	Cap.	pa.
iiii.idus decemb.	Carpophor⁹ pbr z m.		liii	
nonas iulii.	Carpophorus mar.	vi	lxiiii	
vi.idus nouemb.	Carpophorus mar.	x	xxxvii	
xiii.calen.septẽbr.	Carphorus mar.	vii	lxxxvii	
idibus aprilis.	Carpus cps z mar.	iiii	xlix	
iii.idus octobris.	Carpus discipu.	ix	lvi	
	Cassiodorus cõfes.	xi	lx	
iii.non.decẽbris.	Cassianus martyr	i	xxii	
xvi.calend.maii.	Cassianus mar.	iiii	lvi	
nonas augusti.	Cassian⁹ cps z cõfes.	vii	xxvii	
idibus augu.	Cassian⁹ cps z mar.	vii	lviii	
	Cassianus presby.	vii	lix	
vi.idus octobris.	Cassius martyr	ix	xlvi	
iii.calend.iulii.	Cassius episcopus	vi	xxv	
iii.calend.august.	Cassius mar.	xi	vltimo	197
v.calen.aprilis.	Castor martyr	xi	vltimo	102
v.calend maii.	Castor martyr	xi	vltimo	130
nonas iulii.	Castorius mar.	vi	lxviii	
vi.idus nouemb.	Castorius mar.	x	xxxvi	
vii.calend.april.	Castulus martyr	iii	ccxxxi	
xi.calend.iunii.	Castus mar.	v	xxx	
prid.non.septẽbr.	Castus mar.	xi	vltimo	237
prid.non.octobr.	Castus martyr	xi	vltimo	275
viii.idus maii.	Cathaldus cps	iiii	cxliii	
xv.calend.februa.	Cathedra petri scda	ii	xcv	
viii.calend.mar.	Cathedra petri.j.	iii	cxl	
idibus iulii.	Catulinus mar.	vi	ciii	
x.calend.decemb.	Cecilia virgo z mar.	x	xcvi	
xv.calend.maii.	Cecilianus mar.	iiii	lvi	
idibus maii.	Cecilius cps	v	iii	
	Cedonius cps	v	cii	
	Celadion cps	vi	vi	
iii.non.februa.	Celerina mar.	iii	lxxix	
iii.non.februarii.	Celerin⁹ dia. z cõfes.	iii	lxxix	
iii.non.februarii.	Celerinus martyr	xi	vltimo	49
	Celestinus papa pri.	v	xviii	
xiiii.calen.iunii.	Celestinus papa.ii.	v	xix	
	Celestinus confessor	v	xx	
v.idus maii.	Celianus mar.	iiii	cli	
v.nonas mar.	Celidonius martyr	iii	clxxii	
vii.idus ianuarii.	Celsus puer mar.	ii	lii	
v.calend.augusti.	Celsus martyr.	vi	cxlvii	
iii.nonas nouẽbr.	Chenelmus mar.	x	xix	
iiii.idus iunii.	Censurus cps	xi	vltimo	169
iiii.calend.februa.	Cẽtũ z.x.milites m.	iii	xli	
	Centuz socii symeonis epi z martyris	iiii	lxxi	
iiii.idus augusti.	Cẽtũ z.lxv.mili.m.	vii	xliii	
xv.calend.martii.	Cheramon mar.	iii	cxxvi	
	Cheramõ cps z m.	xi	xxviii	
iii.calen.ianuarii.	Cerberus martyr	ii	xx	
vi.idus octobris.	Cerboni⁹ episcopus	ix	xlii	
	Cerdo episcopus	xi	vi	
iiii.idus iunii.	Cerealis martyr	v	ciiii	
xviii.calen.octob.	Cerealis mar.	viii	lxxvii	
	Cesar discipulus	vi	c	
	Cesariẽses episcopi	xi	ix	
vi.calen.septemb.	Cesarius episcopus	vii	cxxv	
calend.nouembr.	Cesarius mar.	x	ii	
iii.nonas nouẽbr.	Cesarius martyr	x	xviii	
	Cicis discipulus	vi	c	
v.calen.nouemb.	Chilenus confessor	ix	cxvii	
viii.idus iulii.	Chilian⁹ cps z mar.	vi	lvi	
iii.nonas aprilis.	Cionia vir. z mar.	iiii	xxvii	
v.idus decembris	Cyprianus abbas	i	li	
xviii.calen.octob.	Cyprian⁹ cps z m.	viii	lxxviii	
vi.calend.octobr.	Cyprian⁹ cps z m.	viii	cxxi	
iiii.idus octobr.	Cyprian⁹ cps z mar.	ix	liii	
xii.calen.iulii.	Cyprian⁹ mar.	xi	vltimo	176
calendis ianuarii.	Circuncisio domini	ii	xxvii	
xiiii.calend.iulii.	Ciriacus mar.	v	cxxv	

De litera. E

De litera F.

De litera G.

iij.calen.

Cde litera H

¶De litera. J

De litera M.

vj.idus

Tempore.		Li.	Cap.	pa.
ix.calend.nouẽb.	Martinus abbas	ix	cii	
iii.idus nouemb.	Martin⁹ cõs & cõfes.	x	xlvii	
prid.idus nouẽb.	Martin⁹ papa & m̃.	x	iii	
iiii.calend.iunii.	Martyrius mar.	v	lxiii.	
	Martyrius cõfes.	xi	xcviii	
ix.calend.septẽb.	Massa cãdida mar.	vii	cv	
iii.nonas nouẽb.	Massa cãdida mar.	x	xvii.	
	Mathathias dux.	ix	l	
	Mater quedã mar. cũ duabus filiis.	xi	xxix.	
idibus mar.	Matrona mar.	iii	ccii	
iii.calend.februa.	Mattheus cõs	iii	lviii.	
xi.calend.octob.	Matth.apo.& eu.	viii	c	
vi.calend.martii	Matthias apls	iii	cxlix	
	Matthias cõs	xi	viii	
calend.nouẽbris	Maturinus cõfessor	x	vi	
	Mathusalẽ pater	iii	xl	
idibus februa.	Maura mar.	iii	cxix.	
x.calend.octobr.	Mauritius mar.	viii	ciii	
idibus septemb.	Mauritius cõs	viii	lxxv	
iii.nonas decem.	Maurus martyr	i	xxiii	
xviii.calend.febr.	Maurus abbas	ii	lxxix	
vi.calend.februa.	Maurus abbas	iii	xxxii	
iiii.calend.febru.	Maurus mar.	iii	xl	
iiii.nonas iunii.	Maurus mar.	v	lxxvii	
calend.augusti.	Maurus diac.& m̃.	vii	vi	
xi.calend.decẽb.	Maurus mar.	x	xciii	
	Maxentius cõs	iii	lxxxv	
vi.calend.iulii.	Maxentius abbas	vi	xiii	
vi.calend.iulii.	Maxentius p̃sby.	xi	vlti.	179
calend.decembr.	Maxima vir.& mar.	i	xiii	
vii.calend.apri.	Maxima vir.& m̃.	iii	ccxxiii	
xvii.calend.iunii	Maxima virgo	v	vii	
iii.calend.augu.	Maxima vir.& m̃	vi	clix	
xvii.calend.noue.	Maxima vir.& m̃.	ix	lxxiii	
calend.octob.	Maxima vir.& mar.	xi	vlti.	268
vi.idus ianua.	Maximian⁹ pu.& m̃.	ii	lv	
v.idus iunii.	Maximian⁹ cõs.	v	c	
iii.idus augu.	Maximian⁹ mar.	vii	li	
xii.calend.septẽ.	Maximian⁹ mar.	xi	vlti.	228
iiii.calend.iunii.	Maximinus cõs	v	liiii	
iiii.idus iunii.	Maximinus cõs	v	ci	
xviii.calen.ianu.	Maximus cõfes.	xi	vlti.	10
v.calend.ianua.	Maximus cõs	ii	viii	
	Maximus cõs	ii	ix	
iiii.calend.febru.	Maximus mar.	iii	xli	
x.calend.mar.	Maximus mar.	iii	cxxxiii	
xviii.calen.maii.	Maximus mar.	iiii	li	
	Maximus cõs	iiii	lii	
xvii.calend.maii.	Maximus mar.	iiii	liii	
xvi.calend.septẽ.	Maximus puer m̃.	vii	lxxi	
iiii.calend.octo.	Maximus mar.	viii	cxxviii	
iii.calend.octob.	Maximus cõs.	viii	cxxxi	
	Maximus cõs	xi	viii	
xiii.calend.noue.	Maximus leui.& m̃.	ix	lxxxv	
xiii.calend.noue.	Maxim⁹ pbr̃ & mar.	x	lxxxv	
	Maximus cõs	xi	vi	
	Maximus cõs	xi	vii	
	Maximus cõfessor	xi	xviii	
xii.calen.martii.	Maximus mar.	xi	vltimo	71
xiii.calend.augu.	Maximus mar.	xi	vlti.	197
prid.non.septẽb.	Maximus mar.	xi	vlti.	237
xiii.calend.decẽ.	Maxim⁹ cõs & m̃.	xi	vlti.	323
	Mazabanes cõs	xi	viii	
vi.idus iunii.	Medardus cõs	v	xcvii	
iiii.non.septẽbr.	Medericus abbas	viii	xxv	
vi.nonas iulii.	Megistus mar.	vi	xli	
	Melania maior	ix	xciiii	
	Melania iunior	ix	xcv	
viii.idus ianua.	Melanius cõs	ii	xlix	
xi.calend.nouẽ.	Melanius cõs	ix	xcii	

Tempore.		Li.	Cap.	pa.
xvii.calend.febr.	Melanius cõs	ii	xc	
v.idus octobr.	Melanius cõfessor	xi	vlti.	279
iiii.idus decem.	Melchiades pa.& m̃.	i	lii	
	Melchior rex	ii	xlviii	
	Melchisedech rex	iii	xc	
prid.nonas decẽ.	Meletius cõs	i	xxvi	
	Meletius cõs	i	xxvii	
xvi.calend.febru.	Meleusippus mar.	ii	xciii	
vii.idus mar.	Melition mar.	iii	clxxxv	
viii.calend.maii.	Melitus cõs	iiii	lxxxv	
prid.idus augu.	Meminia mar.	vii	lv	
calend.augusti.	Menander mar.	vii	x	
iii.idus nouem.	Menas mar.	x	xlviii	
	Menas confessor	x	xlix	
nonas august.	Meninus cõs	vii	xxv	
prid.idus decẽb.	Mercuria mar.	i	lxiii	
	Mercurialis cõs	x	cvii	
vii.calend.decẽb.	Mercurius mar.	x	cvi	
	Merolus monach⁹	xi	cxvii	
xiiii.calend.octo.	Methodi⁹ cõs & m̃.	viii	xc	
prid.calend.febr.	Metranus mar.	iii	lxii	
vii.idus maii.	Metron confessor	iiii	cxlvii	
iii.calend.octob.	Michael archãge.	viii	cxxx	
vii.idus mar.	Michalius mar.	iii	clxxxv	
	Micheas pphetã	ii	lxxvi	
xviii.calend.febr.	Micheas pphetã	ii	lxxvii	
iiii.calend.maii.	Miles quidã mar.	iiii	xcvii	
xi.calen.iulii.	Miles quidã mar.	v	cxxxii	
x.calend.maii.	Milesius mar.	iiii	lxxviii	
v.calend.august.	Miles martyres	vi	cxlvi	
	Mille quadrigẽti martyres	vii	xlii	
x.calend.septẽbr.	Minervius mar.	xi	vlti.	220
viii.calen.nouẽ.	Minyas mar.	ix	cviii	
xvii.calen.ianu.	Misael puer	i	lxi	
idibus nouemb.	Mitrius mar.	xi	vlti.	320
iii.idus mar.	Modesta mar.	iii	cxcviii	
xvii.calen.iulii.	Modestus mar.	v	cxviii	
iiii.idus nouem.	Modestus mar.	x	xlvi	
	Modestus cõfessor	xi	xi	
prid.idus febru.	Modest⁹ infans & m̃.	xi	vltimo	60
vii.idus februa.	Moyses abbas	iii	ciii	
vii.idus februa.	Moyses abbas	iii	ciiii	
xvi.calend.mar.	Moyses martyr	iii	cxxiii	
prid.non.septẽb.	Moyses pph.& dux	viii	xxxiii	
xv.calend.ianua.	Moyses mar.	xi	vltimo	12
vi.nonas iulii.	Moneguuda virgo	xi	vlti	187
iiii.idus nouẽbr.	Monitor cõs	xi	vlti	318
vii.calend.april.	Montanus pbr̃ & m̃.	iii	ccxxiii	
v.calend.maii.	Montan⁹ pbr̃ & m̃.	iiii	xciii	
xv.calend.febru.	Moseus mar.	ii	xcvii	
iii.calend.maii.	Mulier qdã mar.	iiii	c	
xi.calend.nouẽ.	Munilio vir.& mar.	ix	xcvi	
ix.calend.aprilis	Murita mar.	iii	ccxiii	
	Musa virgo	xi	cxi	
	Musanus pbr̃	xi	xii	
	Muscus pbr̃	viii	xxv	
ix.calend.februa.	Muson mar.	iii	xix	
v.nonas iulii.	Mustiola mar.	vi	xlviii	
x.calend.maii.	Mutius dia.& mar.	iiii	lxxix	
iii.idus maii.	Mutius pbr̃ & mar.	iiii	clxiii	
viii.calen.iunii.	Mutius abbas	v	xlii	
	Mutius confessor	v	xliii	

De litera N.

prid.idus iunii.	Nabor mar.	v	cix
vi.idus iulii.	Nabor mar.	vi	lxx
iiii.idus iulii.	Nabor mar.	vi	lxxxvii
	Nachor pater	iii	liiii
iiii.calend.nouẽ.	Narcissus cõs	ix	cxx

De litera O

De litera P.

De Litera Q.

De litera S.

Dе litera T.

¶ De litera V.

Delitera Z.

Finis tabule seu libri duodecimi.

Postq̃ ad libri calcẽ deo annuẽte peruenimus nobis visum est fore haud inutile quorũdã sanctorũ gesta subnectere q̃ ex eorum historiis q̃ cõpẽdiose potuim⁹ authorẽ hui⁹ imitati decerpsim⁹: ordinẽ tpis tantũmodo seruãtes; et vt opus vberi⁹ habeat: et vt ceptis nr̃is aliorum alios ad ampliorẽ fecũditatẽ excitem⁹.

Hec sunt nomina sanctorũ.

De sanctis Berardo Petro Accursio Adiuto et Othone cõfessorib⁹ et mar.

Capi.j.



Berardus Petr⁹ Accursius Adiutus et Otho confessores a beato Francisco diuinitus monito ad miramolini regnum mahumetanis euangelium predicaturi missi sunt: qui per arragoniam colimbriã portugallensem deuenientes regine orache martyrũ sui ordinẽ et qualiter reliquie sue colimbriam essent deferẽde: et ab ea honorifice suscipiẽde reuelarũt: et hinc alãquerãm ad sanchiam virginem deuotam a qua secularibus sunt perinduti vestibus (nam aliter transmeandi non dabatur facultas) hispalim que nunc dicitur sybilla applicuerunt: vbi depositis secularibus indumentis ad misquitiam regem multis laniati verberibus ingrediuntur et coram eo mahumeticam damnantes fidem christum predicant: quos ira concitus ex vrbe marochium duci iussit: vnde pariter a miramolino bis expelluntur: sed martyrium affectantes reuertũtur: et predicationibus insistentes ab indignato rege in teterrimum carcerem detruduntur. quos .xx. dierum inedia nihilo maceratos ligatis post terga manibus nudos ad se trahi iubet: et vsq; ad viscerum atq; ossium enudationem cedit: ac super testas per noctem volutari oleo et aceto laceris corporibus sup infusis et tandẽ lassis in flagella lictoribus eorum capita per mediũ frontis amputare: et sic optata corona sancti martyres potiti sunt: quorum corpora flammis illesa iacuerunt: et inde christianis vendita per multas saracenorum insidias colim bri

dias columbriam ad reginam orachbam delata ab eadem ut sancti predixerant in monasterio sancte crucis inter multa miracula honorifice sepulta sunt: ex quibus adhuc sanguineus manat liquor fragrantissimus et pluribus medela infirmitantibus. Passi sunt aut. in sancti anno salutis M.c.xxxvii.calend. Febr. Sed nec saraceni euaserunt impugne. Rex enim eodem anno a dextris arruit: et populus per quinquennium sterilitate pestilentiaque pene consumptus est. Eorum vero festum colitur.xvi.calen. Februarii.

De sancto Guilelmo confessore.
Capitulum.ii.



Guilelmus confessor in pueritia a beato Bernardo abbate instructus aquitanie dux et pictauiensium comes bellator euasit acerrimus qui tempore eugenii pape.iii. romos ipsius accessit: unde ferocitate deposita et habitu liter accepta penitentia lorica indutus pro interula quatuor cinctus cathenis hierosolymam perrexit: et rediens beati iacobi limina visitauit: qui subitaneam mortem expauescens dominici precepti memor venditis omnibus et pauperibus erogatis in eremo vitam summa austeritate afflixit: vbi magnum sanctitatis nomen adeptus est: qui videns in galliis ordinem cisterciensium florere et eremitarum arescere: totis viribus illis in regionibus instaurauit: post que iterum pari ratione loricat⁹ cum cilicio decem illigatus cathenis nudis pedibus hierosolymam reuisit: vnde corrosis plantis remigans curabat reditum: qui captus a saracenis ob sue vite austeritatem libertati restitutus est. Et tandem multos perpessus labores in agrum tuscum et pisanum deueniens in insula que dicitur lunalia solitarie commoratus est: vbi familiariter coniunctus quibusdam eremitarum augustini eorum mores edoctus nigro habitu sumpto et pellicea zona locellus eorum per totam etruriam deuote visitatis centum celian applicuit: vbi beatus augustinus librum de trinitate peregit cuius locis summa cum iocunditate perlustratis romã et inde ariminũ ad sanctam mariã de platano eiusdem ordinis locellum peruenit: a quo fratres qui prius eremitarum beati augustini appellabantur cognita ipsius maxima sanctitate guilelmitarum denominationem sumpserunt: que denominatio ad Saxones prouinciã rheni: regnum boemie: et in prouincias ab eo dudum instructas promulgata esset in galliis vsque ad innocentium pontificem quartum tempora perseuerauerit: sed eo mandante omnes sub vno titulo eremitarum beati Augustini exinde sunt appellati. Hic siquidem beatus Guilelm⁹ post innumerabilia sanctitatis opera remeauit in patriam: et ibidem animã feliciter exhalauit miraculis vndique pollulantibus. Eius dies quarto idus februarii celebratur.

De sancto Cyrillo confessore.
Capitulum.iii.



Cyrillus confessor olim presbyter fratrum eremitarũ in monte carmeli consors fact⁹ adeo corde deuoto mente pura contemplationi vacabat et sepius angelico foueretur aspectu et diuinis reuelationibus illustraretur: die quadam huic missarũ solennia celebranti in nubecula angelus apparens virgam et duas argenteas tabellas literis grecis futuri statum seculi continentes attulit sic loquens. Has tabulas misit tibi deus omnipotens tanquam familiari suo et fideli preconi: et cum sacramenta cõpleueris has scripturas transcribe in membrana post hec conflans tabellas formabis eas in calicem et thuribulum ad libanda et adolenda in ara sacrificii matutini: quas accipiens cum gratiarum actione et reuerentia non modica cyrillus vir sanctus conuocatis fratribus iuxta preceptum angeli transcriptas cõflauit. Et extunc sanctis operibus excellentior occubuit. Eius festiuitas pridie non. martii colitur.

De sancto Vincentio confessore. Cap.iiii.



Vincẽtius confessor Valentie ex nobili familia ferrariorum natus et liberalibus artibus eruditus annorum.xviii. virgo predicatorum religionem ingressus est: in qua breui tempore factus eximius theologus vt patrem dominicum imitaretur. plures occidentis regiones verbum dei euangelizans peragrauit: et apprime valentie: aragonie: cathalonie: hispanie: castelle: normãdie: britannie: sabaudie: pedimontiũ: ripa: ielanie delphinatus: borbonii: et francie tam gratus extitit predicator vt nouellus extimaretur apostol⁹. Hic sanct⁹.xxv. milia iudeorum et saracenorum ad fidem conuertit ore theodori Bibliani tantum secum portabat et breuiariũ semel in die comedebat: ciliciũ continue gestabat suũque habitum vbicunque quiescebat non omittebat: tante erat integritatis vir vt ne pedes quidem nudos nedũ corpus per plures annos aspexerit. Hic sanctus miraculis maxime pollebat: die quadam cum barcinonam versus proficisceretur et ad duo milia hominum conuenirent paucis panib⁹ et modico vino oẽs saturauit. Anno vero salutis M.cccc.xviii.etatis.xxvii.i venetẽsi ciuitate britannie beato fine migrauit ad dñm: et in ecclesia cathedrali sepultus iacet qui sicut viuẽs miraculis floruit: ita mortuus fructificauit. Nam.xxviii. defunctos suscitasse ante canonizationẽ suã reperitur inter quos vnum admiratione dignum in britannia cum quedam mulier pregnans humanarũ carniũ desiderio filium in duas partes secuisset et alteram torruisset vt manducaret et vir superueniens horrendum facinus cõperisset indi late partes filii ambas et crudã et tostam suscipiens miraculorum sancti memor ad eius sepulchrum perrexit. Ibique prostratus cũ lachrymis orans filii resurrectionem impetrauit. Hic autem dei seruus per calixtũ.iii. pont. Anno domini.M.cccclv. sanctorũ catalogo fuit annumeratus. Eius celebritas.v. non. apr.

De sancto Ruperto episcopo. Cap.v.



Rupertus episcopus in vormatia ex prosapia regia tẽpore hiloperti francorum regis doctrina et virtutibus refulgens ab infidelibus sanctitatem eius non sufferentibus virgis acriter cesus ab vrbe eiicitur et a theodone bauarorum duce ratisbone excipitur: vnde baptizato ipso duce cum populo per danubium descendens per noricos predicando in pannoniam deuenit inferiorem: et hinc vbi magis estuabat gẽtilitas diuertebat intrepidus idola destruens: et ecclesias erigens: et populos baptismi gratia regenerãs: et postq̃ plura circuierat loca ad vrbem iuuauiẽsem vbi ephalem firmauerat sedem remeauit vocationis diem nõ ignorans vbi constructo erendrude virgini nepti sue monasterio et vitale in successorem electo febri defatigatus die resurrectionis peractis missarum solemnibus munitus sacro corporis christi

viatico e plangentium manibus inter modulantium choros angelorum ad sanctam properauit felicitatem.

¶ De sancto Joanne bono confessore.
Cap. vj.



Joannes bonus confessor patria mantuanus iohanne patre defuncto hereditate diues relictus est: pro quo dum more iuuenibus adhereret bona eius mater indesinenter preces ad deum mittebat: deus autem fidelium vota nō recipiens esse inuenitur finit ad salutē anime corpori infirmitate: cū dum se religionis voto alligat pristine sanitati restituitur: qui mortua matre pauperibus erogatis omnibus in quadam specu haud procul a cesena recessit: vbi mirū in modum se astringebat: postmodum sumpto eremitarum beati Augustini habitu carnalibus incendiis torreri cepit: que pacautis arū dinis particulis sub vnguibus manuum infixis extinxit tam acri crucians vt triduo pene exanimis iacuerit: sed quia pius deus seruos suos non deserit: per visionem ei apparens et incentiua carnis et vulnera pariter sanauit: qui deo gratias agēs incredibili abstinentia se affligens plurima in flauinia et vmbria instaurans monasteria sibi mirabile sanctitatis nomen edificauit: in qua regione per annos .L. commoratus in patriam inde reuersus est: et diebus ac perfectis operibus plenus extra mantuam in monasterio sibi a ciuibus constructo anno salutis M. ccxxj. spiritum deo relaxauit. Cuius corpus non multo post in vrbem translatum in monasterio sancte agnetis honestissime conditum est: cuius sepulchrum miraculis frequentissime radiatur. Eius memoria colitur in octaua pasche.

¶ De sancta Katherina senensi.
Capitulum .vij.



Katherina senensis patria ex Jacobo et Lapa parentibus honestis ortus habuit: que septēnis deo vouit virginitatē. Sed cum duodecim nata foret annos a parentibus instanter de coniugio vrgetur: quibus aperuit quod ad id vsque temporis occultauerat. Cui parentes nō sine lachrymis indulcere: et concupitum beati Dominici habitum pro ea impetrauit: quo sumpto Katherina in vigiliis et orationibus a cincta cathena vitam ducebat: inter cetera virtutum opera pauperibus munificam et infirmis obsequiosam se prestabat. Interea anno domini millesimo trecentesimo septuagesimoquinto inter florentinos et gregorium vndecimum pontificem oritur dissensio: interdicuntur florentini et excommunicantur: qua de re Katherina valde anxia auinionē ad pontificē perrexit de rebus componendis tractatura: quod a pontifice obtento florentiam reuertens tumultuantes reperit: nil de pace concluditur. Katherina vt huius incendii suscitatrix gladio petitur: sed ipsa ad martyrium pro ecclesia se offerens illesa dimittitur. Interim moritur pontifex et vrbano sexto substituto pax conficitur: Katherina senas reuertitur: vbi libellum spiritu afflata dictauit: sed ecce orto schismate de morte pontificis agitur: quo per spiritum agnito vehementius affligitur: instanter dominum preces habet: vt in suū caput impium scelus conuertatur: res componuntur: et exinde vsque ad vite sue terminum a demonibus sub horribilibus speciebus diuersis tormentis est flagellata. Habuit aūt beata Katherina plures diuinas visiones et illā presertim crucifixi: et cuius vulneribus intrinsecus adeo sauciata remansit: quod dicebat nisi deus nouum faceret miraculum


breui se morituram in oratione frequenter in extasi rapiebatur: et nōnū. pro plures dies absque cibo viuebat. In extremis denique laborans inter conuocatas sorores rome optimam vitam finiuit anno salutis M. ccclx. etatis sue. xxxiij. in ecclesia sancte Marie super mineruam nō sine miraculorum multitudine sepulta: cuius cinis cū ossibus anno eiusdem M. cccclx. iuxta capellam maiorem in sepulchrum marmoreum translatus est: anno vero domini M. cccclxj. pio secundo pontifice catalogo sanctorū aggregata. Eius dies prima maij dominica de mandato eiusdem pontificis veneratur.

¶ De sancto Ursio confessore. Cap. viij.



Ursius cōfessor ex nobili francorū genere traxit originē: quē adhuc lactatē quidā peregrinus matri pronunciauit futurū patricidam. Cū vero adoleuisset puer annorū .xviij. ad palatia caroli imperatoris accedēs siue pedes siue eques adeo se strenue gerebat quod armorum ductor creatus est: qui cū parentes aliquādo visitaret matrē pronostici memorē semper flentem inueniebat: que de lachrymis sepius interrogata tandem dulcibus victa precibus filio causam propalauit: qui vt horrendū scelus declinaret annorum iam .xxvj. cum cliento sodali dalmatiā versus perrexerūt: vbi multos paganorū ab eorū rege missos vt se christianos caperent trucidarunt: ad quorum vindictam rex exercitum parans per filiam admonetur: vt prius iubeat ipsos ad se impune accedere: et de eorum peregrinatione interroget: quo facto rex cum populo ab ipsis conuertitur ad dominum: et filiā vnicam vrsio desponsauit: cui postmodū in regnū successit. Hoc autem pater per literas intelligens pronosticum peregrini flocci faciēs ad aulā filij se cōtulit vbi datis inditijs a nuru suscipitur: et quia vrsius extra vrbem venatū ierat: in proprio lecto cū sene et filio paruulo maioris gratia honoris se collocauit: sed ecce humani generis hostis sub ipsius cubicularii facie regi denūciat virum cū vxore concūbere: qui domū festinans incōsultus patrem filium et vxorem interfecit: quo cognito facti penitens romam perrexit: cui pro peccato ab adriano pontifice adhibetur penitētia: et habitu peregrino ecclesiā sancte marie in monte summano visitet nemini petēs vbi sit qui inde cū bullis remissionis recessit: et tandē sepulchro domini mōte sina et liminibus beati iacobi visitatis annuente deo viennā applicuit: et inde mōtes versus tendens pastores audiuit dicētes: amus domum quoniam nebule circundant montem summanū: ad quorum verba beatus vrsius genibus flexis deo gratias agens salchenam postea per impium exclinum diruris se contulit vbi ab ancilla calidis potum petens et non impetrans expirauit campanis ex semetipsis personantibus et sic inuentus est sanctus cum bullis et baculo florēti. Cui statim erecta fuit ecclesia: quod intelligēs imperator cū eius affinibus venerunt vt asportarēt corpus eius at cū subleuare nequiuissent cū brachio et florido baculo in galliam redierūt. Eius festiuus dies colitur quinto nonas maij.

¶ De sancta Monica vidua. Cap. ix.




Monica vidua ex honestis parētibus orta: a matre sua cundia pudice sobrieque educata deo deuotissima adoleuit: que annorum xij. patricio carthaginēsi desponsata post annos xij dei gratia et dexteritate sua ferocissimum virum deo lacerata est. Et eandem cum eo in castitate perseuerauit: quo post .lxxij. etatis sue annū defuncto cepit de filio augustino manicheo cum errore imbuto ves

vehementer angi:pro quo lachrymas preces ⁊ oblationes deo indesinenter offerens meruit ab angelo audire. Vito viuitoq; secura:vbi enim tu ibi ⁊ ille. Cum autem et aphrica pia mater filiũ sequeret itinerum labores ⁊ maris discrimina superãdo nõ manicheum nec adhuc christianũ reperit augustinus:cui⁹ in amplex⁹ ⁊ dulcia ruens in oscula letitia resoluta pene deliquit sic dicẽs. Credo fili mi in christo anteq̃ e vita migrem te fidelem veraceq; christianum sim visura. Hec beata mulier bonorum operũ studiosa infirmis inseruire: orphanos custodire:viduas consolari nunq̃ cessabat:⁊ vbertim passionẽ domini deplorabat. In spiritu per diẽ nonnunq̃ quiescebat:quodã die in solennitate beati cypriani cũ charistiaz sumpturã per cubitũ a terra eleuata bis clamauit:volem⁹ ad celum volemus ad celum fideles. Appropinquante iã vite sue termino hec dixit augustino. Vnũ erat ꝓpter quod in hac vita morari cupiebã vt te catholicũ christianũq; viderẽ priusq̃ morerer:ecce ac cumulatius mihi deus prestitit vt te contẽpta etiã felicitate terrena videã xp̃i seruũ:quid iam amodo hic facio nescio:post que diebus quinq; vix peractis apud ostiã tyberinam inter natos febrib⁹ decumbẽs sic ait. Ponetis hic matrẽ vestrã:rogo vos vt ad altare dñi memineritis mei vbi fueritis:⁊ sic nocte media q̃ vexatione stomachi sacramẽtũ sumere nequiuerat:sup lectũ puerulus eã amplectens visibiliter apparuit:inter quos amplexus ala illa sancta volauit ad celũ anno dñi.ccc.xcix. quarto nonas maii:etatis sue.lvj.⁊ ostie corp⁹ ei⁹ sepultum:quo tpe martini pape q̃nti anno salutis.M.cccc.xxx.v.idus aprilis:⁊ filii paulopost ei⁹ sepulchrũ romã translatũ est incredibili miraculorũ numero.

De sancto Angelo martyre ⁊ confessore. Capitu.x.



Angelus martyr ⁊ confessor natione siculus in vrbe lycate ex generosa prosapia ortus ab infantia deo deuote inseruiens ieiunijs ⁊ orationibus vacans habitum carmelite religionis suscepit. In qua vitam maxima cum austeritate degens eximius predicator effectus est. Hunc si quidem finita quadam predicatione sancti dominicus et franciscus audiente frequenti populo in terra prostrati mirum in modum venerati sunt:qui post longos amplexus beato Francisco predixit stigmata et vicissim ipse franciscus ei martyrium quod vtriusq; adimpletum est vaticinium. Hic enim dum fidelibus christum predicasset:a paganis tentus scelestis carceribus mancipatus:⁊ penis vndiq; afflictus:tandem fronte gladio percussa:deo vite obtulit holocaustum tertio nonas maii. Cuius corpus in ecclesia eius nomini dedicata requiescit miraculis decoratum. In eo autem loco vbi martyris sanguis effusus est:fons olei a primis vsque ad secundas vesperas scaturit:quo eodem die:si qui perunguntur a diuersis languoribus redimuntur.



De sancto Bernardino confessore. Capitu.xj.

Bernardinus confessor natione tuscus ex nobili familia albizescorum procreatus patre tholosenensi:matre nera massana bindi filia post tertium eius natiuitatis annum defuncta: ⁊ intra septum patre: matertere diane educandus remansit:qui anno.xj.a patruis senas aduocatus est:vbi liberalibus artibus imbutus:canonico iuri vacauit deuotas nunquam preter mittens orationes quibus corroboratus senis fraternitati sancte marie de schala sanctimonia celeberrime ascribi se procurauit:vbi cilicio indutus super tabulas aut paleas dormiens circa languentes erat officiosissimus. Interea anno domini.M.cccc. seuiente senis epidemia : mortuis fere omnib⁹ ministris hospitalis dicte sancte Marie: cum nullo precio conduci possent. Bernardinus tyro christianorum.xx.languentium se gratis obtulit in ministrum:qui cum se ad tantum onus imbecillem fore perpenderet:quosdam eiusdem fraternitatis consocios ad pium opus sibi asciscere talibus procurauit. Euangelio admonemur: regnum celorum vim patitur:⁊ violenti rapiunt illud. Inferamus ergo violentiã nobismetipsis nec pro christo mori pertimescamus q̃d tam magnum atq; pulcherrimum:quam peractis tẽpore ad martyrii coronam peruenire:si morimur:pro christo certe morimur:qua morte et merces augetur:⁊ et omne crimen excluditur:omnis consummatio ⁊ status vite martyrio decoratur:hoc fundamentum vite et fidei:hoc presidium salutis:hoc vinculum libertatis et honoris. Mors quippe integriorem facit vitam. Mors magis ducit ad gloriam. Quid enim nobis cum hac luce? quibus lux eterna promittitur. Quid cum huius vite natureq; commercio? quos celi altitudo deposcit. Intra omnium gloriam pulchrior est pro christo mori titulus:⁊ integrior corona signatur. Porro nobis contemnenda mors est:quibus christus occisus est ante oculos. Nobis queso concurrant dominice passionis exempla:concurrant oblata et premia : quoniam misericordiam prestantes:misericordiam consequentur. His inflamati iuuenes cuncti vnanimes confessione rite expurgati ⁊ communione:ad funestam illam domum non sine parentum et amicorum lachrymis se contulerunt:die nocteq; sedulo infirmis ministrantes: et quandoq; mortuorum corpora sepelientes. Demum sedata pestilentia pluribus de consociis defunctis reliqui ad paternas domos remearunt:quod fecit ⁊ bernardinus:qui statim febre concussus:sed non multo post saluti restitutus:ampla facultate pauperibus erogata die natiuitatis marie virginis:cuius gratia a pueritia quoad vixit sabbato ieiunauit:beati francisci factus est imitator: nihil preter habitum femoralia funiculum possidẽs:⁊ primo in locum columbarii in senẽsi territorio contemplationi aptissimum destinatur:vbi vigiliis:ieiuniis ⁊ disciplinis vitii a regule precepta ⁊ cilicio corpus macerabat:illuc per multa miliaria nudis pedibus panis ac vini collectam elemosynam humeris afferebat prelatis obediens. Hic inter cetera passione christi amarissime scindebatur. qui sacerdos ordinatus quotidie amore in deum inflammatus celebrabat sed altius aspiciens:⁊ animarum salutem sitiens grandi sumpta cruce:ex columbario faggiani:⁊ ebrius spiritu predicaturus accessit:cui integritate prius cognita:a prelatis ordinis predicãdi officium concedit:sed cum linguam haberet aliquantulum prepeditam facta ad dominum oratione:igneus e celo globus d.mittit:qui sic eius lingue raucitatem decoxit:q̃ exinde illud sanctissimum nomẽ iesus italie vrbes castella.villas quasq; perlustrans expedite nõ sine maximo fructu p̃dicauit. Tunc enĩ terras ⁊ maria p̃dones obsidebant tunc tãta guelphorũ ac gibilinorũ rabies inualuerat:vt mutuo fraternoq; cruore ruberet italia publica ludorum gymnasia frequẽtabant:⁊ vsurariorũ voragines ibi:ablãs vigebat magia:religio parum colebatur:⁊ festi dies a feminis nisi spectaculorũ gratia:negrescebat. Eo quo magis indigebat italia:eo plus in bernardino superne gratie fauor ⁊ virtus fecundauit. Quis enarrare posset quantum boni per bernardinum consecuta est italia? per hunc sedate sedes erecta hospitalia extirpate fe

neratorum rapine adulterini feminarum ornatus cremati:festi dies culti:et plures vtriusq sexus non sine miraculorum splendore ad dei seruitium conuersi. O mirum italie frugi. In his itaq operibus bernardinus perseuerans apud aquilam aprucii vrbem anno salutis. M.cccc.xliiii. etatis vero sue.lxiiii. vite terminum compleuit. Cuius corpus aquilani ciues pluribus diebus humatum tenuerunt odore simul et miraculis fragrans:et ibidem in monasterio sancti francisci postmodum honorifice sepelierunt. Et hunc nicolaus pontifex quintus anno domini. M.cccc.l.sanctorum catalogo coacerauit:solennis eius dies.iiii. kalendas iunii colitur. Translatum est autem corpus eius in templum nouum ei dedicatum anno eiusdem. M.cccclxxii.vi.kalend.iunii Sixto pontifice maximo eius pontificatus anno primo.

¶ De sancto Bonauentura epo z cōfessore. Capitu.xii.



Bonauentura episcopus albanensis et cardinalis de balneo regis oriundus ex voto matris pro ipsius infirmitate adhuc puerulus beati francisci habitum suscepit qui sub alexandro de halis theologie et morum sic euasit integerrimus vt sepius de eo diceret alexander. Verus israelita est iste in quo adam non peccasse videtur. Hic annorum.xxxv.inter tot venerabiles religionis patres propter suam perfectionem factus minister regulam beati francisci periclitantem narbone in generali capitulo reformauit:et magistri geraldi apologeticum bellum contra minores subtiliter confutauit. Hic in beati Antonii translatione patauium.xxxii.anno obitus eius linguam recentem ac rubicundam in manibus tenens:inter lachrymas sic ait. O lingua que deum semper benedixisti:et alios benedicere docuisti:nunc perspicue cernitur quanti meriti fueris apud deum:et sic osculans deposuit. Laborante vero difficultatibus romana sede a Gregorio pontifice.x.et sacro senatu cardinalis episcopus albanensis quamuis renuens proclamatur:et statim ad concilium Lugdunense cum rothomagense z tripolitano episcopis de rebus arduis pertractandis destinatur:in quo adeo prudenter grecorum hereses composuit:vt omnes presente tunc paleologo eorum imperatore libere se deinceps romane sedi parere velle profiterentur. Hic libros edidit intitulatos. De septem visionibus. Sententie sententiarum Super euangelium:presertim luce. Officium de cruce. Officium beati francisci:et de eius vita. De sex alis seraphin. Itinerarium mentis in deum. Alterum in seipsum. Defensorium religionis mendicantium. Arbor crucis. Breuiloquia. Sermones dominicales super euangeliis et epistolis per anni circulum. Compendium veritatis sacre scripture. De institutione nouitiorum. De stimulo amoris pharetra. Multa in officio reformauit et addidit. Et alia plura opuscula vsq ad tricenarium numerum:que in partibus galliarum frequenter in manibus habentur. Et sic in pari sanctitate et operum fructu proficiens ex humanis sublat⁹ est anno domini. M.cc.lxxiiii.tertio idus iulii etatis sue.liii. Lugduni in ecclesia beati francisci sepultus: miraculis radians. Cuius cum reliquo corpore incinerato incorruptum inuentum esset:a Sixto pontifice.iiii.anno salutis. M.cccclxxxii.sanctorum pontificum numero ascriptus est. Eius festum dominica secunda iulii celebratur.

¶ De sancto Alberto confessore. Ca.xiii.



Albertus confessor gente siculus: drepani ex benedicto et ioanna parentibus honestissimis et deuotis originem duxit:qui peracto iam.xxvi.sterilitatis anno vouerunt se gloriose virgini si quam forent sobolem suscepturi: eius seruitio eam perpetuo dicaturos:qua impetrata post temporis plenitudinem. Joanna peperit filium in baptismo albertum nomine appellatum quem sextum vix attingentem annum in sponsum puelle de domo regia pater pluribus ei suadentibus coniungi annuebat:de quo cum vxore conferens tale discreta coniuge responsum accepit. Miror te prudentem virum taliter esse mutatum quod deo et eius genitrici promisimus:huic caduco et fragili mundo condonare velis:nonne oportet deo reddere quod eius est:nos filium nostrum deo et matri eius obligauimus:ipsum sana conscientia reuocare nequimus. his pater a proposito reuocato:adolescēs religionem carmelitarum ingressus est:in qua disciplinis et contemplationi vacans: summe sanctitatis z doctrine vir effectus est:et post laudabilem vitam ciuis celestis hierusalem non absq miraculorum illustratione. Eius festum septimo idus augusti occurrit.

¶ De sancto Simpliciano epo z cōfessore. Capitu.xiiii.



Simplician⁹ episcopus et confessor rome victorino rhetori iam seni familiarissim⁹ fuit. Post cuius baptismum mediolanum profectus eremitice vite se ita sequestrauit vt sublime sanctitatis nomen adeptus sit:huic beatus ambrosius eiusdem vrbis episcopus vere vt patrem diligebat: cum vero Augustinus ibidem legeret rethoricam:predicante beato ambrosio de manicheorum opinione cōpunctus statim ad Simplicianum vt virum optimum se contulit:a quo exemplo victorini ab ea reuocatus est:et fide summa charitate instructus:quem postmodum beatus Ambrosius baptizauit:et nouo vestiuit:nigro superindutum cucullo et pellicea zona cinxit Simplicianus: hic si quidem defuncto beato Ambrosio in episcopatu successit. Et si prius deuotus:tunc imitatione predecessoris factus est deuotior: mirum in modum letabatur in augustino alumno:et ei nonnullas dissoluendas questiones dirigebat:cui augustinus vti patri venerādo quo ingenio qua charitate poterat:dulciter rescribebat. Hic est ille Simplicianus quem beatus ambrosius z prosper sic sanctitate extulerunt:vt hominem cum angelis volare cum archangelis cantare:cum seraphin ardere:cū cherubin lucere:cum principibus sedere dicerent. Sanctus aūt vir dieb⁹ z virtutib⁹ matur⁹ anno dñi.cccc.v. idibus augusti:carnis ergastulū dereliquit Cuius corpus in suburbanis mediolani in ecclīa sancti Simpliciani inter cappadoces martyres:sisinnium martirium z alexandrum honorifice sepultum est.



¶ De sancto Rocho confessore. Capi.xv.

Rochus cōfessor genere Narbonēsi,apud montem pesulanum ex patre Joanne:matre

libera progenitus annorum .xii. corpus suū cepit abstinentia castigare: qui mortuis parentibus amplissima hereditate in pauperes distributa: a principatu se abdicās: oppidis paternis patruo commendatis: breui veste indutus: cū pileo: pera: et baculo in italiam peregrinus deuenit: et cum romam aquampendente: cesenam aliasq plurima loca truci pestilentia vexata signo crucis liberasset: placentiam eadem lue infectam ad quoddam eggrotantium hospitale diuertit: quibus omnibus similiter sanatis: statim sinistra coxa sagitta transfigitur. Sed post acerbam passionem salutē consequutus in galliam armis tunc vexatam remeauit: et in paterno captus oppido vt explorator carceri detruditur: in quo exacto quinquennio in maxima patientia et vite austeritate dominum orans vt inuocantes nomen suū a seuissima pestilētia protegerentur: in pace obdormiuit anno domini millesimo trecentesimo .xvi. kalendas septembris. Ad cuius latus reperta est tabella: his literis inscripta. Peste laborantes ad Rochi patrocinium confugientes cōtagionem illam truculētissimam euasuros significo: quo a patruo cognito inter multas lachrymas: peractis longo tractu exequiis sanctum corpus tradidit sepulture: eidem templum magni sumptus erigens. Huius vero nomen redeuntes e concilio constantie ab eo recenter a furenti pestilentia liberate: anno salutis millesimo .cccc.xv. detulerunt in italiam: in qua ob eius innumerabilia miracula basilice et sacella vbiq indies eriguntur: et anno eiusdem .M. cccc.lxxxv. corpus eius furtim venetias delatū a senatu deuotissime susceptum est: et eius nomini templum celeberrimum fabricatum. Festum ipsius .xvii. calend. septembris veneratur.

¶ De sancto nicolao de Tolentino confessore. Capitulum .xvi.



Nicolaus Tolentinus confessor ex Piceno oppido quod sancti angeli nuncupatur: patre Compagnono matre Amata optimis quidē religionisq cultoribus: qui dum prole carerent ex voto Barum apulie oppidum ad sanctum Nicolaum profecti peracto deuotionis officio in patriam redierunt: et mox amata filium peperit: quem ob sancti reuerentiam nicolaum appellauerunt. Cum autem ad septennium peruenisset ter in hebdomada cepit ieiunare: et succedente etate canonicus sancti saluatoris effectus exinde in religionem eremitarum beati augustini se transtulit: qui factus sacerdos in oppido cinguli tolentinum missus est: vbi vacans orationibus vigiliis et abstinentiis: pane tantum et aqua contentus carnem cilicio ferriq circulo macerans precepta salutis incessanter afferens et peccatores ad penitentiam dulciter reuocans magnas virtutes operatus est. Hic amicus dei plures demonum illusiones perpessus est: qui cum ab orationibus extorquere nitebantur: et ab eis adeo immoderate percussus vt inde semper claudicauerit. Post plurimas diuinas visiones in quadam infirmitate narrauit in pueritia sua dum sacerdoti sacra cōficienti assisteret vidisse aliquando in ipsius hostie eleuatione saluatorem nostrum tanq puerulum sibi applaudentem et audiuisse dicentem. Innocentes et recti adheserunt mihi. et cum ad annos prouectus esset ea iocunda visione caruisse. In eremo existens prope pisaurum q dicitur vallimanens peregrinum de anximo cum pluribus aliis et in vrbe maceratensi gentilem fratrem consobrinum suis missis orationibus et lachrymis de penis eruit: vt ab eis per reuelationē intellexit: eo viuente apparuit stella admirande claritatis ab oppido vbi nat' erat vsq tolētinū quam ipse par' viderat in somnis. Et cū eius vite finis appropinquaret per sex menses ass in hora matutini angelos magna repletus delectatione cōcinētes audiuit: et sic peracto sue mortis die humanitatis vinculū soluit anno domini .M. ccciii. et miraculis indies succedētib' inter que .xvi. defunctos vite reddidit: ab eugenio pontifice quarto pontificat' sui anno .xv. catalogo confessorum insertus est. Cuius festiuus dies .iiii. idus septembris colitur.

¶ De sancto Magno episcopo. Cap. .xvii.



Magnus episcopus ex altino parentibus nobilissimis originem ducēs: eremū ingressus: magne vir sanctitatis euasit: q postmodum sacerdos ordinatus desolata a longobardis altinensi vrbe et pene tota Italia ad ciuitatem nouam. que olim heraclea dicebatur: in sinu adriatico paludibus munitam se cōtulit: quo ob cunctas barbarorum pestes innumerabiles vndiq ciues declinauerant: et ibidem Magnus sanctis exhortationibus longe afflictos maxime refouebat: a quibus perspecta ipsius integritate in episcopum promotus quo sublimius dignitate clarus erat: tanto humilius a se ipso deprimebatur: gregem suum celestib' pascēs et optime gubernās quadā vice in spiritu rapt' per reuelationē monit' est octo ecclesias ea tempestate edificare. Primā Petro apostolo: secūdā Raphaeli angelo: tertiā Saluatori: quartā gloriose virgini que nūc dicitur Maria formosa: nam in formoso ornatu ei apparuit: quintam Joanni baptiste: sextā Zacharie: septimam Justine: octauam .xii. apostolorum numero. Saluatore et matre cum singulis earum sanctis sigillatim apparentibus: et loca edificationū demonstrantibus: suum ibidem surrecture venetiarum vbi patrocinium fideliter promittentibus: qui ciuibus omnia pandēs locis et signis prout monitus inuentis: cum suis obsequentissimis filiis vt tale tanq fidum vrbi patrocinium nanciscerentur: non longo post tempore eas honorificas erexerunt. Sanctus vero Magnus non tam nomine q effectu dierum plenus et bonorum operum profectus est ad dominum suorum mercedem laborum suscepturus: et cum vberrimo omnium fletu honorifice sepultus miraculis viuens. Cuius corpus anno domini .M. ccvi. pridie nonas octobris venetias in ecclesia sancti Hieremie translatū est adhuc miraculis florens: et ea dies in eius honorem celebratur.

¶ De sancto Junone presbytero et confessore. Capitulum .xviii.



Juno presbyter et confessor natione britānus cilicio iuxta carnem indutus et vestibus que pauperes decent religiosos: ieiuna ecclesie pane et aqua persoluens feriis .iii. et sabbato insuper ieiunabat: et nihil circa horas canonicas pretermittebat: non dormiebat nisi necessitate compulsus: et super nudam terram vel cliedam nodosis virgis cōtextam: libro biblie pro ceruicali: et adeo hospitalis erat q raro domi sine pauperibus inueniebatur: quorum necessitatibus de bonis suis alacriter suppeditabat: quodam die in cubiculo per dies quinq cum noctibus absq cibo in cōtemplatione perseuerauit nullam facie hesterno macerationem: quotidie nisi legitime impeditus ita deuotissime celebrabat: q die vna quidam globus magni splendoris circa corpus christi et calicem in eorum eleuatione emicuit. Sanctus autem Juno in laudabilibus virtutum propositis vltimum diem feliciter pere-

uit.vj.calendas nouembris.

De sancto Uolfgango episcopo et confessore.
Capitulum.xix.



Uolfgang⁹ episcopus et confessor gente alemanus: prosapia ingenuus: primo canonicus: mox in Suevia cenobita affectans peregrinari: a beato Othmaro visionem accepit post annum vigesimum secundum futurum episcopum: et vbi eius memoria colitur obiturum: qua habita per alemaniam in noricum in pannonie confinia gratia predicandi deuenit: vbi a peregrino pictauiensi episcopo suscipitur et benigne fouetur: pro quo integritate viri cognita per legationem et marchi comitis consiliarii suggestionem ab othone secundo imperatore ratisbone episcopatum impetrauit: optime conuenire iudicans si vbi abundat bona voluntas: vt eam etiam ad bona opera procedere faciat collata facultas. Beatus itaque Uolfgang⁹ omnibus postpositis episcopo eligitur: et statim ad eum legati diriguntur: quibus post diuturnam cum peregrino episcopo consultationem in occidentales bauarie partes recendit: et ante imperatorem prostratus se indignum exclamans reluctando ratisbonensis episcopus sancitur. Ubi in plurimis sanctitatis operibus feliciter requieuit pridie calendas nouembris.

De sancto Othmaro abbate.
Capitulum.xx.



Othmar⁹ abbas patria alemanus sancti florini prius sacerdos mox cellie beati galli presbyter postremo a pipino rege ob sue vite sanctitatem in abbatem eiusdem cenobii confirmatus: haud procul a monasterio cecis pauperibus construxit habitaculum: vbi eis solicite ministrabat. Interea vuarinus ruthardus illius prouincie tyranni potiusque ministri eius loci bona occupant. Hoc beatus othmarus pipino denunciat: quamobrem indignati ministri eum capi iubent: et Lamberto eiusdem cenobii fratre adducto de adulterio innocenter accusatum in insulam rheni relegant: vbi multas perpessus calamitates in christi confessione vite terminum compleuit.xvj.calendas decembris: ibidem sepultus: Lamberto dignas falsitatis penas mirabiliter luente. Cuius corpus post decennium incorruptum ad monasterium beati Galli per constantinensem lacum delatum est: vbi honorifice conditum miraculis coruscat.

De sancto Conrado episcopo.
Capitulum.xxj.



Conradus episcopus genere alemanus: parentibus nobilis et virtutib⁹: a nothingo constantiensi episcopo canonicorum auditor episcopatui prefectus: succedente tempore et eius perfectione maiori ecclesie preponitur. Et hinc defuncto nothingo a sancto vdalrico post indictum triduanum ieiunium constantie episcopus ornatus renitens constituitur: vbi tres erexit ecclesias: in quarum vna videlicet beati mauritii sepulchrum domini simillimum illi hierusalem extrui curauit. Et dei genitricis templum preciosis reliquiis decorauit. Hic ter deuotione compulsus transfretatus est hierusalem. In die pasche perfecta consecratione araneam in calicem lapsam fiducialiter assumpsit: que ipso ad mensam expectante mirabiliter omnibus videntibus ore eius aperto exiuit. Hic gebhardo adolescenti post gamelonum sibi successurum in episcopalem sedem predixit: quod euenit: sic inter optimas operationes in domino diem clausit extremum anno salutis 976. episcopatus sui.xlij.vj.calendas decembris.

De sancto Hosimundo episcopo et confessore.
Capitulum.xxij.



Hosimundus episcopus et confessor patria anglicus et regina ducalique stirpe progenit⁹ post laudabiliter exactam adolescentiam: de bonis suis sarisberiensis ecclesiam et ampliauit: et prediis suis comitatus vorsetie altaria dictauit: libris: calicibus: crucibus: indumentis: et que cathedralem decent ecclesias pia liberalitate donatis: in qua suis exigentibus meritis: post eius decessum subordinatus antistes incredibili perfectione et gratia commissum sibi gregem pascebat. Hic ob declinandam in diuinis confusionem librum constitutionum. quo fere omnes vtuntur ecclesie composuit necnon alia valde perutilia: qui post multa virtutum opera zelantem animam reddidit creatori ibidem sepultus. Inter miraculorum aeternos plures sua morte mortuos viuificans. Et anno domini.1457. pridie nonas decembris: quo die animam exhalauit: per Calixtum papam.iij. sanctorum catalogo subscriptus.

De sancta Othilia virgine.
Capitulum.xxiij.



Othilia virgo a natiuitate ceca fuit: quam patre occidere volente mater secreto alendam commisit: in monasterio palme educatur ab erardo bauarie episcopo diuinitus monito baptizata visum accepit: que in religione proficiens fratri de parentis reconciliatione reditu suauissimas literas mittens ab eo patre renuente et inscio suscipitur: ex quo ita a patre cesus fuit: vt inde obiecit. Cuius obitu commotus pater othilie monasterium erexit: in quo pane hordeaceo preter dies festos et pelle vrsi pro lecto: et pro puluinari lapide in summa vite austeritate degebat. Defuncto vero patre: per spiritum agnoscens orationibus suis eum a purgatorii penis liberauit. Et quia baptismatis gratia lumen oculorum habebat. Joannem baptistam specialiter venerabatur: cui ecclesiam eidem erigere cogitanti nocte quadam sanctus apparuit magna cum luce formam ipsius demonstrans et mensuram: in cuius edificatione: orationibus suis vas vino vacuum impleuit. Tandem finis perfecta inter conuocatas sorores animam deo remisit. Cuius nutricis dextra mamma: que othiliam lactauerat: translatis eius obitus diebus.xxx. annis integra est inuenta.

De sancto Sabino episcopo et martyre.
Capitulum.xxiiij.



Sabinus episcopus mediolanensis beate catherine virginis deuotus fuit. Qui cum theodoro abbate cassinensi visitato domini sepulchro ad montem sina adiens a seuissimo turcorum duce soldano rediens capti et eius familia trucidata. ipsi et theodoro catherinam inuocantibus mutilatis membris ob ignominiam ipso duce cogitante rebus ad catho

sine tumultu: interim expirauit theodorus ⁊ sabinus cõualuit exhibitis precibus sanatur: ⁊ mutuo a beata catherina suscipit linguam greco latinoq; idiomate peritissimam ⁊ insuper anulum cũ chartula in trib⁹ lineis aureis literis hec cõtinente. Sabine hec sunt inter me ⁊ te signa dilectiõis perpetue. Fecit tibi meritum ingens dolor. Faciat tibi gaudiũ vehemẽs. Ducq; baptizabis: sanus ad propria remeabis. Sicq; decẽnio expleto laudabiliter mecum eris in celesti palatio. Tunc peractis: que preceperat beata catherina suscitat abbas: quib⁹ visis baptizat dux ⁊ vẽditis oib⁹ portione facultatis ibidem relicta: residuum cũ episcopo ⁊ abbate secũ romã asportauit: ⁊ cõstructo monasterio: quod dicit aula dei in honorẽ beate catherine monachali habitu in monte cassinẽ quoad vixit: christo deuotissime militauit. Sabinus vero peracto decẽnio deo spiritũ exhalauit: quo sine lingua reperto: nemo ambigit: quin ab eo beata catherina mutuo datam exegerit. In quorum fidem anulus et chartula apud mediolanũ vsq; in presens seruãtur.

Dominica in Ramispalmarum. Cap. xxv.



Hodie sancta mater ecclesia duas processiones solẽniter recolit. Prima fuit qua iudei a monte oliueti vsq; in hierusalẽ cũ ramispalmarũ ⁊ oliuarũ: ⁊ cũ magnis canticis ipsum associauerũt. Et ista processio fuit magne reuerentie ⁊ honoris. Et hãc representat ecclesia in hodierno euãgelio. Secunda processio fuit qua iudei christũ a hierusalẽ in mõtẽ caluarie cũ magnis opprobriis ⁊ irrisionibus deduxerunt ⁊ ista fuit ignominie magne ⁊ doloris ⁊ hanc representat ecclesia in euangelio passionis. Circa primã processionẽ quatuor sunt videnda. Primo a quibus ista processio sit facta: quia non est facta a magnis aut diuitibus: sed a pueris pauperibus. vnde dicit in euangelio hodierno. Plurima autẽ turba strauerũt vestimenta in via. Quãdo enim pueri ⁊ pauperes christum processionaliter deducebant pharisei ⁊ principes christi mortẽ tractabãt. Simplices enĩ ⁊ pauperes christo adherebant vnde christus de omnib⁹ diuitib⁹ vnũ solũ scilicet zacheũ habuit amicũ: vnde Luce decimonono: Christus de omnibus potẽtibus vnũ solum: scilicet centurionẽ habuit. vnde Matt. viij. de omnibus sapientibus vnũ solum scilicet nichodemũ habuit Joã. iij. vnde .j. Corinth. j. Videte vocationẽ vestrã fratres q: non multi sapientes sm carnẽ: non multi potentes: non multi nobiles sed qui stulti sunt mundo elegit dominus vt confundat sapientes. Secundo videndũ est quare tristis vadẽs ad mortẽ tantũ honorẽ recipere voluit cũ alios honores ⁊ regnũ respuit vt dicitur Joan. vj. Est dicendũ ꝙ christ⁹ hoc ideo fecit: quia ille qui constitutus est in honorib⁹ magnis debet habere mortis memoriã vt nõ superbiat. Si autẽ quis habet magnas diuitias cogitet ꝙ vadit ad mortem ⁊ qõ de oib⁹ suis diuitiis nihil nisi vile sudariũ secũ portabit: vñ dicebat Job. xvij. Qui sit magnus saccũ cõsui sup cutem meã ⁊ operui cinere carnem meã. Item eiusdem. j. Nudus egressus sum de vtero matris mee: ⁊ nud⁹ reuertar illuc. Si quis est in magnis honoribus cõstitut⁹ cogitet: quia vadit ad mortẽ vbi si erat in gradu supremo ponetur in loco infimo: quia sub terra. Si super alios ascenderit dominando serpẽtes et bestie super foueam eius ascendent conculcãdo eum: ideo ecclesiastici. x. dicitur. Cũ moritur homo hereditabit serpẽtes: bestias ⁊ vermes. Item cũ aliquis nutrit corpus suum diuersis deliciis: diuersis coloribus ipsum ornãdo: voluptates carnis exercẽdo cogitet: quia vadit ad mortem vbi vermesq; corpus suum delicate nutritum comedent ⁊ lacerabunt. Job. xxvij. Viscera eius plena sunt adipe: ⁊ medullis ossa illius plena irrigantur: ⁊ tamen in puluere dormient: ⁊ vermes operient eos. Hugo de sancto victore in lib. de claustro anime sic ait. Cur carnem tuã preciosis rebus impinguas: quã post paucos dies vermes comesturi sunt in sepulchro: ⁊ animam tuam preciosis operibus non adornas: que deo ⁊ angelis ei⁹ presentanda est in iudicio. Cur animam tuam vilipendis ⁊ in carnem preponis ancillam dominari ⁊ dominam ancillari magna abusio est. Tertio videndum est: quia christus tanto honore sibi impenso voluit lachrymas emittere. Dicitur enim Luc. xix. Christus cum venisset hierusalẽ: ⁊ in tanto honore fleuit super eam. In hoc ipse voluit ostendere ꝙ gaudia ⁊ honores hui⁹ seculi lachrymis ⁊ doloribus sunt permixta. In celo omnia sunt pura. In mundo oĩa sunt mixta. In inferno omnia sunt feculenta. Vnde Augu. in libro de trinitate in persona christi dt. Quid est illud: ero illoꝝ de⁹: nisi ero oĩa que sancti desiderant: scilicet vita: salus: victus: copia: gloria: honor: ⁊ pax. Ista in celo oĩa sunt pura: in mũdo mixta: in inferno feculenta. Videam⁹ per ordinẽ: vita in celo est pura: q: ibi est sine timore: prout est in mũdo est mixta: q: ibi est vita cũ morte: prout est in inferno feculẽta ⁊ corrupta: q: ibi est mors sine vita. Salus prout est in celo est pura: q: ibi est salus sine egritudine: prout est in mũdo est mixta: q: ibi est salus ⁊ egritudo: prout est in inferno feculenta: quia ibi est sola egritudo sine sanitate. Victus id est satietas prout est in celo est pura: q: ibi est satietas sine esurie: prout est in mũdo est mixta: q: ibi est satietas ⁊ esuries: prout est in inferno est feculenta ⁊ corrupta: quia ibi est summa esuries sine satietate. Copia id est diuitie prout sunt in celo sunt pure: quia ibi sunt diuitie sine paupertate: prout sunt in mundo sunt mixte q: ibi sunt diuitie ⁊ paupertates: prout sunt in inferno sunt feculente ⁊ corrupte: quia ibi est summa paupertas sine diuitiis. Gloria id est pulchritudo prout est in celo est pulchra q: ibi est pulchritudo sine deformitate: prout est in mũdo est mixta: quia ibi est pulchritudo cum deformitate: prout est in inferno est feculenta ⁊ corrupta: q: ibi est deformitas sine pulchritudine. Honor prout est in celo est pur⁹ quia ibi est honor sine indignitate: sed prout est in mundo est mixtus: quia ibi est honor cũ indignitate: prout est in inferno est feculentus ⁊ corruptus: quia ibi est dedecus sine honore. Pax prout est in celo est pura: q: est pax sine perturbatione: prout est in mũdo est mixta: q: ibi est pax cũ perturbatione: prout est in inferno est feculenta ⁊ corrupta: quia ibi est continua perturbatio sine pace. Omnia bona prout sunt in celo sunt purissima: quia ibi sunt oĩa bona sine malo: sed vt sunt in mundo sunt mixta: quia ibi sunt multa bona permixta malis: prout vero sunt in inferno sunt feculenta ⁊ corrupta: q: ibi sunt omnia mala sine commixtione alicuius boni. Ista omnia dicit propheta dauid. Calix in manu dñi vini meri plenus mixto. Et inclinauit ex hoc in hoc: verumtamen fex eius nõ est exinanita: bibẽt ex eo oẽs peccatores terre. Ex his verbis habet ꝙ deus habet tres calices: vnus est plen⁹ vino mero. In isto bibunt oẽs in celo. Iste enĩ calix plen⁹ est vita: sanitate: copia: diuitiis: honore ⁊c. Alius calix est plen⁹ ex mixto: ⁊ de illo bibũt homines in mundo: q: calix iste plenus est sanitate cũ egritudine: satietate cũ esurie: diuitiis cũ paupertate ⁊c. Tertius calix est plen⁹ fece: ⁊ de isto bibũt dãnati in inferno: ⁊ iste est plenus egritudine morte: paupertate deformitate ⁊ omnibus aliis. Quarto vidẽdum est quare christus noluit sedere super equum: sed super asinũ: hoc ideo fecit: quia non sedet in cordibus superborum: sed humilium et mansuetorũ. Chrisosto. Nõ sedit christus in curru aureo purpura fulgentem: nec ascendit super feruidum equum discordie amatorem: sed sup asinam tranquillitatis ⁊ pacis amicam. Per equum superb⁹: per asinam humilis designatur. Nam equus si tangit recalcitrat. Asin⁹ vero in mansuetudine moratur. Si

superbi reprehenduntur impatienter audiunt: quedam animalia sunt que nō permittunt se tangi: vel quia arrogantia sunt sicut leo: vel quia nimis sylvestria domesticari non possunt: sicut lupus vel quia sunt pungitiua sicut ericius. Sic similiter sunt tria genera hominum qui nolunt reprehendi. Primi sunt superbi. De quibus propheta dicit. Tange montes id est superborum mentes: et fumigabunt per impatientiam ⁊c. Ecclesia. xiiij. Diues iniuste egit ⁊ fremebit: pauper autem lesus tacebit. Alij sunt in malis indurati: qui ad instar lupi non possunt domesticari nec ad bonum induci. De quibus Ecclesi. j. Difficile tales corriguntur qui nolunt corripi. Ideo Eccle. xxxiij. Pestifer homo vitabit correctionem. Tertij sunt homines astuti qui si tanguntur .i. corripiuntur: sicut ericius statim excusationib⁹ multis se abscondunt: Prouerbio. xxviij. Qui abscondunt scelera sua nō dirigētur: qui autem confessus fuerit viuet ⁊ non morietur. ¶ Circa secundam pcessionē notanda sunt duo. Primo ꝙ in ista processione fuerunt varietates personarum. Quidam enim fuerunt boni: quidam fuerunt facti mali ⁊ nunquam recuperauerunt bonitatem sicut iudas. Quidam boni semꝑ perseuerauerunt: sicut beata virgo maria. Alij vero boni ⁊ postea mali: postea tamen suam recuperauerunt bonitatem sicut apostoli: q̄ fidem in passione perdiderūt: sed in resurrectione recuperauerūt. Malorum due sunt differentie. Quidā enī fuerūt mali qui postea facti sunt boni sicut latro a dextris pendens ⁊ Longinus. Alij fuerunt mali qui semꝑ in malicia perseuerauerunt: sicut latro a sinistris ⁊ iudei qui crucifixerunt. Ab ista processione quidam fugerunt corpore ⁊ mente sicut apostoli qui fugerūt corporaliter ⁊ fidem perdiderunt. Item alij fugerūt non corpore sed corde sicut maria magdalena ⁊ cetere mulieres que iuxta crucem corporaliter steterūt: sed tamen fidem amiserunt. Alij fugerunt corpore: sed non corde: sic creditur de Jacobo fratre dn̄i. De quo Hieronym⁹ in lib. de viris illustrib. ꝙ in passione voto vouit nō se comesturum donec videret xp̄m resurgētem. Alij fuerunt q̄ nec corde nec corpore fugerunt: sicut virgo beata q̄ iuxta crucem stetit ⁊ fidem seruauit integraliter. Secundum quod in ista processione ostenditur est magna in iudeis voluntatis multiplicitas. In prima enim processione iudei fecerunt christo sex magnos honores. In secunda vero sex magna vituperia. In prima cum magna ipsum reuerentia super asellum posuerunt: ⁊ in via vestimenta strauerunt. In secunda cum magna ignominia ipsum in patibulo suspēderunt: ⁊ ip̄m suis vestibus spoliauerunt. In prima ramos palmarum ⁊ oliuarum sibi portauerunt. In secunda spinas acutissimas capiti suo affixerunt. In prima regem eum appellauerūt. In secunda ipsum negauerunt. In prima appellauerūt eū saluatorē dicētes osanna id est salua obsecro. In secunda negauerūt ipsum saluatorem dicentes saluos alios fecit: seipsum saluū facere non potest. In prima dixerunt eum benedictum in nomine domini. In secunda maledictum ⁊ malefactorem esse: ⁊ crucis patibulo eū figendum dicentes. Tolle tolle crucifige ⁊c.

¶ De cena domini. Cap. xxvj.



Cena facta cū diabol⁹ misisset in cor vt traderet eū iudas scarioth: surrexit a cena et posuit vestimēta sua. Joannis. xiij. Videm⁹ enim ꝙ quando amici separantur ab inuicem: solent primo inuicē epulari. Sic sciēs christus ꝙ cito ab apostolis suis separari deberet: primo cum ipsis cenare voluit. Unde Luce. xxij. Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum antequam patiar. ¶ In hac ergo cena christus assumpsit personam amici: personam serui: et personam episcopi. Personam siquidem amici accepit in hoc ꝙ tam familiariter comedit. In hac cena comedit agnum pascalem. Et qualiter comedi debeat habetur Exo. xij. Non comedetis ex eo crudum qui nec coctum aqua: sed tantum assum igni. Hic aliqua prohibentur: scilicet vt non comedatur crudus: nec aqua coctus: ⁊ ꝙ sit igne assatus. Caro enī cruda non est igne cocta. Caro vero elixa licet sit cocta: non est tamen adeo sapida. Illi ergo comedunt cruda qui habent cor crudum id est non coctū igne amoris. Illi comedunt elixum qui non habent in corpe saporē deuotionis. Illi comedunt assatum igne qui habēt cor coctum igne amoris ⁊ sapidum. Secundo debet comedi eius caput cum pedib⁹ et intestinis. Caput ill⁹ agni est ei⁹ diuinitas Unde. j. Corinthiorum vndecimo. Caput ei⁹ deus est: pes ei⁹ humanitas q̄ est infirma in natura. Intestina eius sunt anima. Omia ista debem⁹ comedere. Fuerūt quidā heretici qui dixerunt xp̄m non esse verū deum: isti caput nō comedebāt. Alij dixerūt eū nō esse verum hoiem: nec habere verā carnem: sed fantasticam: isti pedes non comedebant. Alij dicebant eum nō habuisse animam rationalem: sed loco anime solū diuinitatē isti intestina non comedebant. Nos ergo fideles caput ⁊ pedes cum intestinis comedamus vt de ei⁹ diuinitate anima et carne fideliter sentiamus. Tertio debet comedi cum lactucis agrestibus. i. cum amaritudine dolendo de peccatis omnibus. Notandum ꝙ quidam sunt qui comedunt istas lactucas integras: quidam contritas: quidam succum ipsarum. Sunt enim quidam qui habent de suis peccatis superficialem dolorem que attritio potest dici: isti sumsit istas lactucas integras. Talis attritio non iustificat peccatorem plene. Hiere. v. Percussisti eos ⁊ non doluerunt: attriuisti eos ⁊ renuebant accipere disciplinam. Alij sunt maioris perfectionis qui scilicet non solum peccata conterunt: sed etiā lachrymas emittunt isti sumunt agnum cum succo lactucarum. i. cum abundantia lachrymarum. Greg. in mora. Carnes cum lactucis agrestibus sunt edende: vt cum corpus redemptoris accipimus nos pro peccatis nostris in fletibus affligamus: quare ipsa amaritudo penitentie abstergit a mentis stomacho peruerse humorem viciorum. Quarto debet comedi cum panibus azimis. i. cum panibus non fermentatis. Panes comedit cum fermento secundum Grego. qui bona sua cum corruptione vane glorie facit: quibus dominus dicit Sacrificate de fermento laudem. De fermento namq; immolat qui deo de rapina parat. Sed ille sine fermento comedit qui se a mala societate custodit. j. Corin. v. Modicum fermentum totam massam corrumpit. Secundo christus assumpsit personam serui: eo ꝙ pedes suorum discipulorum lauit. Lauit autem pedes corporales et spirituales. Primo lauit corporales in exemplum et documentum: in exemplum quidem humilitatis vt ipse dicit. Exemplum dedi vobis vt vos ita faciatis. Istam tamen humilitatem Petrus abhorruit dicens. Non lauabis mihi pedes in eternum. Cui respondit christus. Si non lauero te non habebis partem mecum. Tunc petrus timore ⁊ amore percussus obtulit lauandos pedes ⁊ manus ⁊ caput. Sed christus corripuit eum asserens ꝙ non indigebat lotione capitis nec manuum sed tantum pedum. Per caput intelligitur intentio: per manus operatio: per pedes affectio: Duo prima scilicet intentio et operatio in petro munda erāt ⁊ ideo lotione capitis ⁊ manuum nō indigebat. Habebat autem intentionem in omnibus bonam: operationem mundam. Secundo lauit pedes in documentum ad ostendendum ꝙ prelati debent lauare subditos. Tunc autem non bene lauatur: aut quis manus est iniquatur aut q: aqua est turbida ⁊ immunda. Ecclesia. xxxiiij. Ab immundo q̄s mundabit: Greg. Prius oportet

tet te mūdari si alium vis mundare: sapiētē pri⁹ fieri ⁊
sic alios facere sapientes: lumen fieri ⁊ sic alios illumi-
nare: accedere ad deū ⁊ sic alios adducere: sanctifica-
ri et sic alios sanctificare. Item manus habere rectas
⁊ sic esse recti consilii: vt puta rectum dare consilium.
Secundo aliquando aqua est immunda: aqua immū-
da est amor mūdi. Hieremie. ii. Quid tibi in via egypti
vt bibas aquam turbidam. Talis enim aqua non la-
uat sed coinquinat. Augustinus. Quisquis est in mun-
do ad te venit qui fecit mūdum vt eripiat te de mun-
do: quia si aliqua delectatio te delectet in mundo sem-
per vis esse immundus: si tamen aliqua necessitas te
retinet: mundus scilicet deus habitat in te qui mun-
dat mundos ⁊ eris mundus. Tertio quando ipsa ma
cula pedum ex nimia frequentatione efficitur nimis
tenax ⁊ inueterata. Ecclesia. xxxiiii. Qui baptizatur a
mortuo. i. qui lauatur a mortali peccato et iterum tan
git mortuum quid profuit lauatio eius. Unde secun-
de petri secundo. Facta sunt posteriora deteriora prio
ribus. Conuenit illis illud. Canis reuersus ad vomi-
tum suum: et sus lota iterum in volutationem luti.
Tertio lauit pedes spiritualiter aqua sui sanguinis.
De quo dicitur apocalypsis secundo. Lauerunt stolas
suas in sanguine agni ⁊ dealbauerunt eas. Ex quo ma
gis sanguis christi dealbare dicitur videtur ꝙ habet
virtutem lactis ⁊ non sanguinis. Lac enim est sanguis
in vberibus excoctus. Sanguis autem christi fuit ex-
coctus in corpore suo ⁊ in corde nostro. In corpore suo
fuit excoctus igne amoris sui qui tam vehementer in
corpore suo ebulliit quia aperto latere cū impetu ema
nauit. In corde autem nostro sunt duo vbera: scilicet
intellectus et affectus. Dicitur autem excoqui in vbe-
re intellectus per meditationem: et in vbere affectus
per deuotionem: et sic sanguis christi in suo corpore: ⁊
in nostro corde per meditationem et affectionem ver-
titur in albedinem: et animas nostras dealbat ⁊ mun
dat. Apocalypsis primo. Lauit nos a peccatis nostris
in sanguine suo. Tertio accepit christus personam epi
scopi quando scilicet panem ⁊ vinum in corpus suum
transmutauit et apostolis potestatem conficiendi de-
dit. Et ista est maior potestas que vnꝗ̄ homini data
fuit. Est enim potestas dei magna facere aliquid de
aliquo: sicut quando fecit hominem de terra: ⁊ euam
de costa ade. Est et alia potestas dei maior: sicut de ni-
hilo aliquid facere sicut fecit celum et terram. Est et
tertia maxima sicut de creatura creatorem. Istam po
testatem non dedit angelis sed solis sacerdotibus: qui
diuina virtute in corpus et sanguinem speciem panis
et vini conuertunt. Unde Eusebius. Inuisibilis sacer
dos. i. Christus per ministros suos visibiles creatu-
ras in corpus et sanguinem suum sacrata potestate
conuertit: verbo suo scilicet illo: hoc est enim corpus
⁊c. Unde non debet aliquis attendere ad visum suum
quia vnus putaret se videre colorem panis: nec ad gu-
stum quia putaret se sentire gustum panis: nec ad ol-
factum quia putaret se sentire odorem panis ⁊ vini: sed
attribuere debet ad auditum: quia cum audit conse-
crationis verba ita est omnino sicut audit. Hoc est enī
corpus ⁊c. quod significatum est Genesis. xxvii. Isaac
qui cum benedixisset Jacob fuit deceptus eius visus:
quia oculi sui caligauerant ⁊ ipsum non agnouit. Fuit
deceptus olfactu quia credidit se sentire odorem vesti
mentorum Esau. Fuit etiā deceptus gustu: quia cre-
didit se comedere de venatione Esau: ⁊ comedit de ve-
natione Jacob. Fuit et deceptus in tactu: quia puta-
bat se tangere manus Esau: ⁊ tāgebat manus Jacob.
Sed auditus qui vocem Jacob audiuit non fuit dece-
ptus: imo dixit: Uox quidem Jacob est. Sic etiā in isto
sacramento omnes aliī sensus decipiuntur preter au-
ditum ⁊ ideo omnes qui fideles audiunt verba conse-
crationis firmiter ⁊ veraciter credere debent: ꝙ corp⁹
christi est ⁊ sanguis eius.

De sancto Claudio episcopo
Capitulum vltimum.



Claudius ex nobi
li Salinensium principum seu pala
tinorum genealogia ortum duxit.
Qui vsqȝ ad septennium peruigili
cura in domo parentum in dei ti-
more nutrit⁹: postea probatissimis
literarum magistris instruendus
traditur. Sub quibus in breui non
solum artes quas liberales voca-
mus: verumetiam libros veteris ac
noui testamentum cum diuersis ge
stis sanctorum pius adolescens sedule perlegendo ap-
prehendit. Erat enim iam in hac etate ingenio docilis
corde feruid⁹: ⁊ sanctis operib⁹ totus dedit⁹: nec sine-
bat diem aliquem sine bonis operibus pertransire.
Et licet iuuenis esset etate: nihil tamen puerile gessit
in opere. Nunꝗ̄ in foris chorizationibus seu quibus
cunqȝ mundanis spectaculis inuentus fuit: sed perso-
nis religiosis ⁊ honestis se associans cum eis dulciter
de virtutum exercitiis conferebat. Cuius verba iam
sale sapientie condita intantum rationabilia ac dul-
cia erant: ꝙ omnium ad se prouocabant affectus. Qua
propter prouecti ⁊ sapientes ipsum plurimum dilige-
bant velut puerulum sanctum et virtuosum: aliī vero
adolescentem affabilem ⁊ prudentem venerabantur.
Personis autem inhonestis aut scurrilibus se subtra
hens consortia ipsorum omnimode fugiebat. Nunꝗ̄
cum mulieribus iuuenilibus absqȝ rationabili causa
locutus fuit: nec de qualicunqȝ nephando verbo vel
opere: nec de risu inhonesto vel aliqua alia animi leui-
tate est notatus. Super omnia vero ecclesias dei fre-
quentabat: precipue dominicis ⁊ festiuis diebus mis-
sas cum ceteris boris canonicis ⁊ sermones diuinos
cum summa deuotione auscultando. Crescente igitur
sanctitatis eius fama cum iam vicesimum etatis sue
annum attigisset: spreta militia seculari in canonicum
Bisuntinēsis ecclesie est electus. Unde quotidie in me-
lius proficiens horis canonicis diurnis pariter et no-
cturnis studuit interesse. Libros sacre scripture dili-
genter reuoluere: ⁊ per omnia sicut verus dei famulus
absqȝ reprehensionis nota se habere. Tantumqȝ breui
temporis spatio diuina gratia ipsum prosequente in
operibus sanctis sacraqȝ doctrina claruit: vt in totius
burgundie finibus equalis sibi nequaꝗ̄ inueniretur:
quod in libris quos edidit qui vsqȝ nunc in monaste-
rio Jurensi permanent clarius perpendi potest. Sin-
gulis diebus exceptis dominicis et festis solenniori-
bus: non nisi semel in die refectionem sumebat. Sepe
noctes in oratione lectione siue sancta meditatiōe per
uigiles ducebat. Castum se ⁊ mundum ab omni coin-
quinatione custodiebat: in vestimentis mediocrem: in
moribus humilem: in verbis veracem dulcem ⁊ affabi
lem exhibebat: ita vt singulis virtutum moribus orna
tus iam verus monachus ab omnibus crederet. Duo
decimo canonicatus sui anno presul memorate ciuita
tis infirmari cepit corpore. Unde beatissimus Clau-
dius timens quod etiam postmodum euenit: ne scili-
cet in pontificē eligeretur locū ad tempus deseruit: et
ad suos parentes donnos: scilicet salinē. properauit.
A quib⁹ benigne suscept⁹ cū eis per aliqd tp̄s in san-
cta conuersatione viuendo permanebat. Contigit au-
tem predictum archipresulem interim viam vniuerse
carnis ingredi. Quapropter populus cum clero dis-
cordiam non modicam de eligendo episcopo habebāt
illis vnum aliis vero alium volentibus. Tandem vna-
nimes in oratione se prostrauerunt cum lachrymis hu
militer supplicantes quatenus meritis sue genitricis
⁊ sancti Joannis baptiste eorum patroni ⁊ omniū san
torum in dominus eis misericorditer inspirare digna-

retur quem in pastorem ecclesie sue eligere deberent. Quibus in oratione persevera(n)tibus mox de celo vox intonuit que ipsos vt a fletu cessarent ⁊ beatum virum Claudium eligerent admonuit. Tunc canonici letifica(ti) ipsum vnanimiter elegerunt et statim honorabilio(res) totius ecclesie ⁊ ciuitatis viros pro eius consensu obtinendo ad oppidum Salinēse destinauerūt. Quid plura? Multis precibus ac lachrymis victus sciens voluntati diuine resistere non posse: ad ciuitatem bisuntinēn. ducitur imo potius trahitur: archiepiscop(us) consecratur: ⁊ per summum pontificē eius canonica electio approbatur pariterq(ue) confirmatur. Anno domini .ccccccxvj. Archiepiscopus igitur effectus eandem quam prius humilitatem et morum grauitatem in omnibus semper seruabat: ⁊ sicut fidelis seruus et prudens familiam domini cum ecclesijs sibi creditis feruenti zelo gubernabat. Causas ecclesiasticas hominibus debitis benigne audiebat: ⁊ secundum ecclesiasticas sanctiones optime diiudicabat. Nunꝙ tamen propter quecūq(ue) negocia secularia nisi euidens necessitas incubuisset ecclesiam horis quibus diuina celebrabantur dimisit. Prouinciam sue diocesis sue ecclesias sepe visitabat: ⁊ sicut bonus paterfamilias qui iuxta dominicam sententiam de thesauro suo proferens noua ⁊ vetera suis dulcissimis exhortationibus bonos et fideles vt in melius proficere studerent: ⁊ delinquentes sic errantes vt se emendarent sollicite admonuit. Erat(que) profundissime literature. In assidua etiam contemplatione eius spiritus etiam supramodum eleuatus erat: ⁊ tamen propter marie contemplationis ocium non deseruit marthe officium laboriosum: quinetiam septem operibus misericordie toto conanime insistebat. Cum igitur iam septem annos ecclesie sue prefuisset: diuino preuentus amore magis ac magis accensus cunctas huius seculi diuitias ⁊ seculares pompas declinare cupiens vt in sui creatoris contemplatione plenius vacare posset. Cunctis bene dispositis vrbem suā predictam palatiaq(ue) et castra ⁊ cetera loca archiepiscopalia amena ⁊ deliciosa dereliquit: ⁊ ab angelo premonitus ad monasterium sancti eugendi siue Jurensis in confinio bisuntinensis diocesis situm aduenit: ibiq(ue) habitum et vitam monasticam secundum beatissimi Benedicti patris regulam assumpsit. Tante autē sanctitatis et perfectionis fuit: vt omnium que in hoc mū do sunt oblitus solum in omnipotentis dei amore flagraret. In orationibus vigilans: in ieiunijs assiduus: in vigilijs feruidus: in sanctis lectionibus ⁊ meditationibus preclarus: ⁊ secundum ordinis sui regulam sicut verus monachus viuebat. In diuinis vero officijs peragendis aut celebrandis primus omnium ecclesiā intrabat: ⁊ vltimus inde recedebat. Sicq(ue) oēs ad perfectionem monasticam prouocabat: intantum vt iniuriosus eiusdem monasterij tunc abbas: vir vtiq(ue) summe sanctitatis ⁊ prudentie ei regimen ipsius monasterij cū multa instantia ⁊ humilitate presentaret vt oues dominicas ibidē cōgregatas gubernare dignaret. Uir autem sanctus cum multa mansuetudine hoc recusauit. Ueruntamen expletis quinq(ue) annis cum predict(us) pater iniuriosus ad dominum plenus meritis migrasse(t) venerabiles fratres et domini dicti conuentus ipsum vnanimiter in eorum abbatem elegerunt ⁊ tandē vix multis deuictus precibus assensum prebuit. Sic Claudius xp̄um in hoc mundo se humiliare studuit: tāto plus apud deum ⁊ homines exaltari meruit. Quod vtiq(ue) non sine diuina dispensatione factum esse creditur: vt in loco vbi plures floruerunt sancti sanctissim(us) archipresul adunaretur: ⁊ locus ipse insigniori efficeretur. Multi ergo non solum clerici verumetiam nobiles ⁊ burgenses audita sanctitatis eius fama ad ipsum confluebant sancte conuersationis habitum instanter postulantes. Quos vir sanctus absq(ue) difficultate ⁊ personarum acceptione recipiebat: eosq(ue) ad perfectionis culmina summopere prouehebat. Quales vero filios spirituales ibidem enutruerit non est nostrum dicere: presertim cum quisquis ipsum sanctum locum visitando ex multitudine sanctorum corporum que nunc ibidem venerantur clare perspicere potest. ¶ Possessiones etiam temporales quibus christi famuli sustentari possent secūdum domini promissionem dicentis. Quicunq(ue) reliquerit domum aut agros aut patrē aut matrem propter me ⁊c. centuplum in hoc mundo percipere meruit a fidelibus videlicet regibus ⁊ principibus: inter quos clodoueus rex qui tunc franciam gubernabat monasterio ipsius annuatim .L. modia tritici ⁊ totidem ordei cum quinquaginta libris denariorū argenti perpetuis temporibus dari constituit. Pauperibus vero christi ⁊ hospitibus superuenientibus omnem humanitatem in elemosynarum largitionem exhibuit. Ornamenta ecclesie scilicet libros calices cum crucibus ⁊ candelabris aureis ⁊ argenteis pannis sericis ⁊ alijs diuinum cultum cernētib(us) maxime augmētauit: ⁊ sanctorum reliquias in capsulis preciosissimis reuerenter collocauit: domosq(ue) ipsius monasterij et edificia decenter reformauit. Anno igitur quarto Childeberti regis francorum cum iam Claudi(us) pater sanctissimus annis quinquaginta seruus christi in predicto monasterio laudabiliter prefuisset: senex multum ⁊ plenus dierum totis visceribus ad dominum suspirans immunis etiam ab omni macula incidit in quandam infirmitatem leuem. Presciens ergo obitus sui diem imminere tertia die omnes monachos suos cōuocari iussit ad se luculentissimum sermonem eis faciens: dulcibus exhortationibus eos monendo vt super omnia diuino amori nihil preponerent: ⁊ omnes presentis mundi delectationes amore eternorum spernerent: ac de recessu suo minime contristarentur. Cumq(ue) singulos de recessu suo vberrime flentes cerneret misericordie visceribus motus quibus semper affluebat: accepta ab omnibus pace eos ad cellas destinauit: totamq(ue) noctem sequentem in orationibus peregit. Quarta vero die in oratorium pergens sacramenta penitentie cum perceptione corporis christi totus profusus lachrymis deuotissime suscepit: ⁊ inde ad cellā suam reductus ne corpus suum alibi ꝙ in ipso monasterio ad euitādas seculi pompas sepeliretur precepit. Quinta igitur die circa horam diei nonam reclinatus super scamnum super quod legendo vel orando sedere aut stare consueuerat: erectis sursum brachijs: coniunctis manibus oculis ad celum suspicientibus sanctissimam suam animam domino tradidit expirando. Cui(us) corpus in predicta ecclesia sancti eugendi vsq(ue) nunc omnibus aduenientibus incorruptum ⁊ integrum demonstratur innumeris coruscans miraculis. Festum autem eius celebratur .viij. idus iunij.

¶ Catalogi sanctorum Finis.

¶ Impressus est Lugduni Anno salutis .1543. die vero .vi. Julij.

Regestum totius operis.

✱ a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z & A B C D E F G H.

¶ Omnes sunt quaterni: preter ✱ in principio et H in fine qui sunt duerni.

